

Ex hoc Capite colligitur,

TRadere doctrinam de Sacramentis esse necessarium ad hoc, ut fideles illis bene utantur.

Talem doctrinam debere ab Episcopis, & Parochis populis explicari.

Iuxta captum audientium id fieri oportere. Doct. Cat. Rom. & non aliam debere proponi, Episcopos debere curare, ut à Parochis hoc praestetur.

Expedire ut doctrina Catechismi, etiam si opus sit linguavernacula facilior reddatur.

Quapropter hoc opus, in quo doctrina Sacri Concilij, & Catechismi Romani de Sacramentis colligitur, distinguitur, & ubi opus est explicatur, atque facilior redditur, gratum esse debet. Et ubi in hoc opere Lector viderit in margine notari locum Concilij, vel Catechismi à quo talis doctrina desumpta est, debet magni facere illam doctrinam; non quia hic posita sit, sed quia à tali & tam digno fonte sit derivata. Quòd si aliquando quis velit à proprio fonte doctrinam hanc haurire, per citationes in margine positas consequetur. Et hoc utile visum est Lectores admonere.

INDEX
TITULORUM.

Index Introductionis.

De fine hujus tractat. c. 1. p. 2.

De modo colligendi, & distinguendi omnem doctrinam de Sacramentis, cap. 2. pag. 2.

Quod tractatio Catechismi completa sit, cap. 3. 3

De doctrina à Deo de Sacramentis revelata, cap. 4. 4

Quomodo Deus per Ecclesiam Catholicam reddit homines certos de doctrina ab ipso revelata, cap. 5. 7

De sex modis, quibus Ecclesia testimonium reddit, quòd aliqua doctrina à Deo sit revelata, cap. 6. 12

De octo modis probandi aliquam doctrinam fuisse à Deo revelatam, cap. 7. 13

De fine Concilii Trident. & Catech. Rom. cap. 8. 14

De auctoritate Concilii, & Catechismi, cap. 9. 15

De modo studendi Catech. & Conc. Trid. cap. 10. 16

De modo inveniendi authoritates quæ hic citantur, c. 11. 17

De Iustificatione.

De necessitate hujus doct. p. 18

Divisio tractationis. ibid.

De his quæ præcedunt Iustificationem, cap. 1. 19

De fine hominis, & medijs ad illum consequendum, n. 2. 19

De statu naturæ integræ & corruptæ, num. 2. 19

De Iustitia originali, n. 4. 19

De peccato primi parentis, nomine, & effectu, num. 5. 20

de remedio contra peccatum originale, ejusque necessitate, num. 6. 21

De applicatione hujus remedij, num. 7. 23

De duplici effectu hujus applicationis per Baptismum facta, num. 8. ibid.

De præparatione ad Iustificationem, & de ejus necessitate, cap. 2. ibid.

De fine, effectu & fructu præparationis, num. 2. 24

De materia præparat. n. 3. 25

De efficiente præparationis, & de libero arbitrio, n. 4. 25

De forma & modo præparandi, num. 5. 26

De Iustificatione, & ejus definitione, cap. 3. 27

De causa finali Iustificationis, num. 2. 28

De causa materiali, nu. 3. 28

De causa efficienti Iustificationis, num. 4. 29

De causa formali Iustific. 30

1080026358

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE NUEVO LEON
BIBLIOTECA ALFONSINA BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
F016462 MICROFILMADO 11/5/95

UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

EX LIBRIS
HEMETHERII VALVERDE TELLEZ
Episcopi Leonensis

DOCTRINA S. CONCILII TRIDENTINI ET CATECHISMI ROMANI,

de Symbolo Apostolorum, de Sacramentis, & Iustificatione,

Oratione Dominica, & Decalogo, fideliter collecta, distincta, & ubi opus est, explicata,

Per R. D. IOANNEM BELLARINUM, Clericum Reg. Congreg. S. Pauli.

Cum Compendiis singulorum supradictorum, Opusculis de sancto Evangelio, ipsoque Catechismo,

Et examine ad Ordines, Confessiones, Conciones, Beneficia, & curam animarum.

Opus omnibus Parochis, Confessoribus, Concionatoribus, & Catechistis utilissimum.

Editio novissima ab Illustrissimo mandato expurgata.

UNIVERSIDAD DE NUEVO LEON
Biblioteca Universitaria y Tellez

LUGDUNI,
Apud ANTONII MOLIN, propè Collegium SS. Trinitatis.

M. DC. LXXXIII.
CUM APPROBATIONE, ET PERMISSIONE.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

B.01968
A.2
1 ALERE FLAMMAM VERITATIS

Perillustri & Reverendissimo

PATRI DOM. DESIDERIO SCALFÆ BRIXIENSI, SACRÆ Theologiæ Magistro; totiúsque Mediolanensis Inquisitori Generali, &c.

DIV ex sententia observanti, Vir Doctissime, si quid aliquando incideret, quod veteris meæ erga te observantiæ significationem multis semel ab hinc annis exhibita, dum sacri Rosarij poëmata nomini tuo è typis meis evulgata inscriberem quoquo modo roboraret, refricaretque: cùm tandem oblatam nuperrimè Ioannis Bellarini viri eruditissimi explicationem in Sacri Trident. Conc. Romanique Cath. Doctrinam lubentissimè recudendam tibique inscribendam arripui: eo potissimùm consilio adductus, ut nihil eo libello ei, quam fustines personæ convenientius dicari posse censuerim. Ecquis enim de Christiana religione doctrinam acrius, firmiúsve propugnet, quàm qui gravissima Christianæ Reipub. Principis approba-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
009527

tione dignus habitus fuerit, cui propriis virtutum meritis suffragantibus plenariam Censoriæ facultatis jus nefarios Hæreticorum ausus in latissimo Longobardiæ regionis districtu deferretur? quid inquam congruentius, quàm ut libello de fide à Christiano Typographo ejus nomen præfigeretur, cui Catholicæ fidei tutela demandata fuerit. Hæc sunt, Vir clarissime, quibus ad id tibi munus sacrandum sum adductus, in quo cum argumenti genere, & dantis animum, pro tua humanitate spectes, & Piccaleæ tuo majora, si queat, donare cupienti faveas, etiam atque etiam rogo, Vale Mediolani septimo Kal. Augusti. 1615.

Io. Bapt. Piccalea.

Approbatio Doctorum.

INtroducto hæc *In Doctrinam Conc. & Catechismi Tridentini*, Authore P. D. Ioanne Bellarino Clerico Reg. Congreg. Sancti Pauli; nihil continet à sana fidei Catholicæ, Apostolicæ & Romanæ, doctrina alienum, aut probis moribus contrarium, immo omnia doctè, utiliter, & scitè dicta, proindeque nos infra scripti Societatis Sorbonicæ Doctores Theologi dignum opus judicavimus quod in lucem prodiret, cedat publico profuturum.

Carolus Patu. Ioannes Laisné.

CAPUT SACRI CONCILII TRIDENTINI,

In quo præcipit doctrinam Catech. Romani de Sacramentis debere ab Episcopis, & Parochis populis explicari.

VT fidelis populus ad suscipienda Sacramenta majori cum reverentia, atque animi devotione accedat, præcipit sancta Synodus Episcopis omnibus, ut non solum cùm hæc per seipsos etunt populo administranda, priùs illorum vim, & usum, pro suscipientium captu explicent, sed etiam idem à singulis Parochis piè, prudentérque etiam lingua vernacula, si opus sit, & commode fieri poterit servari studeant juxta formam à sancta Synodo in Catechesi singulis sacramentis præscribendam, quam Episcopi in vulgatem linguam fideliter verti, atque à Parochis omnibus populo exponi curabunt, necnon ut inter Missarum solemnia aut divinorum celebrationem sacra eloquia, & salutis monita eadem vernacula lingua singulis diebus festis; vel solennibus explanent, eademque in omnium cordibus postpositis inutilibus quæstionibus inserere, atque eos in lege Domini erudire studeant.

BX1958
A2
1683
c.1

De his, quæ post justificationem in homine reperiuntur, c.4. 31
De modo augendi justitiam acceptam, num.2. 31
De obligatione observandi mandata Dei, & Eccl. n.3. ib.
De munere perseverantiæ, num.4. 32
De lapsu, & reparat. n.5. 33
De fructu justificationis, & merito, & operibus vivis, mortiferis, mortific. n.6. 33
De usu hujus doctrinæ, nu. 7 35

De Sacramentis in genere.

Divisio de Sacramentis in genere. 36
De nomine Sacramenti & ejusdem deffinitione, c.1. 36
De deffinitione Sacramenti, num. 2. 37
de divisione rerum, & signorum, seu explicatio primæ particulæ, n.3. ib.
de triplici signo rememorativo, demonstrativo, prognostico seu explicatio secundæ particulæ vel sacræ, n.4. 38
Explicatio tertiæ particulæ, num.5. 39
de differentia inter sacramentum, rem Sacramenti, & utrumque, n.6. ibid.
de sacramentis veteris legis, cap.2. ibid.
declarat, quid sit opus operans, & opus operatum in sacramentis, n.2. 40
de differentia inter sacramenta veteris, & novæ legis, n.3. 40
De sacramentis novæ legis, & eorum propria deffinitione, cap. 3. 41
Explicatio dictæ deffinitionis, num. 2. ibid.
distinctio eorum, quæ sunt de necessitate præcepti, n.3. 42
de essentia, substantia, & natura sacramenti, n.4. ib.
de unitate sacramentorum, num. 5. 43
de materia, & forma sacramenti, cap.4. ib.
de fine, seu effectu sacramentorum principali, cap.5. 44
de vita & operatione spirituali & supernatur. n.2. 45
de charactere n.3. ib.
de gratia ejusque definitione, num.4. 46
de effectibus gratiæ gratum facientis, n.5. ib.
de differentia inter gratiã, justitiam, & charitatem, n.6. 41
de deffinitione gratiæ gratis facientis, n.7. ibid.
Exempla, quæ declarant quid sit grat. n.8. 48
de necessitate gratiæ, n. 9. 49
de necessitate sacramentorum, 10. ibid.
de numero & sufficientia sacramentorum, n.11. 50
de comparatione sacramentorum inter se, n.12. 51
de causa sacramentorum efficienti, cap.6. ib.
de efficaciat sacram. n.2. 53
de administratione sacram. cap.7. 53

De bonitate, & militia ministrorum, & quid minister est publica persona, n. 2. 57
De intentione ministri, n.3. 58
De intentione actuali, & virtuali, vel habituali, n.4. ib.
De usu sacramentorum, & fine illorum, cap. 8. 59
De suscipiente sacramenta, num.2. ib.
De præparatione, n.3. ibid.
De devotione, & reverentia erga sacramenta, n.4. 60
De susceptione sacram. n.5. ib.
De causis ob quas sacramentorum usus est, à Deo institutus, seu de secundario fine sacramentorum, n.6. ibid.
Quomodo ex dictis adjuvetur bonus usus sacr. n. 7. 62
De ritibus, ac ceremoniis sacramentorum, cap.9. 63
De fine effectu, & vi cæremoniarum, n.2. 64
De modo quo Parochi debent tradere doctrinam sacramentorum, n.3. 65

De Baptismo.

De necessitate doctrinæ de Baptismo. 66
Divisio hujus tractatus. 67
De nomine Baptism. n.1. ibid.
De Baptismi deffinit. n.2. ibid.
De materia Baptismi, c.2. 68
De forma Baptismi, n.2. 69
De ablutione, n.3. 70
De efficiente Baptismi, c.3. ib.
De ministro Baptismi, n.2. 71
De patrinis, n.3. 72
De fine & effectu Bap. c.4. 74
Quomodo per Baptismũ tollatur peccatum orig. n.2. ibid.
Quomodo in illo remittatur actuale, n.3. 75
de administratione, usu, & necess. Baptismi, c.5. 76
de suscipientibus hoc sacramentum, n.2. 77
de dispositione, & præparatione ad Baptismum, n.3. 78
de precationibus, ritibus ac cæremoniis Baptismi, c.6. 79
divisio precationum, & cæremoniarum, n.2. ib.
de ritibus ante Baptismum servandis, n.3. ibid.
de Catechismo, n.4. 80
de exorcismo, n.5. ibid.
de aliis cæremoniis Baptimum præcedentibus, n.6. ibid.
de his, quæ fiunt apud fontem Baptismi, n.7. 81
de his quæ post Baptis. efficiuntur, n.8. ibid.

De Confirmatione.

De necessitate doctrinæ hujus sacramenti. 82
de nomine, & deffinitione hujus sacramenti, c.1. 83
de materia hujus sacramenti, cap. 2. 84
de forma, n.2. ibid.
de efficiente confirmationis, cap. 3. 85
de ministro illius, n.2. ibid.
de patrinis, n.3. ibid.
de fine, & effectu Confirmationis, 4. ibid.
de usu & administratione hujus sacramenti, cap.4. 86

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Index Titulorum.

De præparatione in adultis, num. 2. ibid.
De ritibus, ac cæremon. cap. 5. 87
De modo quo ista doceri debent, num. 2. ibid.

De Eucharistia.

De necessitate tradendi doctrinam de Eucharistia. 87
Divisio totius tractationis in tres partes principales. 88
Divisio tractationis de Eucharistia in se est sacram. 89
De sacr. Eucharistiæ, c. 1. ibid.
De institt. Eucharistiæ, n. 2. ib.
De nominibus Eucharistiæ, n. 3. 90
Quod Eucharistia sit sacra & quæ ratione, num. 4. 91
De sacramento, & re sacramenti, & utroque, n. 5. ibid.
Comparatio inter Eucharistiam, & alia sacramenta, n. 6. 92
De unitate sacramenti Eucharistiæ, n. 7. ibid.
& destructione sacramenti Eucharistiæ, n. 8. 83
De re significata in Eucharistia, n. 9. ibid.
de materia Euchar. c. 2. 94
de duplici materia Eucharistiæ, n. 2. ibid.
de pane in Eucharistia adhibendo, n. 3. ibid.
de quantitate materiæ consecrandæ, n. 4. 96
Quod & quale vinum sit apta materia Euchar. n. 5. ibid.
de significatione materiæ panis, & vini, n. 6. 97
de forma Euchar. c. 3. 97
de forma consecrationis panis num. 6. ibid.
Explicatio formæ iam dictæ num. 3. 99
de forma consecrationis vini, num. 4. 101
Expositio illius dictæ for. n. 5. 102
de consecratione & transubstantiatione, c. 4. 104
de consecrat. quid sit, n. 2. ibid.
Explicatio huius definitionis, num. 3. 105
de transubstantiat. n. 4. ibid.
de speciebus sacramentalibus, c. 5. 107
Quid sint species panis, & vini, n. 2. ibid.
Quomodo sint in Eucharistia, num. 3. 108
Quid significetur per species panis, & vini, n. 4. 109
de contentis sub istis speciebus, cap. 6. ibid.
de reali præsentia Christi in Eucharistia, n. 2. 110
Quomodo Christus incipiat esse in Eucharistia, n. 3. ibid.
Quomodo Christus sit in Eucharistia, n. 4. 111
Quod totus Christus sit sub utraque specie ex vi verborum, & per realem concomitantiam, n. 5. 114
Quare Christus velit esse in sacr. & reali ratione, n. 6. 116
De probatione eorum quæ dicta sunt, cap. 7. 118
de cultu, & veneratione sanctiss. sacram. exhibenda, cap. 8. 119
de fine, & effectu sacramenti Eucharistiæ, n. 121
De communione & usu Eucharistiæ.
De doctrina communionis populo tradenda. 123
Divisio tractationis, ibid.
De ministro, & administratione Eucharistiæ, c. 1. ibid.
De fine, & effectu huius sacramenti, cap. 2. 124
Quando manifestentur fructus, & effectus Euch. n. 1. ib.
Qui sint effectus particulares huius sacramenti, n. 3. 125
De sumentibus Eucharistiam, cap. 3. 126
Quomodo pueris passit administrari Eucharistia, n. 2. ibid.
Quomodo amentibus possit dari, num. 2. 127
Quod saltem in Paschate quilibet teneatur Eucharistiam sumere, n. 3. ibid.
Quod laicis sub utraque specie communicandum non sit, & quæ, n. 4. ibid.
De forma, & modo communicandi, cap. 4. 128
De triplici ratione sumendi Eucharistiam, n. 2. ib.
De necessitate præparationis ad Eucharistiam, n. 3. 129
De præparatione animæ, & corporis, n. 4. ibid.
De frequenti usu Eucharistiæ, num. 5. 130

De Sacrificio Missæ.

De necessitate, & utilitate huius doctrinæ. 130
Divisio tractationis. ibid.
De nomine, & definitione Missæ, cap. 1. 133
De nomine sacrificij, n. 2. 134
De definitione sacrificij, n. 2. ibid.
De quadruplici fine sacrificij, num. 3. 135
De forma sacrificij, n. 4. ibid.
De materia sacrif. n. 5. 136
De efficiente sacrificij, n. 6. 137
De quatuor causis sacrificij Missæ, cap. 2. ibid.
De materia sacrificij Missæ, num. 2. ibid.
De forma Missæ, n. 3. ibid.
De efficiente sacrificij Missæ, num. 4. 138
De fine, effectu, & fructu, & virtute sacrif. Missæ, c. 3. ib.
De Dignitate sacrificij Missæ, num. 6. 140
De partibus Missæ, cap. 4. ibid.
De præparatione, n. 2. ibid.
De institutione, n. 3. 141
De oblatione, n. 4. 142
De consecratione, n. 5. ibid.
De prima parte canon. n. 6. ib.
De communione, seu perceptione sacramenti, n. 7. 143
De gratiarum actione, n. 8. ib.
De ritibus, ac cæremoniis Missæ, cap. 5. ibid.
De necessitate cognoscendi ritus Missæ, n. 2. 144
De authore rituum, & cæremoniarum Missæ, n. 3. ibid.
De fine cæremoniarum Missæ, n. 4. ibid.
De divisione rituum, & cæremoniarum Missæ, n. 5. 145

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

De vestibus sacerdotalibus, Num. 6. ibidem.
De Eccles. & altari, n.7. 146
De tempore celebrandi hoc sacrificium, n.8. ibid.
De calice & corpor. n.9. 147
De luminibus, n.10. ibid.
De clerico, num.11. ibid.
De actionibus, quæ adhibentur ad ritum Missæ, n.12. ibid.
De populi salutat. n.13. ibid.
De fractione hostiæ, n.14. 148
De delatione Missalis ab uno loco ad alium, n.15. ibid.
De extensione, & unione manuum sacerdotis, n.16. ibid.
De crucis signatione, n.17. ib.
De veneratione erga hoc sacrificium, cap.6. 149
De interiori venerat. n.2. ib.
De exteriori venerat. n.3. 150
De intentione habendæ in oblatione hujus sacr. n.4. 151
De defectibus circa Missam contingentibus, c.7. 152

De Pœnitentia.

De necessitate hujus sacramenti, & doctrina illius. 154
De significatione, & multiplici acceptione hujus nominis Pœnitentiæ, ejusque deffinitione. ibid.
De Pœnitentia ut est virtus, & ut est sacramentum. 155
Divisio tractationis. 156
De pœnitentia ut est virtus, Cap. 1. ibid.
De deffinitione Pœnitentiæ quæ virtus est, cap. 1. ibid.
De fine Pœnitentiæ, quæ virtus est, n.2. 157
Quomodo probetur Pœnitentiam esse virtutem, n.3. 158
Quibus gradibus ad pœnit. interiorem perven. n.4. ibid.
De necessitate pœnitentiæ quæ virtus est, n.5. 159
De fructibus hujus pœnitentiæ, n.6. ibid.
De pœnitentia externa, quæ est sacramentum, cap.2. ibid.
De institutione sacramenti pœnitentiæ, n.2. 160
De partibus hujus sacramenti, num. 3. 161
De materia pœnit. n.4. ibid.
De pœnitente, ejusque dispositione, nec non de tribus ab illo adhibendis, num.5. 162
De forma sacramenti pœnitentiæ, num.6. 163
De vi, efficacia, effectu, fructu, & fine sacramenti, n.7. 164
De remissione omnium peccatorum, n.8. 165
De partibus integralibus pœnitentiæ, n.9. 167
De contritione, c.3. 168
De nomine contritionis, & attritionis n.2. ibid.
De deffinitione communi attritionis, & contrit. n.3. 169
De propria deffinitione contritionis perfectæ, n.4. 170
De propria deffinitione attritionis, n.5. ibid.
De convenientia, & differentia inter attritionem, & contritionem, n.6. 171
De efficiente contritionis, & attritionis, num.7. ibid.
De materia contritionis, & attritionis, num.7. 172
De forma contritionis, & attritionis, n.9. 173
De proposito non peccandi de cætero, n.10. 174
De spe veniæ, n.11. 175
De voto faciendi ea quæ ad sacramentum requiruntur, num.12. 176
De fine, effectu, fructu, utilitate contrition. n.13. ibid.
De modo se exercendi circa actum contr. n.15. 177
De modo dirigendi fideles ad actum cont. n.15. ibid.
De confessione, cap.4. 178
De necessitate tradendi doctrinam confessionis, n.2. 179
De utilitate confess. n.3. ibid.
De natura, vi, & definitione confessionis, n.4. 180
De institutione confessionis, num.5. 181
De institutione rituum, & cæremoniarum confess. 8 n.6. 173
De necessitate confessionis & quando sit, n.7. ibid
De integritate cõfessionis, ejusque necessitate, n.8. 185
De circunstantiis peccatorum, quæ debent in confessione recenseri, n.9. 186
De conditionibus confess. & de illius frequentia, n.10. 188
De ministro, clavibus, jurisdictione, absolutione, c.5. 189
De actibus à confessario faciendis, n.2. 190
De conditionibus in confess. requisitis, & de clav. n.3. 196
De scientia confess. n.4. 197
De bonitate & prudentia confessarij & de sigillo, n.5. 198
De satisfactione, cap.6. 200
De pœna, & culpa, & illarum remissione, n.2. ib.
Cur Deus non remittat omnem pœnam in pœnitentia, sicut in Baptismo, n.3. 203
De nomine & deffinitione satisfactionis, n.4. 205
De fine, fructu, necessitate, utilitate, vi, & effectu satisfactionis, n.5. 206
De forma satisfact. n.6. ib.
De materia satisfactionis, & de triplici satisfactione, num.7. 207
De causa efficienti satisfactionis, n.8. 209
Qua ratione confessarij pœnitentias imponant, n.9. 210

De Extrema Vnctione.

De utilitate hujus doctrinæ, 212
Divisio tractationis. 213
De substantialibus Extremæ unctionis, cap. 1. ib.
De nomine Extremæ unctionis, num. 1. ibid.
De deffinitione, num. 2. 214
Quomodo probetur, quod Extrema unctio sit sacramentum, n.3. ib.
De unitate hujus sacramenti, num.4. 215
De materia Extremæ unctionis, n. 5. ibid.

De forma hujus sacramenti, num.6. ibid.
De institutione hujus sacramenti,n.7. 216
De susceptione, & administratione hujus sacr. & primò quibus, & quando sit conferendum,cap.2. 217
Quæ partes sint ungendæ, & quare,n.2. 218
De præparatione ad hoc sacramentum,n.3. 219
De ministro hujus sacramenti, num.4. 220
De ritibus circa hoc sacramentum,n.5. ibid.
De fructu, seu effectu, & fine hujus sacramenti,c.3. ibid.
De modo tradendi doctrinam hujus sacramenti,n.2. 222

De Ordine.

De necessitate, & utilitate doctrinæ hujus sacramenti, 222
Divisio tractationis, 223
De nomine Ordinis,c.1. 224
De deffinitione sacramenti Ordinis,n.2.
De materia sacramenti Ordinis,n.3. 225
De forma ejusdem,n.2. ibid.
De fine sacramenti Ordinis, cap.3. ibid.
De functionibus sacris,n.2. ib.
De sacris ministris,n.3. 226
De numero ministrorum, & ordinum,n.4. ibid.
De sufficientia horum ordinum & ministrorum,n.5. 227
de distinctione, & differentia eorundem,n.9. 228
De unitate sacramenti Ordinis,n.7. 229
De sacramento tantum,re tantum,& utroque. ibid.
De effectu sac.Or.id est,gratia, & charact.n.9. ibid.
De corpore Christi vero, & mystico,n.10. 230
De duplici potestate ordinis, & jurisdictionis,n.11. ibid.
De duplici clavi scientiæ, & potestatis,n.11. 231
De Usu clavium,n.13. 232
De jurisdict. ejusque divisione,ac necessitate,n.14. 233
De singulis, ordinibus in particulari, Pars 2. 234
De prima Tonsura. ibid.
De ordine Ostiariatus. 235
De ordine Lectoratus. 236
De Exorcizatu. 237
De Acolytatu. ibid.
De Subdiaconatu. 238
De ritibus in collatione hujus ordinis. 239
De ordine diaconatus. 247
De ritibus in collatione hujus ordinis. 231
de sacerdotio. 240
de dignitate, potestate, & gradibus sacerdotum. 243
de usu, & susceptione sacrament.ordinis, Pars 3. 245
de suscipientibus sacramentum Ordinis,n.2. ibid.
Qualis promotio ad Ordines requiratur,n.3. 246
de triplici fine malo in promovendo,n.4. ibid

de recto fine, qui debet haberi in promovendo,n.5. 247
de requisitis in promovendo seu de præparatione,n.6.ibid.
de scientia quæ requiritur in ordinandis,n.7. ibid.
Cur ordinationes habeantur tempore jejuniorum,n.8. 248
de sufficientia eorum quæ dicta sunt,n.9. ibid.

De Matrimonio.

De necessitate & utilitate hujus doctrinæ. 249
Divisio, tractationis. ibid.
De natura Matrimonij, seu de nomine,& deffinitione,cap.1. 250
de deffinitione matrimonij,n.2. ibid.
de qualitate consensus, verborum,& obligationis, num.3. 252
de matrimonio, ut est officium naturæ,cap.2. ibid.
Quibus de causis matrimonium sit contrahendum,seu de fine matrimonij,n.2. 253
de matrimonio, ut est sacramentum,cap.3. 254
Quod matrimonium sit sacramentum,n.2. ibid.
de causis, & deffinitione matrimonij ut est sacramentum,num.3. 257
Comparatio sacramenti matrimonij cum matrimonio naturali,n.4. 257
Quod inter duos tantum matrimonium esse potest, num. 5. ibid.
de indissolubilitate matrim. ejusque utilitate,n.6. 258
de triplici bono matrim,cap.4. 259
de mutuo amore, & officiis inter virum,& uxorem,cap.5. 260
de officio mariti erga uxorem,num.2. ibid.
de officio uxoris erga maritum,num.3. 261
de ritibus ante & post matrimonium adhibendis, cap.6. ibid.
de publicationibus,n.2. ibid.
de ritibus in celebratione matrim.adhibendis,n.3. 262
de benedictione, & ritibus post matrimonium servandis,n.4. ibid.
de administratione, & usu hujus sacramenti,cap.7. 263
de susceptione hujus sacramenti, & præparatione ad illud, num.2. ibid.
de debito reddendo,n.3. 264
de peccatis quæ possunt committi contra matrimonium, cap.8. ibid.
de impedimentis matrimonij, cap.9. 266
de impedimentis non dirimentibus,n.2. 267
de impedimentis dirimentibus,n.3. 268
de errore,num.4. ibid.
de conditione,num.5. 269
Votum,num.6. ibid.
Cognatio,num.7. ibid.
de legali cognatione,n.8. ibid.

Index Titulorum.

De cognatione spiri. n. 9. 270
De cognatione carnali, vel naturali, n. 10. ibid.
De gradibus, & illorum regulis, n. 11. 271
De impedimento criminis, nu. 12. 274
Cultus disparitas. n. 13. 275
De vi derimente, n. 14. 276
De ord. impedimento, n. 15. ib.
Ligamen, n. 16. ib.
Honestas, n. 17. 277
De affinitate, & duplici genere illius, n. 18. 278
Praxis ad cognoscendam affinitatem primi generis, & gradus illius, n. 19. 279
De regulis ad cognoscendum, 1. & 2. genus affinitatis, num. 20. ib.
Si forte ceire nequibis, nu. 21 281
De impedimento ætatis, n. 22. ibid.
De impedimento matrimony clandestini, n. 23. ib.
De impedimento inter raptorem, &c. n. 24. 283
Index Compendij.
De sacramentis in gen. 284
De differentia inter sacramenta veteris, & novæ legis. ibid.
De signo. 285
De causis sacramenti. ib.
De gratia, & charactere. 286
De sacramento, re & utroque. ibid.
De numero sacrament. ib.
De necessariis in quolibet sacramento, de necessitate sacramenti, & præcepti. 287
De usu sacramentorum. 288
de sacramento Baptis. ibid.
de confirmatione. 289
de Eucharistia, ut est sacramentum. ib.
de consecratione, & transubstantiatione. 290
de speciebus sacramentalibus & contento sub ipsis. 291
de Missæ sacrificio. 292
de communione. 293
de sacramento Pœnitentiæ. 294
de partibus integralibus Pœnitentiæ. 295
de Extrema unctione. ib.
de sacramento Ordinis. 296
de Matrimonio. 297

INTRO

INTRODVCTIO
IN DOCTRINAM
Sacri Concilii Tridentini,
ET CATECHISMI ROMANI
DE SACRAMENTIS.

Ad Parochos, & Clericos Diœcesis Novarien.

ROGATUS à multis sæpiùs, ut permitterem edi doctrinam, quam hoc anno super Catechismum Romanum de Sacramentis tradidi; non solùm consensi, ut fieret, sed etiam libenti animo quanta potui diligentia curaui, ut plenius, & clariùs ederetur. Nihil enim mihi jucundius evenire poterat, quàm ut labores mei non solùm diuturni, sed etiam perpetui sint; & potissimùm in Clero, & Ciuitate Nouariensi, vbi cum maxima animi mei voluptate illos absolui: & vbi licuit mihi admirari Pastorem vigilantem, & indefessum: Clerum doctum, & pium; vtrumque populum docilem, & deuotum. Hinc enim fiet, ut etiam absens, quod ibi adsim (dum aderunt isti labores) quædam ratione mecum potero cogitare. Iucundam autem recordationem, diuturnam quoque desiderare conueniens est. Ad vos igitur dirigo ista quæ docui; tum quia illa requiritis; tum quia doctrina Catechismi vobis potissimum tradita est. Quod si quid inpolitum, vel inornatum inueneritis, de reprehendatis

Index Titulorum.

De cognatione spiri. n. 9. 270
De cognatione carnali, vel naturali, n. 10. ibid.
De gradibus, & illorum regulis, n. 11. 271
De impedimento criminis, nu. 12. 274
Cultus disparitas. n. 13. 275
De vi derimente, n. 14. 276
De ord. impedimento, n. 15. ib.
Ligamen, n. 16. ib.
Honestas, n. 17. 277
De affinitate, & duplici genere illius, n. 18. 278
Praxis ad cognoscendam affinitatem primi generis, & gradus illius, n. 19. 279
De regulis ad cognoscendum, 1. & 2. genus affinitatis, num. 20. ib.
Si forte ceire nequibis, nu. 21 281
De impedimento ætatis, n. 22. ibid.
De impedimento matrimony clandestini, n. 23. ib.
De impedimento inter raptorem, &c. n. 24. 283
Index Compendij.
De sacramentis in gen. 284
De differentia inter sacramenta veteris, & novæ legis. ibid.
De signo. 285
De causis sacramenti. ib.
De gratia, & charactere. 286
De sacramento, re & utroque. ibid.
De numero sacrament. ib.
De necessariis in quolibet sacramento, de necessitate sacramenti, & præcepti. 287
De usu sacramentorum. 288
de sacramento Baptis. ibid.
de confirmatione. 289
de Eucharistia, ut est sacramentum. ib.
de consecratione, & transubstantiatione. 290
de speciebus sacramentalibus & contento sub ipsis. 291
de Missæ sacrificio. 292
de communione. 293
de sacramento Pœnitentiæ. 294
de partibus integralibus Pœnitentiæ. 295
de Extrema unctione. ib.
de sacramento Ordinis. 296
de Matrimonio. 297

INTRO

INTRODVCTIO
IN DOCTRINAM
Sacri Concilii Tridentini,
ET CATECHISMI ROMANI
DE SACRAMENTIS.

Ad Parochos, & Clericos Diœcesis Novarien.

ROGATUS à multis sæpiùs, ut permitterem edi doctrinam, quam hoc anno super Catechismum Romanum de Sacramentis tradidi; non solùm consensi, ut fieret, sed etiam libenti animo quanta potui diligentia curaui, ut plenius, & clariùs ederetur. Nihil enim mihi jucundius evenire poterat, quàm ut labores mei non solùm diuturni, sed etiam perpetui sint; & potissimùm in Clero, & Ciuitate Nouariensi, vbi cum maxima animi mei voluptate illos absolui: & vbi licuit mihi admirari Pastorem vigilantem, & indefessum: Clerum doctum, & pium; vtrumque populum docilem, & deuotum. Hinc enim fiet, ut etiam absens, quod ibi adsim (dum aderunt isti labores) quædam ratione mecum potero cogitare. Iucundam autem recordationem, diuturnam quoque desiderare conueniens est. Ad vos igitur dirigo ista quæ docui; tum quia illa requiritis; tum quia doctrina Catechismi vobis potissimum tradita est. Quod si quid inpolitum, vel inornatum inueneritis, de reprehendatis

De modo studendi Catechismo, & Concilio Tridentino. Cap. X.

TAndem de modo, quo studendum sit Catechismo dicendum est.

Lector igitur ita procedet. Primò inter studendum alicui rei particulari, obiet vabit an Concilium, vel Catechismus ibi tradant doctrinam de substantialibus Sacramenti, vel de his, quæ substantialia non sunt.

Si doctrina est de ritibus ac cæremoniis, observabit an dicant ab Apostolis, vel ab antiquissima Ecclesiæ consuetudine originem habere, & ob talem antiquitatem differt magni facere illos ritus: & Parochi illos dicta ratione poterunt populis maximè commendare. Si nihil dicant de origine cæremoniarum, sciet ex hoc solum tanquam Ecclesiasticas esse habendas, quia Concilium vel Catechismus illas proponunt.

Vt sess. 13. c. 5. & 6. & sess. 22. c. 4.

Si doctrina est de substantialibus, veluti de materia, forma, ministerio & effectu Sacramenti, vel de vsu, & administratione, quatenus à Christo sunt institutæ: tunc sciet talem doctrinam esse revelatam, & ideo per verbum Dei scriptum, vel non scriptum probari debere. Ideo observabit an Concilium, vel Catechismus adducant aliquem locum scripturæ ad probandum quod docent, vt sæpissimè facere solent: & si quidem faciunt, sciet illum locum ab Ecclesia Catholica ita intelligi, & interpretari: unde differt magni facere dictam authoritatem. Si verò nullum scripturæ locum adducunt, sciet quod talis doctrina super traditione, & verbo Dei non scripto fundata est. Ideo observabit, an Concilium, & Catechismus eadem doctrinam habuerint ex traditione, & an eadem traditionem probent per decreta summorum Pontificum, vel per Concilia Generalia, vel per unanimem consensum Patrum, vel quia Ecclesia Catholica ita semper intellexit, docuit, sensit, vel ex vsu, consuetudine & exemplo eiusdem Ecclesiæ, nempe quia talis materia, & forma semper vsa est in tali Sacramento, & similia: quod etiam de Ecclesia Romana intelligi debet, & hac ratione puritatem intelligent doctrinæ, quæ à Conc. & Catechismo tradita est. Hoc autem ferè semper Concilium, & Catech. facere consueverunt. Concilium quidè sæpè in proœmiis, Catech. in tractatione.

Vt sess. 14. c. 1. de Extr. Vnct.

Quæ

Quæ omnia Lectores diligenter debent observare: & Parochi cum populus docent, debent exemplo Concilij, & Catechismi illis declarare, à quo fonte doctrina tradita originem habet: scire enim quod aliqua doctrina à Deo sit revelata, vel ab Ecclesia ejus authoritate profecta sit, maximam vim in animis fidelium habere potest.

De modo inveniendi authoritates, quæ hic citantur. Cap. IX.

QVando ante citationem ponitur hæc particula *ex*, indicatur illam doctrinam esse ex tali loco derivatam, vel aliqua ratione applicatam. Veluti si Concilium dicat, R. conciliationem cum Deo esse effectum pœnitentiæ, & in his lectionibus dicatur esse finem illa ratione, qua effectus Sacramenti est etiam finis illius; per dictam particulam, *ex*, talis applicatio ad finem notata erit. Cum non ponitur talis particula, intelligitur in loco citato doctrinam eadem ratione contineri.

Catechismus ita citatur, C. R. significat Cateh. Roman. Vbi ponitur tantum numerus Catechismi sic, nu. 15. intelligitur locum esse, vbi tractatur de eadem materia, id est de eodem Sacramento. Cùm ante numerum ponitur hæc particula, Præfat. intelligitur locum esse in præfatione, quæ est initio Catechismi. Cùm ponitur articulus sic, art. 3. num. 5. indicatur esse in Symbolo. Cùm ponitur præceptum sic, p. 4. num. 5. intelligitur de Decalogo. Cùm ponitur Petitio, sic Pet. 4. num. 5. intelligitur Oratio Dominicalis.

Concil. Trid. notatur sic, C. T. Et quia eadem sessio quandoque dividitur in tres partes: In prima docet doctrinam Catholicam: In 2. damnat hæreses: In 3. agit de reformatione. Quando in suis citationis ponetur litera R. significabitur esse in tertia parte. Quando ponetur hæc particula canon. sic sess. 2. can. 5. intelligetur secunda, & lector intelliget illam doctrinam esse de fide, quia doctrina per Canonem Concil. Trid. determinata, de fide est. Quando neutrum ponitur, intelligitur prima pars. Et hæc pro introductione dicta sufficiant.

ipse enim graviora tantùm capita de illis studet determinare; licet in aliquibus sacramentis completum aliqua ratione doctrinam proponat: à Catechismo autem completa tractatio ordinariè est expetenda; ipse enim fere semper novem iam dicta proponit. Talem autem in sua tractatione ordinem servat.

Primò facit quasi proœmium.

Secundò tractationem.

Tertiò conclusionem.

In proœmio ordinariè solet proponere vtilitatem, & necessitatem doctrinæ illius sacramenti; sæpè etiam proponit quanta diligentia, quo fine, modo, tempore à Parochis sit tradenda.

In tractatione ordinariè, quantum expedit, novem dicta docet: nisi iam dixerit aliqua in tractatu de sacramentis in communi, quæ indicet omittenda: Circa ordinem non semper eodem modo procedit.

In conclusione colligit tractationem fuisse sufficientem, & sæpe inculcat parochis, ut efficaciter doceant, quæ tradita sunt: nonnullaque his similia illis proponit.

De doctrina à Deo de Sacramentis revelata.

Caput IV.

HVcusque dictum est de his, quæ ad colligendam, distinguendam, & explicandam doctrinam Concilij, & Catechismi prodesse possunt: modò aliqua sunt proponenda quæ doctrinam dictam, quoad dignitatem, & authoritatem, valde poterunt commendare.

C. T. sess. 21. ca. 2. In primis itaque sciendum est, circa sacramenta, quædam esse à Deo instituta, quædam fuisse ab Ecclesia ordinata. Omnia, quæ pertinent ad materiam, formam, efficientem, & finem Sacramenti, ita vt sint de substantia, & necessitate illius, omninò sunt à Deo instituta, & talia neque Apostoli, neque Ecclesia poterunt ordinare: ratio est, quia solus Deus potest dare authoritatem ministro, ut conficiat Sacramentum, & solus potest dare virtutem materiæ, & formæ, ut producant effectum supernaturalem quæ is est gratia, vel character. Ita igitur omnia à Christo sunt instituta, & hoc est quod Concilium ait, à Christo Sacramenta fuisse instituta. Similiter dicendum est, quod administratio Sacramentorum, & vsus, à Christo tradita sunt; Christus enim ordinavit, vt Sacramentum nihil prodesset, nisi quis illo

Ex C. Tr. sess. 7. can. 1.

Ex sess. 21. can. 1.

Sess. 7. c. 2.

vteretur, veluti dixit, *Nisi manducaveritis carnem filii hominis, &c. & qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit*: demum effectum Sacramenti sine vsu impossibile est obtinere. Administrationem etiam ordinavit, veluti cum dixit Apostolis: *Docete omnes gentes, baptizantes eos, &c.* Igitur à Deo sunt instituta substantialia Sacramenti, administratio, & vsus illorum.

Joannis 6. Marc. 16. Matth. 28.

Ecclesia verò circa Sacramenta, & vsum, & administrationem illorum quædam instituit authoritate sibi à Christo tradita, quæ non sunt de substantia Sacramenti, sed ad cultum, & venerationem illorum deserviunt, neque sunt vsus, vel administratio, sed ad rectum vsum, vel administrationem sunt deservientia; & alia sunt præcepta, ritus, ac cæremoniæ, seu solemnitates in conficiendis, & conferendis Sacramentis adhibendæ. Hæc autem, quæ Ecclesia instituit, duplici ratione à Deo sunt derivata: prima quidem est, quia Ecclesia à Deo habuit potestatem talia ordinandi. Altera est, quia Spiritus sanctus illi assistit, ut recta ratione talia instituantur.

Sess. 3. c. 2.

Sess. 7. can. 3. de Sacram.

2. Ex dictis sciendum est sequi, quod solus Deus, & nullus alius potest tradere doctrinam eorum quæ ab ipso sunt instituta. Illorum verò, quæ ab Ecclesia instituuntur, ipsamet Ecclesia doctrinam tradere potest. Ratio est, quia nisi Deus doceat se instituisse talem ministrum, materiam, formam, & alia, impossibile est quod illud cognosci possit. Quomodo enim quis sciet Christum instituisse Baptismum, nisi ipse doceat institutionem?

Ex. Conc. Tr. sess. 4. c. 2. & sess. 13 proœm. Ex C. R. in præf. nu. 12. & art. 9. num. 17.

3. Sciendum est, quod omnis doctrina tradita à Deo dicitur revelata, id est lumine divino & supernaturali manifestata.

4. Sciendum est, quod vnicum est medium, quo Deus homines docet, & revelat aliquam doctrinam, sive de Sacramentis, sive de aliis, & hoc est verbum Dei: Revelatio enim est manifestatio alicuius ignotæ, & supernaturalis veritatis à Deo facta; & hæc manifestatio fit ex eo, quod Deus loquitur, & dicit ita aliquid esse.

Conc. Tr. sess. 4. c. 1. Cat. R. in præf. nu. 12.

5. Scire oportet, quod Deus in veteri testamento locutus est per Prophetas; in novo autem locutus est nobis in filio, & in Apostolis. Et Concilium & Catechismus docent omnem doctrinam Evangelii fuisse revelatam per Apo-

Heb. 1. C. Tr. sess. 4. cap. 1.

& ses. 13. prom. C.R. art. 9. n. 17. stolos; & post mortem omnium Apostolorum, Deum nihil ampliùs revelasse, licet Spiritus sanctus semper manserit in Ecclesia; & docent illam omnem veritatem per Apostolos revelatam: unde Concilium ait, doctrinam de Sacramentis esse antiquam, & Ecclesiam fuisse à Christo & ab Apostolis de illa eruditam.

Sess. 4. c. 1. C.R. in præfat. n. 12. 6 Sciendum est quòd verbum Dei aliud est scriptum, aliud non scriptum: Scriptum vocatur sacra Scriptura: & continetur libris scriptis, tam veteris, quàm novi Testamenti. Non scriptum appellatur Traditio divina, & hoc verbum non fuit in libris exaratum: sed in ipsa Ecclesia fuit receptum, & continua successione, & quasi per manus traditione retentum, custoditum, conservatum & conservandum usque ad finem mundi.

Bell. tom. 1. Contr. 1. lib. 4. c. 2. 7. Sciendum, quòd Deus non omnem doctrinam Sacramentorum revelavit per verbum scriptum, seu sacram scripturam; sed multa & fortassè plura docuit per traditionem, & verbum non scriptum; & ratio potest esse primò, quia Apostoli docebant, sicut fecit Christus, præsentes, quòd melius sit voce quàm scriptura, quæ pro absentibus data est: secundò, quia vox seruit tam his, qui sciunt quàm qui nesciunt legere, omnes autem fideles de Sacramentis docendi erant; tertiò mysteria Sacramentorum magis expedichat committere traditioni, quæ apud solos fideles permanet, quàm scripturis, quæ etiam ad manus infidelium possunt pervenire, & margaritæ ante porcos non sunt ponendæ. Quartò Sacramenta sunt res quædam, quæ multas habent annexas actiones, & talia meliùs docentur voce præsenti, quàm scriptura absenti. Quintò Sacramenta faciliùs docentur facto, quàm verbo, sicut in institutione Eucharistiæ à Christo factum apparet, ideo Apostoli facto, & traditione Sacramenta optimè docuere.

Ex C. Tr. sess. 4. c. 1. 8. Considerare oportet non esse difficile conservare traditiones in Ecclesia puras, & fideles usque ad finem mundi: primò, quia Apostoli post mortem Christi per multos annos vixere: Petrus supra triginta: S. Ioannes, qui erat iunior, usque ad ultimam senectutem, unde doctrinam, & praxim Sacramentorum perfectissimè docuerunt: secundò multi scriptores, ut Dionysius Areopagita, & alij docuere de his, quæ Apostoli circa Sacramenta à Christo accepta

tradidere: tertiò Spiritus sanctus, sicut Apostolis potuit dictare verbum Dei, ita potest illud in Ecclesia purum, & integrum conservare.

Itaque ex dictis concluditur, quòd cum solus Deus potuerit Sacramenta instituere, ipse etiam solus potest de illis veram doctrinam præbere: & quòd doctrina à Deo tradita dicitur revelata: & quòd omnis revelatio sit per verbum Dei, & quòd omne verbum Dei habitum est per Christum, per Apostolos, & per Prophetas: & quod hoc verbum Dei aliud est scriptum, & appellatur scriptura; aliud non scriptum, & appellatur Traditio: & quòd magna pars doctrinæ Sacramentorum à Deo revelata habita est per traditionem: & quòd hæc traditio pura & fidelis usque ad finem mundi, opera Spiritus sancti in Ecclesia conservabitur. Et ex horum cognitione maximè dilucidabitur doctrina Concilii, & Catechismi de Sacramentis.

Quomodo Deus per Ecclesiam Catholicam reddit homines certos de doctrina ab ipso revelata. Cap. V.

NOn potest dici quantum afferat lumen ad intelligendam doctrinam Concilii, & Catechismi, si quis intelligat modum, quo Deus usque ad finem mundi reddit homines certos de doctrina à Christo, & per Apostolos revelata. De hoc igitur modò dicendum est.

Primò autem scire oportet, quòd Deus non otiosè, aut frustrà, sed ad aliquem finem doctrinam Evangelii revelavit. Deum enim nihil frustrà agere certum est. Secundò sciendum est, quod Deus ideo revelavit doctrinam Evangelii, ut omnes homines crederent illi, credendo iuxta fidem operarentur, & per hæc opera salvarentur: & ita gloria Dei, & Christi dilataretur. Rem ita esse, Christus docuit dicens, *Eũ es in mundũ universum prædicate Evangelium omni creaturæ.* Ecce finis doctrinæ revelatæ à Christo, & per Apostolos prædicatæ, est ut omnes homines totius mundi habeant notitiam huius doctrinæ, & non solùm hoc, sed ut credant illi; doctrinæ enim à Deo revelatæ omnes credere tenentur: ideo addit, *qui crediderit*; sed quia hoc non sufficit, addidit, *Et baptizatus fuerit*, id est fecerit omnia quæ in tali doctrina illi præcipiuntur, demùm subiungit, *saluus erit*: ut ostendat finem ejus doctrinæ esse *Marc. 16.*

salutem totius mundi, medium autem esse fidem, & operа iuxta doctrinam à Deo revelatam. Quarum igitur sunt annexa doctrinæ revelatæ, *notitia, fides, opera, salus.*

Marc. 16. Tertiò sciendum est, quod omnes homines teneantur credere Deo aliquid dicenti, cum sit prima & infallibilis veritas: & obedire illi aliquid præcipienti, cum sit summus & absolutus dominus omnium. Et hoc Christus docuit dicens: *Qui non crediderit, condemnabitur.*

Quartò sciendum est, quod homines teneantur credere, & obedire Deo, dummodo certum sit, quod Deus aliquid præceperit, vel dixerit, vel revelaverit. Si enim esset dubium, an Deus aliquid dixerit, omninò eriam dubium esset, an illi credendum foret: unde necesse est, quod homines aliquo modo reddantur certi de doctrina à Deo revelata.

Marc. 16. Quintò scire oportet, quod tempore Apostolorum Deus revelavit doctrinam Evangelii, & simul reddidit homines certos, quod illa doctrina esset à Deo revelata: medium, quo Deus revelabat doctrinam, erat prædicatio Apostolorum: medium, quo Deus reddebat homines certos, quod hæc doctrina esset à Deo revelata, erant miracula, & signa: & ita Evangelium sit, *Illi autem profecti prædicaverunt ubique*: Ecce primum medium, sequitur, *Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis*: Ecce secundum medium.

Sextò sciendum est, quod modo, & usque ad finem mundi necesse est, ut idem fiat, quod tempore Apostolorum factum est: nempe ut primò publicetur doctrina Evangelii in toto mundo: secundò ut aliqua ratione sit certum, & non sit dubium, quod talis doctrina publicata, sit revelata à Deo: & ista duo sunt necessaria, quia aliter Evangelium modo non esset medium sufficiens, & perfectum ad salutem totius mundi.

Septimò scire oportet, quod temerè non est credendum cuilibet dicenti, hæc doctrina est, vel fuit à Deo revelata. Cum enim Angelus Satanæ transfiguret se in Angelum lucis: & multi pseudo-Apostoli, & Antichristi existant in mundum veram doctrinam corrumpentes: Cautè admodum in adhibenda fide procedere opus est, ideo medium, quo certum debet fieri de doctrina revelata, debet esse insigne, & tale, ut credibile admodum sit.

Octavò supponere oportet, quod solus Deus possit, vel per se, vel per alium reddere hominem certum de doctrina à se revelata, quia ipse solus potest certò scire quod talem doctrinam revelavit: & ideò necesse est, ut illud medium quo homines debent doceri, & certificari de doctrina à Deo revelata, habeat assistentiam Spiritus sancti, non dubiam, sed certam: certa autem erit si talis assistentia à Deo illi promissa sit. Promissiones enim Dei certæ, & infallibiles sunt.

Nonò, pro certo habendum est, quod solus Pontifex Romanus, ut est caput totius Ecclesiæ, & Ecclesia Catholica, quæ est sponsa Christi, & corpus mysticum illius, habent hanc certam, & indubitatam assistentiam Spiritus sancti ex divina promissione: Personæ verò privatæ, & particulares possunt habere hanc assistentiam, sed non certam, & indubitatam, quia Christus nulli personæ particulari hanc assistentiam promisit. De Petro quidem, & de successoribus dictum est. *Rogavi pro te Petre, ut non deficiat fides tua, & tu, &c.* Similiter, *super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam*, & alia multa. De Ecclesia etiam Christus dixit, *Ero vobiscum usque ad consummationem sæculi.* Et de Spiritu sancto, *Ut maneat vobiscum in æternum Spiritus veritatis.* Item, *si autem non crediderit Ecclesiæ, sit tibi sicut Ethnicus, & Publicanus.* Item, *Ecclesia est columna, & firmamentum ejus veritatis.* Ideo firmiter tenendum est ex divina promissione solum Pontificem Romanum, & Ecclesiam Catholicam habere certam, & indubitatam assistentiam Spiritus sancti: & ideo per ipsos solùm homines posse modò fieri certos, & indubitatos de aliqua doctrina, quod à Deo sit revelata.

Decimò consideranti manifestè apparebit rem ita esse: Primò necesse est, ut in quocumque tempore Deus aliquod medium dederit mundo, quo homines certi fierent de vera doctrina ab ipso revelata: sine hoc medio enim Evangelium esset vanum, & otiosum, & homines illi credere non tenerentur: sed nescitur quod aliud unquam fuerit medium quàm hoc. Ecclesia enim & Pontifex Romanus semper fuerunt, & ad illos semper fideles in dubiis fidei pro certitudine recurrebant: neque scitur, quod fideles unquam

aliunde certitudinem fidei requisierint. Secundò personæ particulares non possunt esse tale medium: tùm quia modico tempore manent in Ecclesia: tùm quia Christus nulli personæ particulari futuræ post ipsum promisit Spiritus sancti certam assistentiam ad hunc finem, vt homines faceret certos de doctrina revelata: tùm quia infideles personæ particulari fidem indubitatam nollent habere. Tertiò nullum medium est dictis duobus magis conveniens. Romanus enim Pontifex semper est, caput Ecclesiæ est, Vicarius Christi est, & ideo summè credibile est, quod à Christo, sicut promisit Petro, dirigitur ne erret in fide facienda de doctrina à se revelata: Ecclesia quoque semper est, vbique est, vna est, sancta est, Apostolica est, à Spiritu sancto edocta est: tali autem medio, quid magis coveniens est? Sed addamus testimonium Ecclesiæ summè credibile esse, ita ut omnes tam fideles, quàm infideles credere illi certissimè possint? Cùm enim Ecclesia sit congregatio omnium fidelium, testimonium Ecclesiæ Catholicæ, id est vniversalis, erit testimonium non vnius, aut duorum, aut mille testium, sed infiniti sunt testes, nempe omnes fideles, quotquot fuerunt, vel sunt, vel erunt à Christo vsque ad finem mundi: omnes enim licèt in diversis temporibus, vel locis sint, idem omninò dicunt, & credunt, & hoc tanta constantia, & certitudine, ut multi pro veritate doctrinæ, vel mortui sint, vel mori parati essent. Quid hoc testimonio credibilius? Nonne miraculum est quòd in tanta varietate temporum, regionum, locorum, & in tanta, & tàm varia multitudine fidelium, una doctrina, vna fides, vnum baptisma retineatur.

Sess. 4. c. 1. & sess. 13. priorum, & alibi Sess. 4. c. 1.

Vndecimò, Pro constanti habendum est, quod doctrina à Deo revelata, seu à Christo, & ab Apostolis Ecclesiæ tradita nunquam defecit, sed semper in Ecclesia mansit, & vsque ad finem mundi manebit pura, & vera: & hoc ait Concilium Trid. fieri continua successione, & quasi per manus traditionem: ita ut Christus, & illius Evangelium, ut ait Concil. sit tanquam fons, doctrina à Christo relevata, sit tanquam aqua, Ecclesia sit tanquam alveus, per quem aqua, seu doctrina continua successione vsque ad finem mundi decurrit: Verbum enim Dei tàm scriptum, quàm non scriptum, id est scriptura, & traditiones, semper in Ecclesia sunt con-

servatæ in ea puritate, qua à Christo, & à Spiritu sancto traditæ sunt.

Duodecimò sciendum est quòd Ecclesia Catholica, & Romanus Pontifex habent authoritatem determinandi, an aliquid sit de fide, *id est*, an aliqua doctrina sit revelata à Deo per scripturam, aut traditiones, vel evidenter deducta ex tali doctrina à Deo revelata; & similiter habent authoritatē declarandi quodnam sit verbum Dei, siue scriptum, sive non scriptum, unde possunt declarare qui libri in sacra scriptura contineantur. Ratio est, quia si hoc est medium, quo Deus vult facere homines tàm fideles quàm infideles certos de doctrina à se revelata, & de verbo Dei; si Ecclesia non poterit determinare, quodnam sit verbum Dei, & an aliqua doctrina sit à Deo revelata, neque etiam poterit testificari, quod talis doctrina sit, vel non sit revelata. Potest ergo determinare, & statim ac determinavit, omnes de necessitate salutis tenentur credere illi doctrinæ tanquam à Deo revelatæ, & qui non credit illi, hæreticus est. Antequam verò determinet, non est absoluta obligatio credendi illi, ut doctrinæ à Deo revelatæ.

Sess. 4. c. 2.

Vt facit C. Tr. sess. 4. c. 1.

Decimò tertiò scire oportet, quod Ecclesia, & summus Pontifex eadem ratione habent authoritatem interpretandi verbum Dei, id est scripturas, & traditiones, & quòd Spiritus sanctus edocet Ecclesiam omnem veritatem revelatam, aperiendo illi sensum, ut verè intelligat, & interpretetur verbum Dei scriptum, & non scriptum, ita ut in hoc non possit errare. Et licet Spiritus illuminet, & doceat aliquos Doctores particulares, ut verè interpretentur verbum Dei: Tamen quia fideles non possunt esse certi de his, sicut de Ecclesia: ideo non habent absolutam obligationem credendi illis in particulari, sicut habent credendi Ecclesiæ vniversali.

Sess. 4. c. 1.

Decimò quartò sciendum etiam est, quòd maior certitudo, vel evidentia non potest dari ad confirmandum, quòd aliqua scriptura, vel traditio contineat verbum Dei, vel quod aliqua doctrina à Deo sit revelata, quàm si ostendatur, quòd Ecclesia Catholica semper ita sensit, ita docuit, ita observavit, ita determinavit, ita retinuit, vel alia simili ratione: & hoc modo probandi Conc. & Catech. sæpissimè vtuntur.

Decimò quintò sciendum quoque est, quòd Deus intimè in cordibus fidelium adiuvat lumine fidei intellectum, ut possit intelligere doctrinam revelatam, & credere Ecclesiæ testimonium perhibenti quod illa doctrina sit revelata: unde fit, quod certitudo de aliqua doctrina, quod sit revelata, habeatur tum ab Ecclesia de hoc testimonium perhibente; tum à fide intellectum, & voluntatem ad assentiendum cum certitudine adiuvante. Quare optima ratione à Deo instructum est medium, quo homines usque ad finem mundi possint fieri certi de doctrina ab ipso per Christum, vel per Apostolos revelata.

De sex modis quibus Ecclesia testimonium reddit, quod aliqua doctrina à Deo sit revelata. Cap. VI.

POstquam visum est, quod verbum Dei est illud medium, quo Deus aliquid revelat: Et quod Ecclesia Catholica est illud medium, quo Deus reddit homines certos, quod hoc, vel illud sit verbum Dei, quod hæc, vel illa doctrina per verbum Dei sit revelata, omninò expedit scire quando, vel quomodo Ecclesia Catholica testimonium reddat de verbo Dei, & de doctrina à Deo revelata. Fit autem sequentibus modis.

Mar. lo. cap. 14. Bell. to. 1. Contr. 3. lib. 4. cap. 3 & 5. Vt act. 5.

Primò, si Romanus Pontifex determinet aliquid esse credendum de fide, *id est*, ut revelatum à Deo, vel aliquem librum ad Sacram Scripturam pertinere, necesse est credere illi: quia cum sit caput totius Ecclesiæ, & caput possit testimonium ferre pro toto corpore, testimonium illius erit totius Ecclesiæ, & erit certissimum, quia Christus assistit illi ut Vicario suo, & capiti totius Ecclesiæ, ne possit errare.

C. T. sess. 4. cap. 2. Bell. to. 1. lib. 4. cap. 9 Ex actis Ap. cap. 1.

2. Si Concilium Generale legitimè congregatum idem testimonium reddat, erit totius Ecclesiæ, quia in ipso tota Ecclesia est congregata. Bell. tom 1. cont. 4. lib. 2. cap. 2.

3. Si Patres, & Doctores Ecclesiæ doceant unanimi consensu aliquid esse tenendum de fide, illorum testimonium erit totius Ecclesiæ, & omnes tenebuntur credere illis, quia Doctores Ecclesiæ, quos doctrinam repræsentant totam Ecclesiam, & omnes fideles tenentur sequi Doctores, quos Deus Ecclesiæ dedit, ut doceant illam, cum præcipue omnes, vel plurimi, aliis non contradicentibus aliquid docuerint à Deo revelatum. Quòd si unus, vel duo Doctores aliquid affirment, in quo alii non contradicant, testimonium erit magnæ authoritatis, sed non dicetur testimonium totius Ecclesiæ, & non erit absoluta obligatio credendi illis, licet temerè non sit recedendum à testimonio illorum.

Bell. tom. 1. Contr. 4. li. 3. cap. 14.

4. Si omnes Episcopi, vel in unum collecti, ut in legitimo Generali Concilio, vel separati teneant aliquid esse credendum de fide, tale testimonium erit totius Ecclesiæ, quia sunt Pastores omnium fidelium, & ideo omnes fideles repræsentant.

Bell. to. 1. Contr. 4. li. 3. cap. 14. C. Tr. sess. 14. cap. 3. de ext. un. & sess. 22. cap. 8. & alibi. Bell. to. 1. Contr. 3. lib. 1. c. 4.

5. Si omnes fideles teneant aliquid esse de fide, veluti quod mater Dei fuerit virgo post partum, erit testimonium totius Ecclesiæ, quæ nihil aliud est quàm congregatio omnium fidelium, & tali testimonio credere opus est.

6. Si Ecclesia Romana, quæ ut ait Concilium, est mater & magistra omnium aliarum Ecclesiarum, tenet aliquid esse de fide, veluti quod Extrema unctio sit Sacramentum, erit testimonium totius Ecclesiæ: tum quia ipsa tali ratione vnita est capiti totius Ecclesiæ, tum quia aliæ Ecclesiæ tenentur se conformare illi tanquam matri, & magistræ; & Deus illi assistit, ut in hoc non possit errare.

De octo modis probandi aliquam doctrinam fuisse à Deo revelatam. Caput VII.

EX dictis sequitur, quòd octo modis possit probari aliquam doctrinam fuisse à Deo revelatam.

Sess. 4. can. 2. & 2. C. T. ibi.

Primus ex Sacra Scriptura, quæ iuxta sensum Catholicæ Ecclesiæ, & interpretationem sanctorum Patrum intelligatur. Est autem Scriptura sacra, quæ à Catholica Ecclesia talis habita est.

Secundus ex Traditione. Et idem omnino est, quod de Sacra Scriptura.

Isti duo modi directè, & immediatè probant, quod aliqua doctrina à Deo sit revelata.

Tertius ex decreto summi Pontificis aliquid de fide determinantis.

Vbi sup. c. 6

Quartus ex simili decreto Concilij Generalis legitimè congregati.

Vbi sup.

Quintus est ex vnanimi consensu sanctorum Patrum.

Vbi sup.

Sextus ex sensu, iudicio, consensu, consuetudine, exemplo omnium Episcoporum.

UNIVERSIDAD PONTIFICIA DE SALAMANCA
UNIVERSIDAD DE LEON

Vbi sup. Septimus ex sensu, judicio, consensu, & consuetudine omnium fidelium.

Vbi sup. Octauus ex judicio, consuetudine, exemplo, vel usu sanctæ Romanæ Ecclesiæ.

Isti sex modi non probant immediatè, quod Deus aliquid revelaverit, sed probant mediatè, *id est*, mediante vel scriptura, vel traditione, ut docet Conc. Trid. ses. 4. cap. 1. ubi ait, sanctam Synodum usam esse testimoniis, & præsidiis sacrarum scripturarum, & traditionum in confirmandis dogmatibus, & instaurandis in Ecclesia moribus: ratio est, quia omnis doctrina revelata habetur per verbum Dei, & ideo omnis determinatio Ecclesiæ de doctrina revelata super verbo Dei fundata est.

Catech. in præf. n. 12.

De fine Concilii Tridentini, & Catechismi Romani. Cap. VIII.

Sess. 4. c. 1. EX dictis poterit declarari quis sit finis Conc. Trid. & Catech. Rom. & maximè expedit, ut sciatur. Finis ergo illorum est, ut sublatis erroribus puritas Evangelij à Christo accepti conservetur: quod Evangelium in scriptura, & traditionibus continetur.

Sess. 13. proœm. In particulari de Sacramentis Concilium ait, finem sanctæ Synodi esse, ut veram, & antiquam de fide, & Sacramentis doctrinam exponeret, quam semper Catholica Ecclesia à Christo, & ab Apostolis erudita, & à Spiritu sancto illi omnem veritatem in dies suggerente edocta retinuit, & usque ad finem sæculi conservabit.

Ibid. & alibi. Vnde apparet finem Concilij esse conservare puritatem doctrinæ Evangelicæ in Ecclesia; Medium verò quo talem finem studet obtinere, est tradere doctrinam antiquam de fide, & Sacramentis, *id est*, à Christo, & ab Apostolis acceptam. Ratio autem qua dicta doctrina antiqua discernitur & invenitur, est videre, si in Ecclesia Catholica talis doctrina semper fuerit retenta, & conservata. Rectè autem ita procedit. Si enim Ecclesia Catholica semper retinuit, & docuit aliquam doctrinam de Sacramentis, ergo illa doctrina à Christo, & ab Apostolis tradita est: Ecclesia enim à Christo in Apostolis fundata fuit. Doctrina autem de fide, & Sacramentis à Christo, & ab Apostolis tradita purissima est: ergo puritas Evangelii in Ecclesia conservabitur si doctrina antiqua, & continuò in Ecclesia conservata, tradatur. Vnde divina ratione Concilium, & Catechismus procedunt.

De authoritate Concilii, & Catechismi. Cap. IX.

DIgnitas doctrinæ Concilii, & Catechismi non potest cognosci, si eorum authoritas ignoretur: de hac ergo aliquid in gratiam introductionis est dicendum.

Concilium Trid. in doctrina tradenda duo facit: primò proponit doctrinam Catholicam; secundò damnat hæreses determinando aliquam veritatem esse de fide, id est, à Deo per verbum ipsius reuelatam: Cum ergo facit Canonem determinando aliquid de fide, illa determinatio tantæ authoritatis est, vt qui non vult credere illi, hæreticus sit: ratio est, quia authoritas Concilii Generalis, est authoritas totius Ecclesiæ, ad quam spectat determinare de doctrina reuelata, ita vt omnes illi credere teneantur. Doctrina verò quam docet, non tamen determinando de fide, est tantæ authoritatis, vt quiquid contrarium est illi, apertissimus error sit, & tanquam contrarium Catholicæ doctrinæ habendum sit ratione iam dicta.

Catechismus Romanus habet maiorem authoritatem quam quilibet Doctor Ecclesiæ, sive D. Aug. sive D. Hier. sive D. Tho. Et opinor illius doctrinam esse tantæ authoritatis, vt apertè contradicere illi temerarium sit: Et hoc duplici ratione, prima est quia doctrina Catech. quadam ratione doctrina Concilij Trid. est: Cathechismus enim effectus est tempore Concilij, & à Patribus delectis à Concilio, & qui interfuere Concilio, & quos Concilium existimabat doctrinam à se discussam intellexisse: & demùm quia Catech. in multis Sacramentis quasi Commentator Concilii est, fusiùs enim dicit, quod à Concilio breuissima oratione propositum est. Secunda ratio est, quia Catechismus duplici authoritate, tùm Concilii Generalis, tùm Summi Pontificis editus est, vt ex Conc. & ex inscriptione ac præfatione Catech. patere potest. Quare meritò asserendum videtur, quòd speciali ratione Spiritus sanctus astiterit illi. Et ideò eius authoritas maximi est facienda, & eius doctrina tanquàm verè Catholica est habenda.

Ex Conc. Sess. 24. c. 7.

Et Sess. 25. in fine ubi de judice, &c.

C. R. in præf. n. 8.

quis in hoc opere non ornatus, sed doctrina quærenda est. Existimat autem maximè expedire, si antequam incipiam tractare de Sacram. ea quæ sequuntur, vobis proponam, vt ex illis facilior aditus ad Sacramentorum doctrinam vobis aperiatur.

De fine huius tractationis. Cap. I.

IN primis autem vobis declarandum est, quis sit finis huius tractationis. Est igitur primò fidelium colligere omnem doctrinam Concilij Trid. & Catechismi Rom. de Sacram. Secundò doctrinam sic collectam in partes rectè ratioque distribuere atque distinguere. Tertiò vbi Concilium & Catech. aliquid breviori oratione, ideo minus clarè docent, illud clarius proponere, & si opus est, fusiùs explicare. Hæc tria vt facerem mihi propositum fuit. Vius fuit autem modo interrogandi, & respondendi, quia ad distinguendam doctrinam maximè accommodatus existit.

De modo colligendi, & distinguendi omnem doctrinam de Sacramentis. Cap. II.

EXpedit autem maximè huius finem proponere, vt explicetur modus quo possit cognosci, an in hoc opere & in Catechismo omnis doctrina de Sacramentis bene sit collecta, & distributa.

Sciendum est ergo, quod in Sacramentis duo tantùm principaliùs considerantur, vnum est sacramentum, aliud est vsus illius. Sicut enim aliud est panis, vel medicina, aliud vsus illius; & in pane præter ipsum, & vsum illius nihil est considerare; ita omnis doctrina sacramentorum primò ad ipsa sacramenta, secundò ad vsum illorum est referenda.

Scire tamen oportet, quod circa sacramenta, & illorum vsum reperiuntur quidam ritus, & cæremoniæ, quæ neque sunt sacramentum, neque vsus sacramenti, sed sunt quædam solemnitates quibus sacramentum rectè ministratur, & vsus vtiliter adhibetur: & de his quoque in tractatu de Sacramentis considerari hic haberi debet.

Amplius non ignorare conueniens est, quod in tractatione habenda de aliqua re, debet considerari de nomine, & definitione illius; non quia sint aliquid rei, sed quia vnum significat, & aliud explicat rem. Vnde quatuor de Sacramentis sunt proponenda.

Primò de nomine, & diffinitione cujuslibet sacramenti.
Secundò de sacramento, seu substantia, & essentia illius.
Tertiò de vsu, & dispensatione ejusdem.
Quartò de ritibus, ac cæremoniis ipsius. Præter hæc nihil scio de Sacramentis posse tractari.

Modò de quatuor jam distinctè considerare conveniens est. Et quidem de nomine, & diffinitione plura modò dicenda non sunt. De sacramento autem scire opus est, quòd quatuor sunt causæ illius, materia, forma, efficiens, & finis, & omnes sunt de necessitate, & substantia sacramenti, ita vt sine aliqua illarum Sacramentum esse non possit: unde de singulis considerare, ad hoc vt plena sit tractatio, omninò necesse est.

De vsu etiam sacramenti duo omninò considerari debent. Vnum est ex parte ministri, & dicitur dispensatio, vel administratio. Aliud ex parte suscipientis sacramentum, & dicitur susceptio, vel vsus sacramenti. De ritibus ac cæremoniis aliud modò dicendum non est.

Colligendo autem quæ dicta sunt, parebit ista novem de singulis sacramentis debere considerari.

Primò de nomine.
Secundò de diffinitione.
Tertiò de materia.
Quartò de forma.
Quintò de efficiente.
Sextò de fine, seu effectu.
Septimò de administratione.
Octauò de vsu, & susceptione.
Nonò de ritibus, ac cæremoniis.

Hæc sunt, à quibus vera ratio colligendi, & distinguendi doctrinam de sacramentis sumenda est; ideò dicta observare maximè adjuvabit intellectum, & confirmabit memoriam ad percipiendam, & retinendam doctrinam sacramentorum. Nihil enim est, quod magis confundat intellectum, vel obtusa memoriam, quàm magna rerum congeries sine ordine, & distinctione.

Quod tractatio Catechismi completa sit. Cap. III.

CIrca verò tractationem Concilij, & Catech. an omnia doceant, quæ dicta sunt, sciendum est, quòd à Concilio tractatio completa de sacramentis requirenda non est.

DE JVSTIFICATIONE, Doctrina ex sacro Concil. Trident. desumpta.

De necessitate hujus doctrinæ.

Sess. 7. in princ.

HÆc doctrina de justificatione est necessaria ad intelligendam doctrinam sacramentorum? Resp. est.

Sess. 7 Proœmio, & c. 6. & 7.

Quare hoc? Resp. quia cum finis seu effectus sacramentorum sit, ut ait Concil. justitia, & justificatio (ait enim, per sacramenta omnis vera justitia incipit, coepta augetur, & amissa recuperatur) ideò ad cognitionem sacramentorum necessaria est intelligentia de justificatione.

Quibus est necessaria hæc doctrina? Resp. omnibus, sed præcipuè Parochis, & Prædicatoribus.

Quare sic? Resp. quia cum omnes peccent, omnes egent justificari: nemo autem recte facit quod ignorat: ideò quilibet debet scire quomodo possit justificari. Parochi verò qui tenent animas ad justitiam, & salutem, nunquam scient dirigere ad justificationem, si ignorent quomodo quis possit justificari. Ita Confessarij nescient dirigere pœnitentem, ut de impio fiat justus, si hanc doctrinam non habent. Et eadem ratione Prædicatores, quorum munus est convertere homines à peccato ad justitiam, sine hac doctrina hoc facere non valebunt: ideò omnibus istis doctrina hæc valdè est necessaria.

De ipso tractatione.

In quot capita debet dividi ista tractatio? Resp. in quatuor, in primo debet agi de his, quæ præeduntur justificationem. In secundo de præparatione ad justificationem. In tertio de ipsa justificatione. In quarto de his, quæ illam

Ita Conc. Tr. sess. 6.

sequuntur, seu de his, quæ circa justificatum contingere possint.

De his quæ præeduntur justificationem. Cap. 1.

QUænam præmittuntur à Sacro Concilio, antequam tractet de ipsa justificatione? Resp. Primò de peccato originali, & illius effectu. Secundò de remedio ipsius. Tertiò de usu, & applicatione hujus remedij. Quartò de necessitate præparationis ad honorsum.

Sess. 5. c. 1. & c. 16.

De fine hominis, & modo ad illum consequendum. Num. 2.

QVis est finis hominis? Resp. gloria Dei, & vita æterna, ut habetur ex Concil. Triden. sess. 6. can. 7. & c. 16.

Sess. 6. c. 7.

Quomodo tibi hoc ais? Quia certum est finem hominis, & finem justificationis unum, & eundem esse: justificatio enim est medium quo homo consequitur finem suum, ut ex Conc. patet: medium autem eundem finem habet, quem habet vtens illo; vnde medicus, & infirmus, & medicina eundem finem habent, nempe sanitatem. Cum ergo sacrum Conc. dicat finem justificationis esse gloriam Dei, & vitam beatam; finis quoque hominis talis dicendus erit.

Quæ sunt media ad hunc finem? Resp. vnicum, & verum medium, quo homo hunc finem consequi valet, est gratia, vel justitia, vel charitas, quæ idem sunt: ad hoc enim medium omnia alia, quæ ad hoc pertinent, reducuntur.

De statu in natura integra & incorrupta. Num. 3.

NAtura hominis ipsius modò eadem, quæ fuit ante peccatum Adæ? R. sp. quoad substantialia est eadem, quoad accidentalia fuit mutata. Per peccatum enim homo non amisit naturam, sed perfectionem naturæ, & eadem manente substantia, accidentia facta sunt deteriora.

Sess. 5. d. 1.

Quinam erat status hominis in natura integra ante peccatum? Resp. habebat justitiam originalem, & per illam alia infinita bona.

Sess. 5. d. 1. c. 1.

De justitia originali. Num. 4.

QVid erat justitia originalis? Resp. Erat justitia Dei homini communicata, per quam homo efficiebatur justus, & reddebatur potens ad finem suum supernaturalem consequendum.

Sess. 5. d. 1. & 16 sess. 5. d. 1. ante sess.

Quare dicebatur originalis? Respond. quia Deus in ipsa origine & creatione hominis hanc illi dedit.

S. Aug. ep. 89. D. Th. 1. 2. q. 82. a. 1.

Quis erat effectus illius? Resp. duo principales, vnus erat reddere rationem, & animam hominis in suis operationibus subditam Deo; alter erat reddere sensum, & corpus subditum animæ, ex quo postea infiniti boni effectus sequebantur.

De peccato primi parentis, nomine, & effectu. Num. 5.

Sess. 5. decret. 1. QVomodo vocatur peccatum primi parentis? Resp. peccatum primi parentis potest dupliciter considerari, vel respectu ipsius, & sic dicitur lapsus, vel prævaricatio Adæ seu primi parentis, vel respectu nostri, seu descendentium, & sic dicitur originale.

Sess. 5. decret. 1. Quare tantùm respectu descendentium dicitur originale? Resp. quia Adam in sua origine non habuit hoc peccatum: descendentes verò in origine illud contrahunt.

Ibidem. Hoc peccatum quomodo potest definiri prout fuit Adæ? Resp. sic, ex Conc. Trid. Peccatum Adæ fuit transgressio, vel prævaricatio divini præcepti, per quam justitiam originalem amisit, & in mala infinita præcipitatus est.

In quo consistit ratio præcisa huius peccati Adæ? Resp. in transgressione mandati Dei.

Ibidem. Qui in Adam fuerunt effectus illius? Respon. duo præcipuè, vnus est, ait Concil. privatio boni, alius consequutio mali.

Ibidem. Quæ bona amisit Adam? Resp. ait Conc. statim amisit sanctitatem, & justitiam in qua constitutus fuerat.

Ibidem. Quæ mala illi sequuta sunt? Resp. Conc. enumerat ista. Primò incidit in iram, & indignationem Dei. Secundò mors dominata est illi cum languoribus & infirmitatibus, *Ibidem.* quæ illam præcedunt. Tertiò factus est servus diaboli. Demùm ait, totum Adam per illam prævaricationis offensam secundùm corpus, & animam in deterius commutatum fuisse.

Ibidem. & sess. 6. c. 1. Quomodo differunt peccatum Adæ, & peccatum originale descendentium? Resp. Conc. appellat peccatum Adæ *prævaricationem divini præcepti*. Peccatum autem in descendentibus non appellat *transgressionem præcepti*, sed appellat *mortem animæ*, id est *carentiam justitiæ & gratiæ*, gratia enim est vita animæ, & carentia illius est mors.

Sess. 5. decret. 1. Quænam possunt considerari in peccato originali respectu descendentium? Resp. ait Conc. duo, peccatum, & effectus peccati.

Quid est peccatum originale in descendentibus? Resp. carentia originalis justitiæ, qua homo fit injustus, immundus, & reus peccati. *Ibidem.*

Qui sunt effectus illius? Resp. quoad animam, Primus est mors animæ: ex carentia enim vitæ sequitur mors. 2. est ira & indignatio Dei, unde dicuntur filij iræ. 3. est rebellio rationis à Deo, & sensus ab ipsa ratione. 4. est concupiscentia, & fomes, quæ à peccato provenit, & ad peccatum inclinat. 5. est servitus diaboli. 6. est reatus peccati, & damnationis. Quoad corpus, effectus sunt mors, & alia infinita corporis mala. *Ibidem. & sess. 6. c. 1.*

Hoc peccatum estne in singulis hominibus? Resp. ait Conc. est, quia in singulis est carentia dictæ justitiæ. *Sess. 5. decret. 1.*

Hoc peccatum etiamsi sit in singulis, potest dici unum? Resp. ait Conc. potest, quia ab vno, idest ab Adam derivatur, & ideò ait Apostolus, *Per vnum hominem peccatum intravit in mundum.* *Ibidem.*

Quomodo hoc peccatum transit ab uno ad alium? Resp. ait Conc. per propagationem. Origo enim hujus peccati est in Adam: transfusio autem, seu derivatio hujus peccati fit non imitatione, sed propagatione. *Sess. 5. decret. 1.*

Quid vult dicere, non imitatione, sed propagatione? Resp. vult dicere, quod filij Adæ non ideò dicuntur incurrere in hoc peccatum, quia ipsi actu committant illam inobedientiam, quam commisit Adam, hoc enim esset imitari illam faciendo quod ipse fecit: sed incurrunt iram Dei, & carentiam originalis justitiæ ex hoc solùm, quod descendunt ab ipso, *id est* ab Adam tãquam à primo parente per propagationem, & procreationem originem ducunt. *Ibidem.*

Quid potissimum debet considerari de peccato originali circa materiam justificationis? Resp. debet considerari per illud auferri ab homine vnicum medium, quo homo potest consequi finem suum vitam æternam: quod medium est gratia, & justitia Dei, & ideò necesse est, vel hominem damnari, & privari vita æterna, vel dari aliquod remedium per quod possit justitiam amissam recuperare. *Sess. 5. decret. 1. & sess. 6. c. 1. &c.*

De remedio contra peccatum originale, ejusque necessitate. Num. 6.

EStne necessarium dari remedium contra hoc peccatum originale? Resp. est, ad hoc, ut homo possit consequi finem suum. *Sess. 5. dec. 1. & sess. 6. c. 1. & c. 2.*

Bilem. Quodnam est hoc remedium? Resp. iustificatio, ideſt
Sef.1.c.4. recuperatio amissæ iustitiæ.

Quid est iustificatio? Resp. Conc. Trid. ita describit illam. Iustificatio est translatio ab eo statu, in quo homo nascitur filius primi Adæ, in statum gratiæ, & adoptionis filiorum Dei: id est, iustificatio est transitus à peccato ad gratiam, & à privatione iustitiæ ad iustitiam.

Sef.5.ca.1. Homo per vires naturæ potest obtinere hanc iustifica-
Sef. 6. c.1. tionem, & gratiam? Resp. nequaquam, & est de fide.
& can.2. Homo per liberum arbitrium potest obtinere hanc iustificationem, ex eo quod averteretur à peccato, & ad Deum se converteret? Resp. solum liberum arbitrium non potest, & est de fide.

Sef.6.c.1. Nonne homo potest peccatum habet liberum arbitrium,
& 7. ita ut si velit, possit recedere à peccato, & iustitiam veram amplecti? Resp. ait Conc. habet liberum arbitrium, sed viribus attenuatum & inclinatum: & idò non potest propria virtute veram iustitiam amplecti: vera enim iustitia non potest haberi nisi Deus communicet illam.

Sef.6. c.1. Homo per legem veterem potuit hanc iustificationem
& c.1.& 2 obtinere? Respond. ait Conc. à peccato originali neque gentes per vim naturæ, neque Judæi per ipsam etiam literam legis Mosis liberari aut surgere potuisse, tametsi in eis liberum arbitrium minimè extinctum esset, viribus licèt attenuatum.

Quodnam est verum remedium contra peccatum originale? Resp. Conc. determinat de fide, quod verum & vni-
Sef.5. c.1. cum remedium contra peccatum originale, sit meritum Christi, & nihil aliud. Christus enim factus est nobis iustitia, sanctificatio, & redemptio.

Meritum Christi restituitne iustitiam? Resp. Restituit, quia etiam nobis meruit illam.

Sef.5.c.1. Tollit omnes effectus peccati? Resp. quoad animam
& sef. 6. tollit, quia facit filios Dei; liberat à seruitute peccati, &
cap. 7. dæmonis: tiam & indignationem Dei placat: reatum pec-
Sef. 5.c.2. cati, & damnationem tollit, portas Paradisi aperiendo; sensum rationi, & rationem Deo per iustitiam subdit, fomitem etiam, & concupiscentiam ad coronam & meritum defervire facit, & alia multa. Corpotalia modò non tollit ea ratione qua à Catechismo dicitur de Baptismo.

De applicatione hujus remedii. Num. 7.

HOc remedium prodestne his, quibus non applicatur? *Sef.6.c.3.*
Resp. sine applicatione nihil prodest: sicut medicina non prodest infirmo non sumenti illam & ideò hæc applicatio meritii Christi omninò est necessaria.

Quomodo fit hæc applicatio meriti Christi? Respond. *Sef.5.de.*
Conc. ita determinat: Si quis negat ipsum Christi Iesu *prc.1. &*
meritum per Baptismi sacramentum in forma Ecclesiæ *sef.6. can.*
ritè collatum tam adultis, quàm parvulis applicari, ana- *14. & sef.*
thema sit. Hoc fit prima vice, post hoc verò applicatur per *7.proem.*
pœnitentiam, & per alia Sacramenta.

Qua ratione per Baptismum fit applicatio meritii Chri- *Sef.6.c.1.*
sti? Resp. in Baptismo homo fit membrum Christi; mem- *& sef. 8.*
brum autem capiti vnitum communicat de vita & opera- *c.1. &2.*
tione capitis; & ideò cùm in baptismo homo regeneratus sit ex aqua, & Spiritu sancto, & consepultus sit cum Christo, & translatus in regnum filij dilectionis Dei, vere per ipsum meticum Christi homini baptizato communicatur, & applicatur.

De duplici effectu hujus applicationis per Baptismum facta. Num. 8.

QVis est effectus Baptismi, vel applicationis per illum *Sef. 5. d.c.*
factæ? Respondemus, ait Concilium, primus ef- *2.& sef.6.*
fectus Baptismi est translatio ab eo statu, in quo homo *c.1. &c.*
nascitur filius primi Adæ, in statum gratiæ, & adoptionis filiorum Dei: id est, Baptismus de filio Adæ, facit filium Dei: & de membro diaboli, membrum Christi. Secundus effectus sequitur ex primo: & est translatio à statu peccati, ad statum gratiæ, & iustitiæ: sicut enim ex eo quòd quis est filius Adæ, sequitur quòd sit filius iræ, atque peccati: ita ex eo quòd quis efficitur membrum vivum Christi, sequitur quòd filius sit Dei & divinæ participeps iustitiæ. Baptismus ergo primò vnit Christo. Secundò ex hac vnione hominem facit gratiæ, & iustitiæ participem. Iustificatio ergo Baptismi effectus esse dicitur.

De præparatione ad justificationem, & de ejus necessitate. Cap. II.

QVid debet considerari ad hoc, ut vera habeatur co- *Ex C.T.sef.*
gnitio de præparatione ad iustificationem? Respon- *7.c.1.& 8.*
demus quatuor causæ ipsius præparationis. *ac sef 6.c.5.*

Ex sess. 6. can. 5. Expedit ut fideles doceantur de illa, & quod Parochi discant illam? Resp. sicut præparatio, ait Conc. ad justificationem est necessaria, ita docere, & doceri de illa non solùm vtile, sed necessarium est.

Quare est necessaria ista doctrina? Resp. quia sine illa fideles nesciunt qua ratione se disponant ad justificationem, & Parochi, Confessarij & Concionatores nesciunt qua ratione fideles inducant ad conversionem & pœnitentiam, quod est scitu tam necessarium ad salutem suam, & aliorum.

De fine, effectu, fructu & necessitate præparationis.
Num. 2.

Ex sess. 4. 5. 6. & 7. Ex Conc. Ibidem. QVis est finis præparationis? Resp. Justificatio, peccator enim ideo se præparat ut justificationem accipiat.

Quis est effectus præparationis? Resp. duplex, vnus est removere ea quæ impediunt justificationem, illique contraveniunt: alter est introducere prævias dispositiones ad justificationem. Hoc enim est disponere, & præparare ad justificationem, seu reddere hominem capacem justificationis.

Sess. 6. c. 7. Quis est fructus, seu vtilitas hujus præparationis? Resp. talis, quod vbi major est præparatio, ibi plenior efficitur justificatio. Conc. enim docet distingui mensuram, & gradum justificationis, tum ex solemate Spiritus sancti, tum ex dispositione, & cooperatione eius qui debet justificari.

Sess. 5. c. 5. & 6. 9. Ex sess. 6. c. 5. 7. & can. 9. Ex Conc. Ibidem. Præparatio hæc in adultis est necessaria? Resp. in adultis qui habent vsum rationis, est necessaria, & est de fide.

Præparatio ergo est de substantia, aut est mera justificationis, aut pars illius? Resp. neqvaqvam.

Quomodo ergo est necessaria? Resp. est necessaria, ut conditio, sine qua non.

Quid est conditio sine qua non? Resp. est quid requisitum ad hoc ut aliquid fiat: sed tamen non est causa illius neque materialis, neque formalis, neque efficiens, neque finalis, sed est solummodo quædam conditio, vel accidens requisitum in aliqua causa, vel in actione aliculus causæ.

Arg. ex sess. 6. c. 6. 7. & can. 9. Potestne declarari exemplo? Resp. potest, lignum viride non posset comburi, siccum autem comburitur, siccitas autem non est materia combustionis, sed lignum, illud enim quod comburitur, lignum est, & tamen siccitas est quædam conditio, quæ sine ligno non sit, lignum comburi non potest. Similiter si lignum siccum valdè distet ab igne, comburi non potest, si autem approximetur igni, comburitur: illa itaque approximatio neque est materia, neque forma, neque efficiens, neque finis combustionis; sed est conditio sine qua combustio esse non potest. Ita de justificatione, est præparatio, non est de substantia justificationis, sed est quædam conditio requisita in justificando, sicut siccitas in ligno, & sicut approximatio ligni ad ignem. Præparatio enim duo facit. Primò reddit hominem capacem justificationis. Secundò convertit illum ad Deum, ut justificetur.

Sess. 6. c. 5. 6. 7. Est conveniens, quod præparatio præcedat justificationem? Resp. maximè conveniens est: semper enim agens requirit dispositionem in recipiente: in homine autem propter liberum arbitrium, hæc dispositio maiori ratione est requirenda.

De materia præparationis. Num. 3.

Ex sess. 5. c. 5. 6. & 7. Ex sess. 6. can. 5. PRæparatio habetne materiam? Resp. habet; omnis enim actio subjectum, & materiam propriam habet.

Quænam est hæc materia? Resp. homo adultus habens vsum rationis, constitutus in peccato originali, vel actuali, cui fit justificationis gratia confertenda.

Infans potestne esse materia præparationis? Resp. non, quia vbi non est vsus rationis, non potest esse præparatio ad justificationem.

De efficientes præparationis, & de libero arbitrio. Num. 4.

Ex sess. 6. c. 3. & 4. QVodnam est efficiens præparationis? Resp. duplex est efficiens: vnum ex parte Dei, aliud ex parte hominis.

Quale est ex parte Dei? Resp. Conc. ait, gratia prævetiens per Jesum Christum.

Quodnam est ex parte hominis? Resp. voluntas, & liberum arbitrium.

Sess. 6. c. 5. & 6. c. Ibidem. Præparatio potest esse sine altero horum? Resp. omnino verumque est necessarium, ita ut neque sola gratia præparet, neque solum liberum arbitrium, sed verumque simul concurrit, ait Conc.

Sess. 6. c. 5. 6. & c. 3. & 9. Quid in præparatione facit gratia? Resp. Conc. vitur bis verbis, prævenit, vocat, illuminat, tangit cor, excitat, adjuvat, inspirat, & hoc nullo merito existente ex parte hominis.

Sess.6.c.5. & 9. Quid facit liberum arbitrium? Resp. Conc. exprimit talibus verbis: Non respuit gratiam, vel inspirationem, cum possit, libere assentitur, cooperatur, & movet se, ut ad Deum convertatur, & se præparet ad suam justificationem.

Sess.6.c.4. Homo per hoc liberum arbitrium potestne si velit respuere gratiam sibi oblatam à Deo? Resp. est de fide quod possit.

Sess.6. can. 4. & 9. Liberum arbitrium in præparatione ad justificationem, quando homo est adultus, potestne se merè habere passivè, & nihil penitùs agere, ut motui suæ voluntatis se præparet, & disponat? Respon. est de fide, necesse esse, quod moveat se, & quod gratiæ cooperetur, ut se disponat, & quod homo in præparatione non possit se merè passivè habere.

Ex locis extrariis. Quid ex hac doctrina colligi potest? Resp. peccatores cum ad Deum converti volunt, ex una parte debere summis precibus à Deo petere auxilium, ex alia ipsos quoque debere exalti, ut se præparent ad justificationem. Et hinc Parochi, Confessarij, Concionatores maxime observare debent, & populos docere.

De forma, & modo præparandi. Num. 5.

Sess.6.c.6. QVænam est forma præparationis? Resp. Concilium reducit formam præparationis ad quatuor, nempe ad fidem, spem, charitatem, & Sacramentum Baptismi, vel Pœnitentiæ.

Vt sess. 6. c.6. & 7. Quare præparatio reducitur ad hæc? Respon. primò quia scripturæ ita docent: secundò quia sic convenit naturæ justificationis. Cùm enim justificatione conferatur gratia cum fide, & spe, & charitate, conveniens est ut homo sit dispositus ad singula hæc recipienda: cum etiam hæc gratia per meritum Christi in Sacramento applicatum conferatur, necesse est ad ipsum quoque Sacramentum hominem præparari, ideò rectè posita sunt.

Sess.6.c.6. Quomodo sit præparatio ad fidem? Resp. homo illuminatus, & adjutus à Deo dum audit verbum fidei, consentit libere, & se velle credere revelatis, & promissis à Deo, præcipuè quatenus pertinet ad justificationem, & sic ait Conc. homo disponitur ante Baptismum ad fidem. Post bap-

tismum verò pœnitentes considerant ea quæ per fidem iam cognoverunt.

Quomodo sit præparatio ad spem? Resp. ait Conc. Primò, considerando se esse peccatorem. Secundò cogitando Deum imperantes tua iustitia, & ita graviter punire: & ex hoc timorem divinæ iustitiæ concipere debet, si impœnitens perseveret. Tertiò considerare Deum esse benignum & misericordem pœnitentes, & per Iesum Christum sua misericordia pœnitentibus peccata remittere, & ex hoc spes veniæ est concipienda per Christum, si ipsum pœniteat. *Ibidem.*

Quomodo sit præparatio ad charitatem? Resp. ait Conc. Primò incipiendo diligere Deum, & Christum tanquam omnis iustitiæ fontem, sic enim incipit diligi iustitia, quæ in iustificatione confertur, & ideò sit dispositio ad illam. Secundò propter hunc amorem iustitiæ movendo se ad odium peccati, ex amore iustitiæ: per tale enim odium removetur dispositio contraria, quæ erat amor peccati, & odium iustitiæ. *Ibidem.*

Quia ratione sit præparatio ad Sacramentum Baptismi, vel Pœnitentiæ? Resp. ait Concil. fieri si homo proponat suscipere dictum Sacramentum tanquam medium suæ iustificationis, credendo & considerando per ipsum applicari sibi meritum passionis Christi: proponendo etiam inchoare novam vitam, & servare divina mandata, ac per hæc disponit se ad iustitiam, quæ in observantia mandatorum Dei posita est. *Ibidem.*

Quid colligendum ex hac doctrina? Resp. qui regunt alios debent tenere modum, quo in concionibus, vel confessionibus debeant peccatores ad iustificationem præparare, vel exhortari: omnes verò fideles hunc habere modum se ad iustificationem præparandi.

De iustificatione, & eius definitione. Cap. 3.

Sess.6.c.7. SAcrum Conc. quid considerat de Iustificatione? Resp. quatuor causas: materiam, formam, finem, efficientem.

Ibidem. Definit Conc. quid sit justificatio? Resp. definit sic. Justificatio est non sola peccatorum remissio, sed & sanctificatio, & renovatio interioris hominis per voluntariam susceptionem gratiæ, & donorum: unde homo ex injusto fit justus, ex inimico amicus, ut sit hæres secundùm spem *ibidem.* vitæ æternæ.

Estne perfecta definitio? Resp. Est, quia quatuor causas

integrè comprehendit. Materialem enim exprimunt illa verba; interioris hominis per voluntariam susceptionem, quia declarant in qua materia recipiatur justificatio, & qua ratione. Formalem explicant illa verba, peccatorum, remissio, sanctificatio, renovatio, necnon illa, gratiæ, & donorum. Efficientem declarant illa verba, gratiæ, & donorum; quia clarè innuunt à Deo, & per Christum provenire. Finalem ultima verba declarant; unde exprimuntur per modum effectus, qui fini maximè connunctus est; dicunt enim unde homo ex injusto fit justus, ex inimico amicus, vt sit hæres, &c.

De causa finali Justificationis. Num. 2.

QVænam est causa finalis Justificationis? Resp. Conc. Ibidem. sit, Gloria Dei, & Christi, ac vita æterna.

Quomodo gloria Dei ex justificatione procedit? Resp. quia in justificatione clarè apparet, quam sit magna, & Ex sess. 6. ca. 7. laudabilis sapientia, potentia, & bonitas Dei justificantis impium, & ideo cum gloria sit clara cum laude notitia, sess. 6. c. 7. gloria Dei ex justificatione consurgit.

Quomodo hæc fiunt? Resp. in justificatione confertur homini fides, per quam auferrur ab illo ignorantia, & communicatur illi divina Sapientia. Confertur spes, per quam ab homine auferrur infirmitas, & conceditur divina potentia & auxilium. Conferrur charitas, per quam homo fit de impio pius, de injusto justus, & bonus. Vnde infinitis modis in justificatione glorificatur Deus: sed & ipsa justificatio ad gloriam Dei ordinata est.

Ex sess. 6. c. 7. Quomodo ex illa provenit gloria Christi? Respon. Per justificationem meritum passionis Christi toto mundo inexplicabiliter coruscat, vnde clara ejus cum laude notitia resultat.

Ex sess. 6. ca. 7. Quomodo vita beata est finis justificationis? Resp. quia justificatio datur homini, ut obtineat mandata Dei; huic autem observantiæ mandatorum Dei debetur præmium vitæ æternæ, Deo ita disponente: ideo justificatio est medium à Deo traditum homini, quo vitam æternam consequi possit, ideo finis illius est.

Sess. 6. c. 7. *De causa materiali. Num. 2.*

Ex sess. 6. ca. 7. QVænam est causa materialis justificationis. Resp. homo interior.

Quid significat hæc locutio? Resp. significat hominem, ut sit D. Paulus, non carnaliter, & secundùm mundum, sed spiritualiter, & secundùm Deum consideratum.

Qua ratione homo sit materia? Resp. in solis homo Sess. 6. c. 5. est materia sine actu liberi arbitrij: in adultis autem ad 6. & c. 4. hoc, ut homo sit materia justificationis, Conc. ait duo & 9. requiri, vnum est quod sit præparatus: aliud ut voluntariè suscipiat divinam justitiam.

De causa efficiente justificationis. Num. 4.

QVænam pertinent ad causam efficientem justifica- Sess. 6. c. 7. tionis? Resp. tria, Primò Deus ut causa principalis justitiæ, & gratiæ. Secundò Christus ut causa meritoria gratiæ, & justitiæ. Tertiò Sacramentum Baptismi, vel aliud tanquam instrumentum, & causa instrumentalis, ait Concil.

Quomodo Deus est causa justificationis? Resp. quia Ex sess. 9. sicut ignis ferro sibi vnito communicat naturam ignis, ca. 7. & facit ignitum: ita Deus justificato communicat naturam divinam: quæ communicatio dicitur gratia, vel justitia, & ideo causa est principalis justificationis.

Quomodo Christus est causa gratiæ, & justificationis? Ibidem. Resp. ait Conc. meritoria; cùm enim Christus sit caput omnium hominum, caput autem pro subditis sibi & meteri, & satisfacere potest: factum est, quod Christus pro nobis & satisfecerit, & meruerit.

Quæ differentia est inter Satisfacere, & mereri? Resp. Ex sess. 6. talis. Si quis deberet mercatori centum aureos, & solveret c. 7. & 16. illi ducentos, ait quatenus solveret debitum, satisfaceret, & sess. 14. quatenus solveret plus debito, diceretur non satisfacere, c. 8. sed mereri: Christus ergo, quia soluit debitum peccati Adæ, satisfecit: sed quia soluit multò plus debito, ex hac parte dicitur mereri. Christus itaque satisfecit pro peccato, & meruit nobis gratiam, & ideo causa est meritoria satisfactionis, & gratiæ.

Qua ratione Sacramenta sunt causa instrumentalis nostræ justificationis? Resp. quia per Sa- Sess. 7. de cramenta applicatur homini virtus, & meritum passionis Christi, & Deus vtitur illis tanquam instrumentis ad efficiendam gratiam in nobis. Ex sess. 6. ca. 3. & 7.

De causa formali justificationis. Num. 3.

Sess. 6. c. 7. QVænam est forma justificationis? Resp. Conc. sit: Vnica formalis causa justificationis est justitia Dei, non qua ipse justus est, sed qua nos justos facit; qua videlicet ab eo donati renovamur spiritu mentis nostræ, & non modò reputamur, sed vere justi nominamur, & sumus, justitiam in nobis recipientes, unusquisque suam secundùm mensuram, quam Spiritus sanctus partitur singulis prout vult, & secundùm propriam cujusque dispositionem, & cooperationem.

Sess. 6. c. 7. & can. 11. Gratia & charitas posse dici forma justificationis? Resp. possunt; quia gratia, charitas, & justitia idem sunt: & Concil. utitur his tribus nominibus pro eodem, quia diffinire tantum ratione, ut dicetur in tractatu de Sacram. in genere, cap. 3.

Sess. 6. c. 7. & c. 10. & 11. Quare Conc. ait, justitia Dei, non qua ille justus est, sed qua nos justos facit? Resp. ut significet duo. Primum justitiam vere, & realiter in justificato reponi, essique qualitatem realem illi inhærentem. Secundum hanc justitiam ita inesse, ut à justitia Dei per quandam communicationem, & participationem in derivata: ita ut possit dici justitia Dei, quia est à Deo, & est communicatio justitiæ illius: possit etiam dici nostra, quia vere & realiter est in nobis, ita ut vere justi nominamur, & simus.

Quomodo justitia Dei, & quæ in Deo est, potest fieri nostra, & esse in nobis? Resp. Sicut ignis ferrò, cum ignitur, communicat suum naturam, ita ut ferrum maneat ferrum sine non ignis, sed ignitum; & sicut natura ignis, quæ in igne est essentia, in ferro qualitas, & accidens fit: ita Deus communicando suam justitiam in justificatione, facit ut justitia sua, sitetiam justitia ejus, qui fuit justificatus; & sit vera in illo, non tamen ut essentia, sed ut accidens illius, quia illi per modum rei communicatæ inest.

Ex sess. 6. c. 7. & 11.

Sess. 6. c. 7. Ex sess. 6. c. 7. & 11. In justificatione conferuntne fides, spes, & charitas? Resp. ait Conc. Trid. conferri.

Quâ ratione? Resp. sicut in ferro tres sunt qualitates, ut sit obscurum, frigidum, durum; cum autem sit ignitum amittit has qualitates, & loco illarum accipit qualitates ignis, & fit lucidum, molle & calidum; ita cùm Deus iustificato communicat suam naturam, sicut ignis communicat ferro, excitat ut tres qualitates, quæ sunt in anima, nempe infirmitas in natura, ignorantia in intellectu, malitia in voluntate, auferantur, & loco illarum tres divinæ, ut sic dicam, qualitates reponantur, nempe potentia loco infirmitatis per ipsam, scientia pro ignorantia per fidem, & bonitas loco malitiæ per charitatem. Ideo istæ virtutes conferuntur in justificatione.

De his, quæ post justificationem in homine reperiuntur. Cap. IV.

Sess. 6. can. 10. & c. QVid tractatur à Sacro Concil. circa ea, quæ in homine post justificationem considerandæ sunt? Resp. Primò agit de modo, quo accepta justitia possit augeri. Secundò de obligatione, quam habent justificati observandi mandata Dei, & Ecclesiæ. Tertiò de munere perseverantiæ, id est de modo quo accepta justitia possit conservari. Quartò de lapsu, & reparatione, id est quomodo dicta justitia possit amitti & recuperari. Quintò de fructu justificationis, seu de merito bonorum operum.

Hæc doctrina ad quid prodest? Resp. explicat quidquid ad vitam Christianam post justificationem pertinere possit.

De modo augendi justitiam acceptam. Num. 2.

Sess. 6. c. 10 & c. 24. & can. 32. JVstitia seu gratia in justificatione accepta potest augeri? Resp. al. potest.

Quomodo augetur? Resp. Concil. ait augeri primò per bona opera, secundò per Sacramenta, tertiò per observantiam mandatorum Dei. Quæ tria ad bona opera reducuntur, quia quidquid pertinet ad observantiam legis, est opus bonum, & bonus usus Sacramentorum bonum opus existit.

Sess. 7. Præf. Sess. 6. can. 24. & 32. Quâ ratione per bona opera obtineatur augmentum gratiæ? Resp. ait Conc. quia bona opera facta debita ratione, ut dicetur, merentur gratiæ, & justitiæ augmentum.

De obligatione observandi mandata Dei & Ecclesiæ. Num. 4.

Sess. 6. c. 12 & sess. 6. can. 18. JVstificati tenentne servare mandata Dei, & Ecclesiæ? Resp. Conc. determinat de fide teneri.

Quare tenentur? R. sp. ait Conc. quia justificatus à Deo destinatur ad vitam æternam, hac tamen conditione, ut observet mandata Dei & Ecclesiæ.

Homo justificatus potest servare mandata Dei? Resp.

Concil. ita determinat: Si quis dixerit Dei præcepta homini ad vitam justificato, & sub gratia constituto, esse ad observandum impossibilia, anathema sit.

Sess. 6. c. 11. Præcepta Dei sunt facilia, an difficilia homini justificato? Resp. Conc. ait esse facilia, quia Deus impossibilia non jubet, sed jubendo monet & facere quod possis, & petere quod non possis, & adiuvat, ut possis. Cuius mandata gravia non sunt, cujus iugum suave est, & onus leve.

Ibid. Iustificati possunt se abstinere à levioribus transgressionibus mandatorum, quæ venialia vocantur? Resp. Conc. ait in hæc venialia quandoque incidere etiam admodum sanctos, & justos, sed ob hoc non desinere esse justos: ait autem iustos, per hæc leviora peccata, habere occasionem magis Deo serviendi, dum vident sibi quotidie talia à Deo benignè indulgeri, atque remitti.

De munere perseverantiæ. Num. 4.

Sess. 6. c. 22. HOmo justificatus potest perseverare in accepta iustitia? Resp. Conc. ita determinat: Si quis dixerit justificatum, vel sine speciali auxilio Dei in accepta justitia perseverare posse, vel cum eo non posse, anathema sit.

Sess. 6. c. 11. Deus deseritne aliquando hominem justificatum auferendo ab illo suam gratiam? Respon. ait Concil. Deus sua gratia semel iustificatos non deserit, nisi ab eis priùs deseratur.

Sess. 6. c. 13. Quid debet facere iustificatus, ut obtineat donum perseverantiæ in accepta iustitia? Resp. ait. Conc. Primò iustificatus debet firmissimam spem collocare in Dei auxilio, illudque auxilium instanter ab illo postulare, quia sic Deus opus bonum, quod cœpit, perficiet operans velle, & perficere in illo, qui gratiæ suæ non desit. Secundò ait, justos debere suam infirmitatem considerare; & amplius cogitare, quod modò iustificati sumus non in gloriam, sed in spem gloriæ, & ideo superesse pugnam de qua solliciti esse debemus, timentes ne cadamus. Tertiò ait debere homines cum timore, & tremore salutem suam operari in laboribus, in vigiliis, in eleemosynis, in orationibus, in oblationibus, in iejuniis, & castitate, spiritu facta carnis mortificantes, ut vivant.

De

De lapsu, & reparatione. Num. 5.

IVstificatus quomodo cadit à gratia Dei? Resp. ait Conc. amittit gratiam Dei per quodcumque peccatum mortale, id est per quamcunque gravem transgressionem mandatorum Dei, & Ecclesiæ. Sess. 6. c. 15.

Iustificatus potest abstinere à quocumque peccato mortali? Resp. ait Conc. potest, cum habeat adiumentum divinæ gratiæ, quam in iustificatione accepit: sicut enim, ait D. Thom. minimus gradus gratiæ reddit hominem habilem, ut possit resistere cuilibet tentationi, ne mortaliter peccet. Sess. 6. c. 11. & c. 22. 3. p. q. 62. art. 6. ad 3. Ex sess. 6. Ioan. 15.

Quare per quodlibet peccatum mortale amittitur gratia Dei? Resp. quia per tale peccatum homo fit membrum Christi mortuum: membrum autem mortuum non participat de vita capitis; ideo tale membrum sine gratia existit.

Homo baptizatus post peccatum mortale, manetne membrum Christi? Resp. homo per Baptismum ritè susceptum fit membrum Christi vivum, & in vita manet donec committat mortale peccatum; cùm autem tale peccatum commisit, tunc adhuc manet Christi membrum, sed mortuum: si verò evadat hæreticus, seu amittat fidem, vel sit excommunicatus, tunc non est amplius membrum vnitum Christo, & ideò dicitur membrum abscissum. Ex sess. 6. c. 15. & 29

Ille, qui inducit in peccatum mortale, quomodo potest iterum gratiam Dei recuperare? Resp. per Sacramentum Pœnitentiæ, vel realiter, vel saltem voto susceptum. Sess. 6. c. 14.

De fructu justificationis, & merito, & operibus viuis, mortuis, mortiferis, mortificatis. Num. 6.

QVare homini in justificatione gratia confertur? Resp. ut adiutus, & sanatus à gratia abundet in opere bono: *sicut enim*, ait Christus, *parmes relinquitur in vite ut fructum multum afferat*; ita justificatus fit membrum vivum capitis, ut multa opera bona efficiat. Ioan. c. 15. Sess. 6. c. 16.

Ad quem finem justificatus debet dirigere opera bona, quæ facit? Resp. Primò, & principaliter ad glorificandum Deum. Secundò ad merendum sibi vitam æternam: ita ait Concilium.

Quare hoc? Resp. quia finis justificationis est gratia Dei, & vita æterna: idem autem debet esse finis justificationis, & operum, seu fructuum, quæ fiunt ex illa. Sess. 6. ca. 7.

Sess. 6. c. 5. 6. Sess. 6. c. 16. & 32. Sess. 6. can. 16. Ibidem.

Quænam sunt opera bona, quæ à iustificato fieri debent? Resp. illa, quæ sunt præcepta, seu probata à lege; idest à Deo, vel ab Ecclesia.

Ista opera semper sunt meritoria? Resp. sunt, si fiant cum debitis circunstantiis.

Quomodo sunt meritoria si homo per legem Dei manet obligatus ad illa: cum enim aliquis facit, quod debet, videtur debitum solvere, non mereri? Resp. Abundantia divinæ bonitatis, & misericordiæ fecit ut Deus voluerit promittere mercedem, & præmium his operibus legis, & ideo ex promissione Dei sunt meritoria.

Arg. ex ses. 6. c. 16. & præced.

Quæ conditiones requiruntur ad hoc, ut opus à lege probatum sit meritorium? Resp. tres? una est ex parte operis, nempe quod sit divinæ legi conforme, ita ut non habeat circunstantiam divinæ legi repugnantem, sicut eleemosyna ex furto. 2. est ex parte facientis opus, id est quod ipse sit membrum vivum Christi; ex hoc enim tota vis meriti pendet. 3. faciat illud opus recta intentione, id est animo legem Dei adimplendi; si enim absque hoc animo faciat, iam apud ipsum hoc non, tanquam sit à lege, effectum est.

Sess. 6. c. 32. & sess. 14. can. 13.

Quam habet virtutem opus taliter factum? Resp. Concil. ait primò habet virtutem satisfaciendi Deo pro peccatis commissis. 2. meretur augmentum gratiæ. 3. meretur vitam æternam. 4. non solùm meretur vitam æternam, sed etiam augmentum illius, & illius consecutionem, si in gratia decesserit.

Arg. ex ses. 6. c. 7. 10. 14. 15. 16. & can. 24. &c.

Ista opera bona facta in gratia, superveniente peccato mortali amittuntne omnino suum meritum, & valorem? Resp. opera hominis sunt in quadruplici differentia: quædam enim dicuntur mortifera, id est mortem ferentia; & ista sunt peccata mortalia; quædam dicuntur mortua, quoad meritum vitæ æternæ; & talia sunt omninò opera virtutis, quæ fiunt absque gratia, & in peccato mortali; & ista superveniente gratia carent merito vitæ æternæ, & semper mortua esse dicuntur. Aliqua dicuntur viva, & sunt ea quæ in gratia virtuosè effecta sunt, & ista verè sunt meritoria, nisi aliqua mala circunstantia meritum auferatur. Demùm si post hæc opera meritoria quis committat peccatum mortale, tunc illa opera non dicuntur amplius viva, sed dicuntur mortificata, ita ut sit peccator à suo peccato

resipiscat, & in gratiam redeat, opera quæ fuerant mortificata reviviscant, & ista populis sunt declaranda.

De usu hujus Doctrinæ.

AD quid prodest doctrina tradita de justificatione? Resp. ad quatuor. Primò ad cognoscendum statum infœlicem, in quo homo per peccatum constitutus erat; & è contra maximum beneficium, quod Christus nobis contulit sua passione; unde magnæ gratiarum actiones illi habendæ sunt. Secundò docet qua ratione homo se debeat habere, ut gratiam Dei, vel nondum acceptam, vel jam amissam obtineat, necnon quomodo se debeat à tam infœlici statu peccati liberare. Tertiò ostendit quænam, & quanta à Deo justificatione homo accipiat, & per quid, nempè per meritum passionis Christi: necnon ad quem finem talia conferantur. Quartò declarat, quid post gratiam justificationis acceptam faciendum sit, ut conservetur, augeatur, non amittatur, amissa recuperetur, & per illam finis desideratus obtineatur.

Debent ista à fidelibus disci, & à Pastoribus doceri? Resp. quilibet potest videre nihil magis ad rem Christianam pertinere. Ideò quilibet de salute sua, & filiorum sollicitus, & discere, & docere ista summo studio debet: non enim tantum utilia, sed necessaria sunt. Vnde curandum est, ut ista non solùm sciantur, vel doceantur, sed etiam efficiantur.

DOCTRINA
CONCILII TRIDENTINI
& Catechismi Romani.

De Sacramentis in genere.

TRactatio de sacramentis in quot partes dividi potest? Resp. in duas principales: In prima debet tractari de Sacramentis in genere, id est, de his quæ communia sunt *Cat. R. de sacr. n. 1. Ita C. T.*

Sess. 6. c. 5. 6. Sess. 6. c. 16. & 32. Sess. 6. can. 16. Ibidem.

Quænam sunt opera bona, quæ à justificato fieri debent? Resp. illa, quæ sunt præcepta, seu probata à lege; idest à Deo, vel ab Ecclesia.

Ista opera semper sunt meritoria? Resp. sunt, si fiant cum debitis circunstantiis.

Quomodo sunt meritoria si homo per legem Dei manet obligatus ad illa: cum enim aliquis facit, quod debet, videtur debitum solvere, non mereri? Resp. Abundantia divinæ bonitatis, & misericordiæ fecit ut Deus voluerit promittere mercedem, & præmium his operibus legis, & ideo ex promissione Dei sunt meritoria.

Arg. ex ses. 6. c. 16. & præced.

Quæ conditiones requiruntur ad hoc, ut opus à lege probatum sit meritorium? Resp. tres? una est ex parte operis, nempe quod sit divinæ legi conforme, ita ut non habeat circunstantiam divinæ legi repugnantem, sicut eleemosyna ex furto. 2. est ex parte facientis opus, id est quod ipse sit membrum vivum Christi; ex hoc enim tota vis meriti pendet. 3. faciat illud opus recta intentione, id est animo legem Dei adimplendi; si enim absque hoc animo faciat, iam apud ipsum hoc non, tanquam sit à lege, effectum est.

Sess. 6. c. 32. & sess. 14. can. 13.

Quam habet virtutem opus taliter factum? Resp. Concil. ait primò habet virtutem satisfaciendi Deo pro peccatis commissis. 2. meretur augmentum gratiæ. 3. meretur vitam æternam. 4. non solùm meretur vitam æternam, sed etiam augmentum illius, & illius consecutionem, si in gratia decesserit.

Arg. ex ses. 6. c. 7. 10. 14. 15. 16. & can. 24. &c.

Ista opera bona facta in gratia, superveniente peccato mortali amittuntne omnino suum meritum, & valorem? Resp. opera hominis sunt in quadruplici differentia: quædam enim dicuntur mortifera, id est mortem ferentia; & ista sunt peccata mortalia; quædam dicuntur mortua, quoad meritum vitæ æternæ; & talia sunt omninò opera virtutis, quæ fiunt absque gratia, & in peccato mortali; & ista superveniente gratia carent merito vitæ æternæ, & semper mortua esse dicuntur. Aliqua dicuntur viva, & sunt ea quæ in gratia virtuosè effecta sunt, & ista verè sunt meritoria, nisi aliqua mala circunstantia meritum auferatur. Demùm si post hæc opera meritoria quis committat peccatum mortale, tunc illa opera non dicuntur amplius viva, sed dicuntur mortificata, ita ut sit peccator à suo peccato

resipiscat, & in gratiam redeat, opera quæ fuerant mortificata reviviscant, & ista populis sunt declaranda.

De usu hujus Doctrinæ.

AD quid prodest doctrina tradita de justificatione? Resp. ad quatuor. Primò ad cognoscendum statum infœlicem, in quo homo per peccatum constitutus erat; & è contra maximum beneficium, quod Christus nobis contulit sua passione; unde magnæ gratiarum actiones illi habendæ sunt. Secundò docet qua ratione homo se debeat habere, ut gratiam Dei, vel nondum acceptam, vel jam amissam obtineat, necnon quomodo se debeat à tam infœlici statu peccati liberare. Tertiò ostendit quænam, & quanta à Deo justificatione homo accipiat, & per quid, nempè per meritum passionis Christi: necnon ad quem finem talia conferantur. Quartò declarat, quid post gratiam justificationis acceptam faciendum sit, ut conservetur, augeatur, non amittatur, amissa recuperetur, & per illam finis desideratus obtineatur.

Debent ista à fidelibus disci, & à Pastoribus doceri? Resp. quilibet potest videre nihil magis ad rem Christianam pertinere. Ideò quilibet de salute sua, & filiorum sollicitus, & discere, & docere ista summo studio debet: non enim tantum utilia, sed necessaria sunt. Vnde curandum est, ut ista non solùm sciantur, vel doceantur, sed etiam efficiantur.

DOCTRINA
CONCILII TRIDENTINI
& Catechismi Romani.

De Sacramentis in genere.

TRactatio de sacramentis in quot partes dividi potest? Resp. in duas principales: In prima debet tractari de Sacramentis in genere, id est, de his quæ communia sunt *Cat. R. de sacr. n. 1. Ita C. T.*

Sess.7.c.13. D.T.2.2.q. 5. Vt in d. C.T.ses.22. can.7. sess. 22. can.5.

Quid sunt? Resp. quædam solemnitates, quæ adhibentur in Sacramentorum administratione.

A quo sunt institutæ? Resp. à Christo, ab Apostolis, & ab Ecclesia.

Quænam à Christo? Resp. veluti in Eucharistia, quod in consecratione oculi eleventur ad cœlum, & gratiæ patri agantur, & in pane azymo fiat consecratio, & aqua vino misceatur.

Quænam ab Apostolis? Respond. illæ, de quibus Ecclesia habet traditiones, quod ab Apostolis sint institutæ, ut in Baptismo multæ tales esse perhibentur, & in sacrificio Missæ.

Sess.7.c.13. Sess.22.c.5.

Quænam ab Ecclesia? Resp. reliquæ omnes.

Quænam est materia harum ceremoniarum? Respondemus, possunt esse res, veluti vestes, altaria, vasa, thymiama, & similia: secundò actiones, veluti vnio, vel elevatio manuum, & similium: tertiò verba, ut orationes, & hujusmodi.

De fine, & effectu, & vi ceremoniarum. Num.5.

C.T.ses. 2. can.5.

QVis est finis ceremoniarum? Resp. alter est respectu Sacramentorum, alter respectu ministrantium, & suscipientium.

C.T.ibid. C.R. n.18.

Quis respectu Sacramentorum? Resp. vt cum debita solennitate, sanctitate, & reverentia conficiantur, administrentur, suscipiantur.

C.Trid. & C.R. ibid.

Quis respectu ministrantium & suscipientium? Respondemus vt cum devotione, & reverentia, & juxta ritum sanctæ Ecclesiæ conficiant, suscipiant, & administrent, & colant.

C.T.ses.22 c.5.C.R.de Sacr.n.18.

Quis est effectus ceremoniarum? Resp. triplex, primus est debitam solemnitatem, & religionis cultum tribuere sacramentis: secundus significare, & ante oculos ministrorum, & suscipientium ponere dignitatem, vim, & efficaciam Sacramentorum, necnon divina bona, & beneficia, quæ in illis continentur, & per illa fidelibus conferuntur: tertius est erigere mentem illorum, qui eas intuentur, & diligenter observant, ad sublimium rerum cogitationem, necnon fidem, & charitatem in illis excitare.

Quænam

Quænam est vis cæremoniarum? Resp. efficere quæ dicta sunt, Deo etiam ad hoc in honorem Sacramenti cooperante. Ibi.C.T. & C.R.

Debetne à Parochis declarari vis, effectus, finis, & institutio cæremoniarum? Resp. debet, quia sine hac declaratione, ait Catech. non magna admodum cæremoniarum esset vtilitas. C.R. de Bap.n.59.

Suntne magni faciendæ cæremoniæ? Resp. ait Cat. plurimi sunt faciendæ, etiamsi non sint de necessitate Sacramenti. Ibidem.

Quare tanti faciendæ sunt? Resp. primò, quia ab Apostolis, etsi non omnes, sunt institutæ; ipsi enim primi cœperunt illas adhibere: secundò quia finis illarum est quadam ratione necessarius, non quidem Sacramento, sed cultui, & venerationi, & bono vsui illius. C.T. sess. 22.cap.5. C.R. n.18.

Possuntne sine peccato omitti? Resp. Catech. ait non nisi adsit necessitas, ut in Baptismo. Conc. autem Trid. ita de his ait: Qui dixerit receptos, & approbatos Ecclesiæ Catholicæ ritus in solemni Sacramentorum administratione adhiberi consuetos, aut contemni, aut sine peccato à ministris pro libito omitti, aut novos alios per quemcunque Ecclesiarum Pastorem mutari posse, anathema sit. C.R. n.18. C.T. sess.7. can.13.

Quare Apostoli, & Ecclesia adhibent has cæremonias ad erigendas, & excitandas mentes fidelium? Resp. ait Conc Trid. quia ea est hominum natura, ut sine adminiculis rerum exteriorum non possit ad rerum divinarum meditationem erigi, & sustolli. Ses.22.c.6.

De modo quo Parochi debent tradere doctrinam Sacramentorum. Num. 3.

PArochi qua ratione debent docere populos doctrinam Sacramentorum? Resp. ait. Catech.

Primò debent sibi ponere hunc finem, ut scilicet sua doctrina inducant populos ad cognoscendum quanto honore, cultu, & veneratione hæc divina, & cælestia munera digna sint; neque solùm hoc, sed etiam ut inducant illos ad piè, ac religiosè illis vtendum; præcipuè autem Eucharistia, & Pœnitentia, ita ut plurimùm damni se fecisse existiment, si illorum vsu aliquandiù careant. Num. 32. Num. 31.

Secundò medium, quo hunc finem consequentur, erit sæpius auribus fidelium inculcare, quæ dicuntur de divini

sunt effecta propter seipsa, sed ut significent aliquid aliud, ut Scriptura, & imago.

Ibidem. Quid est signum? Resp. Catechismus cum S. Aug. sic definit: Signum est illud, quod præter rem, quam sensibus subjicit, efficit etiam, ut ex se alterius rei cognitionem capiamus: *id est*, signum manifestat, & offert aliquid sensui, ita tamen ut per hoc, quod sensus percipit, veniat ad cognitionem alterius rei, quæ illi manifesta non est, veluti oculus videt fumum, cognoscit ibi esse ignem, quem non videt: & videns vestigium pedis, intelligit fuisse pedem, quem tamen non vidit.

Num. 5. Signa à quibus instituuntur? Resp. à natura, ab hominibus, & à Deo.

Ibidem. Quæ sunt a natura? Resp. veluti fumus, vel sequentia pulsus in infirmo debilitante.

N. 2. & 3. Quæ ab hominibus? Resp. veluti voces, scripturæ, imagines, vexilla, tubæ, & similia.

Quæ a Deo? Resp. veluti signa veteris Testamenti, & Sacramenta.

Num. 5. Ibidem. Estne differentia inter signa a Deo instituta? Resp. est; aliqua enim sunt instituta tantum ad significandum, ut figuræ, & cæremoniæ veteris Testamenti: aliqua tum ad significandum, tum ad efficiendum, & talia sunt Sacramenta novæ legis.

De triplici signo rememorativo, demonstrativo, prognostico, seu explicatio secunda particulæ tertiæ sacra. Num. 6.

Num. 12. SAcramenta suntne a Deo instituta ad significandum unam tantum rem? Resp. non, sed plures res significant: nempe præteritam, præsentem & futuram, Divus Thomas 3. tertiæ partis, quæstione 60. articulo 3.

Ibidem. Quam rem significant præteritam? Resp. passionem Christi: & sic dicuntur signum rememorativum.

Ibidem. Quam præsentem? Resp. gratiam, & Eucharistia corpus & sanguinem Christi: & hæ dicuntur signa demonstrativa.

Ibidem. Quam futuram? Resp. vitam æternam: & sic sunt signa prognostica, *id est*, quæ prædicunt futura.

Num. 5. Cat. n. 4. A quo habetur hæc distinctio? Resp. à Divo Paulo de Baptismo, & ab Ecclesia de Eucharistia in illa Antiphona: O sacrum convivium, &c.

Explicatio tertia particulæ. Num. 6. Ex C. T.

QVid explicat tertia particula, *ad nostram justificationem institutum*? Resp. causam efficientem, & *Sess. 7. c. 1. Sess. 14. c. 1.* finalem.

Quod verbum dicit causam efficientem? Resp. institutum; significat enim a Deo esse instituta.

Quod significat finalem? Resp. illud, *Ad nostram justificationem*; finis enim Sacramentorum est hominum in- *Ibi num. can. 4.* stificatio.

De differentia inter Sacramentum, rem Sacramenti, & utrumque. Num. 6.

DIstinguunturne inter se Sacramentum, res Sacra- *Num. 12. 13.* menti, & utrumque? Resp. ita est. Divus Thomas 3. parte, quæstione 64. articulo 9. ad 2.

Qua ratione? Resp. Sacramentum est illud, quod signi- *Num. 6. 10.* ficat, & non significatur, & hoc semper est materia, & forma. Res Sacramenti tantum est illud, quod significatur, & non significat, & hoc semper est gratia. Res, & Sacramentum est illud, quod partim significatur, partim significat, veluti characteres: significatur enim a Sacramento cujus est effectus: & significat spiritualem potestatem, quam animæ confert, & cujus signum est.

Ista tria continentur in definitione Sacramenti? *C. R. n. 6. & 10. C. T. Sess. 6. can. 7.* Resp. continentur: signum enim visibile dicit tantum Sacramentum: invisibilis gratia dicit tantum rem sacramenti, justificatio, ut ait Conc. Trid. est gratia tanquam a causa formali, a Sacramento tanquam a causa instrumentali, ideo simul continet tum rem Sacramenti, tum Sacramentum: & in definitione Sacramenti ista tria posita sunt.

De Sacramentis veteris legis. Cap. 1°.

IN veteri lege erant Sacramenta? Resp. erant, veluti cir- *Num. 16.* cuncisio, & similia, quibus homines justificabantur. *Num. 3. & 19.*

Definitio iam dicta conveniebat illis? Resp. ita est.

Significabant gratiam? Resp. significabant, non tamen *Num. 2. D. T. 3. p. ar.* ex vi Sacramenti efficiebant.

Parochi debent docere populum de illis? Resp. non est *q. 70. art. 4.* opus, quia modo sublata sunt.

Confitebaturne gratia in illis? Resp. confitebatur, ut in circuncisione, sed ex opere operantis, id est per actum fi-

Ex C.T. ses. 7. c. 8. n. 19 dei, quo suscipientes protestabantur se credere in Christum venturum: non autem ex opere operato, *id est* ex vi, & efficientia ipsius Sacramenti, seu circumcisionis.

Declaratio quid sit opus operans, & opus operatum in Sacramentis. Num. 2.

Ex C.T. ses. 7. c. 8. Ibidem, C.T. & D.T. ibi. C.T. sess. 7. c. 8. C.R. n. 29. D.T. 3. p. q. 62. art. 6. Ex C.R. n. 29. D.T. ib. Ex C.T. ses. 6. c. 3. 7. 14.

QVid est opus operans in Sacramentis? Resp. Sunt actus, quos faciunt illi qui suscipiunt Sacramenta, veluti fides, devotio, reverentia, & similia. D. T. 3. p. q. 62. ar. 6. & q. 70. art. 4.

Quid est opus operatum? Res. est ipsummet Sacramentum factum, *id est*, materiæ, & formæ productio.

Quid est conferri gratiam ex opere operantis? Resp. Deum conferre gratiam, per hoc quod respicit protestationem fidei quam faciunt suscipientes.

Quid est conferri gratiam ex opere operato? Resp. est conferri gratiam ex propria vi, & efficientia illius operis operati, *id est*, sacramenti, quod factum est.

Quare sacramenta veteris legis non conferebant gratiam ex opere operato? Resp. quia Christus nondum passus fuerat: & ideò eius passio non dabat illis virtutem efficiendi hanc gratiam.

Quare Sacramenta novæ legis conferunt gratiam ex opere operato? Resp. quia passio Christi dedit illis hanc virtutem, ut tanquam instrumenta Dei gratiam efficere possint.

De differentia inter Sacramenta veteris, & novæ legis. Num. 3.

C.R. n. 3. 17. 29. D.T. 3. p. q. 62 art. 2. & q. 70. a. 4.

QVomodo differunt sacramenta veteris, & novæ legis? Resp. Primò per causam efficientem: quia illa fuerunt instituta à Deo, ista à Christo. Secundò ex parte materiæ, & formæ, quia in illis materia & forma non erant, quod sciatur, res determinatæ: in istis omnino determinatæ sunt. Tertiò ratione finis & effectus, quia illa tantum significabant gratiam, ista significant, & efficiunt. Illa si conferebant gratiam, erat ex opere operantis, ista conferunt ex opere operato. Illa significabant Christum venturum, ista iam venisse. Illa non poterant aperire cœlum, & plenè Iustificare. Ista aperiunt & plenè justificant.

De Sacramentis novæ legis & eorum propria definitione. Cap. III.

SAcramenta novæ legis habentne propriam definitionem? Resp. habent. Num. 11.

Quænam est? Resp. Ista secundùm Catech. Sacramentum novæ legis est res sensibus subiecta, quæ ex Dei institutione sanctitatis, & justitiæ, tum significandæ, tum efficiendæ vim habet. Ibidem.

Quot particulæ sunt in illa? Resp. quatuor: prima est illa: *Res sensibus subiecta*, & hæc dicit materiam, & formam: secunda est illa, *Ex Dei institutione*, & hæc indicat causam efficientem: tertia, *Iustitiæ & sanctitatis*, & hæc ostendit finem, & effectum Sacramenti: quarta est, *habere vim significandi, & efficiendi*, & hæc ostendit in Sacramento reperiri virtutem, & efficaciam instrumentalem ad efficiendam, & significandam gratiam. Ibidem.

Quare illa verba, *sensibus subiecta*, significant materiam, & formam? Resp. quia illud quod in Sacramento percipitur à sensu, sunt materia, & forma; effectus enim & virtus Sacramenti cognosci à sensu non possunt. Num. 15.

Quare, *ex Dei institutione*, significat causam efficientem? Resp. quia ostendit Deum authorem illorum. Num. 23.

Quomodo illa verba, *Iustitiæ & sanctitatis*, significant finem? Resp. quia finis Sacramentorum est hominum iustificatio. C.T. ses. 7. præmio.

Quomodo vltima particula declarat virtutem Sacramenti? Resp. quia dicit habere vim tum significandi, tum efficiendi. Num. 11. & 27.

Explicatio dictæ definitionis. Num. 2.

QVid explicat dicta definitio? Resp. tria, primò Sacramentum: secundò virtutem Sacramenti: tertiò causam efficientem, & finalem tum Sacramenti, tum virtutis illius. Num. 11. & 27.

Quid est Sacramentum? Resp. est res sensibus subiecta, *id est* habens materiam, & formam sensibilem. Num. 15.

Quænam est virtus sacramenti? Resp. vis significandi, & efficiendi gratiam, & justitiam. Num. 11. & 27.

Quod est efficiens sacramenti, & virtutis illius? Resp. Deus per Iesum Christum. Num. 23.

Quis finis? Resp. hominum justificatio.

C.T. sess. 7. proœm. Ex C. T. sess. 7. c. 10. 11. 12. 13. Num. 18. Ex C. T. sess. 21. c. 2. C. T. sess. 7. c. 10. 11. 12. 13. & sess. 21. c. 2. C. R. n. 15. & 16. Ex C. T. vbi sup. Ibidem. C. T. & C. R. Ex eisdem.

Quare ista omnia ponuntur in definitione sacramenti? Resp. quia sunt de necessitate sacramenti, id est sunt de essentia, substantia, & natura illius.

Distinctio eorum, quæ sunt de necessitate Sacramenti, & de necessitate præcepti. Num. 3.

Estne differentia inter necessarium Sacramenti de necessitate sacramenti, & inter necessarium de necessitate præcepti? Resp. est.

Qua ratione? Resp. quia quæ pertinent ad substantiam sacramenti sunt de necessitate sacramenti, cum sacramentum sine illis esse non possit: quæ autem pertinent ad bonum vsum, & ad bonam administrationem sacramenti, illa sunt de necessitate præcepti: quia sine illis sacramentum existit, sed tamen necesse est illa servari ad hoc, ut non fiat contra præceptum, & committatur peccatum mortale.

De essentia, substantia & natura Sacramenti. Num. 4.

Estne differentia inter essentiam, substantiam, & naturam sacramenti? Resp. realiter sunt idem, quadam tamen ratione distinguntur.

Num. 11. Quomodo idem sunt? Resp. Quia quatuor causæ sacramentorum sunt, essentia, substantia, & natura illorum.

Num. 2. Quomodo distinguntur? Resp. quia essentia dicuntur ea, quæ pertinent ad essentiam, & esse: ad substantiam pertinent ea, quæ dicunt vnitatem, & perfectionem sacramenti, natura verò explicat vim, & efficaciam sacramenti in ordine ad finem: ista omnia ad causas pertinent.

Virtus sacramenti estne de essentia sacramenti? Resp. C. T. sess. 7. can. 6. 7. 8. ait, est.

Quomodo, cum sola materia, & forma sint essentia, & partes sacramenti? Resp. illæ res, quæ dicuntur materia & forma Sacramenti, eatenus sunt materia, & forma illius, quatenus à Deo habent virtutem efficiendi, quod debet efficere Sacramentum.

Num. 14. Sess. 21. c. 2. & sess. 5. ca. 6. & 7. & 12. C. R. Num. 25. 29.

Minister sacramenti estne de substantia sacramenti? Resp. ait Catec. ex perpetua sanctorum Patrum traditione habetur non minus esse necessarium ministrorum officium quam materiam, & formam ad sacramenta conficiendi, pertinet enim ad causam efficientem.

Bona administratio, & bonus vsus, suntne de substantia

Sacramenti? Resp. non sunt de necessitate Sacramenti, quia etsi minister malè ministret, & suscipiens malè suscipiat sacramentum, ministratur quidem, & suscipitur sacramentum, non tamen res, & effectus: Sunt verò de necessitate præcepti, quia peccant mortaliter qui malè suscipiunt, & administrant Sacramenta.

Cæremoniæ sunt de necessitate, & substantia sacramenti? Resp. non, sed pertinent ad bonam administrationem, & vsum illius. Num. 18.

De vnitate Sacramenti. Num. 5.

Sacramentum estne vna res, & vnum signum? Resp. est. Quomodo fit vnum? Resp. per vnionem materiæ cum forma.

De materia, & forma Sacramenti. Cap. IV.

Materia, & forma sunt necessaria in quolibet sacramento? Resp. sunt omninò necessaria. Num. 15.

Quo nomine appellatur materia sacramenti? Respond. elementum. Ibidem.

Quo nomine forma? Resp. Verbum, juxta illud Divi Aug. Accedit verbum ad elementum, *id est*, forma ad materiam, & fit sacramentum.

Materia, & forma suntne res sensibiles? Resp. sunt, quia sunt sensibile signum; diversa tamen ratione sensibiles existunt. Num. 5. & 16.

Quænam est hæc diversitas? Resp. materia est sensibilis per tactum, visum, vel gustum; forma autem est sensibilis per auditum. Num. 15.

Singula sacramenta habentne propriam materiam, & propriam formam? Resp. ita est. Ibidem.

Quænam est propria ratio materiæ? Resp. ut subjiciatur formæ & ad illam determinetur. Num. 16.

Quæ verò formæ? Resp. ut accedat materiæ, & determinet illam ad finem Sacramenti. Ibidem.

Materia & forma in sacramentis habentne vim significandi, & efficiendi? Resp. habent; non tamen naturalem, sed supernaturalem, quia sacramentum est res supernaturalis, licet supernaturalis significatio in natura illarum fundata sit: veluti, quia Baptismi significati abluitionem spiritualem, supernaturale est; sed tamen hæc significatio in natura aquæ fundata existat. Num. 11.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

De fine seu effectu Sacramentorum principali. Cap. V.

Num. 4. 14. 27. SAcramenta habentne proprium effectum, & finem? Resp. habent.

Num. 14. & 27. Quis est? Respondemus duplex, alter principalis, alter minus principalis.

Num. 2. Quis est principalis? Resp. ille ad quem sacramenta directe ordinantur, gratia, & character.

Quis minus principalis? Resp. ille, ad quem sacramenta ex consequenti, vel per quandam convenientiam diriguntur, & de hoc in capitulo 8. de usu sacramentorum dicetur.

Num. 10. & 27. Finis principalis estne unus, an plures? Resp. plures, sed subordinati.

Eadem res potest habere plures fines? Resp. potest subordinatos, veluti finis calami est scribere: finis scriptionis est scriptura: finis scripturæ exprimere conceptus sui animi: alterius, finis hujus significationis est sua, vel aliorum utilitas.

C.R.n.11. num.10. 21. C. Tr. sess.6. c.7. 11.16. Qui sunt isti fines? Resp. finis immediatus sacramentorum est significare, & efficere gratiam? talis enim est actio ipsorum: Finis hujus actionis est hominum justificatio: finis justificationis est vita spiritualis: finis hujus vitæ est observantia mandatorum Dei cum merito: finis observantiæ, & meriti est gloria Dei & Christi, & vita beata hominum. Et isti fines à Conc. Trid. accepti sunt.

Num. 11. Quomodo significare & efficere sunt finis Sacramentorum? Resp. quia sunt actiones illorum, actio autem instrumenti finis illius est.

C.T.sess.7. c.6. ibid. C.T. sess 6. c.7. C. T. sess.6. c.7. 11.16. Quomodo gratia est finis Sacramentorum? Resp. quia Sacramenta ordinantur ad efficiendam illam.

Quomodo finis gratiæ est hominum justificatio? Resp. quia gratia datur homini ut justificetur ab illa; gratia enim, ait Conc. est causa formalis justificationis, & ideò dicitur justificans.

Quare finis justificationis est vita spiritualis? Resp. quia sicut anima creata est à Deo, ut detur homini: & datur illi, ut habeat vitam per animam: ita gratia efficitur à sacramentis, ut homines in justificatione habeant illam; datur verò hominibus, ut vivant vita spirituali per illam, obtinentque meritum vitæ cœlestis.

Quare finis vitæ spiritualis est meritum, & observantia

mandatorum Dei? Resp. quia sicut homini datur vita naturalis ad essiciendas operationes illius, ita homini datur 16. vita supernaturalis, ut possit facere operationes supernaturales. *Sess.6.c.11.*

Quare gloria Dei, & Christi sunt finis operationum supernaturalium, *id est*, observantiæ meritoriæ legis Dei? Resp. quia lex Dei præcipit ea, quæ pertinent ad gloriam Dei, & Christi; per ipsum quippe meritum Deus & Christus summè glorificantur, quia dant auxilia necessaria ad merendum, & ipsi quoque merito volunt misericorditer dare infinitum præmium. *C.T. ibid.*

Cur ex merito sequitur vita hominum beata? Resp. quia eidem merito datur in præmium. *C.T.sess.6. can.16.*

De vita, & operatione spirituali, & supernaturali.

Num 1. QUid est operatio supernaturalis? Resp. est illa, quæ non potest fieri per principium naturale, sed necessariò requirit principium supernaturale. *C.T.sess.6. c.1.2.3. Ses.6.c.13.*

Quæ sunt istæ operationes supernaturales? Resp. Conc. Trid. quatuor operationes dicit esse tales, nempe credere, sperare, diligere, & pœnitere sicut oportet, *id est*, provt expedit ad meritum vitæ æternæ, isti enim sunt actus virtuum infusarum, fidei, spei, & charitatis.

Quid est vita spiritualis, & supernaturalis? Resp. est habere principium illud, per quod sunt operationes supernaturales, quod est gratia, necnon character. *C.R.n.2. Et C. Tr. sess.6.c.25.*

Vita spiritualis estne operatio spiritualis vel principium illius? Resp. est habere principium illius, quia sicut anima non est vita, sed principium vitæ: & intelligere non est vita, sed operatio vitæ: habere autem animam dicit vitam, ita & in spiritu est: habere enim animam, vita spiritualis est. *Ibid. Cat. Ses.6.c.13.*

De Charactere. Num. 1.

QUid est Charakter? Resp. ex Apostolo sic definitur: est insigne quoddam animæ impressum, quod deleri nunquam potest, eique perpetuò inhæret. *Num.30. 2.Cor.2.* C.T.sess.7.can.6. de Sacram.

Quis est effectus illius? Resp. primò efficere hominem aptum ad aliquid sacrum, vel suscipiendum, vel peragendum: secundò facere ut aliqui non alter ab altero internoscatur. *Num. 31.*

2. Cor. 1. C. R. 30. C. Tr. sess. 7. c. 9. de sacram. Num. 31.

Quis potest hunc characterem in anima imprimere? Resp. solus Deus, quia solus in animam illabi potest. D. Th. 3. p. q. 63. art. 1.

Quæ sacramenta imprimunt characterem? Resp. Tria tantum, Baptismus, Confirmatio, & Ordo: & ideo non possunt reiterari, & est de fide.

Quomodo Baptismus confert Characterem? Resp. primò, quia distinguit ab infidelibus: secundò, quia reddit hominem aptum ad suscipienda sacramenta.

Quomodo Confirmatio? Resp. primò, quia confirmati distinguuntur à baptizatis tanquam adulti ab infantibus: secundò quia armantur, & instruuntur, tanquam milites ad bellum contra diabolum.

Num. 30. & 31.

Quomodo Ordo? Resp. quia distinguit ordinatos à non ordinatis; & dat potestatem multa sacra faciendi.

Character confert ne principium vitæ spiritualis? Resp. confert principium faciendi, vel recipiendi aliquid spirituale.

De gratia ejusque divisione. Num. 4.

Ad R. 2. 1. 2. q. 11. art. 1. c. 7. Ibid. Ibidem.

QVid est gratia? Resp. est donum Dei supernaturale.

Quotuplex est gratia? Resp. duplex, gratis data, & gratum faciens.

Quid est gratia gratis data? Resp. est illa, quæ datur ad utilitatem aliorum, veluti prophetia, donum linguarum, gratia miraculorum, & similia.

Quid est gratia gratum faciens? Resp. illa quæ datur ad propriam hominis utilitatem.

Ibidem. art. 2. Ib.

Quotuplex est? Resp. alia dicitur operans, alia cooperans: alia dicitur præveniens, alia subsequens.

Quomodo distinguuntur? Resp. ut cognoscatur hæc distinctio oportet scire effectus gratiæ.

De effectibus gratia gratum facientis. Num. 5.

1. 2. q. 111. art. 3. Ex sess. 6. c. 7. 11. 13. 16. Ibid. art. 2.

QVi sunt effectus gratiæ? Resp. quinque, primò est ut anima sanetur: secundò ut bonum velit: tertiò ut bonum, quod vult, efficaciter operetur: quartò, ut in bono perseveret: quintò ut ad gloriam perveniat.

Gratia gratum faciens, quare dicitur operans? Resp. quatenus hæc gratia, primò movet hominem ad bonum, inducendo voluntatem ejus, quæ malum volebat, ut bonum incipiat velle: dicitur etiam operans, inquantum sanat, justificat, & hominem Deo gratum reddit.

Quomodo dicitur cooperans? Resp. quatenus cooperando adjuvat hominem ad meritum vitæ æternæ. Ibid. art. 2.

Quomodo prævenions? Resp. quatenus causat effectum priorem, veluti primum in ordine ad secundum, sanando enim animam prævenit ut possit bonum velle. Ibid. art. 3.

Quomodo subsequens? Resp. quatenus facit, ut posterior effectus gratiæ sequatur priorem, veluti quod bene operati sequatur actum bene volendi. Ibidem.

De differentia inter gratiam, justitiam & charitatem. Num. 6.

HÆc tria differunt inter se? Resp. sunt idem re, differunt tantum ratione. C. T. sess. 6. can. 7.

Quomodo sunt idem? Resp. quia sunt eadem qualitas à Deo infusa. Ibidem.

Quomodo differunt? Resp. quia hæc qualitas quatenus datur à Deo gratis, & facit hominem gratum Deo, dicitur gratia. Quatenus verò sanat, justificat, & convertit hominem à malo ad bonum & facit velle quod justum est, dicitur justitia. Quatenus verò facit ut diligat Deum super omnia, & proximum propter Deum, charitas appellatur.

Quare dicitur gratia gratum faciens, & justificans? Resp. ab effectu, quia justificat hominem, & per hoc facit illum Deo gratum. C. T. Ibid. C. R. 9. 27.

De definitione gratiæ gratum facientis. Num. 7.

QVomodo definitur gratia justificans? Respondemus quæ sunt definitiones. Primo colligunt ex D. Petro, est talis. Gratia est quædam communicatio, vel participatio divinæ naturæ. Dicunin Petros dixit: *Consortes nos fecit naturæ divinæ.* Et Ecclesia canit: *Divinitatis tuæ tribuas esse participes.* Et Paulus dixit: *Gratiam esse per inhabitationem Spiritus sancti.* Alia definitio est Catechismi accepta à Conc. Trid. quæ talis est: Gratia est divina qualitas in anima inhærens, ac veluti splendor quidam, & lux quæ animarum nostrarum maculas delet, ipsaque animas pulchriores, & splendidiores reddit, & est eadem cum prima. Ep. 2. Petr. 1. 1. C. Tr. sess. 6. c. 7. & c. 11. C. R. de Bap. n. 30.

Quot particulæ sunt in hac definitione? Resp. quatuor, juxta quatuor causas gratiæ. Ibidem.

Prima est *Divina qualitas*, & hæc tangit causam efficientem: & est idem, quod communicatio divinæ naturæ, divi- De Bap. n. 50.

num enim significat dignitatem, & qualitas communicationem.

Ibidem. Secunda est, *In anima in hærens.* Et hæc significat materiam, seu subiectum gratiæ, id est animam, vel essentiam illius.

Tertium est, *Ac veluti splendor quidam, & lux.* Et declarat formam gratiæ; est enim lux, & splendor animæ; quod enim aëri est lux & splendor solis, illud gratia animæ est.

Ibidem. Quarta significat finem, & effectum gratiæ: est autem duplex effectus gratiæ, alter quidem removere omnia mala ab anima, nempe infirmitatem, ignorantiam, malitiam, peccatum, deformitatem: & hoc notatur per illa verba, Quæ animarum nostrarum maculas delet. Alius effectus est conferre omnia bona, nempe pulchritudinem, splendorem, justitiam, scientiam, bonitatem, virtutem, & alia: & hoc significatur per illa verba: Ipsasque animas pulchriores & splendidiores reddit, per quod sequitur, ut gratæ sint Deo.

Ex C. R. n. 10. 7. Ex C. R. de B. n. 50. Ex C. R. Ibidem. Expeditne ad cognitionem sacramentorum plenè cognoscere quid sit gratia? Resp. expedit, quia sine cognitione impossibile est plenam habere cognitionem sacramentorum.

Quomodo potest declarari? Resp. exemplis.

Exempla, quæ declarant quid sit gratia Num. 8.

C. Rom. de Bap. n. 50. QVæ exempla hoc declarant? Resp. præcipuè ista tria; primò lux, & aër: secundò ignis, & ferrum: tertiò anima, & corpus.

Quomodo lux & aër? Resp. sic, Deus est tanquam sol, gratia est tanquam lux solis, anima est tanquam aër, qui est capax lucis, id est diaphanus, & sine luce est obscurus, cum luce perspicuus. Effectus gratiæ sunt sicut effectus lucis, qui sunt illuminare, calefacere, & operari in omnia, quæ in terra sunt, herbas, arbores, animalia. Præsentia igitur Dei in anima est sicut præsentia solis in aëre; & communicatio divinæ naturæ, est sicut communicatio quam sol facit in aëre. Et exemplum est Catechismi.

D. T. p. 1. q. 112. art. 1. Quomodo ignis, & ferrum? Respon. sic, Deus est sicut ignis. Scientia, potentia, & bonitas Dei sunt sicut proprietates ignis, quæ sunt illuminare, calefacere, & comburere: Anima est sicut ferrum. Ignorantia, malitia, & infirmitas animæ sunt sicut qualitates ferri: nempe esse nigrum, vel obscurum, frigidum, durum. Gratia, seu communicatio divinæ

vinæ naturæ, & divinarum proprietatum, idest scientiæ, potentiæ, & bonitatis divinæ, est sicut communicatio naturæ ignis ferro ignito. Effectus igitur gratiæ sunt sicut effectus ignis in ferro ignito. Sicut enim ignis tollit à ferro nigredinem, fragilitatem, & duritiam, quæ sunt viles conditiones ferri: & ponit in illo lucem, calorem, mollitiem, & actionem ignis: ita gratia tollit ab anima ignorantiam, malitiam, infirmitatem, & ponit in ea sapientiam per fidem, potentiam per spem, bonitatem per charitatem: quæ sunt ut sic dicam, qualitates divinæ, & hoc exemplum est Divi Thomæ, & Catech. *Ita C. R. Ibidem.* *Ex C. T. Ses. 6. c. 7.*

Quomodo anima, & corpus? Resp. sic Gratia est sicut vita animæ: sicut enim corpus per animam sibi vnitam habet vitam, idest principium faciendi operationes ipsius vitæ: Ita homo per hoc quod Deus sibi vnitur, habet gratiam, quæ est quoddam principium, per quod potest facere operationes divinas, & supernaturales. Sicut etiam corpus est mortuum cum sine anima est, & viuum cum illam habet: ita homo est viuus vita spirituali cum habet gratiam, & mortuus cum caret illa. Et hoc exemplum est D. Aug. de lib. arb.

De necessitate gratiæ. Num. 9.

GRatia est necessaria ad salutem? Resp. est. *Ses. 6. ca. 7. & 16.*

Quare? Resp. quia sine ipsa impossibile est mereri vitam æternam. *Ses. 6. 1. 2. 3 Ibidem.*

Gratia est principium meriti? Resp. est.

Qua ratione? Resp. quia per communionem naturæ divinæ homo sit potens ad faciendas operationes divinas, & ideo gratas Deo, & dignas ipso, quod est mereri ipsum Deum, qui est vita æterna. *Ses. 6. c. 7. & 16.*

De necessitate Sacramentorum. Num. 10.

SAcramenta sunt necessaria ad salutem? Resp. sunt, & est de fide. *Ses. 7. c. 4. præcem.*

Cur hoc? quia, ut ait Conc. per ipsa omnis gratia, & justitia vera incipit, cœpta augetur, amissa reparatur. *C. R. n. 10. 21.*

Omnia Sacramenta suntne necessaria cuilibet fideli? Resp. omnia Sacramenta sunt necessaria toti Ecclesiæ, sed non omnia sunt necessaria cuilibet fideli.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

De numero & sufficientia Sacramentorum. Num. 11.

Sess. 7. can. 1. de sacr. Num. 10. 11.

QVot sint Sacramenta? Resp. septem: Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Pœnitentia, Extrema Vnctio, Ordo, Matrimonium, non plura, nec pauciora, & est de fide.

Vnde desumitur ratio sufficientiæ, & numeri horum Sacramentorum? Resp. à fine.

Quis est finis Sacramentorum? Resp. est vita spiritualis & gratia, quæ dat hanc vitam.

Ibidem. Num. 10. 11. Num. 10.

Singula Sacramenta habentne pro fine gratiam, & vitam spiritualem? Resp. habent, sed diversa ratione.

Ibidem.

Quoniam modo? Resp. ut hoc sciatur oportet distinguere quæ sint necessaria ad vitam corporalem, & spiritualem.

Num. 10. & 11.

Quænam est vita hominum corporalis? Resp. hæc vita dicit tria. Primò vivere. 2. vitam conservare. 3. ista tenere cum sua reique publicæ utilitate.

Ad vitam corporalem quot sunt necessitia? Resp. Septem. Primò nativitas. 2. augmentum. 3. cibus, seu alimentum. 4. medicina contra infirmitates. 5. Restaurativa, quibus vires in infirmitate amissæ recuperentur, & reliquiæ infirmitatis tollantur, & ista pertinent ad vilitatem privatam. Ad publicam verò duo requiruntur: primò magistratus, quorum imperio, & authoritate populi regantur: secundò legitima sobolis propagatio, qua genus humanum, & Respublica conservetur.

Nu. 10. 11.

Ista septem sunt necessaria in vita spirituali? Resp. sunt.

Num. 11.

Quomodo septem sacramenta hæc omnia præstant? Resp. singula Sacramenta horum aliquod efficiunt.

Num. 11.

Qua ratione? Resp. per Baptismum habetur nativitas, per Confirmationem augmentum, per Eucharistiam habemus cibum, & potum; per Pœnitentiam medicinam per Extremam Vnctionem restaurativum virium amissarum, per Ordinem magistratus, per Matrimonium legitimam prolis propagationem; ideo tot, & non plura esse debent.

Ibidem.

Quanam diversa ratione sacramenta conferant gratiam. Resp. sic, baptismus confert primam gratiam qua Christo renascimur, ideo est janua omnium sacramentorum. Confirmatio auget gratiam, & dat plenitudinem illius, & confert illam cum robore ad confitendum Christum, & pugnandum contra inimicos illius. Eucharistia dat gratiam,

quatenus reficit, nutrit, conservat, & sustentat in vita spirituali. Pœnitentia confert gratiam, quatenus dicit, & remittit peccata, & est medicina illorum. Extrema vnctio dat gratiam cum hac ratione ut reliquias peccatorum tollat, & animi vires recreet. Ordo dat gratiam sub hac ratione, ut per illam magistratus, & ministri Ecclesiæ digni & habiles reddantur ad ministeria & functiones illorum. Matrimonium dat gratiam sub hac ratione, quod per illam sanctificentur coniugati, & ad prolem suscipiendam, & religiosè educandam idonei reddantur.

De comparatione sacramentorum inter se. Num. 11.

Sess. 7. can. 3. de sacr. Ibidem. & C. R. n. 11.

OMnia sacramenta sunt ne inter se paria? Resp. non, sed alind est alio dignius, & est de fide.

Quomodo differunt? Resp. aliqua sunt magis necessaria, alia magis digna, alia majorem confernnt potestatem.

Num. 11.

Quæ sunt magis necessaria. Resp. primò, Baptismus absolutè est necessarius. Pœnitentia his, qui post Baptismum in peccatum mortale inciderunt, est necessaria. Ordo est non singulis fidelibus, toti tamen Ecclesiæ omninò necessarius est.

Ibidem.

Quæ sacramenta sunt digniora? Respond. Eucharistia, sanctitate, mysteriorum numero, ac magnitudine, longè cæteris antecellit.

De sacr. Ord. n. 2. Num. 11.

Quæ majorem in Ecclesia conferunt potestatem? Resp. Ordo.

Quæ præcedunt tempore? Resp. Baptismus.

De causa sacramentorum efficiente, Cap. VI.

Ex C. R. n. 13. & 17.

QVid debet considerari circa causam efficientem Sacramentorum? Resp. duo præcipuè: primum quænam sint illa quæ fiunt: secundum quænam sint illa, quæ faciunt.

Ibidem. n. 13. & 27.

Quænam fieri dicuntur? Resp. primò ipsa sacramenta, veluti sit Baptismus, Confirmatio, &c. Secundò fit gratia, & character, qui sunt effectus sacramentorum.

Num. 13.

Quæ dicuntur facere? Resp. aliqua dicuntur facere gratiam, & nonnulla tum sacramenta, tum gratiam efficiunt.

Quænam efficiunt tantum gratiam? Resp. sacramenta: ipsa enim non possunt facere seipsa.

Ibidem.

Quæ efficiunt tum sacramenta, tum gratiam? Resp. primò Deus, secundò Christus, tertiò minister.

Nu.23.& d. cap.30. ibid.& D. T. vt infr. D.T.2.2.q. 111. art.1.

Quomodo Deus efficit gratiam ? Resp. communicando homini suam naturam, vt ignis suam ferro communicat.

Solus Deus potest efficere gratiam ? Resp. ita est, quia solus potest communicare suam naturam.

Christus, vt homo potest efficere gratiam? Resp. vt Deus potest tanquam principale agens, vt homo non potest, nisi per virtutem à divinitate acceptam.

Num.23.

Quomodo Deus est causa efficiens sacramentorum ? Resp. est causa principalis, & hoc duplici ratione : prima est, quia Deus per Christum instituit sacramenta : secundò, quia Deus dedit virtutem supernaturalem, & divinam sacramentis, nempe vt possint efficere gratiam, & communicationem divinæ naturæ.

Ibidem.

Deus est principalis author sacramentorum ? Resp. est.

Ibidem.

Christus vt homo est author sacramentorum ? Resp. Christus, vt Deus est principalis author sacramentorum, vt homo est author & principalis, & non principalis.

D. T. 3.p. q.64.art.3.

Quomodo hoc est ? Resp. Christus vt homo non fuit principalis author sacramentorum respectu Dei, quia Deus primus est author : & Christus vt homo earum est author, quatenus habet à Deo potestatem illa instituendi. Respectu verò hominum est principalis, quia ipse fuit à Deo institutus primus minister, & author sacramentorum, & alii homines à Christo hoc accipiunt ministerium.

C.T.sess.6. c.7.& sess. 7.can.1.

Quomodo Christus fuit & est causa sacramentorum ? Resp. Primò, Christus fuit causa meritoria quod Deus det sacramentis virtutem efficiendi gratiam, & hoc in sua passione. Secundò ipse per potestatem sibi à Deo datam instituit sacramenta & ministros illorum. Tertiò contulit sacramentis meritum, & virtutem suæ passionis.

C.T. sess.6. ca.3.& 7. D.T. 3.p. q.64.art.3.

Quomodo Christus est causa gratiæ ? Resp. vt Deus est causa efficiés principalis : vt homo fuit causa meritoria gratiæ, meruit enim sua passione gratiam nobis : & sacramentis virtutem illam efficiendi. Est etiam causa gratiæ, quia ipse erat plenus gratiæ, & veritatis : quia de eius plenitudine nos omnes accipimus, ideò nobis omnibus causa gratiæ existit : est etiam causa gratiæ, quia virtute suæ passionis operatur in Sacramentis, vt gratiam in nobis efficiant.

C.R.n.14. 25.

Quomodo minister est causa Sacramenti, & gratiæ ? Resp. est causa instrumentalis, quia Christus virtut. ministro, vt

instrumento ad efficiendum sacramentum, & gratiam per illud.

Quam personam tenet minister Sacramenti ? Resp. Christi, & Ecclesiæ. C.R. de Extr. vnct. n.15. *Ibidem.*

De efficacia Sacramenti. Num. 2.

QVomodo Sacramentum est causa gratiæ ? Resp. est causa instrumentalis. *C.T.sess.6. c.7. Num.23.*

Quare hoc ? Resp. quia Deus utitur illa tanquam instrumento ad efficiendam gratiam, & characterem : sicut aliquis utitur calamo ad efficiendam scripturam, vel medicina ad efficiendam sanitatem.

A quo Sacramenta habent hanc efficaciam ? Resp. à passione Christi. D. Thom. 3.p.q.62. art.5.

Ordinarie conferuntne gratia per Sacramenta ? Resp. ita est ; quia Concil. Trid. ait, omnem justitiam esse à sacramentis. *C.T.sess.6. c.1. & 7. sess.7.præf.*

Sacramenta conferuntne gratiam omnibus, & semper, ideſt infallibiliter, quantum est ex parte Dei ? Resp. est de fide, quod ita sit. *sess.7. can.7. sess.7. c.6. & 7.*

Quid valt dicere, quantum est ex parte Dei ? Respondemus, valt dicere quod non confertí gratiam per sacramenta, posset provenire, vel ex parte Dei, quod nolit, & hoc nunquam erit ; vel ex parte suscipientis, quod obicem, & impedimentum ponat, veluti peccatum mortale, & hoc sæpe evenit.

Deus potest non conferre gratiam in Sacramentis, etiam si homo non dignè accedat ? Resp. non potest. *sess.7. c.7. C.R. n.14.*

Quare hoc ? Respondemus, quia Deus promisit conferre gratiam illis, & si non conferret, mentiretur, quod Deo impossibile est.

Sacramenta conferuntne gratiam ex opere operato, an ex opere operantis ? Resp. est de fide, quod ex opere operato, *id est* per virtutem Sacramenti, & non per actus suscipientis. *C.T.sess.7. can.8. C.T.sess.6. c.6.& 7.*

Quare ergo in suscipiente sacramentum requiritur dispositio, *id est*, aliqui actus quibus disponatur ad sacramentum ; & ad gratiam, ita vt sine hac dispositione gratia non conferatur, & ubi est major dispositio, ibi major gratia conferetur ? Resp. illa dispositio requiritur non tanquam causa gratiæ, sed tanquam conditio sine qua non. Infantes enim

non per actus suos, sed tantùm per virtutem, & opus operatum baptismi iustificantur.

Argum. ex C. T. sess. 6. c. 6. & 7. & sess. 7. can. 6.

Quæ differentia est inter causam, & conditionem sine qua non? Resp. causa producit effectum; conditio sine qua non, ponit, vel tollit aliquid, sine cuius positione, vel ablatione causa non produceret illum effectum.

Potest declarari exemplo: Resp. potest fieri, Ignis est causa combustionis lignorum. Appropinquare autem ligna ad ignem, non est causa combustionis, sed conditio sine qua combustio non fieret; ita si ligna sint viridia, non comburentur, nisi prius exsiccentur, quia siccitas est conditio sine qua ignis non comburit ligna. Ita est de dispositione in Sacramentis.

Conc. Trid. sess. 6. c. 7.

Si dispositio non est causa gratiæ, quare ubi est maior dispositio, ibi maior confertur gratia? Resp. sicut ligna quæ magis sunt sicca, magis comburuntur, & maius vas continet maiorem quantitatem aquæ quæ à fonte, ut à causa procedit: ita magis dispositus maiorem recipit gratiam.

Ioan. 1.

Quomodo potest explicari, quod sacramenta, ut ait Concil. continent, & efficiant gratiam? Resp. tali ratione. Divina natura est in Deo tanquam in primo fonte: ab hoc fonte cœpit derivari, & communicari divina natura per gratiam in Christi humanitate, iuxta illud, *plenum gratiæ & veritatis.* Ita humanitas in passione fuit perforata, & ex quinque vulneribus exiit cum sanguine dicta gratia. Sacramenta, ut ait Catechis. sunt tanquam alnei per quem fluunt merita, gratia, & sanguis in passione Christi à capite, in hoc que alveo recipiuntur, & per illum fluunt, et ad homines accedentes ad Sacramenta perveniant. Cùm itaque Sacramenta à Christo sint Instituta, et per illa hominibus applicetur meritum, gratia & sanguis ipsius, & vt hoc verè causa istius applicationis, & istius derivationis à Christo in homines, vere potest dici, quod Sacramenta sint causa gratiæ, quia sunt causa, vt gratia, & passio Christi deriventur in homines, & illis communicentur.

C. R. n. 14.

Conc. Tr. Sess. 6. ca. 1. & 7.

C. T. sess. 7. can. 6. & 8.

Ex hoc videtur sequi quod Sacramenta sint causa applicationis gratiæ, non autem ipsius gratiæ? Resp. non est ita, *C. T. sess. 6.* sed verè sunt causa gratiæ.

sess. 7.

Qua ratione? Resp. gratia potest considerari, tum in Christo, & sic Sacramenta non sunt causa gratiæ; tum in

nobis ut derivata à Christo, & sic Sacramenta sunt causa illius gratiæ, quæ est in nobis, & à Christo derivata. Sicque hoc vili, sed accommodato exemplo declaratum. Atramentum primò ponitur in atramentario, & calamus non est causa ut atramentum sit in illo: secundò est in calamo tanquam in deferente illud ad chartam, si manus scribentis ponat calamum in atramentario, & sic atramentarium est causa, ut in calamo sit atramentum. Tertiò idem atramentum, quod fuit in atramentario & in calamo ponitur in charta, ita ut fiat scriptura operante hoc calamo, ut instrumento, & manu ut vero & principali agente, & verè calamus est causa instrumentalis illius atramenti, & scripturæ, quæ in charta producta est. Sic itaque gratia est primò in Christo: secundò in sacramentis, ut in medio vel alveo, vel instrumento. Tertiò in omnibus per sacramenta tanquam per instrumenta, per quæ efficitur ut gratia quæ est in Christo, ad homines derivetur: ideò verè causa gratiæ respectu hominum sunt.

Ioan. 1. C. T. sess. 6. c. 3. & 7. C. R. de sa. n. 141.

Quomodo Ecclesia potest scire, quod sacramenta talem habent virtutem invisibilem gratiam efficiendi? Resp. in primitiva Ecclesia Deus miraculis confirmavit hanc veritatem, veluti in Baptismo Christi, faciendo ut cœli aperti sint, & alia. Similiter in die Pentecostes, & de Confirmatione, & sic de aliis, unde potest per fidem, & testimonium miraculorum, sciri quod Deus talem virtutem dederit sacramentis. Infinitis enim miraculis hæc veritas confirmata scriptura etiam, & traditione manifestè probata est.

Num. 28.

De administratione Sacramentorum. Cap. VIII.

QVid est administratio sacramentorum? Resp. est officium, vel actio ministrorum, qua sacramentum vel conficitur vel confertur suscipienti.

Num. 24. Ex C. T. sess. 7. can. 10. & 11.

Hæc administratio est de necessitate sacramenti? Resp. ait Catechismus, officium ministrorum ad sacramenta conficienda non minus est necessarium quàm materia, & forma: & hoc perpetua Sanctorum Patrum traditione confirmatum ait.

Omnia, quæ pertinent ad administrationem sacramentorum sunt ne de necessitate sacramenti? Resp. ait Concil. Trident. non omnia, sed multa sunt tantum de necessitate præcepti.

Num. 24. & C. T. ubi sup. Sess. 21. c. 2.

00327

Ex C.T.sess. 7. c.10.11. 12. Quomodo potest cognosci quænam sint de necessitate sacramenti? Resp. tali ratione: quæcumque pertinent ad quatuor causas sacramenti, prout causæ sunt, illa sunt de necessitate sacramenti: sine his enim causis fieri sacramentum impossibile est.

Cons. Trid. Ibidem. C.R. de sacr. n. 55. & 54. Quomodo in confisiendo, & administrando sacramento quatuor causæ concurrunt? Resp. sic, ministet respicit causam efficientem instrumentalem; & ideo debet esse legitimus, & talis, ut possit efficere sacramentum, veluti quod sit sacerdos ad conficiendam Eucharistiam, & Extremam unctionem, quod habeat jurisdictionem respectu Pœnitentis, & idem de aliis. Quoad causam materialem necesse est, ut accipiat verum, & necessariam materiam, & idem de forma: quoad finem verò debet habere intentionem faciendi saltem quod facit Ecclesia.

Sess. 22. c. 2. Omnia, quæ in administratione pertinent ad quatuor causas sunt de necessitate Sacramenti: Resp. non, multa sunt tantum de necessitate præcepti, tria autem sunt necessaria, materetia, forma, & intentio legitimi ministri.

Ex Sess. 7. c. 13. Quomodo poterunt hæc distingui inter se? Respon. sic: Illa quæ pertinent ad integritatem cuiuscumque causæ, ita ut causa aliqua non sit integra, & apta ut sit causa: si illa, vel aliud non habent, dicitur esse de necessitate causæ Sacramenti.

Ex C.T. Sess. 7. c. 13. de sacr. & can. 2. de bap. Potestne clarius explicari? Resp. potest exemplis. Aqua est materia Baptismi, quæ si non sit naturalis, non erit vera materia, ideo erit de necessitate sacramenti adhibenda talis in conficiendo baptismo: quod verò sit consecrata, non est de necessitate materiæ. Ita de forma, & sine ad conficiendum sacramentum necesse est adhibere omnia de necessitate formæ, & intentionis. Ita de ministro, quia debet habere omnia necessaria ad hoc, ut sit legitimus minister.

Ex Sess. 7. c. 3. 21. 11. 13. Quomodo poterunt cognosci ea, quæ in administratione non sunt de necessitate Sacramenti? Resp. eadem ratione: illa enim quæ non pertinent ad integritatem materiæ, formæ, intentionis, & ministri, non erunt de necessitate Sacramenti, vel conficiendi, vel administrandi, sed tantum erunt de necessitate præcepti.

Quænam administratio dicitur bona? Resp. Administratio tripliciter potest dici bona: primò ex parte Sacra-

menti: secundò ex parte ministri: tertiò ex parte suscipientis.

C.T. Sess. 7. c.6. 10. 11. 12. Quomodo est bona ex parte sacramenti? Respondemus: primò si habet omnia, quæ sunt de substantia Sacramenti, & hoc non solùm est bonum, sed necessarium: secundò, si hæc omnia fiant rectè, id est secundum ritum sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & cum debita veneratione, & reverentia Sacramenti, & hoc est de necessitate non sacramenti, sed præcepti.

C.T. Sess. 7. can. 12. Ibidem. can. 13. C. T. Sess. 24. can. 7. Quando erit bona administratio respectu suscipientis? Respond. si ministrans facit quod debet, ut suscipiens devote & bene suscipiat Sacramentum, veluti si doceat illum, ut ait Concil. de vi, & usu sacramenti, vel tali ratione administret ut devotionem, & rectam dispositionem confirmet suscipienti.

C.T. Sess. 7. c.10. 11. 12. 13. C.R. de sacr. in gen. c. 25. 26. Quomodo erit bona ex parte ministri? Resp. primò si habeat omnia requisita ad conficiendum, & administrandum sacramentum de necessitate sacramenti: secundò si habeat omnia requisita ad hoc de necessitate præcepti, veluti quod non sit in peccato mortali: tertiò si facit omnia, quæ Ecclesia præcipit, & recta ratio suadet circa administrationem, veluti omnes cæremonias, & ritus servare: tam quoad vestes, vasa, actiones, orationes, & similia, quàm quoad munditiam, & decentiam illarum, vel devotionem in illis efficiendis.

De bonitate & malitia ministrorum & quod minister est publica persona. Num. 2.

C.R. de sac. n. 16. QVæ bonitas requisitus in ministro? Respondent saltem sit sine peccato mortali, debetet autem habere devotionem, & reverentiam.

C.T. Sess. 7. c. 12. Can. Hæc bonitas est de necessitate sacramenti? Resp. non, & est de fide.

R. de cer. num. 13. & D.T. 3. p. 7. 24. ar. 45. Quare nomen Resp. quia minister duplicem gerit personam. Una est publica, nempe Christi, & Ecclesiæ: & hæc semper est bona, sancta, & digna: & minister semper ut talis personam administrat Sacramentum. Alia est privata, & hæc sæpè est cum peccato: sed minister ut talis persona non conficit, nec administrat Sacramentum.

Minister conficiens, vel administrans Sacramentum in peccato mortali quam culpam incurrit? Resp. mortalem,

C. R. de sac. nu. 26. & sacrilegii, *id est* offendit notabiliter rem sacram, quæ est sacramentum.

Ex C. T. sess. 7. c. 6. & 12. & D. T. vbi sup. Malus minister facitne malam administrationem respectu suscipientis? Resp. non facit, si absit culpa illius.

Quare non? Resp. ratione iam dicta, quia administrat ut persona non privata, sed publica.

De intentione ministri. Num. 3.

C. T. sess. 7. c. 11. C. T. Intentio ministri estne de necessitate Sacramenti? Resp. est de fide, quod sit necessaria.

Ibidem. Qualis esse debet? Resp. Concil. Trid. ait, *si quis dixerit in ministris dum sacramenta conficiunt, & conferunt, non requiri intentionem saltem faciendi quod facit Ecclesia, anathema sit.*

Ibidem. Quare dixit, *dum conficiunt, & conferunt?* Resp. quia administratio circa sacramenta respicit duo: primò conficere sacramentum, secundò illud conferre suscipienti: in vtroque autem, ait Conc. est necessaria intentio iam dicta.

C. T. 1. p. q. 64. ar. 8. & præ. ad 1. Quare requiritur intentio ad Sacramentorum administrationem? Resp. Primò, quia finis est causa necessaria cuicumque rei; secundò quia minister gerit personam Christi, & Ecclesiæ, & si conficit vel confert sacramenta non in tali persona, sacramentum non tenet. Ideo requiritur intentio Ecclesiæ, quia sic in persona Ecclesiæ & propter verum finem administrabit.

C. T. sess. 7. can. 11. Quare dixit, *saltem faciendi*, &c. Resp. ut ostendat melius esse, quòd minister habeat etiam ipse intentionem ad finem sacramenti, sicut habet Ecclesia.

D. T. vbi sup. D. T. ibi. Quomodo hæc intentio distincta potest haberi? Resp. minister rectè habet hanc intentionem, primò efficiendi sacramentum à Christo institutum, & omnia quæ ad illud sunt necessaria. Secundò efficiendi hoc in ordine ad finem & effectum sacramenti, de quo iam dictum est.

Hæc omnia Ecclesia intendit? Resp. intendit.

De intentione actuali, virtuali, vel habituali. Num. 4.

D. T. 3. p. q. 64. ar. 8. ad 2. & 3. Quotuplex est intentio ministri? Resp. duplex, actualis & virtualis.

Ibidem. Quænam est actualis? Resp. illa quam actu habet dum conficit, vel administrat sacramentum.

Ibidem. Quæ est virtualis? Resp. illa quam habuit antequam conficeret, & administraret, sed in actu conficiendi, & conferendi non habet, ideò conficit in virtute præcedentis intentionis.

Sufficitne intentio virtualis? Resp. sufficit, sed ait D. Th. ministrum debere curare, ut etiam actualem habeat. Ibidem.

De vsu sacramentorum & fine illorum. Cap. VIII.

Quis est vsus sacramenti? Resp. est susceptio illius. C. R. de Eucharist. n. 9. Vt de bap. n. 32. &c.

Quæ requiruntur ad bonum vsum? Resp. Primò suscipiens: secundò præparatio: tertiò susceptio.

De suscipiente Sacramenta. Num. 2.

Quid requiritur ex parte suscipientis? Resp. duo, primò vt suscipiens sit capax sacramenti: mulier enim vel non baptizatus non suscipiunt Ordinem; quia non sunt capaces illius: secundò quod habeat requisita ad illud suscipiendum, veluti in Ordine quod sit legitimus, & in legitima ætate, & similia. Vt apud Catech. de Or. n. 33.

De præparatione. Num. 3.

Quæ requiruntur ad bonam præparationem? Resp. duo. Primum est removere ea quæ sunt contraria sacramento, vel effectui illius; secundum obtinere quæ sunt opportuna ad susceptionem sacramenti, & effectus illius. Vt de Bap. num. 40.

Quæ sunt contraria sacramento? Resp. veluti fictio, *id est*, non habere animum suscipiendi sacramentum. C. T. sess. 6. ca. 15. Vt C. T. sess. 13. c. 8. C. T. sess. 6. c. 6. & sess. 24. c. 7.

Quæ sunt contraria effectui? Resp. peccatum mortale, hoc enim gratiæ maximè contrarium est.

Qui habet animum suscipiendi sacramentum, sed non gratiam, suscipitne sacramentum? Resp. suscipit, sed non effectum illius.

Quæ sunt qualitates præparantes ad rectum vsum sacramenti? Resp. sunt præcipuè sex, prima est fides, vt scilicet credatur virtuti sacramenti ex Christi passione; secunda spes, vt speretur, quod per sacramenta quis obtinebit virtutem passionis Christi: tertia charitas, *id est*, quod cupiat Deo per gratiam vniri, & à peccato separari: quarta odium peccati, præcipuè mortalis; quinta devotio, *id est*, affectio, desiderium, gustus: demùm promptitudo voluntatis ad recipiendum sacramentum; sexta reverentia, *id est*, aliquis timor respectu excellentiæ sacramenti, & vtilitatis sui ipsius: Ista sex si adsint, faciunt hominem benè dispositum ad sacramenta.

De devotione, & reverentia erga sacramenta. Num. 4.

1. 2. q. 82. art. 1. 2. Quid est devotio? Resp. est promptitudo voluntatis ad
q. 82. art. 2. sacramenta tanquam res divinas suscipienda.
C. T. sess. 24. can. 7. Quid est reverentia? Resp. est humilitatio sui cum timo-
D. T. 2. 2. q. 82. art. 3. re in signum excellentiæ sacramentorum.
Ex qua re efficitur devotio & reverentia in animis fide-
lium erga sacramenta? Resp. ex cognitione, & considera-
tione duarum rerum, nempe propriæ utilitatis, & egen-
Ibidem. tiæ, necnon excellentiæ, & virtutis sacramentorum.

Quomodo ex his oritur reverentia ad Sacramenta?
Resp. quia homo considerans dignitatem, & excellentiam
sacramentorum ex una parte, & utilitatem, & miseriam
sui ex alia, humiliat se, & timet dum vult accedere ad sa-
cramenta, quæ res divinas esse cognoscit.

Eurisfem. Quomodo provenit devotio? Resp. quia homo consi-
derans virtutem, & efficaciam sacramentorum, sperat se
posse obtinere effectum illorum: videns autem indigen-
tiam quam habet de illorum effectu, movetur ad deside-
rium, & devotionem illorum, & sic fit devotus.

C. Tr. sess. 24. can. 7. D. T. 3. q. 82. art. 3. Quomodo obtinetur cognitio suæ vilitatis, & excellen-
tiæ Sacramentorum? Resp. primò lectione alicuius libri
hanc cognitionem præbentis: secundò meditatione eorum
quæ in sacramentis per fidem cognoscimus contineri: ter-
tiò audiendo concionatores, vel alios ista docentes.

De susceptione Sacramenti. Num. 5.

C. T. sess. 7. can. 8. sess. 13. c. 8. R. de Sac. q. 14. Quomodo suscipitur Sacramentum? Resp. uno modo
verè, & realiter. Alio modo voto, & desiderio
tantum, & brevè suscipitur, si cum debita præparatione sus-
cipiatur.

*De causis ob quas sacramentorum usus est à Deo institu-
tus, seu de secundario fine sacramentorum. Num. 6.*

Ibi. q. 14. EXpedit scire causas, ob quas Deus sacramenta, & illo-
rum usum instituit? Resp. Catech. sit: Ad rectum Sa-
cramentorum usum docendum nihil accommodatius vi-
deri potest, quàm diligenter causas exponere, cur Sacra-
menta instituti oportuerit.

Quænam sunt istæ causæ? Resp. sequentes.

Prima est, quia per Sacramenta & illorum usum adjuva-
tur humani ingenii imbecillitas ad cognoscenda ea quæ
in sacramentis efficiuntur. Cùm enim virtus, & efficacia
sacramentorum, res invisibilis, divina & supernaturalis
sit; quæ autem talia sunt, a sensu hominis percipi non pos-
sint, sine auxilio autem sensus, anima quæ corpori unitur,
difficulter res ipsas percipiat: Deus voluit instituere sacra-
menta & illorum usum tali ratione, ut per res visibiles &
sensibiles intellectus posset percipere ea quæ in sacramen-
tis invisibilia sunt: Sacramenta igitur talia sunt instituta,
ut possint adjuvare hominem ad cognitionem occultæ
virtutis illorum.

Secunda causa est, ut non solùm adjuvetur cognitio, sed Num. 13.
etiam fides eorum, quæ de sacramentorum vi, & efficacia
credenda proponuntur. Cùm enim Deus promittat homi-
nibus per passionem Christi velle conferre peccatorum ve-
niam, cœlestem gratiam, & Spiritus sancti communicatio-
nem, ut adjuvet hominem ad credendum, dedit quædam
signa sensibilia, id est sacramenta, ad hoc ut essent tan-
quam pignus, & testimonium, & signum promissionis à
Deo factæ, ita ut fidem facerent quod Deus esset obli-
gatus sua promissione ad dicta bona præstanda, & quod
fidelis erit in suis promissis, quod maximè adjuvat fi-
dem.

Tertia causa est, ut non solùm detur homini cognitio
eorum, quæ occulta Dei virtute in hominibus efficiuntur,
quod exprimit prima causa, neque solùm, ut adjuventur
fideles ad credendum quod Deus appliceat virtutem pas-
sionis Christi hominibus, ut dixit secunda causa, sed etiam
ut detur medium certum, & facile, quo possit homo dictam
virtutem, & bona obtinere, & tale medium sunt sacramen-
ta. Illud enim quod Deus occulte facit in homine, est ap- Ibidem.
plicatio gratiæ meritì, & virtutis passionis Christi. Sacra-
menta verò quæ sunt sensibilia, tria faciunt: primò signi-
ficant hanc applicationem, & sic adjuvant hominem, ut co-
gnoscat virtutem illorum: secundò sunt signa, vel pigno-
ra, vel testimonia divinæ promissionis, & institutionis, &
sic adjuvant fidem hominis, ut credat à Deo fieri hanc ap-
plicationem: tertiò efficiunt hanc applicationem, quia
sunt tanquam alveus, per quem gratia, virtus & meritum
passionis Christi derivator in eos, qui rectè utuntur his

sacramentis: & ita sunt certum, evidens, & facilè medium illius applicationis, vnde sacramenta dant facillimum medium, quo applicatio passionis Christi obtinetur.

Ibidem. Quarta causa est, vt per sensibilia sacramenta fideles primò ab infidelibus distinguerentur: secundò ipsi infideles inter se sancto quodam vinculo connecterentur. Illi enim qui vtuntur his sacramentis intelliguntur esse fideles, qui non vtuntur, infideles: & sic fideles ab infidelibus distinguuntur. Similiter quod omnes fideles eisdem vtantur sacramentis, habet vim colligendi illos in hanc vnitatem participationis sacramentorum, vnde vnionis inter

Ibidem. fideles causa sunt.

Quinta causa est vt fideles faciant actum fidei exteriorem per sacramenta. Cum enim fides non tantùm debeat esse in corde, sed etiam in ore, conueniens fuit vt populo fideli aliqua darentur signa per quæ fidem interiorem exterius significarent: talia autem sunt Sacramenta. Cùm enim quis suscipit Baptismum, palam testatur, quod sacramentali ablutione credit se animæ spiritualem purgationem obtinere, quod est facere actum fidei exteriorem.

Ibidem.

Sexta causa est, vt per sacramenta inter fideles charitas accendatur, & inflammetur: cùm enim omnes fideles communicent eisdem sacramentis, & per hanc communionem arctissimo vinculo ita colligentur, vt unius corporis, & sub vno capite membra fiant: per hanc colligationem debet fieri amor, & vnio similis illi quam membra eiusdem

Ibid. art. corporis inter se habent.

Septima causa est, vt sacramenta humanæ mentis superbiam edoment ac comprimant, hominesque ad humilitatem exerceant. In sacramentis enim homo subiicitur sensibilibus elementis, vt Deo obediat; & ideò sicut homo per sensibilia elementa deseruerat à Deo superbiendo, ita decebat vt humiliando se per illa ad Deum rediret.

Quomodo ex dictis adiuuetur bonus vsus Sacramentorum. Num. 7.

Ibidem. QVis est bonus vsus sacramentorum? Resp. est ille, quo quis obtinet fructus, & effectus illorum.

Ibidem. Qui sunt effectus sacramentorum? Resp. vnus est principalis, nempe applicare hominibus meritum passionis Christi

& per hoc omnia bona spiritualia, remissionem peccatorum, gratiam, & communicationem Spiritus sancti: & de hoc dictum est. Alii sunt secundarij, id est illi per quos homo disponitur, vt dignè recipiat hanc applicationem suis per sacramenta, recte vsendo illis, & continentur in septem causis modò expositis.

Qui sunt isti effectus secundarij? Resp. isti septem, Pri. *Ibidem.* mus, præbere cognitionem homini quod Deus vult applicare illi merita Passionis Christi, & explicare qua ratione hoc facere velit, & iste effectus oritur in fidelibus, qui considerant significationem sensibilem sacramentorum: secundus est tollere dubitationem, & adiuvare fidem hominis ad credendum, quod Deus homini hanc faciet applicationem, & sit considerando quod sacramenta sunt signa & pignora, & testimonia quod Deus promissione sua se obligavit ad hanc applicationem faciendam.

Tertius est præbere homini medium certum, sensibile, evidens quo possit hanc applicationem obtinere; & ideo fideles debent considerare, quod sacramenta sunt illud medium, vel alueus, quo meritum passionis Christi ad homines derivatur, & ab illis obtinetur.

Quartus est unire omnes fideles inter se, & separare illos ab infidelibus.

Quintus est præbere homini rectam rationem faciendi actum fidei exteriorem, & publicum in facie Ecclesiæ.

Sextus est accendere charitatem inter fideles, qui eisdem sacramentis tanquam membra unius corporis utuntur.

Septimus efficere homines humiles, & eorum superbiam edomare.

Colligitur ex his bonus usus sacramentorum? Resp. *Num.* 14. colligitur, quia isti omnes effectus eò diriguntur, vt fideles benè utantur Sacramentis.

De ritibus, ac cæremoniis Sacramentorum. Cap. IX.

RItus, & cæremoniæ sunt ne de necessitate sacra- *Num.* 1. menti? Respond. non: sed tantùm de necessitate præcepti.

sess. 7. can. 1. & 2. omnibus Sacramentis, In secunda de singulis Sacramentis in particulari, id est de iis quæ singulis Sacramentis propria sunt.

Divisio de Sacramentis in genere.

QVomodo procedit Catechismus in tractatione de Sacramentis in genere? Resp. tria facit, primò *proœmium*, secundò *tractationem*, tertiò *conclusionem*. Proœmium quid continet? Resp. utilitatem, & necessitatem doctrinæ, necnon obligationem, & diligentiam parochorum in illa tradenda.

De Sacr. Num. 1. Quid continetur in conclusione? Resp. agitur de fine, & modo, quo parochi debent doctrinam Sacramentorum populo edocere.

De Sacr. Num. vlt. In tractatione quid facit? Resp. primò agit de nomine & definitione Sacramenti: secundò de materia, & forma illius, tertiò de fine, seu effectu, & efficientæ Sacramenti, quartò de administratione, & usu illius, quintò de cæremoniis.

In quot capita dividitur præsens tractatio? Resp. in sequentia.

In primo de nomine, & definitione Sacramenti.

In secundo de Sacramentis veteris legis, & eorum differentia à Sacramentis novæ legis.

In tertio de Sacramentis novæ legis, & eorum propria definitione.

In quarto de materia & forma horum Sacramentorum.

In quinto de fine, & effectu, & efficientia horum Sacramentorum.

In sexto de efficiente, authore & ministro illorum.

In septimo de administratione Sacramentorum.

In octavo de usu eorundem.

In nono de cæremoniis, & ritibus ad Sacramenta pertinentibus.

De nomine Sacramenti, ejusque definitione. Cap. I.

C. R. de sacr. in gen. N. 1. & 3. QVot modis accipitur hoc nomen Sacramentum? Resp. primò, profani scriptores per Sacramentum intelligebant juramentum militare, id est factum à militibus vt se obligarent Reipublicæ: Secundò Sacramentum à sacris *Num. 1. 3.* Scriptoribus accipitur pro mysterio, id est pro re sacra occulta. Tertiò accipitur non pro re sacra occulta, seu pro

eo quòd significat rem sacram occultam, ideò etiam dicitur Symbolum, Mysticum signum, Sacrum signum.

Quæ differentia est inter mysterium, & Sacramentum propriè acceptum? Resp. mysterium potius dicit rem sacram significatam, Sacramentum verò dicit signum quod illam rem sacram significat.

De definitione Sacramenti. Num. 2.

QVomodo accipitur hîc Sacramentum? Resp. tertio modo, idest pro signo rem sacram significante. Quo- *Num. 4.* modo definitur? Resp. Catechismus dat duas definitiones; Ex *Conc.* prima est hæc, Sacramentum est signum rei sacræ; & alia *Sess. 13. can.* est hæc, Sacramentum est invisibilis gratiæ visibile signum *1.* ad nostram justificationem institutum.

Quænam est differentia inter utramque? Resp. utrasque *Num. 4.* idem dicit; sed prima explicat Sacramentum magis in genere. 2. magis distincte, & in particulari. Similiter prima habet duas particulas tantùm, altera verò tres.

Quod dicit prima definitio? Resp. duo, rem sacram si- *Ibidem.* gnificatam, & signum quod significat illam.

Quid dicit secunda? Resp. tria. Primò rem sacram; se- *Ibidem.* cundò signum; tertiò finem Sacramenti, *id est*, talis signi. *Ibidem.*

Quomodo explicatur prima à secunda? Resp. quia in prima dicitur tantùm *signum*, in secunda additur *visibile signum*. In prima dicitur *rei sacræ*; in secunda explicatur quid sit ista res sacra, cum dicitur, *invisibilis gratia*.

Quare in secunda definitione ponitur tertia particula: *Num. 111.* *Ad nostram justificationem institutum?* Resp. ut distinguatur Sacramentum à multis, quæ significant rem sacram, & tamen non sunt Sacramenta.

Quæ sunt ista? Resp. Imagines sanctorum, cruces, figu- *Ibidem.* ræ veteris Testamenti, multæ cæremoniæ, & alia huiusmodi: ista enim significant res sacras, & tamen non sunt Sacramenta, quia non sunt ad hominum justificationem instituta.

De divisione rerum, & signorum, seu explicatio primæ particulæ. Num. 3.

QVæ differentia est inter res, & signa? Resp. Res sunt *Num. 5.* aliquæ propter seipsas, *id est*, ut sint illæ res, velut domus, ut sit domus; homo, ut sit homo. Signa autem non

tate, & fructu Sacramentorum: de illorum à Christo facta institutione, de vi, & efficacia, de communicatione & applicatione virtutis passionis Christi per illa: demum quod bono usu Sacramentorum Ecclesia spiritu Dei repleatur per Sacramenta enim fideles vitam obtinent spiritualem.

Tertiò in administratione Sacramentorum debent curare, ut summa mundities, decentia, atque reverentia id faciant, quibus se populos ad illorum cultum, & devotionem excitabunt.

DE BAPTISMO

DOCTRINA SACRI Conc. Trid & Catech. Rom.

POSTQUAM visum est de Sacramentis in genere, nunc videndum est de singulis in speciali; & primò de Sacramento Baptismi tractandum est.

De præsenti doctrina de Baptismo.

Num. 1. DEbentne Parochi præbere doctrinam de Baptismo? Resp. debent.

Ibidem. Quo diligentia? Resp. Catech. ait: Qua pastores nunquam satis multam operam, & studium in hujus Sacramenti tractatione se collocasse arbitrentur.

Ibidem. Quæ tanta diligentia? Resp. ait Catech. quia ex Apostolo colligitur non qualemcunque, sed perfectam Baptismi cognitionem à fidelibus magnopere requiri.

Num. 2. & C. T. sess. 24. c. 7. Quo tempore, & occasione debet doceri? Resp. eumpus congruum erat in Sabbato magno Paschæ, & Pentecostes, quia tunc hoc Sacramentum solemniter celebrari consuevérat: Opportuna autem modo occasio erit cum baptismus alicui ministrandus sit, & fidelis populi multitudo convenit.

Num. 3. Quæ utilitas ex hac doctrina percipitur? Resp. fideles ex ea intelligunt, an vita, & moribus tales se præbeant quales se futuros in ipsa Christiani nominis promissione polliciti sunt.

Divisio hujus tractationis.

IN quot capita potest dividi ista tractatio? Resp. ex Catech. apparet quod in sex.

Primò de nomine, & definitione Baptismi.

Secundò de materia, & forma illius, necnon ablutione.

Tertiò de efficiente.

Quartò de fine & effectu.

Quintò de usu & administratione illius.

Sextò de ritibus, ac cæremoniis illius.

De nomine Baptismi. Cap. I.

Num. 3. BAptismus cujus linguæ nomen est? Resp. Græcæ.

Ibidem. Quid significat? Resp. ablutionem, & in præsenti

Num. 4. significat sacramentalem ablutionem.

Huic Sacramento alia nomina apposita sunt? Resp. appellatur etiam Sacramentum fidei, necnon illuminatio, quia in ipsa baptizati profitentur fidem, & illuminantur per illam. Chrysost. etiam appellat tum expurgationem, tum sepulturam, tum plantationem, tum Crucem Christi, quia per ipsum expurgatur homo à peccato, & moritur illi, & complantatur Christo, & cruci illius. Dionysius Areopag. appellat principium sanctissimorum mandatorum, quia est janua qua in Christianæ vitæ locietatem ingredimur.

De Baptismi definitione. Num. 5.

Num. 5. QUænam est vera, & apta Baptismi definitio? Resp. Catechismus ait, quod ex Evangelio Joannis, & Apostolo colligitur, quod hæc sit aptior, & commodior aliis. Baptismus est Sacramentum regeneationis per aquam in verbo.

Quare dicitur Sacramentum? Resp. quia est signum rei sacræ.

Quare dicitur regeneationis? Resp. quia per Baptis. *De sacra* mum homo nascitur denuo ex aqua, & Spiritu sancto, & *mento.* fit filius Dei adoptivus, juxta illud, *Dedit eis potestatem filios Dei fieri.*

Quare dicitur per aquam? Resp. quia materia hujus *Ibidem.* Sacramenti est aqua.

Quare dicitur in verbo? Resp. quia forma hujus Sa- *Ibidem.* cramenti sunt verba.

Aqua illa, quæ ad conficiendum Baptismum in sacro *Ibidem.* fonte servatur, estne Sacramentum? Resp. non est Sacra-

mentum, sed tantùm apta materia. Et Catech. ait debere fideles de hoc admoneri, quia vulgò ita esse existimant.

Num. 4. Quando reipsa detur sacramentum baptismi? Resp. ait Catech. cùm aqua ad abluendum aliquem, additis verbis, quæ à Domino instituta sunt, reipsa utimur; *id est*, cum accedit.

De materia Baptismi.

Num. 6. Num. 7. S. q. 7. can. 2. num. 7. & 11. n. 3. QUot sunt partes Baptismi? Respond. duæ, materia & forma.

Quæ est materia Baptismi? Resp. aqua naturalis, quæcunque illa sit, sive maris, sive fluminis, sive paludis, sive putei, sive fontis.

Aqua artificialis, vt rosacea, vel alia, potestne esse materia? Resp. non potest.

Ignis potest esse materia, iuxta illud Mat. *qui baptizabit Spiritu sancto, & igne?* Resp. non, quia illud intelligitur de effectu Baptismi.

D. T. 3. p. q. 69. Nonne triplex dicitur esse Baptismus, scilicet fluminis, *id est*, per aquam; flaminis, *id est*, per Spiritum sanctum; & sanguinis, *id est* per martyrium? Resp. sunt tria ista Baptismata; sed vt ait D. Th. baptismus flaminis, & sanguinis includuntur in baptismo aquæ; & dicuntur baptismata inquantum supplent vicem baptismi aquæ: ideò sola aqua naturalis est vera materia huius Sacramenti. Alia verò supplent in casu necessitatis.

Num. 9. Quæ figuræ veteris testamenti Baptismum significabant? Resp. primò diluvium huius aquæ figuram gestitte cundò mare Rubrum: tertiò Naaman Syri ablutio: quartò probatica piscina.

Num. 10. Cur Deus voluit, quod aqua esset materia huius Sacramenti? Resp. ob duas causas: primò, quia conveniebat vt materia sacramenti omnibus necessarii ubique reperiretur, quod de aqua inter omnia verum est: secundò, quia aqua effectum baptismi maximè significat: sicut enim baptismus delet maculas animæ, & copiditatem ardorem magna ex parte restinguit: ita aquam abluere maculas, & refrigerare corpora certissimum est.

Num. 11. Sola aqua esne apta materia Baptismi? Resp. in casu necessitatis, est, sed quando Baptismus confertur cum solennitate Ecclesiæ cæremonijs, aquæ debet addi sacrum Chrisma.

Quare hoc? Resp. quia ex Apostolorum traditione semper Ecclesia observavit. *Ibidem.*

Cur ita observavit? Resp. ad Baptismi effectum magis declarandum; oleum enim significat unctionem Spiritus sancti. *Ibidem.* D. Th. 3. p. q. 66. art. 10. ad 2.

De forma Baptismi. Num. 12.

ESne necessarium docere populum formam baptismi? Resp. est, quia sæpè contingit, vt aliqui de populo, & etiam mulieres ita ob necessitatem debeant Sacramentum Baptismi administrare. Num. 10.

Quænam est perfecta & absoluta forma Baptismi? Resp. hæc: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.* Et à Domino nostro tradita est. Num. 13.

Illa particula, *Ego*, estne de necessitate Sacramenti? Resp. non, quia intelligitur in illo verbo, *Baptizo.* Num. 14.

Quare ponitur illa particula, *Te?* Resp. vt denoceur persona, quæ baptizatur. Num. 13.

Quare dicitur, *baptizo?* Resp. ad significandam actionem ministri, iuxta illud quod Dominus dixerat, *baptizantes eos*: ibi enim expitimit actionem. Baptismi ab Apostolis, & aliis faciendam. *Ibidem.*

Nonne Græci vtuntur verbo passivo, & dicunt *baptizetur servus Christi?* Resp. ita est. Num. 14.

Valetne Sacramentum apud ipsos cum tali forma? Resp. Concil. Florentinum determinavit; alete, quia sic etiam significatur revera ipsa ablutio, qua Baptismus perficitur. *Ibidem.*

Illa verba, *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti*, suntne de necessitate sacramenti? Respond. sunt: quia Dominus noster dixit, *baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.*

Aliquando Apostoli nonne baptizarunt tantùm in nomine Christi? Resp. non est certum, quod hoc fecerint: Sanctus enim Basilius, & Ambrosius loca Scripturæ, in quibus videtur dici quod Apostoli baptizaverint in nomine Christi, interpretantur quòd vellint dicere, Apostolos non baptizasse in nomine Iesonis, sed in nomine Christi, id est, Baptismo à Christo instituto. Num. 13.

Et si fecerunt, fuitne verus Baptismus? Resp. fuit duplici de causa: & prima est, quia eos Spiritus sancti affatu fecisse fic pro certo habetur, qui voluit initio nascentis Eccle- Num. 15.

sit, vt Christi nomen illustraretur, dum in nomine ipsius Baptisma traderetur. Altera est, quia in nomine Christi Trinitas significatur: Christus enim significat vnctum: ideò in hoc nomine intelligitur & Pater à quo vnctus est, & Spiritus sanctus, quo fuit vnctus: vnde tota Trinitas erat in illo nomine significata.

Num. 13. Quare dicitur *in nomine*, & non *in nominibus*? Resp. vt tali numero singulari declaretur unitas divinæ naturæ atque divinitatis.

Ibidem. Quare ponuntur tres personæ? Resp. quia omnes simul ad Baptismi sacramentum operantur.

De ablutione Baptismi. Num. 1.

PArochi debentne docere populum quomodo ablutio fieri debeat? Resp. ait Catech. debent. *Num.* 17.

Quot modis potest fieri ablutio? Resp. tribus: per immersionem, per infusionem, per aspersionem.

Ibidem. Quid est immersio? Resp. est positio corporis baptizandi in aqua.

Ibidem. Quid est infusio? Resp. infusione non ponitur corpus in aqua, sed ex aliquo vase projicitur aqua super corpus.

Quid est aspersio? Resp. est quædam aquæ dispersio super multos baptizandos.

Ibidem. Quocunque modo fiat ablutio, tenetne Baptismus?

Ibidem. Resp. tenet, quia singulæ sunt ablutiones.

Num. 18. Quis modus nunc est magis in usu? Resp. infusionis. Sufficitne una ablutio, an requiritur trina? Resp. sufficit etiam una.

Num. 18. Rectiusne baptizatur una, an trina ablutione? Resp.

Num. 19. servandus est ritus in propria Ecclesia consuetus.

Quæ pars corporis debet ablui? Resp. potissimum caput.

Quare hoc? Respondemus, quia in ipso vigent omnes sensus, tum exteriores, tum interiores; & ideò est potissimum corporis pars.

Ibidem. Debentne eodem tempore fieri ablutio, & verborum

Ibidem. pronunciatio? Resp. debent, quia materia, & forma debent simul esse, vt hat Sacramentum.

De efficiente Baptismi. Cap. III.

Ibidem. BAptismus à quo fuit institutus? Resp. à Christo.

Num. 16. Quando Christus instituit Baptismum? Respond.

fuit baptizatus à Ioanne: tunc enim tactu corporis sui aquam, ad baptismi salutarem vsum, consecravit, & dedit illi vim spiritualem regenerandi, & à peccatis abluendi.

A quo virtutem accepit Baptismus, an à passione Chri- *Ibidem.*
sti, an à tacta carnis eius, cum fuit baptizatus? Resp. Baptismus fuit ante passionem institutus, sed ab ipsa passione vim, & efficaciam accepit: ipsa enim passio finis erat omnium Christi actionum.

Quando Christus obligavit ad suscipiendum Baptismum? *Num.* 12.
Resp. post resurrectionem, quando Dominus Apostolis dixit, *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos*, &c. tunc enim omnes homines lege Christi obligati sunt ad baptismum suscipiendum.

Fuit ergo institutum ante passionem? In passione virtu- *Num.* 11.
tem accepit, post passionem Christus obligavit ad susciendum? Resp. ita est.

Tota Trinitas operatur in Baptismo? Resp. tota *Num.* 13.
operatur.

De ministro Baptismi. Num. 2.

SVntne plures ministri in hoc Sacramento? Resp. sunt. *Num.* 23.
Estne ordo inter illos, & quis? Resp. est triplex mini- *Num.* 23.
strorum ordo; primum locum tenent Episcopi, & sacer- & 24.
dotes; secundum locum tenent Diaconi; tertium sunt omnes de populo, mares, & fœminæ.

Sacerdos potestne baptizare præcente Episcopo? Resp. *Num.* 25.
potest, præterquam in certis anni diebus, quibus solennis cæremonia celebratur.

Diaconi possuntne administrare hoc sacramentum cum *Ibidem.*
suis solennitatibus sine Episcopi aut sacerdotis concessu? Resp. non possunt, nisi in casu necessitatis.

Si Episcopus vel Sacerdos aliqua legitima de causa hoc *Num.* 25.
concedat, possuntne administrare cum suis solennitati- & 24.
bus? Resp. Catech. videntur asserere; quia ponit Diaconis in secundo ordine ministrorum, reliquos in tertio, & eos qui sunt in tertio, ait posse administrare tantùm in casu necessitatis, & sine solennibus cæremoniis; unde videtur concedere Diaconis, quod in casu necessitatis, & de licentia Episcopi, ac Sacerdotis possint administrare cum solennibus cæremoniis.

Num. 24. Qui possint baptizare in casu necessitatis? Resp. omnes, tam mares, quàm fœminæ.

Ibidem. In casu necessitatis permittuntur Judæis, infidelibus,
C.T. sess. 7. & hæreticis baptizare? Resp. Catech. ait permitti: si ta-
can. 4. de men id efficere sibi proponant, quod Ecclesia Catholica
Baptism. in eo administrationis genere effecit: & baptismus valet, si vera forma, & materia vrantur.

Cur omnibus est concessa facultas baptizandi? Resp. ut in casu necessitatis quilibet possit baptizari.

Num. 24. Cur laicis conceditur facultas ministrandi Sacramentum Baptismi, quod est dignius, & non conceditur facultas cæremonias adhibendi, quod est minus dignum? Resp. quia Sacramentum magis est necessarium, cæremoniæ enim ad salutem baptizanti necessariæ non sunt.

Num. 25. Si plures sint præsentes, qui possint in casu necessitatis baptizare, servandus non est aliquis ordo? Resp. servandus, quia fœmina debet permittere viro ut baptizet: laicus clerico, ut dignioris clericus sacerdoti.

Num. 25. Quid si adsint viri nescientes baptizare, & sit etiam obstetrix perita hoc facere, an mulier possit baptizare? Resp. Catech. ait tales obstetrices improbandas non esse, & concedi.

De patrinis. Num. 1.

Num. 16. PAtrini qui adhibentur in baptismo, suntne ministri baptismi? Resp. Catech. vocat ministros, non quidem Baptismi, sed celebritatis illius.

Ibidem. Quomodo appellantur à Patribus? Resp. nunc vocantur Patrini, olim Susceptores, Sponsores, seu fidejussores.

Ibidem. Quare hoc? Resp. quia ipsi sunt tanquam patres baptizati, & ipsi prominunt nomine illius.

Num. 26. & 28. Debentne populi docere, quæ ad patrinos spectant? Resp. ait Catech. maximè expedire; tum quia, ut ipse ait, hoc munus modo adeò negligenter in Ecclesia tractatur, ut nudum tantum hujus functionis nomen relictum sit; quid autem sancti in eo contineatur, ne suspicari quidem homines videantur.

Num. 26. Quare patrini in Baptismo adhibentur? Resp. quia sicut puer modò natus eget nutrice, & pædagogo, quorum opera educetur, ac doctrina & bonis artibus eruditur: ita qui per baptismum ritum spiritualem vivere incipiunt.

egent duce, & directore.

Ibidem. Parochi nonne incumbit hoc munus? Resp. ita est, sed quia multorum curam gerunt, non superest illis tantum temporis, ut privatam illam curam singulos pueros in fide eruditi suscipere possint, ideò alij patrini traditi sunt.

Ibidem. A quo habuit initium hæc Ecclesiæ consuetudo? Resp. Divus Dion. Areop. ab Apostolis.

Num. 29. Qui debent excludi ab hoc munere? Resp. Illi, qui munus suum adimplere, aut fideliter nolint, aut sedulò, & accuratè non queant.

Ibidem. Parentes carnales debent ne esse patrini? Resp. non, ut magis appareat, quantum hæc spiritualis educatio distet à carnali, quæ ab ipsis originem habet.

Ibidem. Hæretici, Judæi & infideles possuntne esse patrini? Resp. omnino sunt prohibendi, quia veram educationem in fide præbere non possunt.

Num. 30. Sess. 24. de ref. mat. c. 2. Quot possint esse patrini? Resp. Conc. Trid. statuit quod vnus tantum, sive vir, sive mulier, sive ad summum vnus & vna baptizatum suscipiant.

Num. 26. & 30. n. 14. Estne conveniens dictus numerus? Resp. est; quia vnus est pater, & mater: plures etiam non convenit esse magistros, ex tali enim multitudine oriri solet confusio.

Quod est officium patrinorum? Resp. ut sint pædagogi, & custodes baptizati, donec opera, & præsidio suo egeat.

Quod est officium pædagogi? Resp. duplex, vnum circa mores, aliud circa doctrinam.

Ibidem. Quid debent facere patrini quoad mores? Resp. diligenter curare, ut baptizatus talem in omni vita sua se præbeat, qualem patrini futurum esse solemni extemonia spoponderunt, ideòque ut castitatem custodiat, justitiam diligat, & charitatem teneat.

Ibidem. Quid circa doctrinam? Resp. ante omnia docere illum Symbolum, & Orationem Dominicam, & Decalogum, & quæ sunt primæ christianæ religionis rudimenta, id est Doctrinam christianam.

Num. 27. Patrini contrahuntne affinitatem ex Baptismo? Resp. contrahunt.

Ibidem. Cum quibus? Resp. vir tenens non contrahit affinitatem cum muliere tenente, neque cum parocho baptizante

sed tantùm cum baptizato, ac compatre vero, ac matre illius.

Ibidem. Quid facit hæc affinitas? Resp. ut non possit contrahi matrimonium inter illos, & si fuerit contractum, dirimit illud.

De fine & effectu Baptismi. Cap. IV.

Num. 1. QVis est finis Baptismi? Resp. Nativitas, seu regeneratio spiritualis.

Num. 1. Effectus Baptismi possitne dici finis illius? Resp. effectus instrumenti finis illius dici potest.

Num. 42. Ibidem. Effectus Baptismi estne unus, an plures? Resp. plures.

Qui sunt? Resp. Primò omne peccatum, sive originale, sive actuale, quantumuis nefarium, Baptismo obtinet remissionem. Secundò per baptismum homo liberatur non solùm à tota culpa, sed etiam à tota pœna. Tertiò gratia divina in Baptismo confertur, quâ homo justificatur. Quarto hanc gratiam sequitur nobilissimus omnium virtutum comitatus. Quintò homo Christo capiti tanquam membrum copulatur, & connectitur. Sextò character in Baptismo confertur. Septimò magna animi voluptas, & lætitia baptizato tribuitur. Octavò per ipsum janua cæli aperitur.

Num. 45. Num. 50. Num. 51. 52. Num. 54. Num. 55. Num. 58. Sess. 5. de pec. ori. 1. 2. 3. 82. a. 3. Sess. 5. de pec. ori. Ibidem.

Quomodo per baptismum tollatur peccatum originale. Num. 2.

QVid est Peccatum originale? Resp. est privatio originalis iustitiæ. D. Th. 1. 2. q. 82. art. 3.

Quid est originalis iustitia? Resp. D. Th. ait, est subiectio rationis Deo, & sensus rationi.

Concupiscentia, & fomes peccati sintne peccatum? Resp. Conc. ait, post baptismum non est verè & propriè peccatum, & est de fide.

Apostolus ad Col. 3. nonne appellat hanc concupiscentiarum, & fomitem peccatum? Resp. ait Conc. Trid. hoc ideo est, quia concupiscentia est ex peccato, & ad peccatum inclinat.

Num. 3. D. Th. 1. 2. q. 82. art. 3. Quid est fomes, & concupiscentia? Resp. ait Catech. nihil aliud est nisi animi appetitio naturæ suæ rationi repugnans: id est, est quædam inclinatio, vel vis concupiscendi, vel proclivitas animæ in inferiori parte ad appetendum ea, quæ sunt contraria rationi, id est bona communia, & temporalia.

Num. 43.

Actio & motus illius concupiscentiæ estne peccatum? Resp. si sit cum consensu aut negligentia voluntatis, & rationis, est peccatum: si sine his reperiatur, longè abest à vera peccati natura.

Tollitne omninò peccatum originale per Baptismum? Resp. vt est peccatum, tollitur omninò, & radicitùs evellitur.

C. T. sess. 5. de pec. or. Manentne aliqui effectus peccati originalis in baptizato? Resp. aliqui manent.

D. T. 1. 2. q. 81. C. T. Ibi. art. 3. Ibidem. Qui sunt isti effectus? Resp. alii pertinent ad animam, alii ad corpus.

Qui sunt effectus in anima? Resp. quatuor: ignorantia, infirmitas, malitia, concupiscentia.

a. 3. sess. 5. Qui sunt effectus in corpore? Resp. mores, infirmitas, dolor sensuum, & similia.

Manetne concupiscentia, & fomes in baptizato? Resp. Ait. Conc. Trid. manet, non tamen vt est peccatum.

De pec. or. n. 48. & C. T. sess 6. can. 7. 10. Cur non tollitur ista concupiscentia? Resp. quia sic oritur maior gloria Dei, Christi & vtilitas hominis.

Quomodo provenit gloria Dei & Christi? Resp. quia ostenditur quanta sit virtus gratiæ, & passionis Christi, & sacramenti Baptismi, cum possint etiam tali posito impedimento perducere hominem ad meritum regni cœlorum.

Num. 48. Quomodo vtilitas hominis? Resp. quia maior occasio meriti datur, & ideo servit ad coronam.

Ibidem. Cur per Baptismum non tolluntur mores, & aliæ corporis infirmitates? Resp. ita Catech. propter tres causas & prima ne plus dignitatis tribueretur membris quàm capiti, id est Christo, qui has sustinuit infirmitates: secunda est, quia ex ipsis maior nobis occasio meriti data est: tertia ne homines ad Baptismum inducerentur propter temporalia commoda, quæ ex illo habentur, & sic bona spiritualia deficerentur.

Quomodo remittatur peccatum actuale in baptismo. Num. 4.

D. T. 1. 2. q. 71. a. 6. 1. QVid est peccatum actuale? Resp. est actus hominis legi Dei repugnans.

q. 76. & 87. Ibi. Quæ in hoc peccato considerantur? Resp. duo, culpa, & reatus pœnæ.

q. 82. Ibid. Quid est culpa? Resp. est quædam aversio, vel separatio, vel alienatio animæ & voluntatis à Deo.

Ibidem. Quæ differentia est inter culpam, & maculam? Resp. culpa est tanquam causa, macula verò tanquam effectus; cum enim anima separatur à Deo, & vnitur creaturæ, amittit lumen divinum, & maculatur, eo quòd creaturæ adhæret.

1. 2. q. 87. art. 1. Quid est reatus pœnæ? Resp. est obligatio quædam ad pœnam peccato debitam perferendam.

Num. 45. Num. 44. & 47. In Baptismo deleturne tota culpa cuiuscumque etiam grauissimi peccati? Resp. deletur.

Deleturne tota pœna etiam temporalis, & purgatorii? Resp. deletur.

Num. 45. Erraretne qui baptizato in satisfactionem peccatorum imponeret opera satisfactionis, veluti eleemosynam, & jejunium? Resp. erraret, & maximum baptismo injurium faceret, si per modum satisfactionis imponeret.

Num. 48. Per Baptismum liberatne homo à pœnis ciuilibus peccatis debitis? Resp. non: sed tamen principes pij, ac religiosè agerent illas condonando, ac remittendo, vt Dei gloria in suis Sacramentis illustrior fieret.

De administratione & vsu Baptismi, eiusque necessitate. Cap. V.

N. 11. Sess. 7. c. 9. 11. & 17. Sess. 7. c. 9. num. 11. & C. T. ibid. Num. 16. SAcramentum Baptismi estne necessarium ad salutem? Resp. omninò est necessarium.

Baptismus potest reiterari? Resp. non potest, & si ministret reiteraret, incurreret pœnam irregularitatis.

Quare non reiteratur? Resp. quia sicut est una nativitas corporalis, ita debet esse una spiritualis, & quia imprimit characterem.

Licetne reiterare Baptismum cum conditione sic, *Si non es baptizatus, ego*, &c. Resp. non licet reiterare, sed permissum est administrare Sacramentum baptismi cum tali conditione.

Quando licet hoc fieri? Resp. tunc solùm, cùm est dubium, an aliquis fuerit baptizatus.

Ibidem. Num. 17. Ibidem. Debetne adhiberi diligentia, vt cognoscatur, an prius fuerit baptizatus? Resp. debet.

Quod si aliquis temerè Baptismum reiteret, quod peccatum incurrit? Resp. sacrilegii, & pœnam irregularitatis.

Num. 16. Quis est modus baptizandi cum conditione? Resp. iste: *Si baptizatus es, te iterum non baptizo: siverò nondum*

baptizatus es: Ego te Baptizo, In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.

Si quis domi esset baptizatus ob necessitatem sine solemnibus cæremoniis, & supervivere, debetne Parochus omissas solemnitates adhibere? Resp. debet, sed omninò esset abstinendum à reiteratione baptismi, *id est* ablutione, & prolatione verborum, quæ forma Baptismi sunt. *Ex Rituali.*

De suscipientibus Sacramentum. Num. 9.

INfantes suntne baptizandi? Resp. ait Cone. omninò baptizandos esse. Cone. Trid. sess. 7. can. 13. *Num. 32.*

Quando sunt baptizandi? Resp. Catech. ait hortandos esse magnopere fideles, vt liberos suos, cum primùm id sine periculo fieri licebit, ad Ecclesiam deferendos, & solemnibus cæremoniis baptizandos curent. *Num. 34.*

Quod si hoc non faciunt, peccant? Resp. Cat. ait gravi culpa obstringi eos, qui Sacramenti gratia filios suos diutius, quàm necessitas postulat, carere patiuntur. *Ibidem.*

Quare hoc? Resp. quia propter ætatis imbecillitatem infinita pene pericula illis impendent. *Ibidem.*

De adultis, quid est faciendum? Respond. videndum si habeant vsum rationis, vel careant illo. *Num. 39.*

Si carent vsu rationis? Resp. si nunquam vsum rationis habuerunt, veluti semper fuerunt amentes, possunt, sicut & infantes baptizari. *Ibidem.*

Si aliquando habuerunt vsum rationis, sed postea factì sunt furiosi, vel amentes? Resp. videndum, si antequam amitterent vsum rationis, voluntatem baptismi suscipiendi habuerunt. *Ibidem.*

Et si non habuerunt? Resp. non sunt baptizandi. *Ibidem.*

Si habuerunt debent, baptizari? Resp. non nisi periculum vitæ immineat. *Ibidem.*

Quid de dormientibus est dicendum? Resp. sicut dictum est de adultis, caremibus vsu rationis. *Num. 25.*

Si verò adulti habent vsum rationis, quid est faciendum? Resp. videndum an sint orti ex Christianis parentibus, vel sint Iudæi & infideles. *Num. 35.*

Si sint Iudæi, vel infideles? Resp. per aliquot menses baptisma est differendum. *Rom. 36. Num. 35.*

Interim quid faciendum? Resp. debent esse inter Ca- *Cap. 30.*

techumeno; illisque Christiana fides est proponenda, atque omni studio ad eam suscipiendam cohortandi, alliciendi, & invitandi sunt.

Num. 35. Quid si ad Dominum Deum convertantur? Resp. monere oportet, ne ultra tempus ab Ecclesia præscriptum baptismi sacramentum differant.

Ibidem. Quare hoc? Resp. propter has causas: prima est, quia perfecta conversio posita est in nova, per baptismum, generatione: & scriptum est, *Ne tardes converti ad Dominum, & ne differas de die in diem.* Secunda est, quia ante baptismum necesse est carere usu omnium Sacramentorum quod est maximo fructu privari: tertia est, quia differre Baptismum est differre maxima bona, per ipsum enim omnium scelerum maculæ & sordes tolluntur, gratia enim confertur, cujus ope in posterum peccata vitare licet, & justitiam, innocentiamque sectari.

Num. 36. Quare dilatio baptismi in infantibus periculosa, in adultis non periculosa, sed utilis judicatur? Resp. quia diversa ratio est utriusque, si enim infans non baptizatus moreretur, ad vitam æternam non perveniret: si autem adultus habens propositum baptismi aliquo casu vita privaretur, per hoc propositum, & per pœnitentiam anteactæ malæ vitæ posset salvari.

Ibidem. Quas habet ista dilatio utilitates? Resp. primò sic providetur ab Ecclesia, ne quis ad hoc sacramentum ficto, & simulato animo accedat: secundò eorum voluntas, qui ad baptismum accedunt, magis exploratur, & percipitur: tertiò in fidei doctrina, & Christianæ vitæ institutionibus perfectiùs erudiuntur: quartò ad majorem erga Sacramentum reverentiam excitantur, quod magis fiet, si tantùm diebus Paschæ, & Pentecostes solemni cæremoniâ baptismus conferatur.

Num. 37. Si periculum vitæ instaret, esset sine dilatione conferendum baptisma? Resp. esset.

Ibidem. In adultis, qui fidei mysteria planè perceperunt, & ex Christianis parentibus orti sunt, istæ dilationes sunt adhibendæ? Resp. non.

De dispositione, & præparatione ad Baptismum. Num. 3.

Num. 38. IN adultis estne necessaria præparatio ad baptismum?
Num. 38. Resp. est, sess. 7. cap. 5.

Ille qui est magis præparatus, recipitne majorem gratiam in baptismo? R. ita affirmant Conc. Trid. & Catec.

Quænam est hæc præparatio? Resp. talis; primò baptizandus debet habere voluntatem, & intentionem baptismum suscipiendi: secundò debet habere fidem, quia Dominus dixit, *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit.* Tertiò debet pœnitere de peccatis commissis, & habere propositum amplius non peccandi: ideò sanctus Petrus dicit, *Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisque vestrum.* *Ses. 6. c. 7. n. 38. 39. 40. C. T. ses. 14. c. 1. & sess. 6. can. 6.*

Si quis baptizaretur, & non haberet intentionem suscipiendi Sacramentum, *id est*, id quod à sancta Ecclesia administratur, teneretne Sacramentum. R. non, & si postea verè esset conversus, posset iterum baptizari. *Num. 40. 3. p. q. 68. art. 7. ad 1. Num. 4.*

Si quis haberet intentionem suscipiendi sacramentum, sed nollet à peccatis abstinere, susciperetne Sacramentum? Resp. susciperet, & characterem illius, non tamen gratiam justificantem.

Si fictio recedat, consequiturne effectum Baptismi, *id est* gratiam, & remissionem peccatorum? Resp. ait D. Thom. consequitur. *3. p. q. 69. art. 10.*

De precationibus, ritibus, ac cæremoniis Baptismi. Cap. VI.

QVis instituit cæremonias Baptismi? Resp. Apostoli. *Num. 59.*
Quis est finis illarum? Resp. significare eas res, quæ in Baptismo geruntur; & ponere ante oculos præclara, & eximia dona, quæ in illo continentur. *Ibidem.*

Debent ne populo declarari? Resp. debent, quia sine declaratione parum prodessent. *Ibidem.*

Divisio precationum & cæremoniarum. Num. 2.

IN quot capita possunt dividi? Resp. in tria, & primum continet illas, quæ antequam ad baptismi fontem accedatur, servantur: secundum illas, quæ cum ad fontem ventum est, adhibentur: tertium illas, quæ post Baptismum addi solent. *Num. 49.*

De ritibus ante baptismum servandis. Num. 3.

QVæ cæremonia primò fit? Resp. consecratio fontis Baptismalis. *Num. 49.*

Quo tempore consecratur? Resp. Paschæ, & Pentecostes. *Ibidem.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Ibidem. Quomodo consecratur? Resp. precationibus, & addito etiam mysticæ vnctionis oleo.

Num.62. Quare baptizandi adducuntur ad fontes Ecclesiæ, sed ingredi prohibentur? Resp. quia indigni sunt, qui domum Dei ingrediantur, antequam diabolus ab illis expellatur, ac Christo, ejusque imperio addicti sint.

Num. 83. & 73. Cur baptizandus interrogatur, quid petat ab Ecclesia? Resp. ut videatur si voluntarie, an invitus accedat.

Num. 63. Ibid.

De Catechismo. Num. 4.

QVid est Catechismus? Resp. instructio.

Quare institutus est? Resp. quia Saluator noster ita præcepit dicens, *Docete omnes gentes, baptizantes, &c. docentes eos servare omnia, &c.* vbi apparet sine instructione non debere baptizari.

Ibidem. De qua re instruitur baptizandus? Resp. de Doctrina Christianæ fidei, & exponuntur illi summa capita nostræ Religionis.

Num.26. Cur baptizandi catechisantur? Resp. quia infantes egent doceri: Infantes autem sunt, qui vivere incipiunt.

Num. 64. Quomodo fit Catechismus? Resp. per interrogationes, & responsiones.

Ibidem. Cur ita? Resp. quia sic facilior est instructio.

Ibidem. Quis respondet? Resp. si baptizandus est adultus, ipsemet: si infans, patrinus pro illo respondet.

De Exorcismo. Num. 6.

Num.64. QVid est exorcismus? Resp. est invocatio divini nominis super energumenos, *id est* possessos à dæmone.

Num.61. Num. 65. Homo ante Baptismum possidetur à dæmone? Resp. ita est propter Adæ peccatum.

Quis est finis exorcismi? Resp. expellere dæmonem, ejusque vires frangere.

Ibidem. Quomodo fit? Resp. religiosis verbis, ac precationibus, & invocatione divini nominis.

Num.66. Cur expellitur dæmon? Resp. ut baptizatus templum fiat Spiritus sancti.

De aliis cæremoniis baptismum præcedentibus. Num.6.

CVr sal in os baptizandi infunditur? Resp. ad significandum eum fidei doctrinam, & gratiæ donum consecuturum

consecuturum, vt à peccatorum putredine liberetur, saporemque bonorum operum percipiat, & divinæ sapientiæ pabulo delectetur.

Cur signo Crucis obsignatur frons, oculi, pectus, humeri, aures baptizandi? Resp. ad declarandum baptismi mysterio sensus aperiri, ac roborari, ut Deum excipere, præceptáque ejus intelligere, ac servare possit. *Num.67.*

Quare nares & aures salivâ liniuntur? Resp. ad significandum, quod per Baptismum confertur divina sapientia. *Num. 68.*

Cur postquam est linitus saliva, statim mittitur ad fontem baptismi? Resp. ad significandum quod baptizatus est sicut ille cæcus Evangelicus, qui linitis oculis luto, jussus est ire ad lavandum in Siloë, ubi lumen recuperavit. *Ibidem.*

De his quæ fiunt apud fontem baptismi. Num.7.

QVid primò fit ibi? Resp. primò interrogatur ter baptizandus, si abrenuntiet Satanæ & omnibus operibus ejus, & omnibus pompis ejus; & baptizandus, vel patrinus ejus nomine, ter respondet, Abrenuntio. *Num.69.*

Quare hoc? Resp. quia sic baptizandus incipit profiteri Christianam religionem. *Ibidem.*

Quot requiruntur ad hanc professionem? Resp. duo, vnum est quod relinquat inimicos Christi, mundum, carnem, & diabolum: Alterum ut amplectatur aliquid quod Christi fidem, & religionem profiteatur. *Num.69. & 70.*

Quomodo profitetur fidem Christianam? Resp. cum interrogatur, credis, &c. Responder, Credo. *Num. 70. Num. 71.*

Quare interrogatur baptizandus, an velit baptizari? Resp. quia Christus vult ut omnes voluntariè ad se accedant.

Quare his peractis baptisma confertur? Resp. quia sic est præparatus, & instructus ad Baptismum.

De his quæ post baptismum efficiuntur. Num.8.

QVare post baptismum caput baptizati in summo vertice chrismate perungitur? Resp. ad significandum, quod Christianus effectus est, & tanquam membrum Christi capiti est conjunctus: à Chrismate enim Christus appellatus est. *Num.78.*

Cur sacerdos induit baptizatum adultum veste alba, & infantibus sudariolum imponit, dicens: *Accipe vestem candidam*, &c. Respond. ad significandum primò gloriam *Num.73.*

resurrectionis; secundò nitorem, & pulchritudinem animæ; tertiò innocentiam, & integritatem vitæ, quæ ex baptismo vel proveniunt, vel consequi debent.

Num. 74. Quare cereus ardens in manu traditur? Resp. ut ostendat fidem charitate inflammatam, quam in baptismo accepit, bonorum operum studio alendam, atque augendam esse.

Num. 75. Quare imponitur post hæc nomen? Resp. ad significandum, quod jam regeneratus, & militiæ Christi adscriptus.

Ibidem. Quod nomen debet imponi? Resp. Sanctorum.

Ibidem. Quare hoc? Resp. propter duas causas: prima vt imitetur illum: secunda ut habeat, precetur & speret illum advocatum, ad salutem animæ, & corporis defendendam.

Reprehendendi sunt, qui imponunt nomina Gentilium? Resp. ita est præcipuè, si illi Gentiles malæ vitæ fuerunt.

Conclusio.

Num. 76. Ibidem. PArochi debebunt ista docere? Resp. summa diligentia. Ad quem finem debent ista docere? Resp. primò ut sacramentum Baptismi cum debita reverentia, & devotione suscipiatur, & conferatur: secundò ut in administratione hujus sacramenti nihil essentiale omittatur: tertiò ut omnes fideles semper meditentur, quæ in Baptismo promiserint: quartò ut iidem omni studio nitantur servare fidem Deo datam, instituendo eam vivendi rationem quæ professioni in Baptismo factæ respondeat.

DE SACRAMENTO CONFIRMATIONIS.

De necessitate doctrinæ hujus Sacramenti.

Num. 5. Ibidem. ESTNE necessarium explicare populis Sacramentum Confirmationis? Resp. est, & diligenter debet fieri. Quare? Resp. quia multi hoc sacramentum omninò prætermittunt, & ex his qui accedunt, paucissimi sunt, qui fructum, quem deberent ex eo capere, habeant.

Quo tempore hæc doctrina opportunè traderur? Resp. In die Pentecostes, quo præcipuè administrari solet, vel aliis diebus, & præcipuè cum debet administrari. Num. 1. Sess. 24. c. 7.

Quid debet de illo doceri? Resp. natura, vis, dignitas & vsus. Num. 1. Ibidem. Sess. 24. c. 7.

Ad quem finem hæc doctrina tradenda est? Resp. vt populi inducantur ad non negligendum tam magnum Dei beneficium, sed ad suscipiendum illud cum summa devotione, ac reverentia.

Divisio tractationis.

QVot debent de hoc sacramento tractari? Resp. quinque.

Primò de nomine, & definitione.

Secundò de materia, & forma.

Tertiò de efficiente, fine, & effectu illius.

Quartò de vsu, & administratione.

Quintò de rætemoniis.

De nomine, & definitione hujus Sacramenti.

Cap. I.

QVare hoc sacramentum appellatur Confirmatio? Resp. ab effectu, quia baptizatum confirmat in gratia, in fide, & in vita spirituali, ita vt incipiat esse perfectus Christi miles. Num. 20.

Quomodo potest definiri hoc sacramentum? Resp. sic: Confirmatio est sacramentum, quo fides, gratia, & vita spiritualis inchoata in Baptismo confirmatur, augetur, atque perficitur. Num. 2. 5. & 20.

Licetne dubitare, an Confirmatio sit Sacramentum? Resp. non: & esset hæreticus qui hoc negaret. C. T. sess. 7. can. 11. de Confirm.

Quæ differentia est inter Baptismum, & Confirmationem? Resp. 1. à fine: finis Baptismi est nativitas spiritualis: finis Confirmationis est augmentum, & perfectio talis vitæ. Secundò ab effectu: effectus Baptismi est gratia baptizatum in fide illustrans: effectus Confirmationis est gratia confirmans illum, ne ullo pœnarum, suppliciorum, vel mortis periculo, aut metu à veræ fidei confessione deterreatur. In illo homo fit miles, in ista armatur ad pugnam. Tertiò à materia, & forma, quæ sunt diversæ. Quartò ab efficiente, quia Confirmationis minister est Episcopus. Num. 3.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

resurrectionis; secundò nitorem, & pulchritudinem animæ; tertiò innocentiam, & integritatem vitæ, quæ ex baptismo vel proveniunt, vel consequi debent.

Num. 74. Quare cereus ardens in manu traditur? Resp. ut ostendat fidem charitate inflammatam, quam in baptismo accepit, bonorum operum studio alendam, atque augendam esse.

Num. 75. Quare imponitur post hæc nomen? Resp. ad significandum, quod jam regeneratus, & militiæ Christi adscriptus.

Ibidem. Quod nomen debet imponi? Resp. Sanctorum.

Ibidem. Quare hoc? Resp. propter duas causas: prima vt imitetur illum: secunda ut habeat, precetur & speret illum advocatum, ad salutem animæ, & corporis defendendam.

Reprehendendi sunt, qui imponunt nomina Gentilium? Resp. ita est præcipuè, si illi Gentiles malæ vitæ fuerunt.

Conclusio.

Num. 76. Ibidem. PArochi debebunt ista docere? Resp. summa diligentia. Ad quem finem debent ista docere? Resp. primò ut sacramentum Baptismi cum debita reverentia, & devotione suscipiatur, & conferatur: secundò ut in administratione hujus sacramenti nihil essentiale omittatur: tertiò ut omnes fideles semper meditentur, quæ in Baptismo promiserint: quartò ut iidem omni studio nitantur servare fidem Deo datam, instituendo eam vivendi rationem quæ professioni in Baptismo factæ respondeat.

DE SACRAMENTO CONFIRMATIONIS.

De necessitate doctrinæ hujus Sacramenti.

Num. 5. Ibidem. ESTNE necessarium explicare populis Sacramentum Confirmationis? Resp. est, & diligenter debet fieri. Quare? Resp. quia multi hoc sacramentum omninò prætermittunt, & ex his qui accedunt, paucissimi sunt, qui fructum, quem deberent ex eo capere, habeant.

Quo tempore hæc doctrina opportunè traderur? Resp. In die Pentecostes, quo præcipuè administrari solet, vel aliis diebus, & præcipuè cum debet administrari. Num. 1. Sess. 24. c. 7.

Quid debet de illo doceri? Resp. natura, vis, dignitas & vsus. Num. 1. Ibidem. Sess. 24. c. 7.

Ad quem finem hæc doctrina tradenda est? Resp. vt populi inducantur ad non negligendum tam magnum Dei beneficium, sed ad suscipiendum illud cum summa devotione, ac reverentia.

Divisio tractationis.

QVot debent de hoc sacramento tractari? Resp. quinque.

Primò de nomine, & definitione.

Secundò de materia, & forma.

Tertiò de efficiente, fine, & effectu illius.

Quartò de vsu, & administratione.

Quintò de rætemoniis.

De nomine, & definitione hujus Sacramenti.

Cap. I.

QVare hoc sacramentum appellatur Confirmatio? Resp. ab effectu, quia baptizatum confirmat in gratia, in fide, & in vita spirituali, ita vt incipiat esse perfectus Christi miles. Num. 20.

Quomodo potest definiri hoc sacramentum? Resp. sic: Confirmatio est sacramentum, quo fides, gratia, & vita spiritualis inchoata in Baptismo confirmatur, augetur, atque perficitur. Num. 2. 5. & 20.

Licetne dubitare, an Confirmatio sit Sacramentum? Resp. non: & esset hæreticus qui hoc negaret. C. T. sess. 7. can. 11. de Confirm.

Quæ differentia est inter Baptismum, & Confirmationem? Resp. 1. à fine: finis Baptismi est nativitas spiritualis: finis Confirmationis est augmentum, & perfectio talis vitæ. Secundò ab effectu: effectus Baptismi est gratia baptizatum in fide illustrans: effectus Confirmationis est gratia confirmans illum, ne ullo pœnarum, suppliciorum, vel mortis periculo, aut metu à veræ fidei confessione deterreatur. In illo homo fit miles, in ista armatur ad pugnam. Tertiò à materia, & forma, quæ sunt diversæ. Quartò ab efficiente, quia Confirmationis minister est Episcopus. Num. 3.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

quoque ipsa suadet, quia verba ipsa significant, & declarant conversionem vini in sanguinem Christi, & exprimunt fructus passionis Christi, & sanguinis in illa effusi, quod est propriè significare effectum sacramenti, & sanguinis in illo contenti.

Num.25. Verba istius formæ quid significant? Resp.tria. primum est conversio vini in sanguinem Christi, secundum est realis præsentia sanguinis sub vini speciebus: & hæc duo significantur ab illis verbis: *Hic est calix sanguinis mei*; cum enim significent ibi adesse sanguinem, necessariò significant factum fuisse conversionem, quia aliter ibi non esset. 3. Significant quosdam admirabiles fructus sanguinis in passione Domini effusi.

Ibidem. Qui sunt fructus sanguinis in passione effusi? Resp.tres, primus est aditus ad æternam hæreditatem, & hic significatur per illa verba, *novi & æterni Testamenti*; vis enim hæreditatis à Testamento procedit: secundus est aditus, seu via ad præsentem justitiam, & hic exprimitur per illud verbum, *Mysterium fidei*; Apostolus enim ait, quod Christus justificat eos, qui sunt ex fide illius per sanguinem suum: Ideò ad justificationem hominis duo requiruntur, vnum est virtus passionis, & sanguinis Christi; aliud est fides ex parte eius qui debet justificari, & Mysterium dicit primum; Fidei, dicit secundum: Tertius est remissio peccatorum; & hic per alia verba significatur.

Expositio iam dictæ formæ. Num.5.

Num.13. QVid significant illa verba: *Hic est sanguis meus?* Resp. significant sic: Hic est sanguis meus, qui hoc calice continetur: ponitur calix continens pro contentos & ista verba sunt explicanda, sicut de consecratione panis dictum est.

Ibidem. Quare fit mentio calicis? Resp quia sic exprimitur consecratio, vt fidelibus detur in potum.

Hebr.9. Quare ponitur *Testamentum*? Resp. quia ait Apostolus,

Num.2.3. Testamentum sanguine dedicatur.

Ibidem. Quare dicitur *novi*? Resp. vt significetur sanguinem Christi in veteri Testamento figuris significatum fuisse: in novo autem verè, & reipsa hominibus tradi.

Num.15. Cur dicitur, *æterni Testamenti*? Resp. ad significandum effectum sanguinis Christi, qui est vt per novum Testamentum sanguine, & morte Christi confirmatum vis æternæ hæreditatis hominibus detur.

Quare ponitur *Mysterium fidei*? Resp.primò ad signi- *Num.*13. ficandum quod sanguis in hoc Sacramento est mysterium, id est res sacra fidelibus latens: secundò ad exprimendum quod sola fide, non autem sensu, veritas sanguinis in hoc Sacramento est cognoscenda: tertiò vt ostendatur per sanguinem significati mortem Christi veri Dei, quod sola fide credibile est: quartò ad detestandum, quod fides, & justitia hominum ab hoc sanguine non sensibiliter, sed occultè sit derivata.

Quare potius in consecratione sanguinis, quàm corpo- *Num.*16. ris passio Dominica commemoratur? Resp. quia effusio sanguinis propriè passionem significat; ideò in hac consecratione fit memoria.

Quare ponuntur illa verba, *Qui effundetur in remissio-* *Ibidem.* *nem peccatorum?* Resp. primò ad ingeiscendum sanguinem Christi ideò separatim consecrari, vt passionis, & mortis genus ante oculos ponatur: secundò vt significetur effectus sanguinis effusi, qui est remissio peccatorum.

Quare posita sunt illa verba, *Pro vobis, & pro multis?* *Ibidem.* Resp. ad significandum fructum, & vilitatem passionis.

A quo loco scripturæ sumpta fuere? Resp. Illud verbum *Mat.*26. *Pro multis*, sumptum est à D. Mat. & illud *Pro vobis*, à D. *Luc.*22. Luca, quæ Ecclesia spiritu Dei instructa, simul conjunxit.

C.R.num.24.

Quare non dicitur *pro omnibus*, cùm Christus pro om- *Num.*14. nibus passus sit? Resp. in passione Christi ait Catech. duo considerantur, primò virtus passionis, & hæc respicit omnes, & nullum excludit: secundò fructus, quem homines ex illa percipiunt, & hic non respicit omnes, quia non omnes se reddunt capaces virtutis illius, ideò dicit, pro vobis, & pro multis.

Quid Christus intellexit illo verbo, *Pro vobis?* Resp. intellexit eos, qui aderant, vel delectos ex Iudæorum populo, quales erant discipuli, Iuda tamen excepto, cum illis enim loquebatur.

Quid significat illud verbum, *Pro multis?* Resp. comprehendit reliquos ex Iudæis, & gentibus.

Quomodo distinguuntur virtus, & fructus passionis?

antea ita timidi erant, ut terrerentur à mulierculis, effecti sunt fortissimi, & robustissimi.

Num. 21. Confirmatio imprimit characterem? Resp. Imprimit, & est de fide, & non potest iterari. Sess. 7. c. 9.

De usu hujus Sacramenti, & administratione. Cap. IV.

Num. 15. HOc sacramentum est necessarium ad salutem? Resp. non est ita necessarium, vt quis sine eo non possit salvari, sed tamen ab omnibus sumi debet, quia pro omnibus institutum est. Num. 16.

Quare omnes debent accipere? Resp. quia spirituali incremento opus est omnino.

Num. 15. Qui defectus circa hoc sacramentum committi solent? Resp. tres præcipuè, primò nimis propetè accipiendo, vel conferendo: secundò nimis tardè accedendo: tertiò indevotè recipiendo.

Num. 17. Pueri quando sunt confirmandi? Resp. Cat. ait possunt etiam infantes post Baptismum confirmari, sed minùs expedit fieri antequam habeant vsum rationis.

Ibidem. Quare hoc? Resp. quia Confirmatio instituta est non ad salutis necessitatem, sed ad pugnam, ad quam ante vsum rationis quis aptus non est.

Ibidem. Qua ætate fieri debet? Resp. Cat. ait, si duodecimus annus expectandus non videatur, vsque ad septimum certè hoc sacramentum differre maximè convenit.

De præparatione in adultis. Num. 2.

Num. 18. HOc sacramentum in adultis requiritne præparationem? Resp. requirit.

Ibidem. Quare? Resp. quia confert gratiam, quæ sine præparatione non datur.

Ibidem. Quæ præparatio requiritur ante Sacramentum? Resp. contritio peccatorum mortalium, quæ fuerunt commissa. Et ait Cat. elaborandum est, vt peccata priùs confirmandi confiteantur, & vt pastorum cohortatione ad jejunia, & alia pietatis opera suscipienda incitentur.

Ibidem. Quæ præparatio requiritur in susceptione sacramenti? Resp. primò requiritur fides, atque piceas, seu devotio, & laudabile est quod jejuni accedant.

Num. 19. Quid debet fieri suscepta Confirmatione? Resp. fortiter perferre laborem in operando, fidem confitendo, necnon contra tentationes fortiùs dimicare, *id est*, contra mundum, carnem & diabolum.

De ritibus ac cæremoniis. Cap. V.

QVare confirmati in fronte vnguntur? Resp. Quia metus, ac verecundia maximè in fronte solent apparere. Et quia in confirmatione datur robur, quo dictæ affectiones tolluntur, maximè in fronte vnctio fieri debet, ad significandum, contra hostes fortiter dimicandum. Num. 32.

Cur imprimitur signum Crucis in fronte? Resp. quia Crux est nota, & insigne illud, quo Christi miles à cæteris debet distingui, ideo in illustriori corporis parte imprimi debet. Num. 23.

Cur in die Pentecostes præcipuè confertur? Resp. quia tunc Apostoli robore Spiritus sancti Confirmati sunt, ex quo fideles quanta sint mysteria in hac sacra vnctione intelligere possunt. Num. 24.

Quare Episcopus Confirmatum manu leviter cædit in maxilla? Resp. ut sic meminerit se tanquam fortem athletam paratum esse oportere ad omnia adversa invicto animo pro Christi nomine perferenda. Num. 26.

Quare in fine datur pax? Resp. ut intelligat se gratiæ cælestis plenitudinem, & pacem, quæ exsuperat omnem sensum, consequutum esse: pacemque per victoriam, & victoriam per prælium obtineri. Ibidem.

De modo quo ista doceri debent.

ISta debent doceri à Parochis? Resp. Cat. ait, debent. Ibidem.

Qua ratione faciendum est? Resp. Cat. ait, non nudis verbis, & oratione, sed inflammato quodam pietatis studio, & ita ut ea in animis, intimisque fidelium cogitationibus inserantur. Ibidem.

DOCTRINA CONC. TRID. & Catech. Rom. de Eucharistia.

TRACTAT. I.

De necessitate tradendi doctrinam de Eucharistia.

ESTne vtile, & necessarium, ut tradatur doctrina de Sacramento Eucharistiæ à Parochis, & ut ab omnibus fidelibus suscipiatur? Resp. quam maximè. Sess. 1. præn. C. R. de Euch. p. 1.

C.T.sess. 24.c.22.& ses.21.c.7. C. R. de Euch. n.1. & alibi. C.R. de Sac. n. vl. & de Euch. n.2. C. T.sess.12. c.5. ses.13. c.5.& sess. 24. c.7.

Quibus est necessaria hæc doctrina? Resp. primò Sacerdotibus, qui debent illam conficere, & administrare: secundò parochis qui debent populos de illa edocere: tertiò promotis, & promovendis ad Ordines. Ordinis enim Sacramentum ad Eucharistiam potissimùm ordinatur: quartò omnibus fidelibus, qui debent hoc Sacramento vti, & in illo Christum venerari.

Quem finem debent habere illi, qui docent, & discunt hanc doctrinam? Resp. triplicem: primus est, ut huic Sacramento debitum honorem tribuant: secundus, ut illo devotè, & cum fructu vtantur: tertiò, ut evitent peccata, quæ contra illum committi possunt, & contra quæ ira Dei maximè sævit.

Quomodo ex doctrina hac oritur honor huic Sacramento? Resp. quia cognitio dignitatis illius facit, ut summa veneratione habeatur.

Quomodo per hanc doctrinam bonus vsus huius sacramenti adiuvatur? Respond. quia per illam in animis fidelium devotio, & reverentia, & debita præparatio effici potest.

C.R.n.1. C.T. vbi sup. C.R. num. 1. Ibidem.

Quare ignorantia hujus doctrinæ est causa peccatorum? Resp. quia per illum fit, ut hoc Sacramentum neque sanctè, neque religiosè à fidelibus tractetur, illique debitus honor non tribuatur.

Hoc peccatum estne grave? Resp. gravissimum, ita ut, ait Catech. nullius sceleris, quàm huius gravior à Deo animadversio metuenda sit.

Ibidem. de Euch.

Quare tam grave peccatum est? Resp. quia tem omnis sanctitatis plenam, vel potius, quæ ipsum sanctitatis fontem & auctorem continet, non religiosè tractare, & venerari, summa impietas est.

Divisio totius tractationis in tres partes principales.

C. R. de Euch. C. T. ess.13.c. 21. & 22. C.R.n.1.7. 46.71.C.T. sess.13.c.17. & ses. 22 cap.8.

IN quot partes ista tractatio dividenda est? Resp. in tres. In prima debet agi de Eucharistia, ut est sacramentum: in secunda ut est communio: in tertia ut est sacrificium.

Quomodo ista tria differunt inter se? Resp. Eucharistia dicitur Sacramentum, prout significat, & continet Corpus, & Sanguinem Christi. Est Communio, prout fideles vtuntur hoc sacramento. Est sacrificium, prout Deo offertur. Vnde sacramentum respicit substantialia: Com-

munio vsum, & administrationem: sacrificium verò oblationem.

Divisio tractationis de Eucharistia, vt est Sacramentum.

IN quot capita debet dividi tractatio de Eucharistia, ut est sacramentum? Resp. in sequentia.

In primo debet tractari de hoc sacramento, & attinentibus ad ipsum.

In secundo de materia Eucharistiæ.

In tertio de forma illius.

In quarto de consecratione, & transsubstantiatione.

In quinto de speciebus sacramentalibus.

In sexto de contento sub istis speciebus.

In septimo debent probari ea, quæ dicta sunt.

In octavo de cultu, & veneratione sanctissimo Sacramento exhibenda.

In nono de fine, & effectu sacræ Eucharistiæ.

De Sacramento Eucharistiæ. Cap. I.

QVid consideratur in hoc capite de Eucharistia? Resp. ait Arist. primò considerandum est de aliqua re prout est quoddam totum; deinde singulæ partes illius sunt distinguendæ; & in hoc capite consideratur de Eucharistia vt est quoddam totum.

Quid consideratur à catec. in hoc capite de Sacramento, ut est quoddam totum? Resp. primò de institutione Eucharistiæ: secundò de nominibus Eucharistiæ: tertiò de differentia inter Eucharistiam, & alia sacramenta: quartò de vnitate illius: quintò de re ab Eucharistia significata.

De institutione Eucharistiæ. Num. 2.

QVid primò debet in hoc sacramento considerari? Resp. institutio, ait Catec. & qua ratione facta sit. Num.2.

Quis instuit? Resp. Christus. Ibidem.

Quando? Resp. in vltima Cœna. Ibidem.

Propter quid? Resp. ne vllo vnquam tempore à suis abesset, sed semper cum illis permaneret. Ibidem. Num. 52.

Quare hoc fecit? Resp. ut daret divinum, & admirabile pignus illius infiniti amoris, quo vsque in finem fideles omnes diligit, & dilexit. C.R. n.2.

Si Christus non fuisset discessurus ex hoc mundo, instituisset? Resp. non fuisset opus; ideo dicitur, sciens horam iam advenisse, ut transiret ex hoc mundo ad Patrem, &c. Ioan. 13.

Luc. 22. Quomodo instituit? Resp. ut in Evangelio, & apud Catechis. relatum est. C. R. num. 2.

De nominibus Eucharistiæ.

Num. 3.

Num. 3. QVibus nominibus appellatur hoc Sacramentum? Resp. plurimis.

Ibidem. Quare hoc? Resp. quia admirabilis ejus dignitas, & excellentia uno vocabulo non potest explicari.

Nu. 3. 4. 5. Quæ sunt ista nomina? Resp. primò est Eucharistia, secundò sacrificium, tertiò communio, quartò sacramentum pacis, ac charitatis, quintò viaticum, sextò cœna.

Num. 3. Cur dicitur Eucharistia? Resp. quia hoc nomen rectè significat naturam huius Sacramenti.

Ibidem. Quid significat? Resp. bonam gratiam, & gratiarum actionem.

Ibidem. Quare hoc Sacramentum dicitur bona gratia? Respon. primò, quia continet Christum, qui est fons, & author omnis gratiæ: secundò quia præsignificat vitam æternam, quæ dicitur gratia Dei.

Ibidem. Quare dicitur gratiarum actio? Respond. primò, quia Christus in institutione huius Sacramenti gratias egit Deo Patri: secundò, quia in hoc Sacramento quotidie gratiæ aguntur Deo pro omnibus beneficiis, & in particulari pro institutione hujus Sacramenti, dum in Sacrificium Deo Patri offertur.

Sess. 22. c. 1. Quare dicitur Sacrificium? Resp. quia in ipso Christus Deo patri offertur, & immolatur.

Sess. 13. c. 2. Cur dicitur communio? Resp. quia per hoc Sacramentum homo communicat, & participat de corpore & sanguine Christi? C. R. num. 3.

Ibidem. C. R. n. 4. Quare dicitur Sacramentum pacis & charitatis? Resp. quia per ipsum homo copulatur Christo, ut capiti, & sub hoc capite ita connectitur cum aliis membris, id est fidelibus, ut vnum corpus fiat cum illis.

C. R. n. 5. C. T. sess. 13. can. 6. & can. 7. Cur dicitur Viaticum? Resp. primò, quia est cibus spiritualis homini constituto in via: id est, in hac peregrinatione: secundò quia monit, & parat nobis viam ad æternam fœlicitatem. Propter quod morituris tribui solet.

Num. 5. Quare appellatur Cœna? Resp. quia à Christo in vltima cœna institutum est.

Quod Eucharistia sit Sacramentum, & qua ratione.

Num. 4.

EVcharistia estne Sacramentum? Resp. est determinatum de fide, quod sit Sacramentum. Sess. 13. c. 1. & c. n. 7.

Quare est Sacramentum? Resp. quia habet omnia, quæ requiruntur ad Sacramentum. Ibidem.

Quæ requiruntur ad esse Sacramentum? Resp. tria: primum esse signum sensibile: secundum habere significationem, & efficientiam gratiæ: tertium esse institutum à Christo.

Hæc sunt in Eucharistia? Resp. ita est; species enim panis sunt res sensibiles: significant etiam, vt dicetur, refectionem spiritualem, & gratiam. Et Eucharistia est à Christo instituta. Ibidem.

De Sacramento, re Sacramenti, & vtroque.

Num. 5.

QVid est Sacramentum tantùm in Eucharistia? Resp. species panis, & vini. Num. 8.

Quare hoc? Resp. quia tantùm significant, & non sunt res significata. N. 8. & 18. n. 7. & 48.

Quid est res Sacramenti tantùm? Resp. gratia, seu refectio spiritualis. n. 7. & 8. Sess. 13. c. 1. & c.

Quare hoc? Resp. quia gratia est tantùm res significata, & in Sacramento nihil significat.

Quid est res, & Sacramentum? Resp. corpus, & sanguis Christi. C. R. num. 8.

Quare hoc? Resp. quia tum significantur à speciebus, tum significant refectionem spiritualem.

Quot sunt ea, quæ in Eucharistia appellantur Sacramentum? Resp. vt Cat. sacros Scriptores appellare Sacramentum: primò consecrationem: secundò communionem, vel perceptionem sacramenti: tertiò ipsum Domini corpus, & sanguinem, qui in Eucharistia continetur: quartò ipsas panis & vini species. C. Trid. & C. R. ibid. Num. 8.

Quænam propriam habent sacramenti rationem? Resp. ait Catech. tria prima minùs propriè dicuntur sacramentum: vltimum verò, id est species, veram, & absolutam sacramenti rationem habent. Ibidem.

Quare hoc? Resp. quia species panis, & vini propriè significant gratiam, & refectionem spiritualem, & sensibiles sunt. N. 7. 8. 18.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Comparatio inter Eucharistiam, & alia Sacramenta. Num. 6.

Num. 7. & 9. EVcharistia convenitne cum aliis sacramentis? Resp. convenit in definitione, & in quatuor causis sacramenti, vt dictum est. C.T. sess. 13. c. 3.

Num. 9. Differt ab illis? Resp. ita est. C.T. sess. 13. cap. 3.

C.T. ses. 13. ca. 1. 2. &c. Quomodo differt? Resp. primò respectu dignitatis, quia est sacramentum Sacramentorum, & tanquam sol eminet inter illa: secundò ratione rei contentæ; alia enim continent gratiam, at Eucharistia fontem, & authorem gratiæ: tertiò in aliis sacramentis materia non mutatur in aliam rem, vel naturam, sed manet quod priùs erat; at in Eucharistia materia, id est panis, & vinum, mutatur in substantiam Corporis, & Sanguinis Christi: quartò alia Sacramenta perficiuntur vsu materiæ, & sine vsu esse non possunt; veluti non potest esse Baptismus, nisi quis baptizetur: at Eucharistia per solam consecrationem materiæ perficitur sacramentum, cum enim Eucharistia servatur in pyxide, verè & realiter est Sacramentum, etiamsi nullus sit, qui illam percipiat, & communicet.

C.R. n. 3. c. 49.

C.T. ses. 13. can. 3.

De unitate Sacramenti Eucharistiæ. Num. 7.

Ses. 7. Can. 1. Catech. de Euch. n. 10. EVcharistia estne unum, an plura sacramenta? Resp. de fide tenendum est, esse unum.

Quomodo est unum, si habet duplicem materiam, duplicem formam, & duplicem consecrationem? Resp. aliud est dicere, quod sit individuum: aliud quod si unum: habere enim duplicem materiam, formam, consecrationem, facit vt non sit individuum, id est facit vt sit divisum in duas res; sed non facit quin ex his duabus rebus fiat vnum Sacramentum.

Num. 10. Sacramentum Eucharistiæ à quo accipit vnitatem? Resp. Catech. ait, à re significata; & D. Th. à fine sacramenti, quod idem est. D. Th. 1. p. q. 73. art. 2.

Ibidem. In Eucharistia quid est finis, & res significata? Resp. finis Eucharistiæ potest dici refectio spiritualis: res verò significata potest dici alimentum, id est corpus, & sanguis Christi sub ratione cibi, & potus.

Ex C. R. n. 10. Quæ differentia est inter alimentum, & refectionem? Resp. alimentum est veluti panis; refectio veluti nutritio, seu refectio est finis, & effectus alimenti, ex Concilii Trid. sess. 13. cap. 2.

Potest esse alimentum absque refectione? Resp. sicut panis potest esse sine manducatione; manducatio autem non potest esse sine eo quod manducatur; ita alimentum potest esse sine refectione. *C.T. ses. 13. can. 3.*

Quomodo Eucharistia accipit unitatem à fine, & à re significata? Resp. sic: refectio spiritualis est finis Eucharistiæ, alimentum est medium, quo hæc refectio obtinetur: cum itaque cibus, & potus sit alimentum ad refectionem; rectè ex duobus alimentum, & refectio tradita est. *C.T. ses. 13. c. 2. C. R. n. 10. O.T. 3. p. q. 37. art. 2.*

De definitione Sacramenti Eucharistiæ. Num. 8.

EVcharistia habetne propriam definitionem? Respond. habet. *Ex C.T. sess. 13. can. 2. 3.*

Quænam est? Resp. Hæc, *Eucharistia est Sacramentum corporis, & sanguinis Christi, sub speciebus panis & vini institutum ad spiritualem hominis refectionem.* C. R. num. 7. 8. 26. &c.

Hæc definitio est completa? Resp. videtur completa.

Quare? Resp. quia explicat quatuor causas hujus Sacramenti.

Qua ratione? Resp. illa particula, *Institutum*, significat causam efficientem: Illa, *ad spiritualem hominis refectionem*, dicit finalem. Vsus etiam, ait D. Thomas, est finis Sacramenti, sicut etiam effectus. Illa verò, *Sacramentum corporis*, &c. significat materiam, & formam sub ratione Sacramenti. *C.R. ibid.*

Quomodo hoc est? Resp. illa verba, species panis, & vini ostendunt quid sit illud, quod est in Eucharistia sensibile, & constituitur signum rei sacræ: Illud verbum, Sacramentum, ostendit quod istæ species sunt signum rei sacræ: Vt verò exprimatur, quænam sit res sacra, quam significant dictæ species, ponuntur illæ duæ particulæ: prima est *corporis, & sanguinis Christi*, secunda *hominis refectio spiritualis*: species enim Sacramentales ista duo significant, & continent: ideò est bona definitio. *C.T. ses. 13. can. 3.*

De re significata in Eucharistia. Num. 7.

QVid est illud quod significatur in Eucharistia? Resp. tria in illa significantur, primùm res præterita, *id est* *C.T. ses. 13. can. 1. C.R. num. 11.*

passio Christi, in cujus memoriam fit, secundum res præsens, id est gratia, necnon corpus, & sanguis Christi; tertiò res futura, id est vita æterna: unde canit Ecclesia: *O sacrum convivium, in quo Christus sumitur, recolitur memoria passionis ejus, mens impletur gratia, & futuræ gloriæ nobis pignus datur.*

De materia Eucharistiæ. Cap. II.

C.R.n.12. AD quid prodest cognitio de materia Eucharistiæ? Resp. ad tria: primum vt sacerdotes sciam rectè conficere hoc Sacramentum, & alij ministri præparare veram materiam illius; secundum vt populi doceantur de significatione dictæ materiæ, tertium vt fideles excitentur ad studium, & desiderium obtinendi rem ab ipsa materia significatam.

Num. 12. &c. Quid considerat Catech. circa materiam? Resp. primò quotuplex sit materia, & quare; secundò quæ materia sit de necessitate Sacramenti; tertiò qualis sit de necessitate præcepti; quartò de significatione dictæ materiæ.

De duplici materia Eucharistiæ. Num. 2.

C. R. sess. 13. c. 4. n. 10. & 55. QVotuplex est materia Eucharistiæ? Resp. duplex, *panis, & vinum.* C.R. num. 12.

Ibidem. Quare ista materia duplex est? Resp. quia sic convenit Eucharistiæ, vt est Sacramentum, & communio, & sacrificium.

C.T. ses. 12. c. 2. D. Th. 3. p. q. 74. art. 1. Quomodo convenit illi, vt est Sacramentum? Resp. quia Sacramentum debet significare illud quod efficit: Effectus autem Eucharistiæ est refectio spiritualis; hæc autem significatur per cibum, & potum.

Quomodo convenit communioni? Resp. quia Eucharistia non solùm habet effectus in animam, sed etiam in corpus recipientis; & ideò per panem, & corpus Christi designatur refectio corporis: per vinum, & sanguinem refectio animæ, quæ in sanguine esse videtur.

Num. 35. Quomodo sacrificio? Resp. quia in sacrificio Missæ repræsentatur passio Christi: In passione autem sanguis fuit separatus à corpore; & ideò bene repræsentatur passio significando sanguinem à corpore separatum.

De pane in Eucharistia adhibendo. Num. 3.

Num. 12. QVi panis debet adhiberi in Eucharistia conficienda? Resp. de necessitate Sacramenti debet esse triticeus

de necessitate præcepti debet esse azymus, id est sine fermento, vel levino.

Quomodo Catec. probat de necessitate Sacramenti esse quòd panis triticeus sit? Resp. triplici ratione: primò ex scriptura, quæ panem simpliciter dicit, & ideo triticeum significat: communis enim loquendi consuetudo, cum panem absolutè dicit, triticeum intelligit, & in veteri Testamento panes propositionis ex simila, id est farina frumenti, efficiebantur. Secundò probat ex Apostolica traditione. Tertiò ex Catholicæ Ecclesiæ authoritate. Ibidem.

Panis ex hordeo, vel leguminibus, vel ex aliis terræ fructibus esset apta materia? Resp. non. Ibidem.

Quare debet esse azymus? Resp. ob duplicem causam: prima est, quia Christus in pane azymo consecravit: secunda, quia sic convenit huic Sacramento: Fermentum enim significat malitiam, carere autem fermento significat huic Sacramento convenire integritatem, & munditiam, sicut ex Apostolo acceptum est, qui ait: *Non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ, & nequitiæ, sed in azymis sinceritatis, & veritatis.* Num. 13. 1. Cor. 3.

Quomodo scitur, quòd Christus confecerit Eucharistiam ex pane azymo? Resp. ex hoc quod Christus confecit in festo azymorum, cùm Iudæis non licebat comedere panem fermentatum. Num. 15.

Quomodo scitur fuisse festum azymorum, cùm Ioannes dicat fuisse ante diem festum Paschæ, in quo panes azymi manducabantur? Resp. scitur, quia alii Evangelistæ dicunt fuisse primo die azymorum. Ioan. 13. Num. 13.

Quomodo ergo Evangelistæ conveniunt inter se? Resp. Illud vespere, in quo Christus comedit Agnum Paschalem, erat finis feriæ quintæ, quæ non erat dies festus Paschæ, & erat principium feriæ sextæ, quæ erat primus dies Paschæ, & festi azymorum: incipiebant enim comedere azyma in vespere Iovis. Ideo Sanctus Ioannes respiciendo ad illud vespere, prout erat finis Iovis, dixit: *Ante diem festum Paschæ*; sic enim considerantur dies, ut est naturalis. Alij Evangelistæ considerantes illud vespere, non ut finis diei naturalis, sed ut initium diei festi, dixerunt: *primo die azymorum*; ideo omnes idem dicunt. Ibidem.

Cur si Christus confecit in pane azymo, non est de neces- Num. 14.

sitare sacramenti ? R. quia vtrumque genus panis, sive azymi, sive fermentati propriè, & verè panis est. Evangelium autem dicit, quod *Christus accepit panem*; ideo hæc consultio non est de substantia materiæ.

Ex C. T. *Sess. 7. c. 10.* Nunne omnia, quæ facit Christus circa aliquod Sacramentum, sunt de substantia illius ? R. non, nisi pertineant ad substantiam materiæ, vel formæ, vel efficientis, vel finis. C. R. num. 14.

Num. 14. Quomodo potest hoc sciri ? R. ex traditione Apostolorum, Christus enim antequam conficeret Eucharistiam lauit pedes Discipulorum, & post coenam confectavit, & Apostolos communicavit : & tamen Apostoli non docuerunt ista esse facienda ; imò à jejunis Eucharistiam debere sumi, ab illis, ait Catech. traditum est, & lavare pedes ante communionem nunquam fuit in vsu.

Num. 14. Possunt Latini Sacerdotes conficere in fermentato ? R. non possunt sine mortali peccato.

Ibidem. Quare hoc ? R. ait Catech. quia Pontif. Max. præceperunt, ut in pane azymo Eucharistia conficiatur.

De quantitate materiæ consecrandæ. Num. 4.

Ibidem. ESsne determinatum quantus panis, vel quanta materia sit consecranda ? Resp. Non, quia non est certus numerus eorum, qui aut possint, aut debeant communicari : cum enim vsus sacramenti sit finis illius, tanta materia debet consecrari, quanta ad vsum fidelium satis sit.

Quod, & quale vinum sit materia Eucharistiæ. Num. 5.

Num. 15. Conc. Trid. Sess. 22. c. 7. QVod vinum est necessarium ad Eucharistiam ? Resp. vinum vitis est de necessitate sacramenti : quod vero sit aqua permixtum, est de necessitate præcepti.

Num 15. Quomodo probatur quod vinum, non quodcumque, sed ex vite sit materia huius sacramenti ? Resp. quia Scriptura ita docet, ut Matth. 26. *non bibam amodo de hoc genimine vitis.* Et Ecclesia Catholica semper ita docuit.

Ex C. T. *Num. 15.* AEtnum vel vinum malotum granatorum, vel vinum corruptum possunt esse materia ? Resp. non ; quia quod non est ex vite, & quod non est vinum, non potest esse materia.

Mustum est apta materia ? Resp. mustum est vinum ex vite, sed propter reverentiam sacramenti, eum si

sit impurum, sine necessitate non debet adhiberi.

Quare aqua debet admisceri ? Respon. primò quia id à Christo Domino factum esse, Constitutum authoritate, & *C.T. Sess. 22. c. 7. C.R.* sancti Cypriani testimonio comprobatur ; secundò quia *Num. 16.* ex Apostolica traditione habetur, quod ita fit : tertiò quia Ecclesia perpetuò ita servavit, & servari præcepit.

Quare Apostoli, & Ecclesia hoc præceperunt ? Resp. *Sess. 22. c. 7* primò ad imitationem Christi : secundò ad renovandam memoriam sanguinis, & aquæ quæ de latere Christi permixta exierunt : tertiò ad significandam vnionem populi fidelis cum Christo : Aquæ enim, ut in Apocalypsi habetur, populum designant. *C.R.n. 16. Apoc. 17.*

Peccant mortaliter, qui non apponerent aquam ? Resp. ita est. C. R. num. 17.

Quænam aquæ quantitas est adhibenda ? Resp. modica : *C.T. Sess. 22. c. 7. n. 17.* ita ut longè major sit quantitas vini, quàm aquæ.

Quare hoc ? Resp. quia Honorius Pontifex ita decrevit, & ratio etiam suadet, quia sacri Scriptores dicunt *Ibidem.* aquam illam in vinum converti, ideò debet esse modica, ut conversio faciliter fiat.

De significatione materiæ panis, & vini. Num. 6.

C.T. Sess. 13. can. 2. C.R. n. 18. QVæ significantur, & declarantur à materia Eucharistiæ ? Resp. quatuor. primum est quomodo Christus sit cibus, & alimentum vitæ : secundum declaratur quomodo fiat conversio panis, & vini in corpus, & sanguinem Christi : tertium ostendit quomodo Eucharistia fideles invisibiliter nutriat : quartum explicat conjunctionem fidelium in vnum Christi mysticum corpus.

Num. 18. Quomodo panis, & vinum declarant qua ratione Christus sit alimentum vitæ ? Resp. quia sicut ipsa sunt alimentum vitæ corporalis, ita significant, & declarant quod corpus & sanguis Christi sint alimentum vitæ spiritualis : ideo significant Christum ut est vera hominum vita.

Ibidem. Quomodo ostendunt convenientiam conversionis panis & vini in corpus, & sanguinem Christi ? Resp. quia sicut videmus quamdiu convenienti ratione ex naturæ panem, & vinum in humanam carnem, & sanguinem mutati ; ex hoc faciliter quis potest adduci, ut credat, divina virtute posse converti panem, & vinum in corpus, & sanguinem Christi : quod enim natura facit convenienter, modò ma-

gis, & meliùs Deus qui est supra naturam efficere potest.

Ibidem. Quomodo significant & declarant effectum Eucharistiæ in anima? Resp. tali ratione, sicut panis & vinum naturali virtute mutantur occultè in corpus, & sanguinem manducantis illa corporaliter, & virtute supernaturali in corpus, & sanguinem Christi, idem panis, & vinum occultè convertuntur, ita ut homo nec naturalem, nec supernaturalem conversionem videre possit; credibile, & rationabile debet videri homini, quod Deus per Eucharistiam possit animam renovare ad vitam; etiamsi ipsa sensibus hoc non percipiat.

Ibidem. Quomodo significat vnionem Ecclesiæ? Resp. quia sicut ex multis granis efficitur panis, & multitudine racemorum fit vinum; ita ab ipsis pane, & vino significatur & declaratur qua ratione ex multitudine fidelium fiat vnum Ecclesiæ corpus, tanquam ex multis membris: dum vinculo huius divini Sacramenti arctissimè colligantur, & tanquam corpus efficiunt.

De forma Eucharistiæ. Cap. III.

Num. 19. DEbentne populi doceri de forma Eucharistiæ? Resp. non, nisi necessitas cogat, quod esset si quis falsam de illa doctrinam doceret.

Ibidem. Quinam debent de illa edoceri? Resp. primò Sacerdotes, ne formæ ignoratione in Eucharistia conficienda turpissimè peccent: secundò illis qui sacris initiati sunt, quia Sacerdoti celebranti ministrant, & ad gradum Sacerdotij sunt destinati.

Ibidem. Quid circa hanc formam tractat Catechismus? Resp. primò distinguit, quæ verba sint de necessitate formæ, & quæ non; secundò explicat illa verba, quæ ad formam pertinere certum est.

De forma Consecrationis panis. Num. 2.

Ibidem. QVænam est forma ad consecrandum panem? ℟. istat HOC EST CORPVS MEVM.

Matth. 26. Luc. 22. 1. Cor. 11. Vnde hoc habetur? Resp. Ex Evangelio Matthæi, & Lucæ, & ab Apostolo Paulo 1. Cor. 11.

Num. 19. Quid dicunt? Resp. ita: Cœnantibus illis accepit Iesus panem, & benedixit, ac fregit, deditque discipulis suis, & dixit: Accipite, & manducate. Hoc est Corpus meum: & in fine dixit: Hoc facite in meam commemorationem,

Ibidem. Quare hæc est forma consecrationis panis? Resp. primò, quia Christus illa vsus est: secundò, quia eandem Catholica Ecclesia semper retinuit: tertiò, quia infinita sanctorum Patrum testimonia ita affirmant: quartò quia de hoc extat Concilii Tridentini decretum: quintò quia etiam ratione probatur: si enim forma ea est, quia illud significatur, quod in hoc Sacramento efficitur: & dicta verba, non alia, significant conversionem panis in corpus Christi: meritò dici debet, quod forma hujus Sacramenti existant.

Ibidem. Illud verbum, benedixit, nonne significat consecrationem? Resp. significat ita: Accipiens panem benedixit illum dicens, id est benedixit his verbis: Hoc est Corpus meum.

Nu. 20. Illud verbum, *Enim*, estne de forma? Resp. non, sive in consecratione Corporis, sive Sanguinis.

Potest omitti sine peccato? Resp. non potest.

Ibidem. Num. 19. & 20. Illa verba: Accepit panem, suntne de forma? Resp. non; quia aliud est accipere panem, aliud consecrare: & sæpè Christus accepit panem, & illum non consecravit.

Num. 23. Illa verba, fregit, deditque discipulis, & dicit: Accipite, & manducate, suntne de forma? Resp. non; quia pertinent ad vsum Sacramenti, non ad Sacramentum: manducare enim panem non est de substantia, vel forma panis, sed vsus illius.

Ibidem. Quare non omnia verba quæ Christus dixit in consecratione Eucharistiæ, sunt de forma, sed aliqua tantùm? Resp. quia aliqua pertinent ad substantiam Sacramenti, aliqua ad vsum: & quæ pertinent ad vsum, non sunt de substantia Eucharistiæ, quæ etiam sine vsu perfectum est sacramentum.

Explicatio formæ jam dictæ.
Num. 3.

Num. 19. 3. p. q. 78. art. 5. C. T. sess. 13. can. 2. QVot particulæ sunt in forma consecrationis panis? Resp. quatuor: prima Hoc, secunda Est, tertia Corpus, quarta Meum.

Quid significat illa particula, *Hoc*? Resp. ait D. Th. significat contentum sub speciebus panis.

Quid est hoc contentum? Resp. ante consecrationem

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

erat substantia panis, post consecrationem est substantia corporis Christi. D.Th. ibid. C.R. n. 38.

C.T. ibid. C.R. n. 38. Per hoc contentum intelligitur substantia panis, an corporis Christi, an vtriusque? Resp. ait D. Th. per hoc contentum intelligitur substantia, non determinando, nec de substantia panis, nec de substantia corporis Christi.

Ibid. D.T. Quare sic? Resp. quia forma significat productionem Sacramenti, & Sacramentum.

D.T. ibid. Quomodo effectionem Sacramenti? Resp. quia dicendo, substantia contenta sub his speciebus est corpus meum, si pro substantia intelligatur quid etiam commune substantiæ panis, significabitur per illam formam, quod substantia, quæ erat panis, modò est corpus Christi, quod est substantiam panis conversam esse in corpus Christi.

Ses. 13. c. 1. Quomodo talis forma significabit sacramentum? Resp. quia significabit virtute ipsius formæ effectum esse, vt sub illis speciebus sit corpus Christi per conversionem panis in ipsum.

C.T. ses. 13. cap. 1. C.R. num. 17. Quid significat illa particula, *Est*? Resp. realem, & veram præsentiam corporis Christi: non enim dici videtur, apparet, erit: sed ait, *Est*, quod veritatem & realitatem significat.

S.T. 3. p. q. 78. art. 2. Quare Christus non dixit: *Hoc fit*, vel *fiet corpus meum*? Resp. quia talia verba significarent non corpus Christi tanquam sub illis speciebus contentum, sed tantùm significarent ipsum fieri: sacramentum autem Eucharistiæ debet significare realem præsentiam corporis Christi.

C.T. ibid. Cur Christus non dixit imperativè: *Hoc fit*, vel *fiat corpus meum*? Resp. quia forma Eucharistiæ non debet significare imperium Christi, sed realem præsentiam illius in sacramento.

N. 38. 40. Ista dictio, *Est*, significatne factam fuisse consecrationem? Resp. ita est, quia dicendo, *Hoc*, quod priùs non erat corpus Christi, modò est corpus Christi, verè significat substantiam panis conversam esse in corpus Christi.

C.T. ses. 13. c. 1. n. 43. Quid significat illa particula *corpus*? Resp. substantiam corporis Christi.

Significatne magnitudinem, figuram vel locum corporis Christi? Resp. nihil aliud significat, quàm substantiam

corporis Christi? Simpliciter enim, & absolutè dicit: *Est corpus meum*.

Significatne sanguinem, animam, & divinitatem Christi? Resp. non, sed tantùm corpus Christi. *Ses. 13. c. 3. C.T. ibid.*

Nonne sanguis, anima, & divinitas sunt in hostia consecrata? Resp. sunt, sed non ex significatione, & vi illius verbi, *Corpus meum*; sunt autem ibi per realem concomitantiam, vt dicetur. *C.R. n. 34.*

Quid significat illa particula, *Meum*? Resp. primò significat Sacerdotem proferre illa verba in persona Christi: aliter enim verba significarent adesse ibi corpus non Christi, sed Sacerdotis: secundò determinat quodnam corpus sub illis speciebus contineatur, nempe ipsius Christi, quia talia verba cum tali effectu protulit, & ab aliis suo nomine voluit esse prolata. *C.R. n. 27. & 77.*

De forma consecrationis vini. Num. 4.

QVænam est forma consecrationis vini? Resp. ait Catechò credendum est esse hanc: HIC EST CALIX SANGVINIS MEI, NOVI ET ÆTERNI TESTAMENTI, MYSTERIVM FIDEI, QVI PRO VOBIS, ET PRO MVLTIS EFFVNDETVR IN REMISSIONEM PECCATORVM. *Num. 21.*

Nonne Christus plura alia verba dixit in consecratione sanguinis? Resp. dixit, sed illa non sunt de substantia, & necessitate formæ, sicut de priori dictum est. *Num. 20.*

Vnde habetur, quod omnia dicta verba sint de forma huius consecrationis? Resp. primò ex sacris Scripturis, secundò ex traditione Apostolorum. *Num. 21.*

Quæ verba accepta sunt ex traditione? Resp. Illa duo: *Æterni*, & *Mysterium fidei*. *Ibidem.*

Quæ ex sacra Scriptura? Resp. reliqua omnia. *Ibidem.*

Accipiuntur ex eodem scripturæ loco? Resp. Ex diversis. Illud enim verbum, *Hic est calix*, à D. Luca & ab Apostolo acceptum est. Ista verò, *Sanguinis mei*, vel *sanguis meus, novi Testamenti, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum*, partim à D. Luca, partim à D. Matthæo dicta sunt. *Ibidem.*

Est indubitanter credendum, quod ista sit forma? Resp. ita est, ait Catech. quia scriptura, & sancta traditio Catholicæ veritatis interpres, & custos, ita nos docuit: sed ratio *Num. 22. & 21.*

De materia hujus Sacramenti. Cap. II.

Num. 7. QVænam est materia hujus Sacramenti ? Resp. Chrisma.

Ibidem. Quid significat hoc nomen Chrisma ? Resp. hoc nomen est Græcum, & apud profanos Scriptores significat omne genus unguenti : apud Ecclesiasticos significat tantummodò illud unguentum, in quo hæc tria reperiantur : primò quod sit ex oleo olivarum : secundò ex balsamo : tertiò quod sit ab Episcopo solemniter consecratum.

Ibidem. Quare non ex una, sed ex duabus rebus materia conficitur ? Resp. ad significandam multiplicem Spiritus sancti gratiam, quæ in hoc Sacramento confertur.

Num. 8. Quare ponitur oleum ? Resp. quia significat plenitudinem gratiæ, quæ in hoc Sacramento confertur.

Num. 9. Quare balsamum ? Resp. duplici de causa : prima, quia suo odore significat, quod confirmatus debet esse bonus odor Christi : secunda, quia balsamum non finit res putrescere, ideò ostendit per effectum Confirmationis fideles à peccatis defendi posse.

Num. 10. Quare consecretur ab Episcopo ? Resp. primò, quia Christus in extrema cœna sic instituit : secundò, quia ita ratio postulat ; aqua enim in Baptismo Christi fuit consecrata : materiam autem Confirmationis Christus non consecravit usu, & tractatione, ideò decuit ab Episcopo consecrari, qui est ordinarius minister istius Sacramenti.

De forma. Num. 2.

Num. 11. QVæ est forma hujus Sacramenti ? Resp. ista : Signo te signo Crucis, & confirmo te Chrismate salutis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.

Num. 12. Quot sunt res significatæ ab hac forma ? Resp. tres. Prima potestas, à qua hoc Sacramentum vim habet : secunda robur, quod tribuitur confirmato : tertia signum, quod illi datur ad milicandum : primum est sancta Trinitas : secundum significatur vactione : tertium signo crucis.

Ibidem. Quare hæc est vera forma hujus Sacramenti ? Resp. quia sic rationi convenit sed potissimùm, quia Catholica Ecclesia ita semper docuit, & ex Apostolorum traditione accepit.

De efficiente hujus Sacramenti. Cap. III.

QVis est author hujus sacramenti ? Resp. Christus. *Num. 1.*

Quis hoc docet ? Resp. præcipuè S. Fabianus Pontifex & martyr, qui dixit, Christum præcepisse ritum Christmatis, & verba, quibus in ejus administratione Ecclesia utitur : sed & alii multi antiqui Patres, Dionysius, Eusebius Cæs. Ambr. Aug. Melchiades, Vrbanus, Fabianus, Eusebius Pontifex & martyr. *Num. 3.* *Num. 4. & 13.*

Apostolis fuisne hoc sacramentum collatum ? Resp. fuit in die Pentecostes. *Num. 21.*

Apostoli hoc sacramentum administrarunt ? Resp. ita est, vt patet factum à SS. Petro, & Ioanne in Samaria. *N. 12. 5.*

De ministro hujus Sacramenti. Num. 2.

EPiscopus est ordinarius minister hujus sacramenti ? Resp. est, & est de fide. Conc. Trid. sess. 7. de Confirmat. *Ibidem.*

Quare hoc ? Resp. quia antiqui Patres sic docent ; & ex scriptura colligitur, & ratio ita suadet. *Num. 12. & 13.*

Quomodo ratione declaratur ? Resp. sic, sicut in ædificiis exstruendis fabri, & inferiores ministri calcem, ligna, & reliquam materiam parant & componunt, absolutio tamen operis ad architectum spectat : ita hoc sacramentum, in quo spirituale ædificium perficitur, à nullo alio, quàm à summo Sacerdote, qualis est Episcopus, administrati opus erat. *Num. 13.*

De patrinis. Num. 3.

PAtrini quare in confirmatione adhibentur ? Resp. quia confirmatus armatur ad pugnandum : qui autem gladiatorium pugnam subeunt, egent doceri ab aliquo, quomodo se in dimicatione incolumes servent, & inimicum offendant, & idcò recte patrini traduntur. *Num. 14.*

Contrahiturne affinitas ? Resp. contrahitur, sicut de baptismo dictum est.

De fine, & effectu Confirmationis. Num. 4.

QVis est finis Confirmationis ? Resp. augmentum, & perfectio vitæ spiritualis. *Num. 25.*

Quis effectus illius ? Resp. plenitudo gratiæ, *id est* confirmare, augere, & perficere gratiam baptismalem.

Vbi declaratur in scriptura hæc gratiæ plenitudo ? Resp. ex eo quod evenit Apostolis in die Pentecostes ; qui enim *Num. 34.*

Resp. tanquam causa, & effectus: sicut enim virtus Solis est causa, & fructus arborum effectus, & virtus medicinæ est causa, sanitas verò est effectus, & fructus illius: ita virtus passionis est causa, fructus verò, & vtilitates, quas homines accipiunt ex illa, sunt effectus.

Ibidem.

Ibidem.

Quare cum virtus passionis sit ad omnes, fructus illus pro multis, & non pro omnibus sunt? Resp. quia sicut infirmus potest nolle bibere medicinam sibi paratam, in qua sit virtus sanandi illum, ita homo per liberum arbitrium potest respuere virtutem passionis Christi sibi oblatam, vnde privabitur fructu illius, & sic fit ut multi priventur fructu passionis Christi.

Ibidem.

Possuntne alia mysteria circa vtramque formam considerari? Resp. ait Catech. plurima alia in huius consecrationis verbis latent mysteria, quæ hic non explicantur, sed assidua rerum divinarum meditatione, & studio quis per seipsum, Deo juvante, facilè assequetur.

De consecratione, & transsubstantiatione.

Cap. IV.

n. 9. 10. 26.

QVare post considerationem materiæ, & formæ agitur de consecratione? Resp. primò, quia consecratio est effectus formæ: secundò, quia consecratio est ipsius materiæ; id est, illud quod consecratur, est materia: tertiò, quia declaratio ipsius facilitat doctrinam eorum, quæ postea sunt dicenda.

Quid est tractandum de consecratione? Respond. quid sit consecratio, quid est transsubstantiatio, qua ratione habetur.

De consecratione quid sit. Num. 2.

3. par. q. 37. art. 1.

QVid est consecratio? Resp. est actio, qua non sacrum efficitur sacrum.

Consecratio in Eucharistia, & in aliis sacramentis accipiturne eadem ratione? Resp. non, sed multùm diversa; in aliis enim consecratio est quædam benedictio materiæ, absque eo quod materia in aliquid aliud mutetur; in Eucharistia autem aliter fit.

C. T. ses. 13. c. 4. & c. 5. C. R. n. 19. 21. 40. 41.

In Eucharistia propriè quid est consecratio? Resp. Vera & propria definitio consecrationis, & quæ maximè debet notari, hæc est: Consecratio in Eucharistia est vera, & realis conversio totius substantiæ panis, & vini in totam substantiam corporis, & sanguinis Christi.

Explicatio huius diffinitionis. Num. 3.

C. T. ses. 13. c. 4. & c. 2.

QVot particulæ sunt in hac diffinitione? Respon. tres, prima dicit illud quod convertitur, nempe *substantiam panis, & vini*: secunda dicit illud in quod convertitur, id est, *substantiam corporis & sanguinis Christi*: tertia dicit ipsam conversionem.

C. T. ses. 13. ca. 2. C. R. n. 26. &c.

Quare non dicitur *panis, & vinum*, sed *substantia panis & vini*? Resp. quia in pane, & vino duo considerantur, substantia & accidentia, in consecratione nulla fit conversio accidentium, sed tantùm substantiæ, manent enim accidentia, sed substantia mutatur, & non manet.

C. T. ses. 13. ca. 2. C. R. ibid. C. T. ses. 13. c. 1. & c. 1. & 2. C. R. n. 43. & 33. C. T. ses. 13. ca. 2. C. T. sess. 13. c. 1. & can. 2.

Quare apponitur alia particula, *totius substantiæ*? Resp. quia post consecrationem nihil penitus manet de substantia panis, & est de fide.

Quare dicitur conversionem fieri in substantiam Corporis Christi? Respond. quia corpus, & Sanguis Christi sunt in Eucharistia, ut dicetur, per modum *substantiæ*, non autem *quantitatis*, vel *extensionis*, vel *loci*.

Quare dicitur *totius substantiæ*? Resp. quia omne illud, quod pertinet ad substantiam, & integritatem corporis, ut ossa, & nervi, verè & realiter in Eucharistia reperitur.

Quare ponitur hæc particula, *conversio*? Resp. quia per illam propriè exprimitur consecratio.

Qua ratione? Resp. quia per illam non sacrum, id est panis, & vinum, efficitur sacrum, id est corpus, & sanguis Christi.

De Transsubstantiatione. Num. 4.

C. T. ses. 13. c. 1. & c. 2.

QVot modis appellatur Consecratio? Resp. tribus: primò dicitur Conversio: secundò Consecratio: tertiò Transsubstantiatio.

C. T. ibid.

Quare dicitur Conversio? Resp. quia vna res convertitur in aliam.

Ex C. T. ib. can. 4.

Quare dicitur Consecratio? Resp. quia res non sacra convertitur in sacram, & fit sacra.

Ibidem.

Cur dicitur Transsubstantiatio? Resp. quia hæc conversio est mutatio de substantia in substantiam: ita ut tota substantia mutetur in totam substantiam.

Ibid. & C. R. nu. 34. Num. 37.

Panis, & vini substantia in consecratione diciturne annihilari? Respondeo, non converti, dictum est, & est de fide.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Corpus, & sanguis Christi in consecratione incipitne esse per creationem, navt ex nihilo fiat? Resp. non, sed per conversionem panis, & vini in ipsum.

Num. 37. Corpus Christi incipitne esse in Eucharistia per motum localem, itavt descendat de cœlo, & veniat in hostiam consecratam? Resp. non, quia sic desineret esse in cœlo, corpus enim non potest mutare locum, nisi deserat priorem locum vbi erat, Christus autem semper in cœlo est.

Num. 40. & 41. Conversio, & mutatio panis, & vini in corpus, & sanguinem Christi, potestne dici generatio? Resp. non, sed debet dici transsubstantiatio.

Num. 41. Quomodo differunt Generatio, & Transsubstantiatio? Resp. sic. Substantia corporea necessariò habet duas partes, quarum vna dicitur materia, altera forma, & in Generatione fit mutatio solùm in forma, non autem in materia, manente enim eadem materia, formæ mutantur: vode generatio quadam ratione potest dici transformatio, i. mutatio à forma in formam. At in transsubstantiatione tota substantia mutatur in totam substantiam, quæ mutatio sit simul, tam materiæ, tum formæ.

Transsubstantiatio est actio divina, & miraculosa, an naturalis? Resp. summè miraculosa.

Num. 40. Potest explicari exemplo naturali? Resp. non potest, Num. 10. & 18. quia natura talem actionem non producit.

Potest ostendi, quod sit credibile Deum posse hanc Transsubstantiationem facere? Resp. potest sic: primò si Deus potuit ex nihilo facere omnia, multo magis poterit ex vna re facere aliam: secundò si natura potest mutare partem substantiæ in partem substantiæ, *id est*, formam in aliam formam, rationebile est quod Deus possit mutare totam substantiam in totam substantiam: tertiò si natura modico temporis spatio potest mutare pœ nutritionem cibum, & potum in carnem, & sanguinem, cur Deus non poterit hoc facere sua infinita virtute in instanti: Quod enim virtus finita facit in tempore, virtus infinita poterit in instanti.

Num. 38. & c. Potestne probari transsubstantiatio hæc authoritate? Resp. Cat. probat scriptura, traditione, vnanimi consensu, Patrum decretis, Conciliorum General. & Summ. Pont. demum omni authoritate, qua possit aliquid probari. Infinitis miraculis hæc veritas confirmata est, de probatione in cap. 19. dicetur.

Deberne diligenter inquiri, & doceri veritas transsubstantiationis? Resp. non est curiosius inquirenda, sed ad primum articulum, qui est de omnipotentia Dei, & ad nonum, qui est de authoritate Ecclesiæ, est reducenda, credendo Deum posse facere omnia, & esse verum quod Catholica Ecclesia docet; potissimum autem rodes de hac re docendi non sunt. Num. 25. 31. 32. 42.

De speciebus Sacramentalibus. Cap. V.

COgitio de speciebus Sacramentalibus est vtilis ad explicationem Sacramenti Eucharistiæ? Resp. valdè vtilis est, quia in ipsis potissima ratio Sacramenti posita est. Num. 8.

Quid debet tractari de illis? Resp. primò quid sint: secundò quomodo sint: tertiò quid significent: quartò quare post consecrationem dicantur panis, & vinum: quintò cur dicantur Sacramentales.

Quid sunt species panis & vini.

Num. 2.

QVid sunt species panis, & vini? Resp. sunt accidentia panis, & vini. Num. 6.

Quid est accidens? Resp. est illud, quod adhæret, & accidit substantiæ, & non est substantia. *Ibidem.* Ex C. R.

Quæ differentia est inter substantiam, & accidens? Resp. Num. 26. Primò, substantia est veluti homo; accidentia sunt veluti C. T. fol. vestimenta illius: secundò substantia constat ex materia 2. 3. & 4. & forma rei; accidentia autem sunt conditiones quæ huic materiæ, & formæ adveniunt, veluti color & alia.

Quæ sunt accidentia panis & vini? Resp. color, odor, sapor, quantitas, figura, & similia.

Quot modis appellantur isti accidentia? Resp. primò C. T. & C. dicuntur accidentia: secundò symbola: tertiò species: R. C. T. fol. quartò dicuntur, licèt improprie, panis, & vinum. Catech. 13. 2. & 3 Rom. n. 22. & 40.

Quare dicuntur accidentia? Resp. quia adhærent, & accidunt substantiæ, sicut vestes ei, qui vestitus est.

Quare symbola? Resp. quia sunt veluti signa, vel indicia, vel imagines alicuius rei; ideò etiam ipsam substantiam indicant, & significant. Catech. Rom. n. 12. & 17. Num. 16. & fol. 13. 1. 2. & 3.

Cur dicuntur species? Respondeo, quia imaginem sub- Num. 25.

stantiæ sensibus repræsentant. Illud enim, quod sensibus aliquid repræsentat, à Philosophis species appellari consuevit.

Num. 40. Cur dicuntur panis, & vinum? Resp. ait Catech post consecrationem aliquando species panis appellantur panis: non quia ibi sit aliquid de substantia panis, sed quia habent speciem, & similitudinem, & apparentiam panis: deinde quia retinent vim nutriendi, quæ panis propria est. Sacra autem scriptura ita sæpè appellat res cujusmodi esse videntur, vnde Angelos appellat homines, non quia sint, sed quia tales esse videntur.

Quomodo sint in Eucharistia.

Num. 3.

Sess. 13. c. 2. C. R. n. 8. Species panis & vini per consecrationem mutanturne in aliquid aliud? Resp. non mutantur, sed manent eædem, solummodò superadditur illis hoc, quod sint Sacramentales: immò ipsum Sacramentum, & signum rei sacræ.

Sess. 13. c. 2. & 3. Quare superadditur hoc? Resp. quia ante consecrationem erant symbola substantiæ panis, & vini; post consecrationem verò sunt signum, & symbolum corporis, & sanguinis Christi. C. R. n. 17.

Num. 19. Quis dedit illis hanc vim significandi corpus, & sanguinem Christi? Resp. verba consecrationis.

Num. 19. 27. & 38. C. T. sess. 13. c. 3. Qua ratione? Resp. quia dum forma consecrationis panis dicit, Contentum sub istis speciebus est corpus Christi, omninò dat illis speciebus vim significandi corpus Christi, sicut enim cùm cera premitur à sigillo, recipit impressionem sigilli, quæ manet recedente sigillo: ita verba consecrationis prolata super illas species, dant illi virtutem significandi corpus, & sanguinem Christi: ideò fiunt sacræ, & Sacramentum, *id est*, signum rei sacræ.

N. 26. 44. Ibidem. Istæ species ante consecrationem quomodo se habebant? Resp. inhærebant substantiæ panis, & vini.

Num. 44. sess. 13. c. 2. Post consecrationem quomodo existunt? Resp. sunt absque vllo penitus subjecto.

Num. 44. Quare sunt sine subjecto? Resp. quia non possunt inhærere corpori Christi, non enim sunt accidentia illius: neque substantiæ panis, & vini, cum nihil penitùs de illa ibi sit: ideò relinquitur, vt sine vllo subjecto existant.

Num. 21. Estne possibile hoc apud naturam? Resp. nulla ratione

est possibile apud Deum. Resp. omnia illi possibilia sunt; cum enim ipse dederit hanc legem naturæ, vt accidens rei non possit separari à re, cujus est accidens, & quod accidens non possit esse sine subjecto: potest hanc legem dispensare faciendo, ut accidens separetur à suo subiecto: separare enim vnita lege naturali, Deo difficile non est, & ut accidens sit sine subiecto: quod enim subiectum facit accidenti quoad esse, Deus per ipsum facere potest.

Estne de fide, quod species panis, & vini post consecrationem existant sine vllo subiecto? Resp. ita est, quia hæc fuit perpetua, & constans Catholicæ Ecclesiæ doctrina, plurimis testimoniis confirmata. Num. 44. C. T. sess. 13. can. 2.

Quid significant species panis, & vini. Num. 4.

Quid significant species panis & vini post consecrationem? Resp. significant, vt dictum est, primò passionem Christi præteritam: secundò corpus, & sanguinem Christi, necnon gratiam, & alimentum, vel refectionem spiritualem præsentem: tertiò vitam æternam, & alia multa, sicut iam dictum est, & suo loco dicetur, & hoc illis convenit virtute formæ consecrationis. Num. 12.

Populi debentne doceri de significatione harum specierum? Resp. maximè expedit illos docere, sicut in capit. 2. dictum est, nempe de re contenta sub ipsis, & de significatione illarum.

De contento sub istis speciebus. Cap. VI.

Expedit diligenter explicare quid contineatur sub speciebus panis, & vini? Resp. expedit supra quam dici potest. Hæc enim veritas est basis & fundamentum istius tractationis, & per illam omnia illustrantur & patefiunt. Nu. 27. 31. C. T. sess. 13. c. 12. C. T. sess. 13. c. 1. & c. 2. C. T. ibid.

Quid debet considerari circa hoc? Resp. duo: primum quid contineatur sub istis speciebus ante consecrationem, secundum quid contineatur post consecrationem.

Quid continetur sub illis ante consecrationem? Resp. sola substantia panis, & vini.

Continetur ne ante consecrationem aliquid corporis, & sanguinis Christi. Resp. nihil penitus. Ibidem

Quid continetur sub illis post consecrationem? Resp. tota substantia corporis, & sanguinis Christi. Ibidem.

Remanetne aliquid de substantia panis, & vini? Resp. nihil penitus, & est de fide. Sess. 13. c. 2

De reali præsentia Christi in Eucharistia. Num. 2.

C.T. ses. 13. can. &c. C.R. n. 27. &c. Sess. 13. c. 1. C.R. n. 26. n. 35.

QVid debet considerari circa realem præsentiam Christi in Eucharistia? Resp. primò quod ibi sit verè, & realiter: secundò quomodo incipiat ibi esse: tertiò qua ratione ibi sit: quartò propter quid velit ibi esse, & tali ratione: quintò quanta ex hoc Ecclesiæ dignitas sit.

In Eucharistia continetur ne verum Christi Domini corpus? Resp. continetur verè & realiter, & illud idem quod natum est ex Virgine, & sedet ad dexteram Patris, & est de fide.

C.T. ses. 13. can. 1.

Continentur ne in Eucharistia ossa, & nervi, & omnia, quæ ad veram corporis Christi rationem pertinent? Resp. indubitanter credendum est, ita vt omnes partes corporis Christi ibi sint.

Continetur ne totus Christus in Eucharistia cum anima, & divinitate? Resp. ita est.

Ibid. c. 2.

In quacunque particula panis, & vini quantumvis minima, continetur ne totus Christus? Resp. ita est secundum fidem.

Sess. 13. c. 3. C.R. n. 36. C.T. sess. 14. can. 3.

Vnde hoc habetur? Resp. primò ex auctoritate D. Aug. qui hoc dicit expressè, vt apud Catech. secundò, ex illa Sequentia, quæ habetur in Missa corporis Christi: tertiò, ex Conc. Trid. qui hoc determinavit de fide: quartò, potest colligi ex Evangelistis: ait enim Cat. non est credendum quod singula panis frusta, seu particulæ à Christo propria, & separata verborum forma sint consecrata; sed simul omnis panis, qui Apostolis distribuendus erat, debet dici consecratus; & ideò in qualibet particula, etiam divisa, post consecrationem, totus Christus continetur.

Quomodo Christus incipiat esse in Eucharistia. Num. 3.

C.T. ses. 13. c. 1. can. 2. C.T. ses. 13. can. 2. C.R. n. 37. 40. 43. C.T. & C. R. ibid.

CHristus post consecrationem incipitne esse sub speciebus panis & vini? Resp. incipit.

Qua ratione? Resp. non incipit esse ibi per creationem, neque per generationem, neque per loci mutationem, ita vt descendat de cœlo, illud relinquens, & in hostiam descendat, sed incipit esse per conversionem panis, & vini in ipsum, vt dictum est, Domini corpus.

Quomodo ostenditur ita esse? Resp. quia Ecclesia Catholica ita docet, & ratio etiam dictat, quia convenit Christum incipere ibi esse alia ratione quàm dicta conversione.

Quomodo Christus sit in Eucharistia? Num. 4.

QVomodo Christus modò est in cœlo? Resp. eodem quo fuit in terra, *id est*, ut ait C.T. iuxta modum existendi naturalem. Sess. 13. c. 1.

In Eucharistia estne iuxta modum existendi naturalem? Resp. ait Conc. Trid. ibi est alia quadam ratione, quæ verbis exprimi vix possit: tamen Deo possibilis est, & homo cogitatione per fidem illustrata assequi illam potest: & ita constantissimè credere opus est, quia Ecclesia semper ita credidit & credit. C.T. Ibid.

Quibus verbis sacrum Conc. explicat hanc rationem qua Christus in Eucharistia continetur? Resp. Istis. Primò sic dicit: Post panis, & vini consecrationem Christus verè realiter, & substantialiter sub specie illarum rerum sensibilium continetur: & paulò post ait Christum iuxta modum existendi naturalem esse in cœlo: in aliis verò multis locis, vbi est sacra Eucharistia, adesse sua substantia, & nobis Sacramentaliter esse præsentem. Vnde apparet, quod sacrum Concilium quatuor verbis explicat modum, quo Christus est in Eucharistia: primùm est *verè*, secundùm *realiter*, tertiùm *sacramentaliter*, quartùm *secundùm substantiam*. Sess. 13. c. 1. Sess. 13. c. 1.

Quid significat *verè*? Resp. quod sit veritas, non imaginatio Christum in Eucharistia esse; & quod ibi non sit tantummodo ut in signo vel figura, aut virtute. C.T. ses. 13. c. 1. &c. 8.

Quid significat *realiter*? Resp. significat in Eucharistia non adesse tantummodo figuram, vel imaginem, vel umbram, vel similitudinem, vel signum, vel apparentiam, aut repræsentationem Christi, aut Corporis, & sanguinis eius, sed ipsummet Christum, *realiter* enim significat accipi rem & non memoriam, vel signum, vel rei imaginem; pictura enim hominis realiter non est homo. C.R. n. 17. & 28. &c.

Quid vult dicere sacrum Concilium dum ait, Christum in Eucharistia contineri Sacramentaliter: in cœlo autem secundùm modum existendi naturalem? Resp. vult dicere, quod Christus idem omnino manens, duplicem habet modum existendi, vnum naturalem, & hoc modo existit in cœlis ad dexteram Patris, alium non naturalem, sed Sacramentalem, & hunc habet in Sacramento Eucharistiæ. Sess. 13. c. 1.

Ex C. T. vbi sup. Idem corpus Christi potestne habere plures modos existendi? Resp. Ita est.

Ex C. T. sess. 13. c. 1. & 3. C. R. n. 26. 31. 45. Qua ratione? Resp. corpus Christi habet triplicem modum essendi: Naturalem, & juxta hunc est visibile, tangibile, & fuit passibile, & mortale. Glorioſum, & per hanc habet claritatem, subtilitatem, impassibilitatem. Et Sacramentalem, & juxta hunc velatum existit, & latet sub speciebus panis, & vini.

Ex C. T. & C. R. vbi sup. Potest hoc declarari exemplo? Resp. potest sic aliquibus. Rex potest multiplicem habere modum existendi. Naturalem, quia existit juxta naturam hominis. Regium, & hic est quando sedet in throno cum diademate, & sceptro, &c. si verò sub amicto pauperis, & servi lateat, sic habebit modum essendi qui convenit servo. Sic itaque sacrum Conc. dicit: Christus est omnino idem, tam qui in cœlo existit modo naturali, tum qui in Eucharistia modo Sacramentali repetitur.

Ex C. T. vbi sup. Ex. C. Re. Num. 41. Quare Christus in Eucharistia non habet modum existendi naturalem, & glorioſum? Resp. quia modus naturalis existendi requirit ut corpus visibile, & tangibile sit; & ut sit secundùm quantitatis extensionem in loco, & tali, & tanto; modus verò glorioſus respectu nostri est, ut videamus gloriam, & majestatem ejus qui glorioſus existit: Christus autem in Eucharistia ista non habet: ipse enim & ejus gloria non videntur, sed velata existunt.

C. T. sess. 13. ca. 3. & can. 1. & sess. 21. c. 1. Quid est Christum in Eucharistia habere esse Sacramentale? Respond. est Christum ita esse velatum, & ita latere sub accidentibus, & speciebus panis, & vini, ut nec ipse, nec ejus gloria possit videri, sed sit tanquam ille Rex, qui latet sub vestimentis servi: ita tamen latet, gerendo, quod à talis speciebus realis præsentia Christi significetur; atque ita habere modum essendi Sacramentum, & habere esse velatum, latens & significativum à speciebus Sacramentalibus, qui modus omnino non est naturalis, neque glorioſus, sed summè miraculoſus.

Sess. 13. ca. 1. & c. 2. C. R. n. 45. Quid significat vltima particula, *secundum substantiam*, vel sua substantia, vel substantialiter? Respon. ista significant multa: primò enim declarant quod tota Christi substantia in Eucharistia continetur: secundò manifestant quod aliqua, quæ non sunt de substantia Christi, vel corporis

potis, & sanguinis ejus; sed tantum pertinent ad modum essendi naturalem, vel glorioſum, veluti esse in magno, vel parvo loco: ab omnibus posse inspici, & tangi: gloriam, & majestatem ejus videri: non sunt in corpore, & sanguine Christi, prout in Eucharistia continetur sunt. *Ibidem.*

Quæ sunt ista quæ desunt? Resp. hæc & similia, positio, esse visibile, tangibile, & apparere glorioſum, occupare magnum, vel parvum locum.

Quomodo differunt modus essendi naturalis, & Sacramentalis? Resp. Christus in esse naturali habet quædam, quæ non habet in Sacramentali, & in Sacramentali habet quædam, quæ non habet in naturali, vt patet ex dictis; ideo est differentia. C. T. sess. 13. c. 1. 3. 8. C. R.

In quo conveniunt? Resp. in tribus: primò, quia ita Christus verè est in Sacramento, sicut in cœlo: ita enim verus est homo vestitus regio habitu, sicut servili: ita in luce positus apparens, sicut in tenebris latens: secundò ita realiter Christus est in Sacramento, sicut in cœlo, quia eadem res, id est Christus, & ibi, & hic repetitur: tertiò tota substantia Christi ita est in Sacramento sicut in cœlo, quod si aliqua desunt, illa non sunt de substantia, sicut ea, quæ dicta sunt. C. T. & C. R. *Ibidem.*

Deberne notari declaratio hujus termini *substantialiter*? Resp. ab his, qui volunt magis distinctè intelligere, debet maximè notari: quia ab ipso plurimæ tolluntur difficultates. *Ex eis d. Ibidem.*

Quomodo tolluntur? Resp. quia ex hoc ostenditur totum Christum esse sub quavis minima particula, & quod ex divisione Hostiæ non sequitur divisio per modum quantitatis in corpore Christi, sed in hac divisione semper totum corpus in qualibet parte manet sine vlla Domini nostri mutatione, vel augmento, vel decremento. C. T. sess. 13. c. 3. C. R. n. 36. & seq.

Quomodo est hoc? Respondeo, expedit visum est ponere ipsa verba Catech. qui ita ait. Deinde verò doceant, scilicet Pastores, Christum Dominum in hoc Sacramento, ut in loco, non esse. Etenim locus ex ipsa conditione, ut magnitudine aliqua præditæ sunt? Christum verò Dominum ea ratione in Sacramento esse non dicimus, ut magnus aut parvus est, quod ad quantitatem attinet, sed ut [illegible] est. Substantia enim panis in Christi sub- *Num. 43.*

stantiam, non in imaginitudinem, aut quantitatem convertitur. Nemo verò dubitat, substantiam æquè in parvo, atque in magno spatio contineri, & aëris substantia, totaque eius natura sic in parua ut in magna aëris parte: itemque tota aquæ natura non minus in vrnula, quam in flumine insit necesse est. Cur igitur panis substantiæ corpus Domini nostri succedat: fateri oportet ad eundem planè modum in sacramento esse, quomodo panis substantia ante consecrationem, ea verò vtrum sub magna, an sub parva quantitate esset, nihil ad rem omnino pertinebat. Et ista verba diligenter consideranti magnam afferunt sacræ Eucharistiæ cognitionem.

Ibidem. Quid vult dicere Catech. Resp. vult dicere, quod corpus Christi est in Sacramento, non ut magnum vel paruum, vel visibile, vel gloriosum, sed ibi reperitur ut est substantia; & tali ratione sicut priùs substantia panis erat sub illis speciebus, ex quo fit (ut Philosophi omnes sciunt) quod in quacunque minima particula sit tota corporis Christi substantia ad quam nihil refert an sit magna, vel parva.

Ibidem. Quomodo ad substantiam nihil refert an sit magna, vel parva? Resp. primò, quia quantitas est accidens, accidens autem non est de natura substantiæ: secundò quia in aëre, & aqua, & aliis hoc manifestè apparet: substantia enim & natura aquæ ita est in gutta aquæ sicut in toto mari, & substantia ignis ita est in candela, sicut in fornace accensa: tertiò, quia corpus infantis in vtero matris, vel modò geniti, ita habet substantiam, & naturam corporis, sicut in ætate virili: & tamen quantitatem ita magnam non habet. Ideo certum est ita esse, quod ad substantiam rei nihil refert, quantum ad rationem substantiæ, an sit in magno, vel parvo loco; an videatur in die vel videatur in nocte: an aliqua, vel nulla veste tegatur: & sic sequitur, quod idem omnino Christus est in cœlo, & in Eucharistia, licèt modus essendi aliqua ratione diversus sit.

Quod totus Christus sit sub vtraque specie ex vi verborum, & per realem concomitantiam.

Num. 4.

C.T. sess. 13. c. 3. C. ibi. TOtus Christus continetur sub specie panis, & sub quavis parte ipsius speciei? Resp. est de fide ita esse.

Idemne debet dici de speciebus vini? Resp. idem.

Corpus, sanguis, anima & divinitas continentur sub speciebus panis eadem ratione qua continentur etiam sub speciebus vini? Resp. ait Conc. & Cat. contineri quidem, aliqua diversa ratione. *Sess. 13. c. 3. C. R. n. 14. sess. 13. c. 3.*

Quænam est ista diversa ratio? Resp. talis, sub speciebus panis continetur tantummodò corpus ex vi verborum, seu ex vi Sacramenti, seu ex vi, & efficientia, vel efficacia consecrationis: sanguis verò, anima, & divinitas continentur ex vi naturalis connexionis, & concomitantiæ; sub speciebus autem vini, sanguis tantummodò continetur ex vi verborum: corpus verò, anima, & divinitas per realem concomitantiam: & sacrum Concilium Trid. sic docet. *C. R. n. 34.*

Quid est contineri ex vi consecrationis, vel Sacramenti, vel verborum? Respondeo, quia consecratio panis fit his verbis, *Hoc est corpus meum*, & non dicit Sanguis, anima, divinitas: sequitur quod illa verba consecrationis habeant solummodò vim efficiendi conversionem panis in corpus Christi, & ideò corpus Christi ibi est ex vi consecrationis, & verborum: alia autem non sunt ex tali vi, quia verba non proferunt, præter corpus ab ipsis fieri aliquid aliud. *C. T. & C. R. ibidem.*

Differuntne verba, consecratio & Sacramentum? Respondeo, aliqualiter. Consecratio est ipsa conversio panis in corpus Christi. Verba sunt forma istius consecrationis: Sacramentum verò sunt ipsæ species. Istæ enim sunt signum rei sacræ, sed ex vi formæ consecrationis super ipsas prolatæ. *Num. 8. 19. & 40.*

Species panis significantne tantùm corpus Christi? Respond. est, quia à forma consecrationis accipiunt vim sacramenti, & signi, & ista significant tamen adesse corpus. *Num. 34.*

Quinam vtuntur his verbis, vi consecrationis, verborum, & Sacramenti? Resp. Conc. Trid. vtitur hoc modo dicendi: Ex vi verborum, Catech. & Theol. vtuntur istis, ex vi verborum, & ex vi consecrationis, quæ omnia idem dicunt. *C. T. sess. 13. c. 2. C. R. num. 34.*

Qua ratione? Resp. omnis ratio Sacramenti, quæ convenit speciebus panis & vini, convenit illis per consecrationem: species enim per consecrationem efficiuntur Sa- *C. T. & C. R. ibidem.*

cramentum, & signum rei sacræ per consecrationem effectæ. Ipsa verò consecratio perficitur per verba, quæ verba non habent vim efficiendi aliud quàm illud quod significant. Cum itaque ista verba, *Hoc est corpus meum*; significent tantùm adesse corpus, consecratio non habebit vim efficiendi aliud, quàm corpus; tota enim vis consecrationis procedit à verbis, & à forma ipsius: quia autem omnis vis specierum est à consecratione, significant enim tantùm illud quod consecratione effectum est, & accipiunt vim significandi à verbis consecrationis: ideò species panis ex vi Sacramenti corpus, & non aliud significabunt, & continebunt.

C.T. ses. 13. c. 3. C. R. n. 34. C.T. ses. 13. c. 7. C.T. & C. R. ibid.

Quis vtitur hoc modo dicendi: *Ex vi naturalis connexionis, & concomitantiæ*? Resp. Theologia, Catech. & sacrum Conc. Trid.

Significantne idem connexio, & concomitantia? Resp. connexio est tanquam causa, concomitantia tanquam effectus.

Qua ratione? Resp. connexio est quædam conjunctio aliquorum, ita vt simul esse necesse sit. Concomitantia est effectus talis connexionis, quia ex eo quod duo sunt connexa, necesse est vt vbi est vnum, ibi sit etiam aliud.

Ibidem.

Quare dicitur concomitantia naturalis? Resp. quia corpus vivum naturaliter habet annexum sanguinem, & animam; aliter enim non esset.

Ibidem.

Quomodo ex naturali concomitantia sub speciebus panis continetur sanguis, anima, & divinitas? Resp. quia cum ibi sit corpus vivum, necesse est quod habeat sanguinem & animam, & quia est corpus Christi, necesse est quod habeat annexam divinitatem.

Ibidem.

Idemne debet dici de sanguine? Resp. idem.

Quare Christus velit esse Sacramentum, & tali ratione.
Num. 6.

C.T. ses. 13. can. 2. C. R. n. 32. 74.

QVare Christus voluit relinquere Ecclesiæ sacramentum Eucharistiæ? Resp. ob tria, primò vt Ecclesia sponsum, & Deum suum semper haberet realiter præsentem: secundò vt in terris haberetur sacrificium Deo acceptissimum: tertiò, vt homines haberent cibum, & refectionem spiritualem.

Num. 32. & 45.

Nonne poterat Christus relinquere seipsum manife-

stum, atque visibilem? Resp. poterat, sed meliùs fuit fieri quod ipse fecit.

Cur voluit corpus suum sacris velaminibus occultare? Respond. primò, vt distingueret Ecclesiam Militantem à Triumphante: secundò vt præberet fidelibus occasionem merendi per fidem: tertiò ne infidelibus daretur occasio scandali & calumniæ, si Christiani comederent Christum in propria specie. Ibidem.

Quomodo per hæc velamina Ecclesia Militans distinguitur à Triumphante? Resp. quia Synagoga habuit Christum non verè & realiter, sed figuram solummodò. Ecclesia Militans habet illum verè & realiter, seu non manifestum, & visibilem. Triumphans verò habet verè, realiter, gloriosè, & apparenter. Ecclesia igitur habet magis quàm Synagoga, quia Christus illi realiter est præsens; habet verò minus quàm Triumphans, quia non manifestum, sed velaminibus obvolutum habet. Num. 32.

Quomodo Christum latêre meriti & fidei occasio est? Resp. quia fideles credendo, & adorando Christum latentem, per fidem meritum habent. Num. 45.

Quare Christus voluit quod velamina quibus corpus suum tegitur, essent species panis, & vini? Resp. primò, quia cùm vellet esse cibus, alimentum, & refectio fidelium: voluit latere sub tali velamine, quod ipsum alimentum esse spirituale declararet. Num. 18. & 45.

Nonne poterat dare carnem suam in cibum, cùm etiam homo carnibus vesci possit? Resp. nullo modo decebat. Num. 45.

Quare non? Resp. primò, quia natura hominum maximè abhorret vesci esca humanæ carnis, & sanguinis potione, pane autem, & vino maximè delectatur: secundò, quia si fideles Christum in propria specie manducarent, non possemus ab fidelium calumnia liberari, & illis scandalum magnum esset. Ibidem.

Ex hac reali præsentia Christi provenitne magna dignitas legi Evangelicæ & Ecclesiæ? Resp. supra quam dici potest maxima. Num. 32.

Quare tanta? Resp. primò, quia habent Deum suum reipsa præsentem: secundò quia modò sibi proprio præsens est: tertiò quia non tantùm est præsens, sed verus cibus, & Sacrificium existit. Ibidem.

De probatione eorum, quæ dicta sunt. Cap. VII.

N. 26. &c. Ibidem. CAtechismus probat ea quæ dicta sunt? Resp. probat.

Quæ conclusiones probantur ab illo? Resp. tres potissimùm: prima est, sub speciebus panis, & vini verè, & realiter contineri corpus & sanguinem Christi; secunda est, post consecrationem, nihil penitus de substantia panis, vel vini remanere sub illis speciebus, sed totam substantiam panis, & vini conversam esse per transsubstantiationem in corpus & sanguinem Christi: tertia est accidentia, & species post consecrationem manere sine vllo subjecto.

C. T. ses. 13. c. 3. 4. & c. 1. &c. Quare has conclusiones & veritates probat? Resp. quia his probatis, omnia quæ ad Eucharistiam pertinent, quadam ratione apertissima fiunt: secundò istas à Conc. Trid. accepit.

C. T. ses. 13. can. 1. & c. 1. n. 27. &c. Quænam harum conclusionum est principalis? Resp. prima est principalissima, & illa probata, omnia patefiunt: secunda enim & tertia conclusio à prima dependent. C. R. num. 43. 44.

Quomodo Catech. probat realem præsentiam Christi in Eucharistia? Resp. probat apertissimè quinque modis: primò ex pluribus locis sacræ Scripturæ, nempe ex Evangeliis, & Apostolo Paulo, qui hoc aptissimè docet, & hæc loca Scripturarum adducit juxta interpretationem sanctæ & Catholicæ Ecclesiæ, & hæc omnia Apostolica traditione confirmantur: secundò probat ex unanimi consensu SS. Patrum, & aliquorum adducit præcisis verbis authoritatem: tertiò adducit unanimem consensum universæ Ecclesiæ in quocumque tempore: quartò ad hanc veritatem confirmandam adducit testimonium 7. Conciliorum, & illorum Pontificum, qui talia Concilia congregarunt. 5. probat ex primo, & nono artic. Symboli Apostolici: has autem authoritates in ipsomet Catechism. videre rectius erit.

Num. 37. &c. Quomodo probat secundam conclusionem, quod post consecrationem sub speciebus panis & vini nihil maneat de substantia eiusdem panis, & vini? Respond. primò adducit quatuor loca sacræ, & Evangelicæ scripturæ, ex quibus manifestè ita esse declaratur: secundò probat testimonio trium Conciliorum, Lateranensis magni, Florentini, &

Tridentini, & refert propria verba Conc. Trid. quibus declarat hæresim esse aliter affirmare: tertiò probat vnanimi consensu Sanctorum Patrum, quæ omnia traditione etiam confirmantur.

Quomodo probat tertiam, nempe quod accidentia sint sine subjecto? Resp. probat ob necessariam sequelam ex prima, & secunda conclusione. Num. 44.

Quomodo sequitur ex illis? Respondeo, accidentia panis, & vini post consecrationem manere, & certum, & sensibile est; vel ergo habent subjectum, vel non habent: si non habent, vera est conclusio, quæ modò posita est; si dicantur habere, illud subjectum omninò erit, vel substantia panis, & vini, vel substantia corporis, & sanguinis Christi: primum esse non potest; quia, vt ait secunda conclusio, nihil penitus manet de substantia panis, & vini. Corpus etiam Christi non potest esse subjectum, quia illa non sunt accidentia Corporis Christi, & vnum accidens non potest inhærere alicui corpori, nisi accidens illius fiat, ideò sine subjecto omninò erunt. Et talis est sensus totius Ecclesiæ. Ibidem.

Vbi Catechismus explicat, & probat dictas tres conclusiones? Respondeo de prima agit à num. 26. vsque ad 37. de secunda conclusione tractat à num. 37. vsque ad 44. de tertia conclusione agit in num. 44. & 45. & ibi dicta licet videre.

De cultu & veneratione sanctissimo Sacramento exhibenda. Caput VIII.

OMnes fideles debentne edoceri de cultu, & veneratione huic Sacramento exhibenda? Resp. ita est, quia omnes fideles tenentur summum cultum huic Sacramento exhibere. C. R. n. 1. C. T. ses. 13. c. 55.

Quis cultus debetur illi? Resp. latriæ, & Conc. Trid. determinat de fide; & ait in Ecclesia Catholica semper fuisse hunc morem talem cultum illi præbendi. Ses. 13. c. 5. & can. 6.

Quis est iste cultus latriæ? Resp. ait Conc. Trident. ille ipse qui Deo vero debetur. Ses. 13. c. 5.

Quare hoc? Resp. ait Conc. quia in hoc Sacramento verè præsens est vnigenitus filius Dei, quem Pater æternus introducens in orbem terrarum, dixit: *Et adorent eum omnes Angeli Dei.* Ibidem.

Ibidem. Potestne probari ex scriptura talem cultum illi præbendum? Resp. potest, & Scriptura & ratione.

Ibidem. Ex quo loco scripturæ? Resp. præcipuè ex Epist. ad Heb. cap. 1. vbi Pater æternus introducit filium suum, ut omnes Angeli eum adorent: adoratio autem propriè accepta cultus latriæ est, & debitus soli Deo: secundò quia Magi procidentes adoraverunt eum: tertiò quia ab Apostolis in Galilæa adoratus est.

Ibidem. Quomodo ratione? Resp. quia vbicunque est Deus, ibi cultus divinus debetur illi: si ergo Christus est verus Deus & verè in hoc sacramento præsens est: ergo cultus divinus, nempe latriæ, debetur illi.

Ses. 13. c. 6. *Ibidem.* Debeturne illi cultus fidei, spei, charitatis, *id est* cultus internus? Resp. debetur.

Ses. 13. c. 6. & 7. Debetur etiam externus? Resp. ita est.

Sacramentum hoc potestne servari in sacrario, ac pyxide, etiam post Missam completam? Resp. ait Conc. Trid. consuetudo asservandi in sacrario sanctam Eucharistiam adeo antiqua est, ut eam Nicænum Concilium agnoverit, & determinat de fide posse.

Ibid. c. 6. Licetne publicè populis proponere Sacramentum Eucharistiæ, ut ab illis adoretur? Resp. Conc. Trid. determinat de fide licere.

Ses. 13. c. 6. & 7. Licet deferre Eucharistiam ad infirmos? Resp. Conc. Trid. determinat de fide licere; & statuit, ut talis mos retineatur, & appellat illum salutarem, & necessarium, & summæ æquitati, & rationi coniunctum: & ait in multis Conciliis præceptum fuisse, & ex vetustissimo Catholicæ Ecclesiæ more observatum fuisse.

Potestne festiva aliqua celebritate, veluti Corporis Christi venerari? Respond. Conc. Trid. determinat de fide posse. *Ses. 13. c. 6.*

Ses. 13. c. 5. & can. 6. Potest solenniter circungestari in processionibus secundum laudabilem, & vniversalem Ecclesiæ sanctæ ritum, & consuetudinem, veluti in Processione diei festi Corporis Christi? Resp. de fide posse.

Qua ratione celebritas diei festi, & processionis Corporis Christi est introducta? Resp. Conc. Trid. ita de hac re ait. Declarat præterea sancta Synodus, piè & religiosè admodum in Dei Ecclesia inductum fuisse hunc morem, ut singulis annis peculiari quodam, & festo die præexcel- *Ses. 13. c. 5.*

sum hoc, & venerabile Sacramentum singulari veneratione, ac solemnitate celebraretur, utque in processionibus reverenter, & honorificè illud per vias & loca publica circumferretur. Æquissimum est enim sacros aliquos statutos esse dies, quibus Christiani omnes singulari, ac rara quadam significatione gratos & memores testentur animos erga communem Dominum, & Redemptorem pro tam ineffabili & planè divino beneficio, quo mortis ejus victoria, & triumphus repræsentatur. Atque sic quidem oportuit victricem veritatem de mendacio, & hæresi triumphum agere, ut ejus adversarij in conspectu tanti splendoris, in tanta vniversæ Ecclesiæ lætitia positi, vel debilitati, & confracti tabescant, vel pudore affecti, & confusi aliquando resipiscant.

Debeutne ista omnia doceri, & considerari? Resp. sicut Conc. Trid. judicavit dignum, ut ista ab ipso considerarentur, & docerentur: idem omninò ab aliis vtilissimum debet existimari. *Ibidem.*

De fine, & effectu sacræ Eucharistiæ. Cap. IX.

EXpedit cognoscere finem, & effectum Eucharistiæ? Resp. expedit multum. *Ses. 54. ca. 7. C. B.*

Ad quid? Resp. quia hac ratione scitur, qua intentione ad Eucharistiam sit accedendum. *Ex C. R. ib. C. T. ses. 13. c. 2. ib. & ses. 22. c. 2.*

Quis est finis illius? Resp. alius est principalis, alius est minùs principalis.

Quis est finis principalis? Resp. isti. Primus, ut in medio populi Christiani Christus verè & realiter esset præsens, licet latenter, & occultè. Secundus, ut fideles haberent cibum, & potum, *id est* alimentum, & refectionem spiritualem. Tertius ut daretur sacrificium laudis, & gratiarum actionis Deo patri. Primus respicit Eucharistiam ut est sacramentum sine vsu: secundus respicit illam, ut est sacramentum cum vsu: tertius ut est sacrificium. *C. R. num. 35. & 70.*

Qui sunt fines secundarij, vel minùs principales? Resp. primus est ut homini detur pignus, & signum infiniti amoris, quo Christus dilexit illum, secundus ut esset memoriale passionis Christi: tertius ut esset arctissimum vinculum quo fideles tanquam multa membra in vnum corpus colligantur: quartus ut homo per hoc sacramentum Christo ca- *C. T. ses. 13. ca. 2. &c. C. R. n. 3. 45. 46. &c.*

piti ita vniretur, vt cum ipso fieret vna res: quintus vt homo per illud haberet omnia bona & auxilia, & dona spiritualia: sextus vt homo manendo in Christo, & communicando de vite, Christi, posset sicut palmes, qui manet in vita fructum plurimum bonarum operationum afferre: septimus, vt materia vitæ & passionis Christi fideli populo communicaretur: octavus vt homini daretur pignus, & spes hæreditatis æternæ: nonus vt Christus honoraretur ab homine in terris vbi pro homine tanta pati dignatus est: decimus, vt Ecclesia declararetur supra Synagogam, dum retinet in re quod illi in figura contingebat, & fiat propè Ecclesia triumphans, vno tantùm gradu distans ab illa. Demùm infinitæ rationes finales conveniunt quatenus sacrificium est, de quibus ex parte suo loco dicetur.

DOCTRINA
CONCILII TRIDENTINI
& Catechismi Romani.

De Communione, & vsu Eucharistiæ.

TRACTATVS II.

Num. 9. C. T. sess. 13. can. 4. SAcramentum, & vsus sacramenti sunt idem, an distinguuntur? Resp. in aliis sacramentis semper simul sunt sacramentum, & vsus illius: imò ipsa sacramenta vsu perficiuntur. In Eucharistia autem, sacramentum, & vsus diversæ sunt res.

Sess. 3. c. 4. Potestne dari sacramentum Eucharistiæ sine vsu illius? R. potest, veluti cùm asservatur in sacrario, vel in pyxide.

Ibidem. Vsus Eucharistiæ potest esse sine sacramento? Resp. sacramentum Eucharistiæ potest esse sine vsu; vsus autem non potest esse sine sacramento.

Num. 3. In communinone Eucharistia estne sacramentum? Resp. est, quia significat, & efficit gratiam in eo, qui accipit sacramentum.

De doctrina populis tradenda.

QVæ doctrina fideli populo est accommodata? Resp. ex Conc. Trid. colligitur, quod quilibet Christianus tria potissimùm de hoc sacramento deberet scire: primò realem præsentiam Christi in hoc sacramento: secundò vim, & efficaciam, seu vtilitates huius sacramenti: tertiò vsum, & præparationem ad illud. *Sess. 13. c. 3. & sess. 24. c. 7. C. R.*

Subtilitates, quæ pertinent ad naturam sacramenti, sunt ne populis proponendæ? Resp. non, nisi cum magna prudentia, & quatenus opus est, & audientium captui sunt accommodatæ. *Sess. 24. c. 7. C. R.*

Doctrina de vsu est tradenda? Resp. est, quia omnibus necessaria, & valdè vtilis existit. *Ibidem.*

Divisio tractationis.

QVæ sunt tradenda circa vsum Eucharistiæ? Respond. quatuor.

Primò de efficiente, *id est*, ministro huius sacramenti.

Secundò de fine, *id est*, de fructibus, & vtilitatibus, quæ ex communione procedunt.

Tertiò de materia, *id est*, de suscipientibus hoc sacramentum.

Quartò de forma, *id est*, de præparatione, & modo communicandi.

De ministro, & administratione Eucharistiæ.

Cap. I.

CHristus instituitne vsum hujus sacramenti? Resp. instituit in illis verbis: *Accipite, & manducate.* *Sess. 13. c. 2. Num. 67.*

Ad quem ministrum spectat distributio & administratio hujus Sacramenti? Resp. ad solos sacerdotes.

Quilibet sacerdos potest administrare? Resp. in aliquibus casibus, veluti in communione Paschali, & cùm infirmo datur per modum viatici, requiritur specialis authoritas ordinaria, vel delegata. *Ca. omnis vir.*

Sacerdotes possunt seipsos communicare? Resp. possunt, cum celebrant Missam.

Cur solus Sacerdos hoc Sacramentum administrat? Resp. duplici de causa: prima, quia in Ecclesia semper, fuit talis consuetudo, quæ etiam est profecta ex traditione Apostolica, & vt talis à Concil. Trid. est confirmata: secunda est, quia maxima dignitas hujus sacramenti hoc requirit, ob quam etiam Ecclesia vetuit ne quis nisi consecratus esset,

sacra vasa, lintea, & alia instrumenta, quæ ad illius confectionem necessaria sunt, tractare auderet, modò gravis aliqua necessitas non incideret.

Num.48. Si sacerdos confitetur, vel administret hoc sacramentum in peccato mortali, peccatne mortaliter? Resp. peccat propter irreverentiam, quam facit huic sacramento.

Ibidem. Tenetne sacramentum, & administratio? Resp. tenet, quia ministet hoc facit in persona Christi, & authoritate illius.

De fine, & effectu hujus sacramenti. Cap. II.

Sect.13.n.2. VIus Eucharistiæ habet aliquem finem? Resp. habet, quia omne agens agit propter finem.

Ibidem. Quis est finis? Resp. consequi fructus, & utilitates hujus sacramenti.

Ibidem. Effectus sacramenti Eucharistiæ possunt dici finis illius qui vitur illo? Resp. possunt, quia sicut finis comedentis panem, & bibentis vinum est consequi effectus illorum, ita de suscipiente Eucharistiam dicendum esse videtur.

Quomodo manifestentur fructus, & effectus Eucharistiæ.
Num. 1.

Num.46. EFfectus Eucharistiæ possuntne manifestari? Resp. aliqui, sed non omnes: & de his ex parte dictum est.

Qua ratione possunt declarari? Resp. multiplici: primò ratione rei contentæ, quæ cum sit corpus, & sanguis Christi, seu totus Christus, ex hoc licebit cognitare plures esse effectus Eucharistiæ in hominibus, quam sit Solis in omnes, & singulas partes universi: Christus enim justitia verus Sol est.

Sect.13.n.2. & Num.47. Secundò ex parte finis Eucharistiæ, qui cum sit refectio spiritualis, licebit conjicere, quæ sint utilitates, & effectus in animam ex tali nutritione, refectione, & gustu profluentes.

Num.46. Tertiò ex comparatione ad alia sacramenta. Sacramentum enim Eucharistiæ est tanquam fons, cætera sacramenta sunt tanquam rivuli, qui ex hoc fonte deducti sunt: in hoc enim sacramento continetur non tantùm gratia, sed fons, & origo totius gratiæ, qui Christus est.

Num.47. & 50. Quartò ex parte ejus, quod in sacramento significatur, illa enim quæ significant in hoc sacramento, sunt cibus, & potus; quæ cum significent nutritionem, reparationem,

augmentum, gustum, & delectationem in comedente, & bibente, cum aliis similibus effectibus, potest cognosci, quod talia efficiantur hoc sacramento in anima, quia etiam ipsa verum cibum, & potum spiritualem habet.

Quintò ex similitudine corporis humani, & membrorum ejus. *Num.48.* Cùm enim appareat quia membrum, quod vivit vnitum in corpore, & sub capite hominis, communicat de anima, vita, operatione, & statu ejusdem capitis & corporis: apparebit per hoc sacramentum fieri vt homo vivat de vita, & spiritu Christi, & totius Ecclesiæ, cùm per illud conjungatur Christo, & non solùm valeant illi, sed quadam ratione mutetur, & convertatur, & complantetur in ipsum, quod est consequi bona.

Sextò per comparationem ad illos, qui Christum receperunt, vel testigerunt: si enim verè & meritò beatissimi existimantur, in quorum tecta Christus mortali corpore est receptus, vel qui illius vestis, aut fimbriæ tactu sanitatem recuperarunt: & præcipuè sepulchrum, crux, & alia, & demum beatus venter Virginis, quia Christum testigerunt, vel portaverunt. Cur non etiam beatos dicere licet illos homines, in quorum animam Christus immortali gloria præditus ingredi non gravatur, vt omnia vulnera illius sanet, eamque amplissimis muneribus ornatam sibi tanquam sponsam conjungat. *Num. 53.*

Qui sunt effectus particulares hujus Sacramenti.
Num. 3.

POssunt proponi magis in particulari effectus Eucharistiæ? Resp. possunt.

Qui sunt? Resp. primò sicut quod vi innati caloris quoti- *Num.50.* die in corpore hominis detrahitur, & deperditur, cibus, *51. &c.* & potus addunt, & restituunt, ita Eucharistia restaurat vires animæ deperditas, seu diminutas: secundò non solùm reficit deperditum, sed etiam auget & recreat, & impinguat, *id est*, dat spiritus pinguedinem, replet etiam gustu, & dulcedine spirituali, quia hæc omnia fiunt cibo, & potu mortali: tertiò delet peccata venialia antea commissa: quartò minuit ardorem fomitis, & concupiscentiæ: quintò auget fervorem spiritus: sextò munit contra tentationes: septimò præservat à peccatis futuris: octavò dat robur ad multa bona opera facienda, & ad martyrium, si opus

est subeundum: & carnis libidinem cohibet, ac reprimit, & igne charitatis concupiscentiæ ardorem extinguit. Demùm post alios innumerabiles effectus est cibus & alimentum, & robur, & viaticum ad vitam æternam comparandam.

De sumentibus Eucharistiam. Cap. III.

Ses. 13. c. 2. 7. 8. SVmentes Eucharistiam possunt dici materia vsus illius? Resp. possunt aliqua ratione.

C. R. n. 55. Quomodo? R. duplici de causa. Prima est, quia sicut carta dicitur materia scripturæ, & scriptoris, & calami, quo in ipsa recipitur effectus illorum: ita quia sumentes Eucharistiam recipiunt tanquam materia actionem & effectum sacramenti, nempe refectionem, & gratiam, & alios effectus, poterunt dici materia: secunda illud dicitur materia in quo requiritur præparatio ad hoc vt agens agat illud: at in sumente Eucharistiam talis præparatio est necessaria, ideò dicitur materia non sacramenti, sed vsus illius.

Quando pueris possit administrari Eucharistia.

C. R. n. 62. ses. 22. c. 4. ECclesia concedit infantibus dari Eucharistiam? Resp. in aliquibus locis vetus fuit consuetudo, vt illis daretur, sed modò talis consuetudo, Ecclesiæ authoritate sublata est.

Num. 26. ses. 22. c. 4. Quare hoc? Resp. triplici ratione: prima est, quia infantes nesciunt discernere sacram Eucharistiam à pane communi, & profano: secunda, quia nesciunt præparare se ad pietatem animi, & religionem, quæ ad hunc vsum requiruntur: tertia, quia Christus vsum hujus sacramenti instituit, quando dixit, *Accipite & manducate*; infantes autem manifestum est, quod facere nesciunt, ideò talis consuetudo alienissima est à Christi institutione.

Num. 63. Quando pueris concedenda est sacra communio? Resp. postquam habent vsum rationis, & capaces illius sunt.

Ibidem. Quomodo cognoscetur an sint capaces? Resp. si duo hæc illis adsunt: primò, vt aliquam habeant cognitionem hujus sacramenti: secundò quod gustum, & desiderium illius teneant.

Ses. 24. ca. 7. C. R. C. R. n. 56. Quam debent cognitionem habere? Resp. quatuor debent cognoscere: primò, quod ibi continetur realiter corpus, & sanguis Christi: secundò aliqualis cognitio effectuum hujus sacramenti: tertiò de cultu, & veneratione,

quæ illi debetur: quartò quod necessaria sit præparatio, seu devotio ei qui hoc sacramentum percipere intendit.

Ad quos pertinet hoc inquirere, & judicare? Resp. ad patrem, & ad sacerdotem, cui illi confitentur peccata. Num. 65.

Et si habent vsum rationis, sed carent iam dicta cognitione, quid debet fieri? Resp. pater & confessarius debent curare ut illa addiscantur, ut possint satisfacere præcepto Ecclesiæ, ad quod post vsum rationis tenentur. Ex C. Rom. præ. 4.

Quando amentibus possit dari Eucharistia. Num. 2.

AMentibus potest dari Eucharistia? Resp. Catechism. sic ait: Amentibus, qui tunc à pietatis sensu alieni sunt, Sacramenta dare minimè oportet, quamuis si antequam in infantiam inciderint, piam, & religiosam voluntatem præ se tulerint, licebit eis in fine vitæ ex Conc. Carthaginensis decreto Eucharistiam administrare, modò vomitionis, vel alterius indignitatis, & incommodi periculum nullum timendum sit. Num. 64.

Quod saltem in paschate quilibet teneantur Eucharistiam sumere. Num. 5.

QVando ex præcepto fideles tenentur Eucharistiam sumere? Resp. Conc. Tr. sic statuit. Si quis negaverit omnes, & singulos Christi fideles cùm ad annos discretionis pervenerint, teneri singulis annis saltem in Paschate ad communicandum iuxta præceptum sanctæ Matris Ecclesiæ, anathema sit. Ses. 13. c. 9.

Quod laicis sub vtraque specie communicandum non est, & quare. Num. 4.

QVi possunt sumere Eucharistiam sub vtraque specie? Respondemus soli sacerdotes sacrificium Missæ celebrantes. Num. 65. C. T. ses. 11. R. num. 65.

Laicis, & non Sacerdotibus est prohibitum? Resp. est. C. T. ibid.

Nonne Christus sub vtraque specie Apostolis dedit? Resp. dedit, sed non fecit legem vt ita aliis omnibus daretur.

Ob quas causas prohibitum est? Resp. ob septem: prima est, quia Christus sæpius meminit de hoc Sacramento, & loquitur de vna tantum specie, veluti, *Qui manducat ex hoc pane, vivet in æternum*: secunda quia maximè cavendum erat ne sanguis Domini in terram effunderetur, quod difficillimè potest vitari, ubi magnæ multitudini ministrari oportet: tertia cum sacra Eucharistia pro ægrotis semper Num. 6. C. T. ses. 11.

debeat esse parata, si oportet illos sub vtraque specie communicare, necesse fuisset diutius servare species vini, ex quo sæpè fieret, vt acesceret, quod ad irreverentiam sacramenti pertinet. quarta, permulti sunt, qui vini saporem, ac ne odorem quidem perferre vllo modo possunt; quare ne sacramentum salutis spiritualis esset nocumento saluti corporali, sub vna tantum specie communio sancita est: quinta, in pluribus provinciis summa vini penuria laboratur, & sine maximis impensis, laboribus, itineribus conduci non potest: sexta præcipua ratio est, communionem sub vna tantùm specie tradendam esse, ut veritas fidei catholicæ magis ante oculos poneretur, ostendendo quod totus Christus est sub vtraque specie, & alia hæresis convelleretur, quæ negat hoc, asserendo quod sub specie panis corpus exanime, & sine sanguine reperitur, & aliæ hujusmodi multæ rationes sunt.

Sess. 14. c. 7. C. T. sess. 13. c. 7. & 8. Ibidem.

De forma & modo communicandi.

Cap. IV.

FOrma, & modus vtendi Eucharistia debetne tradi? Resp. quàm maximè expedit.

Circa hoc quid debet considerari? Resp. tria: primum de triplici manducatione, secundum de præparatione, tertium de frequentia sumendi hoc sacramentum.

Sess. 13. c. 8. Quare ista? Resp. quia pertinent ad formam, & modum communicandi.

De triplici ratione sumendi Eucharistiam. Num. 1.

Ibidem. EVcharistia potest sumi multis modis? Resp. Conc. Tr. & Cat. aiunt triplici modo sumi posse: primò sacramentaliter tantùm: secundò spiritualiter tantùm: tertiò spiritualiter, & sacramentaliter, num. 54.

Ibidem. Qui accipiunt sacramentaliter tantùm? Resp. illi qui accedunt in peccato mortali. C. R. num. 54.

Ibidem. Ibid. & C. R. num. 54. C. R. n. 10. Qui accipiunt spiritualiter tantùm? Resp. illi qui voto, & desiderio tantùm edunt hunc panem cœlestem, & sentiunt fructum eius, & vtilitatem per fidem vivam, quæ per dilectionem operatur. Num. 54.

Qui comedunt spiritualiter & sacramentaliter? Resp. illi qui devotè & cum veste nuptiali realiter ad hoc sacratum accedunt.

Manducare sacramentaliter tantùm prodestne? Resp. non

non prodest, sed multùm nocet; est enim sibi judicium manducare, ut Apostolus ait. Ibidem.

Qui percipiunt tantùm spiritualiter, accipiuntne æqualem fructum, ac illi qui etiam manducant Sacramentaliter? Resp. Cat. ait, maximos quidem fructus percipere, sed minores his qui etiam sacramentaliter accipiunt; & qui parati sunt sacramentaliter communicare, privari maximis bonis, si spiritu tantùm contenti sunt sacram accipere communionem.

De necessitate præparationis ad communionem.

Num. 3.

PRæparatio ad Eucharistiam est necessaria? Respond. C. R. n. 55. ait est. Sess. 24. c. 7. C. R. n. 55.

Quare? Resp. primò, quia Dominus ita docuit lavando pedes Dicipplorum antequam illis hoc sacramentum præberet: secundò, quia natura, & conditio cibi, & potus hæc est, ut stomachum requirat præparatum; si enim stomacho febricitanti, vel malè affecto dentur optimi cibi, & pretiosa vina, non solùm non prodesse, sed etiam nocumentum afferre solent: tertiò quia gratia quæ in hoc sacramento confertur, requirit dispositionem in eo qui illam recipere debet.

De præparatione animæ, & corporis.

Num. 4.

QValis debet esse animæ præparatio? Resp. qui vult animam suam præparare, debet facere quæ sequuntur. Num. 65.

Primò debet: sicut ait Apostolus, dijudicare corpus Domini; quod fiet si venerando potius, quàm curiosiùs inquirendo discernat mensam à mensa, hanc sacram ab aliis profanis: & fiet si quis considerabit realem præsentiam Christi in hoc sacramento, & infinitos fructus qui ab illo procedunt.

Secundò debet considerare an habeat pacem cum aliis, & num proximum verè & ex animo diligat, & hanc præparationem Christus requisivit, Ioan. 5. dicens: *Si offers munus tuum, &c.*

Tertiò debet examinare seipsum, an commiserit peccatum mortale de quo non fuerit contritus, & confessus non sit. Conc. enim Tr. definivit nemini licere, quem peccati mortalis conscientia stimulet, si sacerdotis facultas data Sess. 13. c. 7. & c. 11.

sit, ante sacramentalem confessionem Eucharistiam sumere etiamsi videatur sibi esse contritus, nisi aliqua necessitate vrgente sacerdos celebrare cogatur.

Quartò debet procurare veram humilitatem, considerando cum Centurione, *quàm indignus sit, vt filius Dei intrat in corpus & domum suam.*

Quintò debet cogitare an habeat vestem nuptialem, *id est* charitatem, nempe an Christum vere, & ex corde diligat, sine tali enim dilectione Christus non recipitur dignè in communione.

Num. 58. Quæ corporis præparatio est adhibenda? Resp. duplex, altera vt jejuni communicemus, altera vt matrimonio conjuncti aliquot dies à concubitu vxorum abstineant.

Num. 6. Quis instituit vt fideles jejuni communicent? Resp. Cat. ait Apostolos instituisse.

Num. 58. Ibidem. De quo jejunio intelligitur? Resp. de jejunio non Ecclesiæ, sed naturæ.

Quid est jejunium naturæ? Resp. vt nihil omnino quis comederit, vel biberit.

A quo tempore? Resp. saltem à dimidia antecedentis diei nocte, vsque ad punctum sacræ communionis.

Continentia ab actu matrimoniali est de præcepto, sicut est jejunium? Resp. non est præceptum, sed Catech. ait, postulat tanti sacramenti dignitas, vt abstineant: vnde non est præceptum, sed consilium ob reverentiam sacramenti.

De frequenti vsu Eucharistiæ. Num. 5.

Num. 60. Fideles debentne frequenter accedere ad Eucharistiam? Resp. ait Catech. ita facere debent.

Ibidem. Potest determinari an singulis mensibus vel hebdomadis vel diebus sit accipiendum? Resp. omnibus non potest dari certa regula quoad tempus, quia non omnes æqualiter sunt præparati.

Ibidem. In generali potest aliquid determinari? Resp. Cat. ait: Certa omnibus regula præscribi non potest: Veruntamen illa est S. August. norma certissima: Sic vive vt quotidie possis sumere.

Ibidem. Quid vult dicere hoc? Resp. vult dicere duo: vnum est quod si homo esset præparatus ad quotidie sumendum, deberet quotidie sumere: alterum est quod fideles debent

studere, vt se præparent etiam, si fieri potest, ad quotidie sumendum.

Parochi debent hortari ad frequentem vsum Eucharistiæ? Resp. ait Cajet. ita facere debent. *Ibidem.*

Quomodo probat Cat. hunc vsum debere esse frequentem? Resp. primò ratione: secundò authoritate: tertiò Ecclesiæ primitivæ consuetudine. *N. 60. 61.*

Quomodo probat ratione? Resp. sic. Primò ex parte animæ nostræ, quæ eget hoc cibo, ideò ait: Quemadmodum corpori in singulos dies alimentum subministrare necessarium est, ita etiam quotidie hoc sacramento alendæ, & nutriendæ animæ cura non est abjicienda: neque enim minùs spirituali cibo animam, quàm naturali corpus indigere perspicuum est. Et hoc confirmatur per figuram Mannæ, cùm singulis diebus corporis vires manna reficere oporteret: secundò probat ex parte istius cibi, cùm enim ab illo, vt dictum est, infinita bona, & fructus proficiscantur, fideles æstimare debent se plurimum damni fecisse, si aliquandiu hoc saluberrimo vsu caruerint. *Num. 60.* *De sacr. in gen.* *Num. 32.* *Num. 60.*

Quomodo probat authoritate? Resp. quia ait, omnes Patres, qui de hoc scripserunt, convenerunt in hanc sententiam: Quotidie peccas, quotidie sume.

Quomodo probat consuetudine primitivæ Ecclesiæ? Resp. quia ex Actis Apostolorum habetur, quod fideles quotidie communicabant, cùm quotidie ad illius vsum parati essent. Et hæc consuetudo aliquando fuit renovata, & conservata: Sed postea refrigescente charitate Fabianus Pontifex præcepit, vt ter quotannis fideles communicarent, nempe Natali Domini, Resurrectione, & Pentecoste: Sed adhuc magis deficiente charitate, præceptum est, vt saltem semel in anno quilibet Eucharistiam suscipiat. *Act. 2.* *C. R.* *Num. 61.*

De hoc præcepto dicitne aliquid C. T. Resp. dicit sic: Si quis negaverit omnes, & singulos Christi fideles vtriusque sexus, cùm ad annos discretionis pervenerint, teneri singulis annis saltem in Paschate ad communicandum juxta præceptum Sanctæ Matris Ecclesiæ, anathema sit. *Sess. 13. c. 9.*

sitare sacramenti ? R. quia vtrumque genus panis, sive azymi, sive fermentati propriè, & verè panis est. Evangelium autem dicit, quod *Christus accepit panem*; ideo hæc consultio non est de substantia materiæ.

Ex C. T. *Sess. 7. c. 10.* Nunne omnia, quæ facit Christus circa aliquod Sacramentum, sunt de substantia illius ? R. non, nisi pertineant ad substantiam materiæ, vel formæ, vel efficientis, vel finis. C. R. num. 14.

Num. 14. Quomodo potest hoc sciri ? R. ex traditione Apostolorum, Christus enim antequam conficeret Eucharistiam lauit pedes Discipulorum, & post coenam confectavit, & Apostolos communicavit : & tamen Apostoli non docuerunt ista esse facienda ; imò à jejunis Eucharistiam debere sumi, ab illis, ait Catech. traditum est, & lavare pedes ante communionem nunquam fuit in vsu.

Num. 14. Possunt Latini Sacerdotes conficere in fermentato ? R. non possunt sine mortali peccato.

Ibidem. Quare hoc ? R. ait Catech. quia Pontif. Max. præceperunt, ut in pane azymo Eucharistia conficiatur.

De quantitate materiæ consecrandæ. Num. 4.

Ibidem. ESsne determinatum quantus panis, vel quanta materia sit consecranda ? Resp. Non, quia non est certus numerus eorum, qui aut possint, aut debeant communicari : cum enim vsus sacramenti sit finis illius, tanta materia debet consecrari, quanta ad vsum fidelium satis sit.

Quod, & quale vinum sit materia Eucharistiæ. Num. 5.

Num. 15. Conc. Trid. Sess. 22. c. 7. QVod vinum est necessarium ad Eucharistiam ? Resp. vinum vitis est de necessitate sacramenti : quod vero sit aqua permixtum, est de necessitate præcepti.

Num 15. Quomodo probatur quod vinum, non quodcumque, sed ex vite sit materia huius sacramenti ? Resp. quia Scriptura ita docet, ut Matth. 26. *non bibam amodo de hoc genimine vitis.* Et Ecclesia Catholica semper ita docuit.

Ex C. T. *Num. 15.* AEtnum vel vinum malotum granatorum, vel vinum corruptum possunt esse materia ? Resp. non ; quia quod non est ex vite, & quod non est vinum, non potest esse materia.

Mustum est apta materia ? Resp. mustum est vinum ex vite, sed propter reverentiam sacramenti, eum si

sit impurum, sine necessitate non debet adhiberi.

Quare aqua debet admisceri ? Respon. primò quia id à Christo Domino factum esse, Constitutum authoritate, & *C.T. Sess. 22. c. 7. C.R.* sancti Cypriani testimonio comprobatur ; secundò quia *Num. 16.* ex Apostolica traditione habetur, quod ita fit : tertiò quia Ecclesia perpetuò ita servavit, & servari præcepit.

Quare Apostoli, & Ecclesia hoc præceperunt ? Resp. *Sess. 22. c. 7* primò ad imitationem Christi : secundò ad renovandam memoriam sanguinis, & aquæ quæ de latere Christi permixta exierunt : tertiò ad significandam vnionem populi fidelis cum Christo : Aquæ enim, ut in Apocalypsi habetur, populum designant. *C.R.n. 16. Apoc. 17.*

Peccant mortaliter, qui non apponerent aquam ? Resp. ita est. C. R. num. 17.

Quænam aquæ quantitas est adhibenda ? Resp. modica : *C.T. Sess. 22. c. 7. n. 17.* ita ut longè major sit quantitas vini, quàm aquæ.

Quare hoc ? Resp. quia Honorius Pontifex ita decrevit, & ratio etiam suadet, quia sacri Scriptores dicunt *Ibidem.* aquam illam in vinum converti, ideò debet esse modica, ut conversio faciliter fiat.

De significatione materiæ panis, & vini. Num. 6.

C.T. Sess. 13. can. 2. C.R. n. 18. QVæ significantur, & declarantur à materia Eucharistiæ ? Resp. quatuor. primum est quomodo Christus sit cibus, & alimentum vitæ : secundum declaratur quomodo fiat conversio panis, & vini in corpus, & sanguinem Christi : tertium ostendit quomodo Eucharistia fideles invisibiliter nutriat : quartum explicat conjunctionem fidelium in vnum Christi mysticum corpus.

Num. 18. Quomodo panis, & vinum declarant qua ratione Christus sit alimentum vitæ ? Resp. quia sicut ipsa sunt alimentum vitæ corporalis, ita significant, & declarant quod corpus & sanguis Christi sint alimentum vitæ spiritualis : ideo significant Christum ut est vera hominum vita.

Ibidem. Quomodo ostendunt convenientiam conversionis panis & vini in corpus, & sanguinem Christi ? Resp. quia sicut videmus quamdiu convenienti ratione ex naturæ panem, & vinum in humanam carnem, & sanguinem mutati ; ex hoc faciliter quis potest adduci, ut credat, divina virtute posse converti panem, & vinum in corpus, & sanguinem Christi : quod enim natura facit convenienter, modò ma-

antea ita timidi erant, ut terrerentur à mulierculis, effecti sunt fortissimi, & robustissimi.

Num. 21. Confirmatio imprimit characterem? Resp. Imprimit, & est de fide, & non potest iterari. Sess. 7. c. 9.

De usu hujus Sacramenti, & administratione. Cap. IV.

Num. 15. HOc sacramentum est necessarium ad salutem? Resp. non est ita necessarium, vt quis sine eo non possit salvari, sed tamen ab omnibus sumi debet, quia pro omnibus institutum est. Num. 16.

Quare omnes debent accipere? Resp. quia spirituali incremento opus est omnino.

Num. 15. Qui defectus circa hoc sacramentum committi solent? Resp. tres præcipuè, primò nimis propetè accipiendo, vel conferendo: secundò nimis tardè accedendo: tertiò indevotè recipiendo.

Num. 17. Pueri quando sunt confirmandi? Resp. Cat. ait possunt etiam infantes post Baptismum confirmari, sed minùs expedit fieri antequam habeant vsum rationis.

Ibidem. Quare hoc? Resp. quia Confirmatio instituta est non ad salutis necessitatem, sed ad pugnam, ad quam ante vsum rationis quis aptus non est.

Ibidem. Qua ætate fieri debet? Resp. Cat. ait, si duodecimus annus expectandus non videatur, vsque ad septimum certè hoc sacramentum differre maximè convenit.

De præparatione in adultis. Num. 2.

Num. 18. HOc sacramentum in adultis requiritne præparationem? Resp. requirit.

Ibidem. Quare? Resp. quia confert gratiam, quæ sine præparatione non datur.

Ibidem. Quæ præparatio requiritur ante Sacramentum? Resp. contritio peccatorum mortalium, quæ fuerunt commissa. Et ait Cat. elaborandum est, vt peccata priùs confirmandi confiteantur, & vt pastorum cohortatione ad jejunia, & alia pietatis opera suscipienda incitentur.

Ibidem. Quæ præparatio requiritur in susceptione sacramenti? Resp. primò requiritur fides, atque piceas, seu devotio, & laudabile est quod jejuni accedant.

Num. 19. Quid debet fieri suscepta Confirmatione? Resp. fortiter perferre laborem in operando, fidem confitendo, necnon contra tentationes fortiùs dimicare, *id est*, contra mundum, carnem & diabolum.

De ritibus ac cæremoniis. Cap. V.

QVare confirmati in fronte vnguntur? Resp. Quia metus, ac verecundia maximè in fronte solent apparere. Et quia in confirmatione datur robur, quo dictæ affectiones tolluntur, maximè in fronte vnctio fieri debet, ad significandum, contra hostes fortiter dimicandum. Num. 32.

Cur imprimitur signum Crucis in fronte? Resp. quia Crux est nota, & insigne illud, quo Christi miles à cæteris debet distingui, ideo in illustriori corporis parte imprimi debet. Num. 23.

Cur in die Pentecostes præcipuè confertur? Resp. quia tunc Apostoli robore Spiritus sancti Confirmati sunt, ex quo fideles quanta sint mysteria in hac sacra vnctione intelligere possunt. Num. 24.

Quare Episcopus Confirmatum manu leviter cædit in maxilla? Resp. ut sic meminerit se tanquam fortem athletam paratum esse oportere ad omnia adversa invicto animo pro Christi nomine perferenda. Num. 26.

Quare in fine datur pax? Resp. ut intelligat se gratiæ cælestis plenitudinem, & pacem, quæ exsuperat omnem sensum, consequutum esse: pacemque per victoriam, & victoriam per prælium obtineri. Ibidem.

De modo quo ista doceri debent.

ISta debent doceri à Parochis? Resp. Cat. ait, debent. Ibidem.

Qua ratione faciendum est? Resp. Cat. ait, non nudis verbis, & oratione, sed inflammato quodam pietatis studio, & ita ut ea in animis, intimisque fidelium cogitationibus inserantur. Ibidem.

DOCTRINA CONC. TRID. & Catech. Rom. de Eucharistia.

TRACTAT. I.

De necessitate tradendi doctrinam de Eucharistia.

ESTne vtile, & necessarium, ut tradatur doctrina de Sacramento Eucharistiæ à Parochis, & ut ab omnibus fidelibus suscipiatur? Resp. quam maximè. Sess. 1. præn. C. R. de Euch. p. 1.

C.T.sess. 24.c.22.& ses.21.c.7. C. R. de Euch. n.1. & alibi. C.R. de Sac. n. vl. & de Euch. n.2. C. T.sess.12. c.5. ses.13. c.5.& sess. 24. c.7.

Quibus est necessaria hæc doctrina? Resp. primò Sacerdotibus, qui debent illam conficere, & administrare: secundò parochis qui debent populos de illa edocere: tertiò promotis, & promovendis ad Ordines. Ordinis enim Sacramentum ad Eucharistiam potissimùm ordinatur: quartò omnibus fidelibus, qui debent hoc Sacramento vti, & in illo Christum venerari.

Quem finem debent habere illi, qui docent, & discunt hanc doctrinam? Resp. triplicem: primus est, ut huic Sacramento debitum honorem tribuant: secundus, ut illo devotè, & cum fructu vtantur: tertiò, ut evitent peccata, quæ contra illum committi possunt, & contra quæ ira Dei maximè sævit.

Quomodo ex doctrina hac oritur honor huic Sacramento? Resp. quia cognitio dignitatis illius facit, ut summa veneratione habeatur.

Quomodo per hanc doctrinam bonus vsus huius sacramenti adiuvatur? Respond. quia per illam in animis fidelium devotio, & reverentia, & debita præparatio effici potest.

C.R.n.1. C.T. vbi sup. C.R. num. 1. Ibidem.

Quare ignorantia hujus doctrinæ est causa peccatorum? Resp. quia per illum fit, ut hoc Sacramentum neque sanctè, neque religiosè à fidelibus tractetur, illique debitus honor non tribuatur.

Hoc peccatum estne grave? Resp. gravissimum, ita ut, ait Catech. nullius sceleris, quàm huius gravior à Deo animadversio metuenda sit.

Ibidem. de Euch.

Quare tam grave peccatum est? Resp. quia tem omnis sanctitatis plenam, vel potius, quæ ipsum sanctitatis fontem & auctorem continet, non religiosè tractare, & venerari, summa impietas est.

Divisio totius tractationis in tres partes principales.

C. R. de Euch. C. T. ess.13.c. 21. & 22. C.R.n.1.7. 46.71.C.T. sess.13.c.17. & ses. 22 cap.8.

IN quot partes ista tractatio dividenda est? Resp. in tres. In prima debet agi de Eucharistia, ut est sacramentum: in secunda ut est communio: in tertia ut est sacrificium.

Quomodo ista tria differunt inter se? Resp. Eucharistia dicitur Sacramentum, prout significat, & continet Corpus, & Sanguinem Christi. Est Communio, prout fideles vtuntur hoc sacramento. Est sacrificium, prout Deo offertur. Vnde sacramentum respicit substantialia: Com-

munio vsum, & administrationem: sacrificium verò oblationem.

Divisio tractationis de Eucharistia, vt est Sacramentum.

IN quot capita debet dividi tractatio de Eucharistia, ut est sacramentum? Resp. in sequentia.

In primo debet tractari de hoc sacramento, & attinentibus ad ipsum.

In secundo de materia Eucharistiæ.

In tertio de forma illius.

In quarto de consecratione, & transsubstantiatione.

In quinto de speciebus sacramentalibus.

In sexto de contento sub istis speciebus.

In septimo debent probari ea, quæ dicta sunt.

In octavo de cultu, & veneratione sanctissimo Sacramento exhibenda.

In nono de fine, & effectu sacræ Eucharistiæ.

De Sacramento Eucharistiæ. Cap. I.

QVid consideratur in hoc capite de Eucharistia? Resp. ait Arist. primò considerandum est de aliqua re prout est quoddam totum; deinde singulæ partes illius sunt distinguendæ; & in hoc capite consideratur de Eucharistia vt est quoddam totum.

Quid consideratur à catec. in hoc capite de Sacramento, ut est quoddam totum? Resp. primò de institutione Eucharistiæ: secundò de nominibus Eucharistiæ: tertiò de differentia inter Eucharistiam, & alia sacramenta: quartò de vnitate illius: quintò de re ab Eucharistia significata.

De institutione Eucharistiæ. Num. 2.

QVid primò debet in hoc sacramento considerari? Resp. institutio, ait Catec. & qua ratione facta sit. Num.2.

Quis instuit? Resp. Christus. Ibidem.

Quando? Resp. in vltima Cœna. Ibidem.

Propter quid? Resp. ne vllo vnquam tempore à suis abesset, sed semper cum illis permaneret. Ibidem. Num. 52.

Quare hoc fecit? Resp. ut daret divinum, & admirabile pignus illius infiniti amoris, quo vsque in finem fideles omnes diligit, & dilexit. C.R. n.2.

Si Christus non fuisset discessurus ex hoc mundo, instituisset? Resp. non fuisset opus; ideo dicitur, sciens horam iam advenisse, ut transiret ex hoc mundo ad Patrem, &c. Ioan. 13.

Luc. 22. Quomodo instituit? Resp. ut in Evangelio, & apud Catechis. relatum est. C. R. num. 2.

De nominibus Eucharistiæ.

Num. 3.

Num. 3. QVibus nominibus appellatur hoc Sacramentum? Resp. plurimis.

Ibidem. Quare hoc? Resp. quia admirabilis ejus dignitas, & excellentia uno vocabulo non potest explicari.

Nu. 3. 4. 5. Quæ sunt ista nomina? Resp. primò est Eucharistia, secundò sacrificium, tertiò communio, quartò sacramentum pacis, ac charitatis, quintò viaticum, sextò cœna.

Num. 3. Cur dicitur Eucharistia? Resp. quia hoc nomen rectè significat naturam huius Sacramenti.

Ibidem. Quid significat? Resp. bonam gratiam, & gratiarum actionem.

Ibidem. Quare hoc Sacramentum dicitur bona gratia? Respon. primò, quia continet Christum, qui est fons, & author omnis gratiæ: secundò quia præsignificat vitam æternam, quæ dicitur gratia Dei.

Ibidem. Quare dicitur gratiarum actio? Respond. primò, quia Christus in institutione huius Sacramenti gratias egit Deo Patri: secundò, quia in hoc Sacramento quotidie gratiæ aguntur Deo pro omnibus beneficiis, & in particulari pro institutione hujus Sacramenti, dum in Sacrificium Deo Patri offertur.

Sess. 22. c. 1. Quare dicitur Sacrificium? Resp. quia in ipso Christus Deo patri offertur, & immolatur.

Sess. 13. c. 2. Cur dicitur communio? Resp. quia per hoc Sacramentum homo communicat, & participat de corpore & sanguine Christi? C. R. num. 3.

Ibidem. C. R. n. 4. Quare dicitur Sacramentum pacis & charitatis? Resp. quia per ipsum homo copulatur Christo, ut capiti, & sub hoc capite ita connectitur cum aliis membris, id est fidelibus, ut vnum corpus fiat cum illis.

C. R. n. 5. C. T. sess. 13. can. 6. & can. 7. Cur dicitur Viaticum? Resp. primò, quia est cibus spiritualis homini constituto in via: id est, in hac peregrinatione: secundò quia monit, & parat nobis viam ad æternam fœlicitatem. Propter quod morituris tribui solet.

Num. 5. Quare appellatur Cœna? Resp. quia à Christo in vltima cœna institutum est.

Quod Eucharistia sit Sacramentum, & qua ratione.

Num. 4.

EVcharistia estne Sacramentum? Resp. est determinatum de fide, quod sit Sacramentum. Sess. 13. c. 1. & c. n. 7.

Quare est Sacramentum? Resp. quia habet omnia, quæ requiruntur ad Sacramentum. Ibidem.

Quæ requiruntur ad esse Sacramentum? Resp. tria: primum esse signum sensibile: secundum habere significationem, & efficientiam gratiæ: tertium esse institutum à Christo.

Hæc sunt in Eucharistia? Resp. ita est; species enim panis sunt res sensibiles: significant etiam, vt dicetur, refectionem spiritualem, & gratiam. Et Eucharistia est à Christo instituta. Ibidem.

De Sacramento, re Sacramenti, & vtroque.

Num. 5.

QVid est Sacramentum tantùm in Eucharistia? Resp. species panis, & vini. Num. 8.

Quare hoc? Resp. quia tantùm significant, & non sunt res significata. N. 8. & 18. n. 7. & 48.

Quid est res Sacramenti tantùm? Resp. gratia, seu refectio spiritualis. n. 7. & 8. Sess. 13. c. 1. & c.

Quare hoc? Resp. quia gratia est tantùm res significata, & in Sacramento nihil significat.

Quid est res, & Sacramentum? Resp. corpus, & sanguis Christi. C. R. num. 8.

Quare hoc? Resp. quia tum significantur à speciebus, tum significant refectionem spiritualem.

Quot sunt ea, quæ in Eucharistia appellantur Sacramentum? Resp. vt Cat. sacros Scriptores appellare Sacramentum: primò consecrationem: secundò communionem, vel perceptionem sacramenti: tertiò ipsum Domini corpus, & sanguinem, qui in Eucharistia continetur: quartò ipsas panis & vini species. C. Trid. & C. R. ibid. Num. 8.

Quænam propriam habent sacramenti rationem? Resp. ait Catech. tria prima minùs propriè dicuntur sacramentum: vltimum verò, id est species, veram, & absolutam sacramenti rationem habent. Ibidem.

Quare hoc? Resp. quia species panis, & vini propriè significant gratiam, & refectionem spiritualem, & sensibiles sunt. N. 7. 8. 18.

Comparatio inter Eucharistiam, & alia Sacramenta. Num. 6.

Num. 7. & 9. EVcharistia convenitne cum aliis sacramentis? Resp. convenit in definitione, & in quatuor causis sacramenti, vt dictum est. C.T. sess. 13. c. 3.

Num. 9. Differt ab illis? Resp. ita est. C.T. sess. 13. cap. 3.

C.T. ses. 13. ca. 1. 2. &c. Quomodo differt? Resp. primò respectu dignitatis, quia est sacramentum Sacramentorum, & tanquam sol eminet inter illa: secundò ratione rei contentæ; alia enim continent gratiam, at Eucharistia fontem, & authorem gratiæ: tertiò in aliis sacramentis materia non mutatur in aliam rem, vel naturam, sed manet quod priùs erat; at in Eucharistia materia, id est panis, & vinum, mutatur in substantiam Corporis, & Sanguinis Christi: quartò alia Sacramenta perficiuntur vsu materiæ, & sine vsu esse non possunt; veluti non potest esse Baptismus, nisi quis baptizetur: at Eucharistia per solam consecrationem materiæ perficitur sacramentum, cum enim Eucharistia servatur in pyxide, verè & realiter est Sacramentum, etiamsi nullus sit, qui illam percipiat, & communicet.

C.R. n. 3. c. 49.

C.T. ses. 13. can. 3.

De unitate Sacramenti Eucharistiæ. Num. 7.

Ses. 7. Can. 1. Catech. de Euch. n. 10. EVcharistia estne unum, an plura sacramenta? Resp. de fide tenendum est, esse unum.

Quomodo est unum, si habet duplicem materiam, duplicem formam, & duplicem consecrationem? Resp. aliud est dicere, quod sit individuum: aliud quod si unum: habere enim duplicem materiam, formam, consecrationem, facit vt non sit individuum, id est facit vt sit divisum in duas res; sed non facit quin ex his duabus rebus fiat vnum Sacramentum.

Num. 10. Sacramentum Eucharistiæ à quo accipit vnitatem? Resp. Catech. ait, à re significata; & D. Th. à fine sacramenti, quod idem est. D. Th. 1. p. q. 73. art. 2.

Ibidem. In Eucharistia quid est finis, & res significata? Resp. finis Eucharistiæ potest dici refectio spiritualis: res verò significata potest dici alimentum, id est corpus, & sanguis Christi sub ratione cibi, & potus.

Ex C. R. n. 10. Quæ differentia est inter alimentum, & refectionem? Resp. alimentum est veluti panis; refectio veluti nutritio, seu refectio est finis, & effectus alimenti, ex Concilii Trid. sess. 13. cap. 2.

Potest esse alimentum absque refectione? Resp. sicut panis potest esse sine manducatione; manducatio autem non potest esse sine eo quod manducatur; ita alimentum potest esse sine refectione. *C.T. ses. 13. can. 3.*

Quomodo Eucharistia accipit unitatem à fine, & à re significata? Resp. sic: refectio spiritualis est finis Eucharistiæ, alimentum est medium, quo hæc refectio obtinetur: cum itaque cibus, & potus sit alimentum ad refectionem; rectè ex duobus alimentum, & refectio tradita est. *C.T. ses. 13. c. 2. C. R. n. 10. O.T. 3. p. q. 37. art. 2.*

De definitione Sacramenti Eucharistiæ. Num. 8.

EVcharistia habetne propriam definitionem? Respond. habet. *Ex C.T. sess. 13. can. 2. 3.*

Quænam est? Resp. Hæc, *Eucharistia est Sacramentum corporis, & sanguinis Christi, sub speciebus panis & vini institutum ad spiritualem hominis refectionem.* C. R. num. 7. 8. 26. &c.

Hæc definitio est completa? Resp. videtur completa.

Quare? Resp. quia explicat quatuor causas hujus Sacramenti.

Qua ratione? Resp. illa particula, *Institutum*, significat causam efficientem: Illa, *ad spiritualem hominis refectionem*, dicit finalem. Vsus etiam, ait D. Thomas, est finis Sacramenti, sicut etiam effectus. Illa verò, *Sacramentum corporis*, &c. significat materiam, & formam sub ratione Sacramenti. *C.R. ibid.*

Quomodo hoc est? Resp. illa verba, species panis, & vini ostendunt quid sit illud, quod est in Eucharistia sensibile, & constituitur signum rei sacræ: Illud verbum, Sacramentum, ostendit quod istæ species sunt signum rei sacræ: Vt verò exprimatur, quænam sit res sacra, quam significant dictæ species, ponuntur illæ duæ particulæ: prima est *corporis, & sanguinis Christi*, secunda *hominis refectio spiritualis*: species enim Sacramentales ista duo significant, & continent: ideò est bona definitio. *C.T. ses. 13. can. 3.*

De re significata in Eucharistia. Num. 7.

QVid est illud quod significatur in Eucharistia? Resp. tria in illa significantur, primùm res præterita, *id est* *C.T. ses. 13. can. 1. C.R. num. 11.*

passio Christi, in cujus memoriam fit, secundum res præsens, id est gratia, necnon corpus, & sanguis Christi; tertiò res futura, id est vita æterna: unde canit Ecclesia: *O sacrum convivium, in quo Christus sumitur, recolitur memoria passionis ejus, mens impletur gratia, & futuræ gloriæ nobis pignus datur.*

De materia Eucharistiæ. Cap. II.

C.R.n.12. AD quid prodest cognitio de materia Eucharistiæ? Resp. ad tria: primum vt sacerdotes sciam rectè conficere hoc Sacramentum, & alij ministri præparare veram materiam illius; secundum vt populi doceantur de significatione dictæ materiæ, tertium vt fideles excitentur ad studium, & desiderium obtinendi rem ab ipsa materia significatam.

Num. 12. &c. Quid considerat Catech. circa materiam? Resp. primò quotuplex sit materia, & quare; secundò quæ materia sit de necessitate Sacramenti; tertiò qualis sit de necessitate præcepti; quartò de significatione dictæ materiæ.

De duplici materia Eucharistiæ. Num. 2.

C. R. sess. 13. c. 4. n. 10. & 55. QVotuplex est materia Eucharistiæ? Resp. duplex, *panis, & vinum.* C.R. num. 12.

Ibidem. Quare ista materia duplex est? Resp. quia sic convenit Eucharistiæ, vt est Sacramentum, & communio, & sacrificium.

C.T. ses. 12. c. 2. D. Th. 3. p. q. 74. art. 1. Quomodo convenit illi, vt est Sacramentum? Resp. quia Sacramentum debet significare illud quod efficit: Effectus autem Eucharistiæ est refectio spiritualis; hæc autem significatur per cibum, & potum.

Quomodo convenit communioni? Resp. quia Eucharistia non solùm habet effectus in animam, sed etiam in corpus recipientis; & ideò per panem, & corpus Christi designatur refectio corporis: per vinum, & sanguinem refectio animæ, quæ in sanguine esse videtur.

Num. 35. Quomodo sacrificio? Resp. quia in sacrificio Missæ repræsentatur passio Christi: In passione autem sanguis fuit separatus à corpore; & ideò bene repræsentatur passio significando sanguinem à corpore separatum.

De pane in Eucharistia adhibendo. Num. 3.

Num. 12. QVi panis debet adhiberi in Eucharistia conficienda? Resp. de necessitate Sacramenti debet esse triticeus

de necessitate præcepti debet esse azymus, id est sine fermento, vel levino.

Quomodo Catec. probat de necessitate Sacramenti esse quòd panis triticeus sit? Resp. triplici ratione: primò ex scriptura, quæ panem simpliciter dicit, & ideo triticeum significat: communis enim loquendi consuetudo, cum panem absolutè dicit, triticeum intelligit, & in veteri Testamento panes propositionis ex simila, id est farina frumenti, efficiebantur. Secundò probat ex Apostolica traditione. Tertiò ex Catholicæ Ecclesiæ authoritate. Ibidem.

Panis ex hordeo, vel leguminibus, vel ex aliis terræ fructibus esset apta materia? Resp. non. Ibidem.

Quare debet esse azymus? Resp. ob duplicem causam: prima est, quia Christus in pane azymo consecravit: secunda, quia sic convenit huic Sacramento: Fermentum enim significat malitiam, carere autem fermento significat huic Sacramento convenire integritatem, & munditiam, sicut ex Apostolo acceptum est, qui ait: *Non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ, & nequitiæ, sed in azymis sinceritatis, & veritatis.* Num. 13. 1. Cor. 3.

Quomodo scitur, quòd Christus confecerit Eucharistiam ex pane azymo? Resp. ex hoc quod Christus confecit in festo azymorum, cùm Iudæis non licebat comedere panem fermentatum. Num. 15.

Quomodo scitur fuisse festum azymorum, cùm Ioannes dicat fuisse ante diem festum Paschæ, in quo panes azymi manducabantur? Resp. scitur, quia alii Evangelistæ dicunt fuisse primo die azymorum. Ioan. 13. Num. 13.

Quomodo ergo Evangelistæ conveniunt inter se? Resp. Illud vespere, in quo Christus comedit Agnum Paschalem, erat finis feriæ quintæ, quæ non erat dies festus Paschæ, & erat principium feriæ sextæ, quæ erat primus dies Paschæ, & festi azymorum: incipiebant enim comedere azyma in vespere Iovis. Ideo Sanctus Ioannes respiciendo ad illud vespere, prout erat finis Iovis, dixit: *Ante diem festum Paschæ*; sic enim considerantur dies, ut est naturalis. Alij Evangelistæ considerantes illud vespere, non ut finis diei naturalis, sed ut initium diei festi, dixerunt: *primo die azymorum*; ideo omnes idem dicunt. Ibidem.

Cur si Christus confecit in pane azymo, non est de neces- Num. 14.

De materia hujus Sacramenti. Cap. II.

Num. 7. QVænam est materia hujus Sacramenti ? Resp. Chrisma.

Ibidem. Quid significat hoc nomen Chrisma ? Resp. hoc nomen est Græcum, & apud profanos Scriptores significat omne genus unguenti : apud Ecclesiasticos significat tantummodò illud unguentum, in quo hæc tria reperiantur : primò quod sit ex oleo olivarum : secundò ex balsamo : tertiò quod sit ab Episcopo solemniter consecratum.

Ibidem. Quare non ex una, sed ex duabus rebus materia conficitur ? Resp. ad significandam multiplicem Spiritus sancti gratiam, quæ in hoc Sacramento confertur.

Num. 8. Quare ponitur oleum ? Resp. quia significat plenitudinem gratiæ, quæ in hoc Sacramento confertur.

Num. 9. Quare balsamum ? Resp. duplici de causa : prima, quia suo odore significat, quod confirmatus debet esse bonus odor Christi : secunda, quia balsamum non finit res putrescere, ideò ostendit per effectum Confirmationis fideles à peccatis defendi posse.

Num. 10. Quare consecretur ab Episcopo ? Resp. primò, quia Christus in extrema cœna sic instituit : secundò, quia ita ratio postulat ; aqua enim in Baptismo Christi fuit consecrata : materiam autem Confirmationis Christus non consecravit usu, & tractatione, ideò decuit ab Episcopo consecrari, qui est ordinarius minister istius Sacramenti.

De forma. Num. 2.

Num. 11. QVæ est forma hujus Sacramenti ? Resp. ista : Signo te signo Crucis, & confirmo te Chrismate salutis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.

Num. 12. Quot sunt res significatæ ab hac forma ? Resp. tres. Prima potestas, à qua hoc Sacramentum vim habet : secunda robur, quod tribuitur confirmato : tertia signum, quod illi datur ad milicandum : primum est sancta Trinitas : secundum significatur vactione : tertium signo crucis.

Ibidem. Quare hæc est vera forma hujus Sacramenti ? Resp. quia sic rationi convenit sed potissimùm, quia Catholica Ecclesia ita semper docuit, & ex Apostolorum traditione accepit.

De efficiente hujus Sacramenti. Cap. III.

QVis est author hujus sacramenti ? Resp. Christus. *Num. 1.*

Quis hoc docet ? Resp. præcipuè S. Fabianus Pontifex & martyr, qui dixit, Christum præcepisse ritum Christmatis, & verba, quibus in ejus administratione Ecclesia utitur : sed & alii multi antiqui Patres, Dionysius, Eusebius Cæs. Ambr. Aug. Melchiades, Vrbanus, Fabianus, Eusebius Pontifex & martyr. *Num. 3.* *Num. 4. & 13.*

Apostolis fuisne hoc sacramentum collatum ? Resp. fuit in die Pentecostes. *Num. 21.*

Apostoli hoc sacramentum administrarunt ? Resp. ita est, vt patet factum à SS. Petro, & Ioanne in Samaria. *N. 12. 5.*

De ministro hujus Sacramenti. Num. 2.

EPiscopus est ordinarius minister hujus sacramenti ? Resp. est, & est de fide. Conc. Trid. sess. 7. de Confirmat. *Ibidem.*

Quare hoc ? Resp. quia antiqui Patres sic docent ; & ex scriptura colligitur, & ratio ita suadet. *Num. 12. & 13.*

Quomodo ratione declaratur ? Resp. sic, sicut in ædificiis exstruendis fabri, & inferiores ministri calcem, ligna, & reliquam materiam parant & componunt, absolutio tamen operis ad architectum spectat : ita hoc sacramentum, in quo spirituale ædificium perficitur, à nullo alio, quàm à summo Sacerdote, qualis est Episcopus, administrati opus erat. *Num. 13.*

De patrinis. Num. 3.

PAtrini quare in confirmatione adhibentur ? Resp. quia confirmatus armatur ad pugnandum : qui autem gladiatorium pugnam subeunt, egent doceri ab aliquo, quomodo se in dimicatione incolumes servent, & inimicum offendant, & idcò recte patrini traduntur. *Num. 14.*

Contrahiturne affinitas ? Resp. contrahitur, sicut de baptismo dictum est.

De fine, & effectu Confirmationis. Num. 4.

QVis est finis Confirmationis ? Resp. augmentum, & perfectio vitæ spiritualis. *Num. 25.*

Quis effectus illius ? Resp. plenitudo gratiæ, *id est* confirmare, augere, & perficere gratiam baptismalem.

Vbi declaratur in scriptura hæc gratiæ plenitudo ? Resp. ex eo quod evenit Apostolis in die Pentecostes ; qui enim *Num. 34.*

gis, & meliùs Deus qui est supra naturam efficere potest.

Ibidem. Quomodo significant & declarant effectum Eucharistiæ in anima? Resp. tali ratione, sicut panis & vinum naturali virtute mutantur occultè in corpus, & sanguinem manducantis illa corporaliter, & virtute supernaturali in corpus, & sanguinem Christi, idem panis, & vinum occultè convertuntur, ita ut homo nec naturalem, nec supernaturalem conversionem videre possit; credibile, & rationabile debet videri homini, quod Deus per Eucharistiam possit animam renovare ad vitam; etiamsi ipsa sensibus hoc non percipiat.

Ibidem. Quomodo significat vnionem Ecclesiæ? Resp. quia sicut ex multis granis efficitur panis, & multitudine racemorum fit vinum; ita ab ipsis pane, & vino significatur & declaratur qua ratione ex multitudine fidelium fiat vnum Ecclesiæ corpus, tanquam ex multis membris: dum vinculo huius divini Sacramenti arctissimè colligantur, & tanquam corpus efficiunt.

De forma Eucharistiæ. Cap. III.

Num. 19. DEbentne populi doceri de forma Eucharistiæ? Resp. non, nisi necessitas cogat, quod esset si quis falsam de illa doctrinam doceret.

Ibidem. Quinam debent de illa edoceri? Resp. primò Sacerdotes, ne formæ ignoratione in Eucharistia conficienda turpissimè peccent: secundò illis qui sacris initiati sunt, quia Sacerdoti celebranti ministrant, & ad gradum Sacerdotij sunt destinati.

Ibidem. Quid circa hanc formam tractat Catechismus? Resp. primò distinguit, quæ verba sint de necessitate formæ, & quæ non; secundò explicat illa verba, quæ ad formam pertinere certum est.

De forma Consecrationis panis. Num. 2.

Ibidem. QVænam est forma ad consecrandum panem? ℟. istat HOC EST CORPVS MEVM.

Matth. 26. Luc. 22. 1. Cor. 11. Vnde hoc habetur? Resp. Ex Evangelio Matthæi, & Lucæ, & ab Apostolo Paulo 1. Cor. 11.

Num. 19. Quid dicunt? Resp. ita: Cœnantibus illis accepit Iesus panem, & benedixit, ac fregit, deditque discipulis suis, & dixit: Accipite, & manducate. Hoc est Corpus meum: & in fine dixit: Hoc facite in meam commemorationem,

Ibidem. Quare hæc est forma consecrationis panis? Resp. primò, quia Christus illa vsus est: secundò, quia eandem Catholica Ecclesia semper retinuit: tertiò, quia infinita sanctorum Patrum testimonia ita affirmant: quartò quia de hoc extat Concilii Tridentini decretum: quintò quia etiam ratione probatur: si enim forma ea est, quia illud significatur, quod in hoc Sacramento efficitur: & dicta verba, non alia, significant conversionem panis in corpus Christi: meritò dici debet, quod forma hujus Sacramenti existant.

Ibidem. Illud verbum, benedixit, nonne significat consecrationem? Resp. significat ita: Accipiens panem benedixit illum dicens, id est benedixit his verbis: Hoc est Corpus meum.

Nu. 20. Illud verbum, *Enim*, estne de forma? Resp. non, sive in consecratione Corporis, sive Sanguinis.

Potest omitti sine peccato? Resp. non potest.

Ibidem. Num. 19. & 20. Illa verba: Accepit panem, suntne de forma? Resp. non; quia aliud est accipere panem, aliud consecrare: & sæpè Christus accepit panem, & illum non consecravit.

Num. 23. Illa verba, fregit, deditque discipulis, & dicit: Accipite, & manducate, suntne de forma? Resp. non; quia pertinent ad vsum Sacramenti, non ad Sacramentum: manducare enim panem non est de substantia, vel forma panis, sed vsus illius.

Ibidem. Quare non omnia verba quæ Christus dixit in consecratione Eucharistiæ, sunt de forma, sed aliqua tantùm? Resp. quia aliqua pertinent ad substantiam Sacramenti, aliqua ad vsum: & quæ pertinent ad vsum, non sunt de substantia Eucharistiæ, quæ etiam sine vsu perfectum est sacramentum.

Explicatio formæ jam dictæ.
Num. 3.

Num. 19. 3. p. q. 78. art. 5. C. T. sess. 13. can. 2. QVot particulæ sunt in forma consecrationis panis? Resp. quatuor: prima Hoc, secunda Est, tertia Corpus, quarta Meum.

Quid significat illa particula, *Hoc*? Resp. ait D. Th. significat contentum sub speciebus panis.

Quid est hoc contentum? Resp. ante consecrationem

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

erat substantia panis, post consecrationem est substantia corporis Christi. D.Th. ibid. C.R. n. 38.

C.T. ibid. C.R. n. 38. Per hoc contentum intelligitur substantia panis, an corporis Christi, an vtriusque? Resp. ait D. Th. per hoc contentum intelligitur substantia, non determinando, nec de substantia panis, nec de substantia corporis Christi.

Ibid. D.T. Quare sic? Resp. quia forma significat productionem Sacramenti, & Sacramentum.

D.T. ibid. Quomodo effectionem Sacramenti? Resp. quia dicendo, substantia contenta sub his speciebus est corpus meum, si pro substantia intelligatur quid etiam commune substantiæ panis, significabitur per illam formam, quod substantia, quæ erat panis, modò est corpus Christi, quod est substantiam panis conversam esse in corpus Christi.

Ses. 13. c. 1. Quomodo talis forma significabit sacramentum? Resp. quia significabit virtute ipsius formæ effectum esse, vt sub illis speciebus sit corpus Christi per conversionem panis in ipsum.

C.T. ses. 13. cap. 1. C.R. num. 17. Quid significat illa particula, *Est*? Resp. realem, & veram præsentiam corporis Christi: non enim dici videtur, apparet, erit: sed ait, *Est*, quod veritatem & realitatem significat.

S.T. 3. p. q. 78. art. 2. Quare Christus non dixit: *Hoc fit*, vel *fiet corpus meum*? Resp. quia talia verba significarent non corpus Christi tanquam sub illis speciebus contentum, sed tantùm significarent ipsum fieri: sacramentum autem Eucharistiæ debet significare realem præsentiam corporis Christi.

C.T. ibid. Cur Christus non dixit imperativè: *Hoc fit*, vel *fiat corpus meum*? Resp. quia forma Eucharistiæ non debet significare imperium Christi, sed realem præsentiam illius in sacramento.

N. 38. 40. Ista dictio, *Est*, significatne factam fuisse consecrationem? Resp. ita est, quia dicendo, *Hoc*, quod priùs non erat corpus Christi, modò est corpus Christi, verè significat substantiam panis conversam esse in corpus Christi.

C.T. ses. 13. c. 1. n. 43. Quid significat illa particula *corpus*? Resp. substantiam corporis Christi.

Significatne magnitudinem, figuram vel locum corporis Christi? Resp. nihil aliud significat, quàm substantiam

corporis Christi? Simpliciter enim, & absolutè dicit: *Est corpus meum*.

Significatne sanguinem, animam, & divinitatem Christi? Resp. non, sed tantùm corpus Christi. *Ses. 13. c. 3. C.T. ibid.*

Nonne sanguis, anima, & divinitas sunt in hostia consecrata? Resp. sunt, sed non ex significatione, & vi illius verbi, *Corpus meum*; sunt autem ibi per realem concomitantiam, vt dicetur. *C.R. n. 34.*

Quid significat illa particula, *Meum*? Resp. primò significat Sacerdotem proferre illa verba in persona Christi: aliter enim verba significarent adesse ibi corpus non Christi, sed Sacerdotis: secundò determinat quodnam corpus sub illis speciebus contineatur, nempe ipsius Christi, quia talia verba cum tali effectu protulit, & ab aliis suo nomine voluit esse prolata. *C.R. n. 27. & 77.*

De forma consecrationis vini. Num. 4.

QVænam est forma consecrationis vini? Resp. ait Catechò credendum est esse hanc: HIC EST CALIX SANGVINIS MEI, NOVI ET ÆTERNI TESTAMENTI, MYSTERIVM FIDEI, QVI PRO VOBIS, ET PRO MVLTIS EFFVNDETVR IN REMISSIONEM PECCATORVM. *Num. 21.*

Nonne Christus plura alia verba dixit in consecratione sanguinis? Resp. dixit, sed illa non sunt de substantia, & necessitate formæ, sicut de priori dictum est. *Num. 20.*

Vnde habetur, quod omnia dicta verba sint de forma huius consecrationis? Resp. primò ex sacris Scripturis, secundò ex traditione Apostolorum. *Num. 21.*

Quæ verba accepta sunt ex traditione? Resp. Illa duo: *Æterni*, & *Mysterium fidei*. *Ibidem.*

Quæ ex sacra Scriptura? Resp. reliqua omnia. *Ibidem.*

Accipiuntur ex eodem scripturæ loco? Resp. Ex diversis. Illud enim verbum, *Hic est calix*, à D. Luca & ab Apostolo acceptum est. Ista verò, *Sanguinis mei*, vel *sanguis meus, novi Testamenti, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum*, partim à D. Luca, partim à D. Matthæo dicta sunt. *Ibidem.*

Est indubitanter credendum, quod ista sit forma? Resp. ita est, ait Catech. quia scriptura, & sancta traditio Catholicæ veritatis interpres, & custos, ita nos docuit: sed ratio *Num. 22. & 21.*

quoque ipsa suadet, quia verba ipsa significant, & declarant conversionem vini in sanguinem Christi, & exprimunt fructus passionis Christi, & sanguinis in illa effusi, quod est propriè significare effectum sacramenti, & sanguinis in illo contenti.

Num.25. Verba istius formæ quid significant? Resp.tria. primum est conversio vini in sanguinem Christi, secundum est realis præsentia sanguinis sub vini speciebus: & hæc duo significantur ab illis verbis: *Hic est calix sanguinis mei*; cum enim significent ibi adesse sanguinem, necessariò significant factum fuisse conversionem, quia aliter ibi non esset. 3. Significant quosdam admirabiles fructus sanguinis in passione Domini effusi.

Ibidem. Qui sunt fructus sanguinis in passione effusi? Resp.tres, primus est aditus ad æternam hæreditatem, & hic significatur per illa verba, *novi & æterni Testamenti*; vis enim hæreditatis à Testamento procedit: secundus est aditus, seu via ad præsentem justitiam, & hic exprimitur per illud verbum, *Mysterium fidei*; Apostolus enim ait, quod Christus justificat eos, qui sunt ex fide illius per sanguinem suum: Ideò ad justificationem hominis duo requiruntur, vnum est virtus passionis, & sanguinis Christi; aliud est fides ex parte eius qui debet justificari, & Mysterium dicit primum; Fidei, dicit secundum: Tertius est remissio peccatorum; & hic per alia verba significatur.

Expositio iam dictæ formæ. Num.5.

Num.13. QVid significant illa verba: *Hic est sanguis meus?* Resp. significant sic: Hic est sanguis meus, qui hoc calice continetur: ponitur calix continens pro contentos & ista verba sunt explicanda, sicut de consecratione panis dictum est.

Ibidem. Quare fit mentio calicis? Resp quia sic exprimitur consecratio, vt fidelibus detur in potum.

Hebr.9. Quare ponitur *Testamentum*? Resp. quia ait Apostolus,

Num.2.3. Testamentum sanguine dedicatur.

Ibidem. Quare dicitur *novi*? Resp. vt significetur sanguinem Christi in veteri Testamento figuris significatum fuisse: in novo autem verè, & reipsa hominibus tradi.

Num.15. Cur dicitur, *æterni Testamenti*? Resp. ad significandum effectum sanguinis Christi, qui est vt per novum Testa-

mentum sanguine, & morte Christi confirmatum vis æternæ hæreditatis hominibus detur.

Quare ponitur *Mysterium fidei*? Resp.primò ad signi- *Num.*13. ficandum quod sanguis in hoc Sacramento est mysterium, id est res sacra fidelibus latens: secundò ad exprimendum quod sola fide, non autem sensu, veritas sanguinis in hoc Sacramento est cognoscenda: tertiò vt ostendatur per sanguinem significati mortem Christi veri Dei, quod sola fide credibile est: quartò ad detestandum, quod fides, & justitia hominum ab hoc sanguine non sensibiliter, sed occultè sit derivata.

Quare potius in consecratione sanguinis, quàm corpo- *Num.*16. ris passio Dominica commemoratur? Resp. quia effusio sanguinis propriè passionem significat; ideò in hac consecratione fit memoria.

Quare ponuntur illa verba, *Qui effundetur in remissio-* *Ibidem.* *nem peccatorum?* Resp. primò ad ingoiscendum sanguinem Christi ideò separatim consecrari, vt passionis, & mortis genus ante oculos ponatur: secundò vt significetur effectus sanguinis effusi, qui est remissio peccatorum.

Quare posita sunt illa verba, *Pro vobis, & pro multis?* *Ibidem.* Resp. ad significandum fructum, & vtilitatem passionis.

A quo loco scripturæ sumpta fuere? Resp. Illud verbum *Mat.*26. *Pro multis*, sumptum est à D. Mat. & illud *Pro vobis*, à D. *Luc.*22. Luca, quæ Ecclesia spiritu Dei instructa, simul conjunxit.

C.R.num.24.

Quare non dicitur *pro omnibus*, cùm Christus pro om- *Num.*14. nibus passus sit? Resp. in passione Christi ait Catech. duo considerantur, primò virtus passionis, & hæc respicit omnes, & nullum excludit: secundò fructus, quem homines ex illa percipiunt, & hic non respicit omnes, quia non omnes se reddunt capaces virtutis illius, ideò dicit, pro vobis, & pro multis.

Quid Christus intellexit illo verbo, *Pro vobis?* Resp. intellexit eos, qui aderant, vel delectos ex Iudæorum populo, quales erant discipuli, Iuda tamen excepto, cum illis enim loquebatur.

Quid significat illud verbum, *Pro multis?* Resp. comprehendit reliquos ex Iudæis, & gentibus.

Quomodo distinguuntur virtus, & fructus passionis?

Resp. tanquam causa, & effectus: sicut enim virtus Solis est causa, & fructus arborum effectus, & virtus medicinæ est causa, sanitas verò est effectus, & fructus illius: ita virtus passionis est causa, fructus verò, & vtilitates, quas homines accipiunt ex illa, sunt effectus.

Ibidem.

Ibidem.

Quare cum virtus passionis sit ad omnes, fructus illus pro multis, & non pro omnibus sunt? Resp. quia sicut infirmus potest nolle bibere medicinam sibi paratam, in qua sit virtus sanandi illum, ita homo per liberum arbitrium potest respuere virtutem passionis Christi sibi oblatam, vnde privabitur fructu illius, & sic fit ut multi priventur fructu passionis Christi.

Ibidem.

Possuntne alia mysteria circa vtramque formam considerari? Resp. ait Catech. plurima alia in huius consecrationis verbis latent mysteria, quæ hic non explicantur, sed assidua rerum divinarum meditatione, & studio quis per seipsum, Deo juvante, facilè assequetur.

De consecratione, & transsubstantiatione.

Cap. IV.

n. 9. 10. 26.

QVare post considerationem materiæ, & formæ agitur de consecratione? Resp. primò, quia consecratio est effectus formæ: secundò, quia consecratio est ipsius materiæ; id est, illud quod consecratur, est materia: tertiò, quia declaratio ipsius facilitat doctrinam eorum, quæ postea sunt dicenda.

Quid est tractandum de consecratione? Respond. quid sit consecratio, quid est transsubstantiatio, qua ratione habetur.

De consecratione quid sit. Num. 2.

3. par. q. 37. art. 1.

QVid est consecratio? Resp. est actio, qua non sacrum efficitur sacrum.

Consecratio in Eucharistia, & in aliis sacramentis accipiturne eadem ratione? Resp. non, sed multùm diversa; in aliis enim consecratio est quædam benedictio materiæ, absque eo quod materia in aliquid aliud mutetur; in Eucharistia autem aliter fit.

C. T. ses. 13. c. 4. & c. 5. C. R. n. 19. 21. 40. 41.

In Eucharistia propriè quid est consecratio? Resp. Vera & propria definitio consecrationis, & quæ maximè debet notari, hæc est: Consecratio in Eucharistia est vera, & realis conversio totius substantiæ panis, & vini in totam substantiam corporis, & sanguinis Christi.

Explicatio huius diffinitionis. Num. 3.

C. T. ses. 13. c. 4. & c. 2.

QVot particulæ sunt in hac diffinitione? Respon. tres, prima dicit illud quod convertitur, nempe *substantiam panis, & vini*: secunda dicit illud in quod convertitur, id est, *substantiam corporis & sanguinis Christi*: tertia dicit ipsam conversionem.

C. T. ses. 13. ca. 2. C. R. n. 26. &c.

Quare non dicitur *panis, & vinum*, sed *substantia panis & vini*? Resp. quia in pane, & vino duo considerantur, substantia & accidentia, in consecratione nulla fit conversio accidentium, sed tantùm substantiæ, manent enim accidentia, sed substantia mutatur, & non manet.

C. T. ses. 13. ca. 2. C. R. ibid. C. T. ses. 13. c. 1. & c. 1. & 2. C. R. n. 43. & 33. C. T. ses. 13. ca. 2. C. T. sess. 13. c. 1. & can. 2.

Quare apponitur alia particula, *totius substantiæ*? Resp. quia post consecrationem nihil penitus manet de substantia panis, & est de fide.

Quare dicitur conversionem fieri in substantiam Corporis Christi? Respond. quia corpus, & Sanguis Christi sunt in Eucharistia, ut dicetur, per modum *substantiæ*, non autem *quantitatis*, vel *extensionis*, vel *loci*.

Quare dicitur *totius substantiæ*? Resp. quia omne illud, quod pertinet ad substantiam, & integritatem corporis, ut ossa, & nervi, verè & realiter in Eucharistia reperitur.

Quare ponitur hæc particula, *conversio*? Resp. quia per illam propriè exprimitur consecratio.

Qua ratione? Resp. quia per illam non sacrum, id est panis, & vinum, efficitur sacrum, id est corpus, & sanguis Christi.

De Transsubstantiatione. Num. 4.

C. T. ses. 13. c. 1. & c. 2.

QVot modis appellatur Consecratio? Resp. tribus: primò dicitur Conversio: secundò Consecratio: tertiò Transsubstantiatio.

C. T. ibid.

Quare dicitur Conversio? Resp. quia vna res convertitur in aliam.

Ex C. T. ib. can. 4.

Quare dicitur Consecratio? Resp. quia res non sacra convertitur in sacram, & fit sacra.

Ibidem.

Cur dicitur Transsubstantiatio? Resp. quia hæc conversio est mutatio de substantia in substantiam: ita ut tota substantia mutetur in totam substantiam.

Ibid. & C. R. nu. 34. Num. 37.

Panis, & vini substantia in consecratione diciturne annihilari? Respondeo, non converti, dictum est, & est de fide.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Corpus, & sanguis Christi in consecratione incipitne esse per creationem, navt ex nihilo fiat? Resp. non, sed per conversionem panis, & vini in ipsum.

Num. 37. Corpus Christi incipitne esse in Eucharistia per motum localem, itavt descendat de cœlo, & veniat in hostiam consecratam? Resp. non, quia sic desineret esse in cœlo, corpus enim non potest mutare locum, nisi deserat priorem locum vbi erat, Christus autem semper in cœlo est.

Num. 40. & 41. Conversio, & mutatio panis, & vini in corpus, & sanguinem Christi, potestne dici generatio? Resp. non, sed debet dici transsubstantiatio.

Num. 41. Quomodo differunt Generatio, & Transsubstantiatio? Resp. sic. Substantia corporea necessariò habet duas partes, quarum vna dicitur materia, altera forma, & in Generatione fit mutatio solùm in forma, non autem in materia, manente enim eadem materia, formæ mutantur: vode generatio quadam ratione potest dici transformatio, i. mutatio à forma in formam. At in transsubstantiatione tota substantia mutatur in totam substantiam, quæ mutatio sit simul, tam materiæ, tum formæ.

Transsubstantiatio est actio divina, & miraculosa, an naturalis? Resp. summè miraculosa.

Num. 40. Potest explicari exemplo naturali? Resp. non potest, Num. 10. & 18. quia natura talem actionem non producit.

Potest ostendi, quod sit credibile Deum posse hanc Transsubstantiationem facere? Resp. potest sic: primò si Deus potuit ex nihilo facere omnia, multo magis poterit ex vna re facere aliam: secundò si natura potest mutare partem substantiæ in partem substantiæ, *id est*, formam in aliam formam, rationebile est quod Deus possit mutare totam substantiam in totam substantiam: tertiò si natura modico temporis spatio potest mutare pœ nutritionem cibum, & potum in carnem, & sanguinem, cur Deus non poterit hoc facere sua infinita virtute in instanti: Quod enim virtus finita facit in tempore, virtus infinita poterit in instanti.

Num. 38. & c. Potestne probari transsubstantiatio hæc authoritate? Resp. Cat. probat scriptura, traditione, vnanimi consensu, Patrum decretis, Conciliorum General. & Summ. Pont. demum omni authoritate, qua possit aliquid probari. Infinitis miraculis hæc veritas confirmata est, de probatione in cap. 19. dicetur.

Deberne diligenter inquiri, & doceri veritas transsubstantiationis? Resp. non est curiosius inquirenda, sed ad primum articulum, qui est de omnipotentia Dei, & ad nonum, qui est de authoritate Ecclesiæ, est reducenda, credendo Deum posse facere omnia, & esse verum quod Catholica Ecclesia docet; potissimum autem rodes de hac re docendi non sunt. Num. 25. 31. 32. 42.

De speciebus Sacramentalibus. Cap. V.

COgitio de speciebus Sacramentalibus est vtilis ad explicationem Sacramenti Eucharistiæ? Resp. valdè vtilis est, quia in ipsis potissima ratio Sacramenti posita est. Num. 8.

Quid debet tractari de illis? Resp. primò quid sint: secundò quomodo sint: tertiò quid significent: quartò quare post consecrationem dicantur panis, & vinum: quintò cur dicantur Sacramentales.

Quid sunt species panis & vini.

Num. 2.

QVid sunt species panis, & vini? Resp. sunt accidentia panis, & vini. Num. 6.

Quid est accidens? Resp. est illud, quod adhæret, & accidit substantiæ, & non est substantia. *Ibidem.* Ex C. R.

Quæ differentia est inter substantiam, & accidens? Resp. Num. 26. Primò, substantia est veluti homo; accidentia sunt veluti C. T. fol. vestimenta illius: secundò substantia constat ex materia 2. 3. & 4. & forma rei; accidentia autem sunt conditiones quæ huic materiæ, & formæ adveniunt, veluti color & alia.

Quæ sunt accidentia panis & vini? Resp. color, odor, sapor, quantitas, figura, & similia.

Quot modis appellantur isti accidentia? Resp. primò C. T. & C. dicuntur accidentia: secundò symbola: tertiò species: R. C. T. fol. quartò dicuntur, licèt improprie, panis, & vinum. Catech. 13. 2. & 3 Rom. n. 22. & 40.

Quare dicuntur accidentia? Resp. quia adhærent, & accidunt substantiæ, sicut vestes ei, qui vestitus est.

Quare symbola? Resp. quia sunt veluti signa, vel indicia, vel imagines alicuius rei; ideò etiam ipsam substantiam indicant, & significant. Catech. Rom. n. 12. & 17. Num. 16. & fol. 13. 1. 2. & 3.

Cur dicuntur species? Respondeo, quia imaginem sub- Num. 25.

stantiæ sensibus repræsentant. Illud enim, quod sensibus aliquid repræsentat, à Philosophis species appellari consuevit.

Num. 40. Cur dicuntur panis, & vinum? Resp. ait Catech post consecrationem aliquando species panis appellantur panis: non quia ibi sit aliquid de substantia panis, sed quia habent speciem, & similitudinem, & apparentiam panis: deinde quia retinent vim nutriendi, quæ panis propria est. Sacra autem scriptura ita sæpè appellat res cujusmodi esse videntur, vnde Angelos appellat homines, non quia sint, sed quia tales esse videntur.

Quomodo sint in Eucharistia.

Num. 3.

Sess. 13. c. 2. C. R. n. 8. Species panis & vini per consecrationem mutanturne in aliquid aliud? Resp. non mutantur, sed manent eædem, solummodò superadditur illis hoc, quod sint Sacramentales: immò ipsum Sacramentum, & signum rei sacræ.

Sess. 13. c. 2. & 3. Quare superadditur hoc? Resp. quia ante consecrationem erant symbola substantiæ panis, & vini; post consecrationem verò sunt signum, & symbolum corporis, & sanguinis Christi. C. R. n. 17.

Num. 19. Quis dedit illis hanc vim significandi corpus, & sanguinem Christi? Resp. verba consecrationis.

Num. 19. 27. & 38. C. T. sess. 13. c. 3. Qua ratione? Resp. quia dum forma consecrationis panis dicit, Contentum sub istis speciebus est corpus Christi, omninò dat illis speciebus vim significandi corpus Christi, sicut enim cùm cera premitur à sigillo, recipit impressionem sigilli, quæ manet recedente sigillo: ita verba consecrationis prolata super illas species, dant illi virtutem significandi corpus, & sanguinem Christi: ideò fiunt sacræ, & Sacramentum, *id est*, signum rei sacræ.

N. 26. 44. Ibidem. Istæ species ante consecrationem quomodo se habebant? Resp. inhærebant substantiæ panis, & vini.

Num. 44. sess. 13. c. 2. Post consecrationem quomodo existunt? Resp. sunt absque vllo penitus subjecto.

Num. 44. Quare sunt sine subjecto? Resp. quia non possunt inhærere corpori Christi, non enim sunt accidentia illius: neque substantiæ panis, & vini, cum nihil penitùs de illa ibi sit: ideò relinquitur, vt sine vllo subjecto existant.

Num. 21. Estne possibile hoc apud naturam? Resp. nulla ratione

est possibile apud Deum. Resp. omnia illi possibilia sunt; cum enim ipse dederit hanc legem naturæ, vt accidens rei non possit separari à re, cujus est accidens, & quod accidens non possit esse sine subjecto: potest hanc legem dispensare faciendo, ut accidens separetur à suo subiecto: separare enim vnita lege naturali, Deo difficile non est, & ut accidens sit sine subiecto: quod enim subiectum facit accidenti quoad esse, Deus per ipsum facere potest.

Estne de fide, quod species panis, & vini post consecrationem existant sine vllo subiecto? Resp. ita est, quia hæc fuit perpetua, & constans Catholicæ Ecclesiæ doctrina, plurimis testimoniis confirmata. Num. 44. C. T. sess. 13. can. 2.

Quid significant species panis, & vini. Num. 4.

Quid significant species panis & vini post consecrationem? Resp. significant, vt dictum est, primò passionem Christi præteritam: secundò corpus, & sanguinem Christi, necnon gratiam, & alimentum, vel refectionem spiritualem præsentem: tertiò vitam æternam, & alia multa, sicut iam dictum est, & suo loco dicetur, & hoc illis convenit virtute formæ consecrationis. Num. 12.

Populi debentne doceri de significatione harum specierum? Resp. maximè expedit illos docere, sicut in capit. 2. dictum est, nempe de re contenta sub ipsis, & de significatione illarum.

De contento sub istis speciebus. Cap. VI.

Expedit diligenter explicare quid contineatur sub speciebus panis, & vini? Resp. expedit supra quam dici potest. Hæc enim veritas est basis & fundamentum istius tractationis, & per illam omnia illustrantur & patefiunt. Nu. 27. 31. C. T. sess. 13. c. 12. C. T. sess. 13. c. 1. & c. 2. C. T. ibid.

Quid debet considerari circa hoc? Resp. duo: primum quid contineatur sub istis speciebus ante consecrationem, secundum quid contineatur post consecrationem.

Quid continetur sub illis ante consecrationem? Resp. sola substantia panis, & vini.

Continetur ne ante consecrationem aliquid corporis, & sanguinis Christi. Resp. nihil penitus. Ibidem.

Quid continetur sub illis post consecrationem? Resp. tota substantia corporis, & sanguinis Christi. Ibidem.

Remanetne aliquid de substantia panis, & vini? Resp. nihil penitus, & est de fide. Sess. 13. c. 2.

De reali præsentia Christi in Eucharistia. Num. 2.

C.T. ses. 13. can. &c. C.R. n. 27. &c. Sess. 13. c. 1. C.R. n. 26. n. 35.

QVid debet considerari circa realem præsentiam Christi in Eucharistia? Resp. primò quod ibi sit verè, & realiter: secundò quomodo incipiat ibi esse: tertiò qua ratione ibi sit: quartò propter quid velit ibi esse, & tali ratione: quintò quanta ex hoc Ecclesiæ dignitas sit.

In Eucharistia continetur ne verum Christi Domini corpus? Resp. continetur verè & realiter, & illud idem quod natum est ex Virgine, & sedet ad dexteram Patris, & est de fide.

C.T. ses. 13. can. 1.

Continentur ne in Eucharistia ossa, & nervi, & omnia, quæ ad veram corporis Christi rationem pertinent? Resp. indubitanter credendum est, ita vt omnes partes corporis Christi ibi sint.

Continetur ne totus Christus in Eucharistia cum anima, & divinitate? Resp. ita est.

Ibid. c. 2.

In quacunque particula panis, & vini quantumvis minima, continetur ne totus Christus? Resp. ita est secundum fidem.

Sess. 13. c. 3. C.R. n. 36. C.T. sess. 14. can. 3.

Vnde hoc habetur? Resp. primò ex auctoritate D. Aug. qui hoc dicit expressè, vt apud Catech. secundò, ex illa Sequentia, quæ habetur in Missa corporis Christi: tertiò, ex Conc. Trid. qui hoc determinavit de fide: quartò, potest colligi ex Evangelistis: ait enim Cat. non est credendum quod singula panis frusta, seu particulæ à Christo propria, & separata verborum forma sint consecrata; sed simul omnis panis, qui Apostolis distribuendus erat, debet dici consecratus; & ideò in qualibet particula, etiam divisa, post consecrationem, totus Christus continetur.

Quomodo Christus incipiat esse in Eucharistia. Num. 3.

C.T. ses. 13. c. 1. can. 2. C.T. ses. 13. can. 2. C.R. n. 37. 40. 43. C.T. & C. R. ibid.

CHristus post consecrationem incipitne esse sub speciebus panis & vini? Resp. incipit.

Qua ratione? Resp. non incipit esse ibi per creationem, neque per generationem, neque per loci mutationem, ita vt descendat de cœlo, illud relinquens, & in hostiam descendat, sed incipit esse per conversionem panis, & vini in ipsum, vt dictum est, Domini corpus.

Quomodo ostenditur ita esse? Resp. quia Ecclesia Catholica ita docet, & ratio etiam dictat, quia convenit Christum incipere ibi esse alia ratione quàm dicta conversione.

Quomodo Christus sit in Eucharistia? Num. 4.

Sess. 13. c. 1.

QVomodo Christus modò est in cœlo? Resp. eodem quo fuit in terra, *id est*, ut ait C. T. iuxta modum existendi naturalem.

In Eucharistia estne iuxta modum existendi naturalem? Resp. ait Conc. Trid. ibi est alia quadam ratione, quæ verbis exprimi vix possit: tamen Deo possibilis est, & homo cogitatione per fidem illustrata assequi illam potest: & ita constantissimè credere opus est, quia Ecclesia semper ita credidit & credit.

C. T. Ibid.

Quibus verbis sacrum Conc. explicat hanc rationem qua Christus in Eucharistia continetur? Resp. Istis. Primò sic dicit: Post panis, & vini consecrationem Christus verè realiter, & substantialiter sub specie illarum rerum sensibilium continetur: & paulò post ait Christum iuxta modum existendi naturalem esse in cœlo: in aliis verò multis locis, vbi est sacra Eucharistia, adesse sua substantia, & nobis Sacramentaliter esse præsentem. Vnde apparet, quod sacrum Concilium quatuor verbis explicat modum, quo Christus est in Eucharistia: primùm est *verè*, secundùm *realiter*, tertiùm *sacramentaliter*, quartùm *secundùm substantiam*.

Sess. 13. c. 1.

Sess. 13. c. 1.

Quid significat *verè*? Resp. quod sit veritas, non imaginatio Christum in Eucharistia esse; & quod ibi non sit tantummodo ut in signo vel figura, aut virtute.

C.T. ses. 13. c. 1. & c. 8.

Quid significat *realiter*? Resp. significat in Eucharistia non adesse tantummodo figuram, vel imaginem, vel umbram, vel similitudinem, vel signum, vel apparentiam, aut repræsentationem Christi, aut Corporis, & sanguinis eius, sed ipsummet Christum, *realiter* enim significat accipi rem & non memoriam, vel signum, vel rei imaginem; pictura enim hominis realiter non est homo.

C.R. n. 17. & 28. &c.

Quid vult dicere sacrum Concilium dum ait, Christum in Eucharistia contineri Sacramentaliter: in cœlo autem secundùm modum existendi naturalem? Resp. vult dicere, quod Christus idem omnino manens, duplicem habet modum existendi, vnum naturalem, & hoc modo existit in cœlis ad dexteram Patris, alium non naturalem, sed Sacramentalem, & hunc habet in Sacramento Eucharistiæ.

Sess. 13. c. 1.

Ex C. T. vbi sup. Idem corpus Christi potestne habere plures modos existendi? Resp. Ita est.

Ex C. T. sess. 13. c. 1. & 3. C. R. n. 26. 31. 45. Qua ratione? Resp. corpus Christi habet triplicem modum essendi: Naturalem, & juxta hunc est visibile, tangibile, & fuit passibile, & mortale. Glorioſum, & per hanc habet claritatem, subtilitatem, impassibilitatem. Et Sacramentalem, & juxta hunc velatum existit, & latet sub speciebus panis, & vini.

Ex C. T. & C. R. vbi sup. Potest hoc declarari exemplo? Resp. potest sic aliquibus. Rex potest multiplicem habere modum existendi. Naturalem, quia existit juxta naturam hominis. Regium, & hic est quando sedet in throno cum diademate, & sceptro, &c. si verò sub amicto pauperis, & servi lateat, sic habebit modum essendi qui convenit servo. Sic itaque sacrum Conc. dicit: Christus est omnino idem, tam qui in cœlo existit modo naturali, tum qui in Eucharistia modo Sacramentali repetitur.

Ex C. T. vbi sup. Ex. C. Re. Num. 41. Quare Christus in Eucharistia non habet modum existendi naturalem, & glorioſum? Resp. quia modus naturalis existendi requirit ut corpus visibile, & tangibile sit; & ut sit secundùm quantitatis extensionem in loco, & tali, & tanto; modus verò glorioſus respectu nostri est, ut videamus gloriam, & majestatem ejus qui glorioſus existit: Christus autem in Eucharistia ista non habet: ipse enim & ejus gloria non videntur, sed velata existunt.

C. T. sess. 13. ca. 3. & can. 1. & sess. 21. c. 1. Quid est Christum in Eucharistia habere esse Sacramentale? Respond. est Christum ita esse velatum, & ita latere sub accidentibus, & speciebus panis, & vini, ut nec ipse, nec ejus gloria possit videri, sed sit tanquam ille Rex, qui latet sub vestimentis servi: ita tamen latet, gerendo, quod à talis speciebus realis præsentia Christi significetur; atque ita habere modum essendi Sacramentum, & habere esse velatum, latens & significativum à speciebus Sacramentalibus, qui modus omnino non est naturalis, neque glorioſus, sed summè miraculoſus.

Sess. 13. ca. 1. & c. 2. C. R. n. 45. Quid significat vltima particula, *secundum substantiam*, vel sua substantia, vel substantialiter? Respon. ista significant multa: primò enim declarant quod tota Christi substantia in Eucharistia continetur: secundò manifestant quod aliqua, quæ non sunt de substantia Christi, vel corporis

potis, & sanguinis ejus; sed tantum pertinent ad modum essendi naturalem, vel glorioſum, veluti esse in magno, vel parvo loco: ab omnibus posse inspici, & tangi: gloriam, & majestatem ejus videri: non sunt in corpore, & sanguine Christi, prout in Eucharistia continetur sunt. *Ibidem.*

Quæ sunt ista quæ desunt? Resp. hæc & similia, positio, esse visibile, tangibile, & apparere glorioſum, occupare magnum, vel parvum locum.

Quomodo differunt modus essendi naturalis, & Sacramentalis? Resp. Christus in esse naturali habet quædam, quæ non habet in Sacramentali, & in Sacramentali habet quædam, quæ non habet in naturali, vt patet ex dictis; ideo est differentia. C. T. sess. 13. c. 1. 3. 8. C. R.

In quo conveniunt? Resp. in tribus: primò, quia ita Christus verè est in Sacramento, sicut in cœlo: ita enim verus est homo vestitus regio habitu, sicut servili: ita in luce positus apparens, sicut in tenebris latens: secundò ita realiter Christus est in Sacramento, sicut in cœlo, quia eadem res, id est Christus, & ibi, & hic repetitur: tertiò tota substantia Christi ita est in Sacramento sicut in cœlo, quod si aliqua desunt, illa non sunt de substantia, sicut ea, quæ dicta sunt. C. T. & C. R. *Ibidem.*

Deberne notari declaratio hujus termini *substantialiter*? Resp. ab his, qui volunt magis distinctè intelligere, debet maximè notari: quia ab ipso plurimæ tolluntur difficultates. *Ex eis d. Ibidem.*

Quomodo tolluntur? Resp. quia ex hoc ostenditur totum Christum esse sub quavis minima particula, & quod ex divisione Hostiæ non sequitur divisio per modum quantitatis in corpore Christi, sed in hac divisione semper totum corpus in qualibet parte manet sine vlla Domini nostri mutatione, vel augmento, vel decremento. C. T. sess. 13. c. 3. C. R. n. 36. & seq.

Quomodo est hoc? Respondeo, expedit visum est ponere ipsa verba Catech. qui ita ait. Deinde verò doceant, scilicet Pastores, Christum Dominum in hoc Sacramento, ut in loco, non esse. Etenim locus ex ipsa conditione, ut magnitudine aliqua præditæ sunt? Christum verò Dominum ea ratione in Sacramento esse non dicimus, ut magnus aut parvus est, quod ad quantitatem attinet, sed ut [illegible] est. Substantia enim panis in Christi sub- *Num. 43.*

stantiam, non in imaginitudinem, aut quantitatem convertitur. Nemo verò dubitat, substantiam æquè in parvo, atque in magno spatio contineri, & aëris substantia, totaque eius natura sic in parua ut in magna aëris parte: itemque tota aquæ natura non minus in vrnula, quam in flumine insit necesse est. Cur igitur panis substantiæ corpus Domini nostri succedat: fateri oportet ad eundem planè modum in sacramento esse, quomodo panis substantia ante consecrationem, ea verò vtrum sub magna, an sub parva quantitate esset, nihil ad rem omnino pertinebat. Et ista verba diligenter consideranti magnam afferunt sacræ Eucharistiæ cognitionem.

Ibidem. Quid vult dicere Catech. Resp. vult dicere, quod corpus Christi est in Sacramento, non ut magnum vel paruum, vel visibile, vel gloriosum, sed ibi reperitur ut est substantia; & tali ratione sicut priùs substantia panis erat sub illis speciebus, ex quo fit (ut Philosophi omnes sciunt) quod in quacunque minima particula sit tota corporis Christi substantia ad quam nihil refert an sit magna, vel parva.

Ibidem. Quomodo ad substantiam nihil refert an sit magna, vel parva? Resp. primò, quia quantitas est accidens, accidens autem non est de natura substantiæ: secundò quia in aëre, & aqua, & aliis hoc manifestè apparet: substantia enim & natura aquæ ita est in gutta aquæ sicut in toto mari, & substantia ignis ita est in candela, sicut in fornace accensa: tertiò, quia corpus infantis in vtero matris, vel modò geniti, ita habet substantiam, & naturam corporis, sicut in ætate virili: & tamen quantitatem ita magnam non habet. Ideo certum est ita esse, quod ad substantiam rei nihil refert, quantum ad rationem substantiæ, an sit in magno, vel parvo loco; an videatur in die vel videatur in nocte: an aliqua, vel nulla veste tegatur: & sic sequitur, quod idem omnino Christus est in cœlo, & in Eucharistia, licèt modus essendi aliqua ratione diversus sit.

Quod totus Christus sit sub vtraque specie ex vi verborum, & per realem concomitantiam.

Num. 4.

C.T. sess. 13. c. 3. C. ibi. TOtus Christus continetur sub specie panis, & sub quavis parte ipsius speciei? Resp. est de fide ita esse.

Idemne debet dici de speciebus vini? Resp. idem.

Corpus, sanguis, anima & divinitas continentur sub speciebus panis eadem ratione qua continentur etiam sub speciebus vini? Resp. ait Conc. & Cat. contineri quidem, aliqua diversa ratione. *Sess. 13. c. 3. C. R. n. 14. sess. 13. c. 3.*

Quænam est ista diversa ratio? Resp. talis, sub speciebus panis continetur tantummodò corpus ex vi verborum, seu ex vi Sacramenti, seu ex vi, & efficientia, vel efficacia consecrationis: sanguis verò, anima, & divinitas continentur ex vi naturalis connexionis, & concomitantiæ; sub speciebus autem vini, sanguis tantummodò continetur ex vi verborum: corpus verò, anima, & divinitas per realem concomitantiam: & sacrum Concilium Trid. sic docet. *C. R. n. 34.*

Quid est contineri ex vi consecrationis, vel Sacramenti, vel verborum? Respondeo, quia consecratio panis fit his verbis, *Hoc est corpus meum*, & non dicit Sanguis, anima, divinitas: sequitur quod illa verba consecrationis habeant solummodò vim efficiendi conversionem panis in corpus Christi, & ideò corpus Christi ibi est ex vi consecrationis, & verborum: alia autem non sunt ex tali vi, quia verba non proferunt, præter corpus ab ipsis fieri aliquid aliud. *C. T. & C. R. ibidem.*

Differuntne verba, consecratio & Sacramentum? Respondeo, aliqualiter. Consecratio est ipsa conversio panis in corpus Christi. Verba sunt forma istius consecrationis: Sacramentum verò sunt ipsæ species. Istæ enim sunt signum rei sacræ, sed ex vi formæ consecrationis super ipsas prolatæ. *Num. 8. 19. & 40.*

Species panis significantne tantùm corpus Christi? Respond. est, quia à forma consecrationis accipiunt vim sacramenti, & signi, & ista significant tamen adesse corpus. *Num. 34.*

Quinam vtuntur his verbis, vi consecrationis, verborum, & Sacramenti? Resp. Conc. Trid. vtitur hoc modo dicendi: Ex vi verborum, Catech. & Theol. vtuntur istis, ex vi verborum, & ex vi consecrationis, quæ omnia idem dicunt. *C. T. sess. 13. c. 2. C. R. num. 34.*

Qua ratione? Resp. omnis ratio Sacramenti, quæ convenit speciebus panis & vini, convenit illis per consecrationem: species enim per consecrationem efficiuntur Sa- *C. T. & C. R. ibidem.*

cramentum, & signum rei sacræ per consecrationem effectæ. Ipsa verò consecratio perficitur per verba, quæ verba non habent vim efficiendi aliud quàm illud quod significant. Cum itaque ista verba, *Hoc est corpus meum*; significent tantùm adesse corpus, consecratio non habebit vim efficiendi aliud, quàm corpus; tota enim vis consecrationis procedit à verbis, & à forma ipsius: quia autem omnis vis specierum est à consecratione, significant enim tantùm illud quod consecratione effectum est, & accipiunt vim significandi à verbis consecrationis: ideò species panis ex vi Sacramenti corpus, & non aliud significabunt, & continebunt.

C.T. ses. 13. c. 3. C. R. n. 34. C.T. ses. 13. c. 7. C.T. & C. R. ibid.

Quis vtitur hoc modo dicendi: *Ex vi naturalis connexionis, & concomitantiæ*? Resp. Theologia, Catech. & sacrum Conc. Trid.

Significantne idem connexio, & concomitantia? Resp. connexio est tanquam causa, concomitantia tanquam effectus.

Qua ratione? Resp. connexio est quædam conjunctio aliquorum, ita vt simul esse necesse sit. Concomitantia est effectus talis connexionis, quia ex eo quod duo sunt connexa, necesse est vt vbi est vnum, ibi sit etiam aliud.

Ibidem.

Quare dicitur concomitantia naturalis? Resp. quia corpus vivum naturaliter habet annexum sanguinem, & animam; aliter enim non esset.

Ibidem.

Quomodo ex naturali concomitantia sub speciebus panis continetur sanguis, anima, & divinitas? Resp. quia cum ibi sit corpus vivum, necesse est quod habeat sanguinem, & animam; & quia est corpus Christi, necesse est quod habeat annexam divinitatem.

Ibidem.

Idemne debet dici de sanguine? Resp. idem.

Quare Christus velit esse Sacramentum, & tali ratione.
Num. 6.

C.T. ses. 13. can. 2. C. R. n. 32. 74.

QVare Christus voluit relinquere Ecclesiæ sacramentum Eucharistiæ? Resp. ob tria, primò vt Ecclesia sponsum, & Deum suum semper haberet realiter præsentem: secundò vt in terris haberetur sacrificium Deo acceptissimum: tertiò, vt homines haberent cibum, & refectionem spiritualem.

Num. 32. & 45.

Nonne poterat Christus relinquere seipsum manife-

stum, atque visibilem? Resp. poterat, sed meliùs fuit fieri quod ipse fecit.

Cur voluit corpus suum sacris velaminibus occultare? Respond. primò, vt distingueret Ecclesiam Militantem à Triumphante: secundò vt præberet fidelibus occasionem merendi per fidem: tertiò ne infidelibus daretur occasio scandali & calumniæ, si Christiani comederent Christum in propria specie. Ibidem.

Quomodo per hæc velamina Ecclesia Militans distinguitur à Triumphante? Resp. quia Synagoga habuit Christum non verè & realiter, sed figuram solummodò. Ecclesia Militans habet illum verè & realiter, seu non manifestum, & visibilem. Triumphans verò habet verè, realiter, gloriosè, & apparenter. Ecclesia igitur habet magis quàm Synagoga, quia Christus illi realiter est præsens; habet verò minus quàm Triumphans, quia non manifestum, sed velaminibus obvolutum habet. Num. 32.

Quomodo Christum latêre meriti & fidei occasio est? Resp. quia fideles credendo, & adorando Christum latentem, per fidem meritum habent. Num. 45.

Quare Christus voluit quod velamina quibus corpus suum tegitur, essent species panis, & vini? Resp. primò, quia cùm vellet esse cibus, alimentum, & refectio fidelium: voluit latere sub tali velamine, quod ipsum alimentum esse spirituale declararet. Num. 18. & 45.

Nonne poterat dare carnem suam in cibum, cùm etiam homo carnibus vesci possit? Resp. nullo modo decebat. Num. 45.

Quare non? Resp. primò, quia natura hominum maximè abhorret vesci esca humanæ carnis, & sanguinis potione, pane autem, & vino maximè delectatur: secundò, quia si fideles Christum in propria specie manducarent, non possemus ab fidelium calumnia liberari, & illis scandalum magnum esset. Ibidem.

Ex hac reali præsentia Christi provenitne magna dignitas legi Evangelicæ & Ecclesiæ? Resp. supra quam dici potest maxima. Num. 32.

Quare tanta? Resp. primò, quia habent Deum suum reipsa præsentem: secundò quia modò sibi proprio præsens est: tertiò quia non tantùm est præsens, sed verus cibus, & Sacrificium existit. Ibidem.

De probatione eorum, quæ dicta sunt. Cap. VII.

N. 26. &c. Ibidem. CAtechismus probat ea quæ dicta sunt? Resp. probat.

Quæ conclusiones probantur ab illo? Resp. tres potissimùm: prima est, sub speciebus panis, & vini verè, & realiter contineri corpus & sanguinem Christi; secunda est, post consecrationem, nihil penitus de substantia panis, vel vini remanere sub illis speciebus, sed totam substantiam panis, & vini conversam esse per transsubstantiationem in corpus & sanguinem Christi: tertia est accidentia, & species post consecrationem manere sine vllo subjecto.

C. T. ses. 13. c. 3. 4. & c. 1. &c. Quare has conclusiones & veritates probat? Resp. quia his probatis, omnia quæ ad Eucharistiam pertinent, quadam ratione apertissima fiunt: secundò istas à Conc. Trid. accepit.

C. T. ses. 13. can. 1. & c. 1. n. 27. &c. Quænam harum conclusionum est principalis? Resp. prima est principalissima, & illa probata, omnia patefiunt: secunda enim & tertia conclusio à prima dependent. C. R. num. 43. 44.

Quomodo Catech. probat realem præsentiam Christi in Eucharistia? Resp. probat apertissimè quinque modis: primò ex pluribus locis sacræ Scripturæ, nempe ex Evangeliis, & Apostolo Paulo, qui hoc aptissimè docet, & hæc loca Scripturarum adducit juxta interpretationem sanctæ & Catholicæ Ecclesiæ, & hæc omnia Apostolica traditione confirmantur: secundò probat ex unanimi consensu SS. Patrum, & aliquorum adducit præcisis verbis authoritatem: tertiò adducit unanimem consensum universæ Ecclesiæ in quocumque tempore: quartò ad hanc veritatem confirmandam adducit testimonium 7. Conciliorum, & illorum Pontificum, qui talia Concilia congregarunt. 5. probat ex primo, & nono artic. Symboli Apostolici: has autem authoritates in ipsomet Catechism. videre rectius erit.

Num. 37. &c. Quomodo probat secundam conclusionem, quod post consecrationem sub speciebus panis & vini nihil maneat de substantia eiusdem panis, & vini? Respond. primò adducit quatuor loca sacræ, & Evangelicæ scripturæ, ex quibus manifestè ita esse declaratur: secundò probat testimonio trium Conciliorum, Lateranensis magni, Florentini, &

Tridentini, & refert propria verba Conc. Trid. quibus declarat hæresim esse aliter affirmare: tertiò probat vnanimi consensu Sanctorum Patrum, quæ omnia traditione etiam confirmantur.

Quomodo probat tertiam, nempe quod accidentia sint sine subjecto? Resp. probat ob necessariam sequelam ex prima, & secunda conclusione. Num. 44.

Quomodo sequitur ex illis? Respondeo, accidentia panis, & vini post consecrationem manere, & certum, & sensibile est; vel ergo habent subjectum, vel non habent: si non habent, vera est conclusio, quæ modò posita est; si dicantur habere, illud subjectum omninò erit, vel substantia panis, & vini, vel substantia corporis, & sanguinis Christi: primum esse non potest; quia, vt ait secunda conclusio, nihil penitus manet de substantia panis, & vini. Corpus etiam Christi non potest esse subjectum, quia illa non sunt accidentia Corporis Christi, & vnum accidens non potest inhærere alicui corpori, nisi accidens illius fiat, ideò sine subjecto omninò erunt. Et talis est sensus totius Ecclesiæ. Ibidem.

Vbi Catechismus explicat, & probat dictas tres conclusiones? Respondeo de prima agit à num. 26. vsque ad 37. de secunda conclusione tractat à num. 37. vsque ad 44. de tertia conclusione agit in num. 44. & 45. & ibi dicta licet videre.

De cultu & veneratione sanctissimo Sacramento exhibenda. Caput VIII.

OMnes fideles debentne edoceri de cultu, & veneratione huic Sacramento exhibenda? Resp. ita est, quia omnes fideles tenentur summum cultum huic Sacramento exhibere. C. R. n. 1. C. T. ses. 13. c. 55.

Quis cultus debetur illi? Resp. latriæ, & Conc. Trid. determinat de fide; & ait in Ecclesia Catholica semper fuisse hunc morem talem cultum illi præbendi. Ses. 13. c. 5. & can. 6.

Quis est iste cultus latriæ? Resp. ait Conc. Trident. ille ipse qui Deo vero debetur. Ses. 13. c. 5.

Quare hoc? Resp. ait Conc. quia in hoc Sacramento verè præsens est vnigenitus filius Dei, quem Pater æternus introducens in orbem terrarum, dixit: *Et adorent eum omnes Angeli Dei.* Ibidem.

Ibidem. Potestne probari ex scriptura talem cultum illi præbendum? Resp. potest, & Scriptura & ratione.

Ibidem. Ex quo loco scripturæ? Resp. præcipuè ex Epist. ad Heb. cap. 1. vbi Pater æternus introducit filium suum, ut omnes Angeli eum adorent: adoratio autem propriè accepta cultus latriæ est, & debitus soli Deo: secundò quia Magi procidentes adoraverunt eum: tertiò quia ab Apostolis in Galilæa adoratus est.

Ibidem. Quomodo ratione? Resp. quia vbicunque est Deus, ibi cultus divinus debetur illi: si ergo Christus est verus Deus & verè in hoc sacramento præsens est: ergo cultus divinus, nempe latriæ, debetur illi.

Ses. 13. c. 6. *Ibidem.* Debeturne illi cultus fidei, spei, charitatis, *id est* cultus internus? Resp. debetur.

Ses. 13. c. 6. & 7. Debetur etiam externus? Resp. ita est.

Sacramentum hoc potestne servari in sacrario, ac pyxide, etiam post Missam completam? Resp. ait Conc. Trid. consuetudo asservandi in sacrario sanctam Eucharistiam adeo antiqua est, ut eam Nicænum Concilium agnoverit, & determinat de fide posse.

Ibid. c. 6. Licetne publicè populis proponere Sacramentum Eucharistiæ, ut ab illis adoretur? Resp. Conc. Trid. determinat de fide licere.

Ses. 13. c. 6. & 7. Licet deferre Eucharistiam ad infirmos? Resp. Conc. Trid. determinat de fide licere; & statuit, ut talis mos retineatur, & appellat illum salutarem, & necessarium, & summæ æquitati, & rationi coniunctum: & ait in multis Conciliis præceptum fuisse, & ex vetustissimo Catholicæ Ecclesiæ more observatum fuisse.

Potestne festiva aliqua celebritate, veluti Corporis Christi venerari? Respond. Conc. Trid. determinat de fide posse.

Ses. 13. c. 6.

Ses. 13. c. 5. & can. 6. Potest solenniter circungestari in processionibus secundum laudabilem, & vniversalem Ecclesiæ sanctæ ritum, & consuetudinem, veluti in Processione diei festi Corporis Christi? Resp. de fide posse.

Qua ratione celebritas diei festi, & processionis Corporis Christi est introducta? Resp. Conc. Trid. ita de hac re ait. Declarat præterea sancta Synodus, piè & religiosè admodum in Dei Ecclesia inductum fuisse hunc morem, ut singulis annis peculiari quodam, & festo die præexcel-

Ses. 13. c. 5.

sum hoc, & venerabile Sacramentum singulari veneratione, ac solemnitate celebraretur, utque in processionibus reverenter, & honorificè illud per vias & loca publica circumferretur. Æquissimum est enim sacros aliquos statutos esse dies, quibus Christiani omnes singulari, ac rara quadam significatione gratos & memores testentur animos erga communem Dominum, & Redemptorem pro tam ineffabili & planè divino beneficio, quo mortis ejus victoria, & triumphus repræsentatur. Atque sic quidem oportuit victricem veritatem de mendacio, & hæresi triumphum agere, ut ejus adversarij in conspectu tanti splendoris, in tanta vniversæ Ecclesiæ lætitia positi, vel debilitati, & confracti tabescant, vel pudore affecti, & confusi aliquando resipiscant.

Debeutne ista omnia doceri, & considerari? Resp. sicut Conc. Trid. judicavit dignum, ut ista ab ipso considerarentur, & docerentur: idem omninò ab aliis vtilissimum debet existimari. *Ibidem.*

De fine, & effectu sacræ Eucharistiæ. Cap. IX.

EXpedit cognoscere finem, & effectum Eucharistiæ? Resp. expedit multum. *Ses. 54. ca. 7. C. B.*

Ad quid? Resp. quia hac ratione scitur, qua intentione ad Eucharistiam sit accedendum. *Ex C. R. ib. C. T. ses. 13. c. 2. ib. & ses. 22. c. 2.*

Quis est finis illius? Resp. alius est principalis, alius est minùs principalis.

Quis est finis principalis? Resp. isti. Primus, ut in medio populi Christiani Christus verè & realiter esset præsens, licet latenter, & occultè. Secundus, ut fideles haberent cibum, & potum, *id est* alimentum, & refectionem spiritualem. Tertius ut daretur sacrificium laudis, & gratiarum actionis Deo patri. Primus respicit Eucharistiam ut est sacramentum sine vsu: secundus respicit illam, ut est sacramentum cum vsu: tertius ut est sacrificium. *C. R. num. 35. & 70.*

Qui sunt fines secundarij, vel minùs principales? Resp. primus est ut homini detur pignus, & signum infiniti amoris, quo Christus dilexit illum; secundus ut esset memoriale passionis Christi: tertius ut esset arctissimum vinculum quo fideles tanquam multa membra in vnum corpus colligantur: quartus ut homo per hoc sacramentum Christo ca- *C. T. ses. 13. ca. 2. &c. C. R. n. 3. 45. 46. &c.*

piti ita vniretur, vt cum ipso fieret vna res: quintus vt homo per illud haberet omnia bona & auxilia, & dona spiritualia: sextus vt homo manendo in Christo, & communicando de vite, Christi, posset sicut palmes, qui manet in vita fructum plurimum bonarum operationum afferre: septimus, vt materia vitæ & passionis Christi fideli populo communicaretur: octavus vt homini daretur pignus, & spes hæreditatis æternæ: nonus vt Christus honoraretur ab homine in terris vbi pro homine tanta pati dignatus est: decimus, vt Ecclesia declararetur supra Synagogam, dum retinet in re quod illi in figura contingebat, & fiat propè Ecclesia triumphans, vno tantùm gradu distans ab illa. Demùm infinitæ rationes finales conveniunt quatenus sacrificium est, de quibus ex parte suo loco dicetur.

DOCTRINA
CONCILII TRIDENTINI
& Catechismi Romani.

De Communione, & vsu Eucharistiæ.

TRACTATVS II.

Num. 9. C. T. sess. 13. can. 4. SAcramentum, & vsus sacramenti sunt idem, an distinguuntur? Resp. in aliis sacramentis semper simul sunt sacramentum, & vsus illius: imò ipsa sacramenta vsu perficiuntur. In Eucharistia autem, sacramentum, & vsus diversæ sunt res.

Sess. 3. c. 4. Potestne dari sacramentum Eucharistiæ sine vsu illius? R. potest, veluti cùm asservatur in sacrario, vel in pyxide.

Ibidem. Vsus Eucharistiæ potest esse sine sacramento? Resp. sacramentum Eucharistiæ potest esse sine vsu; vsus autem non potest esse sine sacramento.

Num. 3. In communinone Eucharistia estne sacramentum? Resp. est, quia significat, & efficit gratiam in eo, qui accipit sacramentum.

De doctrina populis tradenda.

QVæ doctrina fideli populo est accommodata? Resp. ex Conc. Trid. colligitur, quod quilibet Christianus tria potissimùm de hoc sacramento deberet scire: primò realem præsentiam Christi in hoc sacramento: secundò vim, & efficaciam, seu vtilitates huius sacramenti: tertiò vsum, & præparationem ad illud. *Sess. 13. c. 3. & sess. 24. c. 7. C. R.*

Subtilitates, quæ pertinent ad naturam sacramenti, sunt ne populis proponendæ? Resp. non, nisi cum magna prudentia, & quatenus opus est, & audientium captui sunt accommodatæ. *Sess. 24. c. 7. C. R.*

Doctrina de vsu est tradenda? Resp. est, quia omnibus necessaria, & valdè vtilis existit. *Ibidem.*

Divisio tractationis.

QVæ sunt tradenda circa vsum Eucharistiæ? Respond. quatuor.

Primò de efficiente, *id est*, ministro huius sacramenti.

Secundò de fine, *id est*, de fructibus, & vtilitatibus, quæ ex communione procedunt.

Tertiò de materia, *id est*, de suscipientibus hoc sacramentum.

Quartò de forma, *id est*, de præparatione, & modo communicandi.

De ministro, & administratione Eucharistiæ.

Cap. I.

CHristus instituitne vsum hujus sacramenti? Resp. instituit in illis verbis: *Accipite, & manducate.* *Sess. 13. c. 2. Num. 67.*

Ad quem ministrum spectat distributio & administratio hujus Sacramenti? Resp. ad solos sacerdotes.

Quilibet sacerdos potest administrare? Resp. in aliquibus casibus, veluti in communione Paschali, & cùm infirmo datur per modum viatici, requiritur specialis authoritas ordinaria, vel delegata. *Ca. omnis vir.*

Sacerdotes possunt seipsos communicare? Resp. possunt, cum celebrant Missam.

Cur solus Sacerdos hoc Sacramentum administrat? Resp. duplici de causa: prima, quia in Ecclesia semper, fuit talis consuetudo, quæ etiam est profecta ex traditione Apostolica, & vt talis à Concil. Trid. est confirmata: secunda est, quia maxima dignitas hujus sacramenti hoc requirit, ob quam etiam Ecclesia vetuit ne quis nisi consecratus esset,

sacra vasa, lintea, & alia instrumenta, quæ ad illius confectionem necessaria sunt, tractare auderet, modò gravis aliqua necessitas non incideret.

Num.48. Si sacerdos confitetur, vel administret hoc sacramentum in peccato mortali, peccatne mortaliter? Resp. peccat propter irreverentiam, quam facit huic sacramento.

Ibidem. Tenetne sacramentum, & administratio? Resp. tenet, quia ministet hoc facit in persona Christi, & authoritate illius.

De fine, & effectu hujus sacramenti. Cap. II.

Sect.13.n.2. VIus Eucharistiæ habet aliquem finem? Resp. habet, quia omne agens agit propter finem.

Ibidem. Quis est finis? Resp. consequi fructus, & utilitates hujus sacramenti.

Ibidem. Effectus sacramenti Eucharistiæ possunt dici finis illius qui vitur illo? Resp. possunt, quia sicut finis comedentis panem, & bibentis vinum est consequi effectus illorum, ita de suscipiente Eucharistiam dicendum esse videtur.

Quomodo manifestentur fructus, & effectus Eucharistiæ.
Num. 1.

Num.46. EFfectus Eucharistiæ possuntne manifestari? Resp. aliqui, sed non omnes: & de his ex parte dictum est.

Qua ratione possunt declarari? Resp. multiplici: primò ratione rei contentæ, quæ cum sit corpus, & sanguis Christi, seu totus Christus, ex hoc licebit cognitare plures esse effectus Eucharistiæ in hominibus, quam sit Solis in omnes, & singulas partes universi: Christus enim justitia verus Sol est.

Sect.13.n.2. & Num.47. Secundò ex parte finis Eucharistiæ, qui cum sit refectio spiritualis, licebit conjicere, quæ sint utilitates, & effectus in animam ex tali nutritione, refectione, & gustu profluentes.

Num.46. Tertiò ex comparatione ad alia sacramenta. Sacramentum enim Eucharistiæ est tanquam fons, cætera sacramenta sunt tanquam rivuli, qui ex hoc fonte deducti sunt: in hoc enim sacramento continetur non tantùm gratia, sed fons, & origo totius gratiæ, qui Christus est.

Num.47. & 50. Quartò ex parte ejus, quod in sacramento significatur, illa enim quæ significant in hoc sacramento, sunt cibus, & potus; quæ cum significent nutritionem, reparationem,

augmentum, gustum, & delectationem in comedente, & bibente, cum aliis similibus effectibus, potest cognosci, quod talia efficiantur hoc sacramento in anima, quia etiam ipsa verum cibum, & potum spiritualem habet.

Quintò ex similitudine corporis humani, & membrorum ejus. *Num.48.* Cùm enim appareat quia membrum, quod vivit vnitum in corpore, & sub capite hominis, communicat de anima, vita, operatione, & statu ejusdem capitis & corporis: apparebit per hoc sacramentum fieri vt homo vivat de vita, & spiritu Christi, & totius Ecclesiæ, cùm per illud conjungatur Christo, & non solùm valeant illi, sed quadam ratione mutetur, & convertatur, & complantetur in ipsum, quod est consequi bona.

Sextò per comparationem ad illos, qui Christum receperunt, vel testigerunt: si enim verè & meritò beatissimi existimantur, in quorum tecta Christus mortali corpore est receptus, vel qui illius vestis, aut fimbriæ tactu sanitatem recuperarunt: & præcipuè sepulchrum, crux, & alia, & demum beatus venter Virginis, quia Christum testigerunt, vel portaverunt. Cur non etiam beatos dicere licet illos homines, in quorum animam Christus immortali gloria præditus ingredi non gravatur, vt omnia vulnera illius sanet, eamque amplissimis muneribus ornatam sibi tanquam sponsam conjungat. *Num. 53.*

Qui sunt effectus particulares hujus Sacramenti.
Num. 3.

POssunt proponi magis in particulari effectus Eucharistiæ? Resp. possunt.

Qui sunt? Resp. primò sicut quod vi innati caloris quoti- *Num.50.* die in corpore hominis detrahitur, & deperditur, cibus, *51. &c.* & potus addunt, & restituunt, ita Eucharistia restaurat vires animæ deperditas, seu diminutas: secundò non solùm reficit deperditum, sed etiam auget & recreat, & impinguat, *id est*, dat spiritus pinguedinem, replet etiam gustu, & dulcedine spirituali, quia hæc omnia fiunt cibo, & potu mortali: tertiò delet peccata venialia antea commissa: quartò minuit ardorem fomitis, & concupiscentiæ: quintò auget fervorem spiritus: sextò munit contra tentationes: septimò præservat à peccatis futuris: octavò dat robur ad multa bona opera facienda, & ad martyrium, si opus

est subeundum: & carnis libidinem cohibet, ac reprimit, & igne charitatis concupiscentiæ ardorem extinguit. Demùm post alios innumerabiles effectus est cibus & alimentum, & robur, & viaticum ad vitam æternam comparandam.

De sumentibus Eucharistiam. Cap. III.

Ses. 13. c. 2. 7. 8. SVmentes Eucharistiam possunt dici materia vsus illius? Resp. possunt aliqua ratione.

C. R. n. 55. Quomodo? R. duplici de causa. Prima est, quia sicut carta dicitur materia scripturæ, & scriptoris, & calami, quo in ipsa recipitur effectus illorum: ita quia sumentes Eucharistiam recipiunt tanquam materia actionem & effectum sacramenti, nempe refectionem, & gratiam, & alios effectus, poterunt dici materia: secunda illud dicitur materia in quo requiritur præparatio ad hoc vt agens agat illud: at in sumente Eucharistiam talis præparatio est necessaria, ideò dicitur materia non sacramenti, sed vsus illius.

Quando pueris possit administrari Eucharistia.

C. R. n. 62. ses. 22. c. 4. ECclesia concedit infantibus dari Eucharistiam? Resp. in aliquibus locis vetus fuit consuetudo, vt illis daretur, sed modò talis consuetudo, Ecclesiæ authoritate sublata est.

Num. 26. ses. 22. c. 4. Quare hoc? Resp. triplici ratione: prima est, quia infantes nesciunt discernere sacram Eucharistiam à pane communi, & profano: secunda, quia nesciunt præparare se ad pietatem animi, & religionem, quæ ad hunc vsum requiruntur: tertia, quia Christus vsum hujus sacramenti instituit, quando dixit, *Accipite & manducate*; infantes autem manifestum est, quod facere nesciunt, ideò talis consuetudo alienissima est à Christi institutione.

Num. 63. Quando pueris concedenda est sacra communio? Resp. postquam habent vsum rationis, & capaces illius sunt.

Ibidem. Quomodo cognoscetur an sint capaces? Resp. si duo hæc illis adsunt: primò, vt aliquam habeant cognitionem hujus sacramenti: secundò quod gustum, & desiderium illius teneant.

Ses. 24. ca. 7. C. R. C. R. n. 56. Quam debent cognitionem habere? Resp. quatuor debent cognoscere: primò, quod ibi continetur realiter corpus, & sanguis Christi: secundò aliqualis cognitio effectuum hujus sacramenti: tertiò de cultu, & veneratione,

quæ illi debetur: quartò quod necessaria sit præparatio, seu devotio ei qui hoc sacramentum percipere intendit.

Ad quos pertinet hoc inquirere, & judicare? Resp. ad patrem, & ad sacerdotem, cui illi confitentur peccata. Num. 65.

Et si habent vsum rationis, sed carent iam dicta cognitione, quid debet fieri? Resp. pater & confessarius debent curare ut illa addiscantur, ut possint satisfacere præcepto Ecclesiæ, ad quod post vsum rationis tenentur. Ex C. Rom. præ. 4.

Quando amentibus possit dari Eucharistia. Num. 2.

AMentibus potest dari Eucharistia? Resp. Catechism. sic ait: Amentibus, qui tunc à pietatis sensu alieni sunt, Sacramenta dare minimè oportet, quamuis si antequam in infantiam inciderint, piam, & religiosam voluntatem præ se tulerint, licebit eis in fine vitæ ex Conc. Carthaginensis decreto Eucharistiam administrare, modò vomitionis, vel alterius indignitatis, & incommodi periculum nullum timendum sit. Num. 64.

Quod saltem in paschate quilibet teneantur Eucharistiam sumere. Num. 5.

QVando ex præcepto fideles tenentur Eucharistiam sumere? Resp. Conc. Tr. sic statuit. Si quis negaverit omnes, & singulos Christi fideles cùm ad annos discretionis pervenerint, teneri singulis annis saltem in Paschate ad communicandum iuxta præceptum sanctæ Matris Ecclesiæ, anathema sit. Ses. 13. c. 9.

Quod laicis sub vtraque specie communicandum non est, & quare. Num. 4.

QVi possunt sumere Eucharistiam sub vtraque specie? Respondemus soli sacerdotes sacrificium Missæ celebrantes. Num. 65. C. T. ses. 11. R. num. 65.

Laicis, & non Sacerdotibus est prohibitum? Resp. est. C. T. ibid.

Nonne Christus sub vtraque specie Apostolis dedit? Resp. dedit, sed non fecit legem vt ita aliis omnibus daretur.

Ob quas causas prohibitum est? Resp. ob septem: prima est, quia Christus sæpius meminit de hoc Sacramento, & loquitur de vna tantum specie, veluti, *Qui manducat ex hoc pane, vivet in æternum*: secunda quia maximè cavendum erat ne sanguis Domini in terram effunderetur, quod difficillimè potest vitari, ubi magnæ multitudini ministrari oportet: tertia cum sacra Eucharistia pro ægrotis semper Num. 6. C. T. ses. 11.

debeat esse parata, si oportet illos sub vtraque specie communicare, necesse fuisset diutius servare species vini, ex quo sæpè fieret, vt acesceret, quod ad irreverentiam sacramenti pertinet. quarta, permulti sunt, qui vini saporem, ac ne odorem quidem perferre vllo modo possunt; quare ne sacramentum salutis spiritualis esset nocumento saluti corporali, sub vna tantum specie communio sancita est: quinta, in pluribus provinciis summa vini penuria laboratur, & sine maximis impensis, laboribus, itineribus conduci non potest: sexta præcipua ratio est, communionem sub vna tantùm specie tradendam esse, ut veritas fidei catholicæ magis ante oculos poneretur, ostendendo quod totus Christus est sub vtraque specie, & alia hæresis convelleretur, quæ negat hoc, asserendo quod sub specie panis corpus exanime, & sine sanguine reperitur, & aliæ hujusmodi multæ rationes sunt.

Sess. 14. c. 7. C. T. sess. 13. c. 7. & 8. Ibidem.

De forma & modo communicandi.

Cap. IV.

FOrma, & modus vtendi Eucharistia debetne tradi? Resp. quàm maximè expedit.

Circa hoc quid debet considerari? Resp. tria: primum de triplici manducatione, secundum de præparatione, tertium de frequentia sumendi hoc sacramentum.

Sess. 13. c. 8. Quare ista? Resp. quia pertinent ad formam, & modum communicandi.

De triplici ratione sumendi Eucharistiam. Num. 1.

Ibidem. EVcharistia potest sumi multis modis? Resp. Conc. Tr. & Cat. aiunt triplici modo sumi posse: primò sacramentaliter tantùm: secundò spiritualiter tantùm: tertiò spiritualiter, & sacramentaliter, num. 54.

Ibidem. Qui accipiunt sacramentaliter tantùm? Resp. illi qui accedunt in peccato mortali. C. R. num. 54.

Ibidem. Ibid. & C. R. num. 54. C. R. n. 10. Qui accipiunt spiritualiter tantùm? Resp. illi qui voto, & desiderio tantùm edunt hunc panem cœlestem, & sentiunt fructum eius, & vtilitatem per fidem vivam, quæ per dilectionem operatur. Num. 54.

Qui comedunt spiritualiter & sacramentaliter? Resp. illi qui devotè & cum veste nuptiali realiter ad hoc sacratum accedunt.

Manducare sacramentaliter tantùm prodestne? Resp. non

non prodest, sed multùm nocet; est enim sibi judicium manducare, ut Apostolus ait. Ibidem.

Qui percipiunt tantùm spiritualiter, accipiuntne æqualem fructum, ac illi qui etiam manducant Sacramentaliter? Resp. Cat. ait, maximos quidem fructus percipere, sed minores his qui etiam sacramentaliter accipiunt; & qui parati sunt sacramentaliter communicare, privari maximis bonis, si spiritu tantùm contenti sunt sacram accipere communionem.

De necessitate præparationis ad communionem.

Num. 3.

PRæparatio ad Eucharistiam est necessaria? Respond. C. R. n. 55. ait est. Sess. 24. c. 7. C. R. n. 55.

Quare? Resp. primò, quia Dominus ita docuit lavando pedes Dicipplorum antequam illis hoc sacramentum præberet: secundò, quia natura, & conditio cibi, & potus hæc est, ut stomachum requirat præparatum; si enim stomacho febricitanti, vel malè affecto dentur optimi cibi, & pretiosa vina, non solùm non prodesse, sed etiam nocumentum afferre solent: tertiò quia gratia quæ in hoc sacramento confertur, requirit dispositionem in eo qui illam recipere debet.

De præparatione animæ, & corporis.

Num. 4.

QValis debet esse animæ præparatio? Resp. qui vult animam suam præparare, debet facere quæ sequuntur. Num. 65.

Primò debet: sicut ait Apostolus, dijudicare corpus Domini; quod fiet si venerando potius, quàm curiosiùs inquirendo discernat mensam à mensa, hanc sacram ab aliis profanis: & fiet si quis considerabit realem præsentiam Christi in hoc sacramento, & infinitos fructus qui ab illo procedunt.

Secundò debet considerare an habeat pacem cum aliis, & num proximum verè & ex animo diligat, & hanc præparationem Christus requisivit, Ioan. 5. dicens: *Si offers munus tuum, &c.*

Tertiò debet examinare seipsum, an commiserit peccatum mortale de quo non fuerit contritus, & confessus non sit. Conc. enim Tr. definivit nemini licere, quem peccati mortalis conscientia stimulet, si sacerdotis facultas data Sess. 13. c. 7. & c. 11.

sit, ante sacramentalem confessionem Eucharistiam sumere etiamsi videatur sibi esse contritus, nisi aliqua necessitate vrgente sacerdos celebrare cogatur.

Quartò debet procurare veram humilitatem, considerando cum Centurione, *quàm indignus sit, vt filius Dei intrat in corpus & domum suam.*

Quintò debet cogitare an habeat vestem nuptialem, *id est* charitatem, nempe an Christum vere, & ex corde diligat, sine tali enim dilectione Christus non recipitur dignè in communione.

Num. 58. Quæ corporis præparatio est adhibenda? Resp. duplex, altera vt jejuni communicemus, altera vt matrimonio conjuncti aliquot dies à concubitu vxorum abstineant.

Num. 6. Quis instituit vt fideles jejuni communicent? Resp. Cat. ait Apostolos instituisse.

Num. 58. Ibidem. De quo jejunio intelligitur? Resp. de jejunio non Ecclesiæ, sed naturæ.

Quid est jejunium naturæ? Resp. vt nihil omnino quis comederit, vel biberit.

A quo tempore? Resp. saltem à dimidia antecedentis diei nocte, vsque ad punctum sacræ communionis.

Continentia ab actu matrimoniali est de præcepto, sicut est jejunium? Resp. non est præceptum, sed Catech. ait, postulat tanti sacramenti dignitas, vt abstineant: vnde non est præceptum, sed consilium ob reverentiam sacramenti.

De frequenti vsu Eucharistiæ. Num. 5.

Num. 60. Fideles debentne frequenter accedere ad Eucharistiam? Resp. ait Catech. ita facere debent.

Ibidem. Potest determinari an singulis mensibus vel hebdomadis vel diebus sit accipiendum? Resp. omnibus non potest dari certa regula quoad tempus, quia non omnes æqualiter sunt præparati.

Ibidem. In generali potest aliquid determinari? Resp. Cat. ait: Certa omnibus regula præscribi non potest: Verumtamen illa est S. August. norma certissima: Sic vive vt quotidie possis sumere.

Ibidem. Quid vult dicere hoc? Resp. vult dicere duo: vnum est quod si homo esset præparatus ad quotidie sumendum, deberet quotidie sumere: alterum est quod fideles debent

studere, vt se præparent etiam, si fieri potest, ad quotidie sumendum.

Parochi debent hortari ad frequentem vsum Eucharistiæ? Resp. ait Cajet. ita facere debent. *Ibidem.*

Quomodo probat Cat. hunc vsum debere esse frequentem? Resp. primò ratione: secundò authoritate: tertiò Ecclesiæ primitivæ consuetudine. *N. 60. 61.*

Quomodo probat ratione? Resp. sic. Primò ex parte animæ nostræ, quæ eget hoc cibo, ideò ait: Quemadmodum corpori in singulos dies alimentum subministrare necessarium est, ita etiam quotidie hoc sacramento alendæ, & nutriendæ animæ cura non est abjicienda: neque enim minùs spirituali cibo animam, quàm naturali corpus indigere perspicuum est. Et hoc confirmatur per figuram Mannæ, cùm singulis diebus corporis vires manna reficere oporteret: secundò probat ex parte istius cibi, cùm enim ab illo, vt dictum est, infinita bona, & fructus proficiscantur, fideles æstimare debent se plurimum damni fecisse, si aliquandiu hoc saluberrimo vsu caruerint. *Num. 60.* *De sacr. in gen.* *Num. 32.* *Num. 60.*

Quomodo probat authoritate? Resp. quia ait, omnes Patres, qui de hoc scripserunt, convenerunt in hanc sententiam: Quotidie peccas, quotidie sume.

Quomodo probat consuetudine primitivæ Ecclesiæ? Resp. quia ex Actis Apostolorum habetur, quod fideles quotidie communicabant, cùm quotidie ad illius vsum parati essent. Et hæc consuetudo aliquando fuit renovata, & conservata: Sed postea refrigescente charitate Fabianus Pontifex præcepit, vt ter quotannis fideles communicarent, nempe Natali Domini, Resurrectione, & Pentecoste: Sed adhuc magis deficiente charitate, præceptum est, vt saltem semel in anno quilibet Eucharistiam suscipiat. *Act. 2.* *C. R.* *Num. 61.*

De hoc præcepto dicitne aliquid C. T. Resp. dicit sic: Si quis negaverit omnes, & singulos Christi fideles vtriusque sexus, cùm ad annos discretionis pervenerint, teneri singulis annis saltem in Paschate ad communicandum juxta præceptum Sanctæ Matris Ecclesiæ, anathema sit. *Sess. 13. c. 9.*

sit, ante sacramentalem confessionem Eucharistiam sumere etiamsi videatur sibi esse contritus, nisi aliqua necessitate vrgente sacerdos celebrare cogatur.

Quartò debet procurare veram humilitatem, considerando cum Centurione, *quàm indignus sit, vt filius Dei intrat in corpus & domum suam.*

Quintò debet cogitare an habeat vestem nuptialem, *id est* charitatem, nempe an Christum vere, & ex corde diligat, sine tali enim dilectione Christus non recipitur dignè in communione.

Num. 58. Quæ corporis præparatio est adhibenda? Resp. duplex, altera vt jejuni communicemus, altera vt matrimonio conjuncti aliquot dies à concubitu vxorum abstineant.

Num. 6. Quis instituit vt fideles jejuni communicent? Resp. Cat. ait Apostolos instituisse.

Num. 58. Ibidem. De quo jejunio intelligitur? Resp. de jejunio non Ecclesiæ, sed naturæ.

Quid est jejunium naturæ? Resp. vt nihil omnino quis comederit, vel biberit.

A quo tempore? Resp. saltem à dimidia antecedentis diei nocte, vsque ad punctum sacræ communionis.

Continentia ab actu matrimoniali est de præcepto, sicut est jejunium? Resp. non est præceptum, sed Catech. ait, postulat tanti sacramenti dignitas, vt abstineant: vnde non est præceptum, sed consilium ob reverentiam sacramenti.

De frequenti vsu Eucharistiæ. Num. 5.

Num. 60. Fideles debentne frequenter accedere ad Eucharistiam? Resp. ait Catech. ita facere debent.

Ibidem. Potest determinari an singulis mensibus vel hebdomadis vel diebus sit accipiendum? Resp. omnibus non potest dari certa regula quoad tempus, quia non omnes æqualiter sunt præparati.

Ibidem. In generali potest aliquid determinari? Resp. Cat. ait: Certa omnibus regula præscribi non potest: Verumtamen illa est S. August. norma certissima: Sic vive vt quotidie possis sumere.

Ibidem. Quid vult dicere hoc? Resp. vult dicere duo: vnum est quod si homo esset præparatus ad quotidie sumendum, deberet quotidie sumere: alterum est quod fideles debent

studere, vt se præparent etiam, si fieri potest, ad quotidie sumendum.

Parochi debent hortari ad frequentem vsum Eucharistiæ? Resp. ait Cajet. ita facere debent. *Ibidem.*

Quomodo probat Cat. hunc vsum debere esse frequentem? Resp. primò ratione: secundò authoritate: tertiò Ecclesiæ primitivæ consuetudine. *N. 60. 61.*

Quomodo probat ratione? Resp. sic. Primò ex parte animæ nostræ, quæ eget hoc cibo, ideò ait: Quemadmodum corpori in singulos dies alimentum subministrare necessarium est, ita etiam quotidie hoc sacramento alendæ, & nutriendæ animæ cura non est abjicienda: neque enim minùs spirituali cibo animam, quàm naturali corpus indigere perspicuum est. Et hoc confirmatur per figuram Mannæ, cùm singulis diebus corporis vires manna reficere oporteret: secundò probat ex parte istius cibi, cùm enim ab illo, vt dictum est, infinita bona, & fructus proficiscantur, fideles æstimare debent se plurimum damni fecisse, si aliquandiu hoc saluberrimo vsu caruerint. *Num. 60.* *De sacr. in gen.* *Num. 32.* *Num. 60.*

Quomodo probat authoritate? Resp. quia ait, omnes Patres, qui de hoc scripserunt, convenerunt in hanc sententiam: Quotidie peccas, quotidie sume.

Quomodo probat consuetudine primitivæ Ecclesiæ? Resp. quia ex Actis Apostolorum habetur, quod fideles quotidie communicabant, cùm quotidie ad illius vsum parati essent. Et hæc consuetudo aliquando fuit renovata, & conservata: Sed postea refrigescente charitate Fabianus Pontifex præcepit, vt ter quotannis fideles communicarent, nempe Natali Domini, Resurrectione, & Pentecoste: Sed adhuc magis deficiente charitate, præceptum est, vt saltem semel in anno quilibet Eucharistiam suscipiat. *Act. 2.* *C. R.* *Num. 61.*

De hoc præcepto dicitne aliquid C. T. Resp. dicit sic: Si quis negaverit omnes, & singulos Christi fideles vtriusque sexus, cùm ad annos discretionis pervenerint, teneri singulis annis saltem in Paschate ad communicandum juxta præceptum Sanctæ Matris Ecclesiæ, anathema sit. *Sess. 13. c. 9.*

& perfecta doctrina & instructio. Post Evangelium cantatur Symbolum, in quo populus confitetur fidem, quia post instructionem debet sequi confessio: Cantatur autem in festis, de quibus fit aliqua mentio in symbolo, sicut in festis Christi, & B. Virginis, & Apostolorum, qui hanc fidem fundaverunt: & aliis hujusmodi.

3.p.q.82. ar.4.ad 4. Quare istæ duæ partes, scilicet *præparatio, & instructio*, dicuntur Missa Catechumenorum? Resp. quia Catechumenis licebat interesse tantùm illis.

Quare post Epistolam fertur liber Evangeliorum ad aliud cornu Altaris? Resp. ad significandum legem transferri à Synagoga ad Ecclesiam.

De Oblatione. Num. 4.

D.T.3.p.q.83. art.4. QVæ pars pertinet ad oblationem? Resp. ab Offertorio vsque ad Præfationem.

Ibidem. Cujus rei fit oblatio? Resp. materiæ Eucharistiæ, *id est*, panis & vini.

Ibidem. Quid fit circa hanc Oblationem? Respondeo, primò per Offertorium cantatum à Choro ostenditur lætitia populi offerentis: secundò Sacerdos orat, & invitat ad orandum, vt oblatio Deo sit grata: tertiò offert materiam Eucharistiæ.

Quare fiunt ista? Resp. quia lætitia, & oratio, seu devotio offerentium, oblationem valdè commendant, & Deo acceptabilem reddunt.

De Consecratione. Num. 5.

Ibidem. QVæ pars pertinet ad Consecrationem? Resp. à præfatione vsque ad Orationem Dominicalem.

Ibidem. Quid fit in hac parte? Resp. primò excitatur populus ad devotionem in præfatione: post Præfationem populus laudat divinitatem Christi, dicendo: *Sanctus*, & humanitatem, dicendo: *Benedictus, qui venit*, &c.

De prima parte Canonis. Num. 6.

QVid fit in Canone? Resp. Sacerdos primò commemorat pro quibus hoc sacrificium offert: secundò commemorat Sanctos, quorum patrocinium implorat: tertiò petit, vt oblatio sit illis, pro quibus offertur, salutatur: deinde accedit ad consecrationem.

Quomodo Sacerdos peragit consecrationem? Respondeo, primò petit consecrationis effectum, cùm dicit: *Quam*

oblationem, &c. secundò consecrationem peragit per verba Salvatoris, cùm dixit, *Qui pridie*: tertiò excusat præsumptionem per obedientiam ad mandatum Christi, cùm dicit, *Vade & memores*: quartò petit hoc sacrificium peractum esse Deo acceptum, cum dicit: *Supra quæ propitio*: quintò petit hujus sacrificii, & sacramenti effectum: primò quidem quantùm ad ipsos sumentes, cùm dicit, *Supplices te rogamus*: secundò quantùm ad mortuos, cùm dicit: *Memento*, &c. tertiò quantùm ad offerentes, cùm dicit: *Nobis quoque peccatoribus*, &c.

De communione, seu perceptione Sacramenti. Num. 7.

QVæ pars pertinet ad communionem? Resp. ab oratione Dominicali vsque ad sumptionem Sacramenti. *Ibidem.*

Quid fit in hac parte? Resp. primò præparatur populus ad Communionem oratione tum publica, quæ est oratio Dominicalis, in qua petitur panem quotidianum nobis dari: tum privata, quam specialiter Sacerdos pro populo offert, cum dicit: *Libera nos*. Secundò præparatur populus per pacem quæ datur dicendo: *Agnus Dei*, quod fit, quia hoc sacramentum est vnitatis, & pacis. In Missis autem defunctorum non datur pax, quia sacrificium offertur non pro pace præsenti, sed pro requie sempiterna: tertiò fit communio primò percipiente Sacerdote, postmodum aliis dante. *Ibidem.*

De gratiarum actione. Num. 8.

QVæ pars pertinet ad gratiarum actionem? Resp. post communio, vsque ad finem. D.T. ibid.

Quid fit in ea? Resp. primò populus exultat pro sumptione mysterii, & exultationem significat per cantum qui dicitur, *Postcommunio*: secundò Sacerdos per orationem gratias agit, ad imitationem Christi, qui post Cœnam Hymnum dixit: tertiò dat benedictionem dimittendo populum, vt imitetur Christum, qui in Ascensione relicturus Apostolos benedixit illis. Demùm dicit Evangelium, *In principio*: vt ostendat Christum esse Alpha, & Omega, primum, & novissimum, principium, & finem omnium.

De ritibus, ac cæremoniis Missæ. Cap. V.

RItus ac cæremoniæ pertinent ad Missam? Resp. pertinent, & ex Apostolica traditione acceptæ sunt. Sess. 22. c. 5. & 7.

bum, *institutum, & oblatum à Christo*, significat causam efficientem, *id est*, Christum institutorem, & offerentem per manus sacerdotis. Concilium enim ait, Christum per manus sacerdotis hoc sacrificium offerre. Demum illa verba, in honorem Dei, & salutem totius mundi, explicant causam finalem ob dictas causas sacrificium hoc est institutum.

De nomine, & definitione sacrificii. Cap. II.

1. 2. 85. a. 3. ad 3. QUid significat hoc nomen *sacrificium*? Resp. ait D. Thom. significat factum facio, *id est*, Fictio rem factam.

Quæ differentia est inter *factum* & *sanctum*? Resp. ex communi usu loquendi talis est. *Sanctum* dicitur illud, quod est Deo dictum, seu ad cultum Deo cultum, vel honorem destinatum; & sic vasa, vestes, loca, & personæ ad cultum Dei destinatæ, dicuntur sacræ. *Sanctum* verò dicitur illud, quod à Deo aliquam recipit qualitatem sanctificantem, & sic res quæ habent aliquam qualitatem, vel violationem sanctificantem, dicuntur sanctæ, & sic sanctum recipit à Deo. *Sacrum* verò quasi ab ista ad Deum refert; explorantium autem pro eodē *sacrum*, & *sanctum* accipi solent.

C. T. iii. Quid est facere Sacrum? Resp. est facere, vt aliquid sit destinatum ad cultum, & honorem Deo exhibendum per hoc, quod aliquid fit circa illum.

De definitione Sacrificii. Num. 1.

Ex D. T. 22. 2. q. 102. art. 2. ad 2. 2. q. 85. Ex C. T. ibidem. QVomodo potest definiri *Sacrificium*? Resp. sic. *Sacrificium est dignæ rei oblatio facta ab homine Deo, ex ratione vt supremum illius dominium cum maxima sui humiliatione recognoscat.* Ex hac definitio extrahuntur quatuor ejus Sacrificii.

Quæ ratione omnium horum explicantur? Resp. illud verbum *digna rei*, dicit materiam, res enim quæ offertur, est materia, dignum verò est qualitas quæ debet inesse tali rei: offerre enim rem indignam, vel non dignam, est materiam non aptam Sacrificio adhibere. Illa dictio, *ab homine*, C. R. n. 75. significat causam efficientem. Forma verò explicatur tribus vocibus; prima est *oblatio*, in qua, ait Catechismi sima ratio Sacrificii posita est: secunda est *humiliatio sui maxima*: tertia est *intentio recognoscendi supremum Dei dominium*. Finis est non intendi recognoscendi, sed ipsamet rei cognitio, quòd in Deo supremum dominium sit.

De quadruplici fine Sacrificii. Num. 3.

QVotuplex est finis Sacrificii? Resp. quadruplex. Primus est, ut Deo summa laus, & honor detur. Secundus, ut gratiæ agantur pro beneficiis acceptis. Tertius, ut detur satisfactio pro peccatis commissis. Quartus, ut beneficiata de novo obtineantur; seu impetratio alicujus beneficii: & ideo in veteri lege quatuor erant genera Sacrificiorum. D. T. 22. 2. q. 102. art. 3. ad 1. & 10.

Quæ sacrificiorum tot fines habet? Resp. quia finis Sacrificii est dare Deo digna, & debitum cultum: cum autem in Deo quatuor sint supremitates, singulis propterea cultum exhibere convenientes erat. Ex D. T. 1. q. 102. art. 3. Ex 1. 2. D. T. 22. D. T. ibi d.

Quæ sunt istæ supremitates Dei? Resp. Deus à Theologis considerantur primò ad intra, *id est*, in seipso, absque eo quod referant illum ad creaturas, & sic considerabitur esse summum bonum, ab æterno virum beatissimum habens in semetipso: & hac ratione summus honor & laus illis debetur. 2. considerantur ad extra, *id est*, in ordine ad creaturas: & sic Deo tres supremitates assignantur: prima est, quòd sit primum principium totius motus, *id est* fons primus, & primus omnium rerum, bonorum, & beneficiorum, & hac ratione debent illi gratiarum actio pro beneficiis acceptis: postea considerari illum summum omnium gubernatorem, à quo leges, & præcepta dantur universis, contra quæ præcepta quis homines peccant, ideo cultus satisfactionis pro peccatis commissis. Demum alia supremitas est in Deo, quod sic victimus finis omnium, i. illud bonum in quo omnes beatificantur, seu æternum beneficium fruitionis obtinent, & sic convenit cultus impetrationis tam & tam maximi beneficii: recte ergo quatuor fines dicti sunt constituti.

De forma Sacrificii. Num. 4.

IN quo consistit forma Sacrificii? Respond. forma Sacrificii potest considerari tum in generali, tum in particulari.

Quomodo in generali? Resp. forma generalis dicitur, ut dictum est in definitione: primò oblationem; secundò maximam sui humiliationem: tertiò, intentionem recognoscendi, vel omnes, vel aliquas supremitates Dei, ut de hac dictum est.

C.R. de sa. Ord. n. 25. 2.2. q. 85. a. 1. C.R. de sa. Ord. n. 8 & 23. D. T. 1.2. q. 102. art. 3. ad 8. & 10. C.R. de sa. Ord. num. 23.

Quænam est forma particularis? Resp. ex divisione, seu distinctione Sacrificij, formæ particulares manifestæ fiunt.

Sacrificium igitur aliud est internum, & privatum, *id est*, oblatum à persona privata, & modo privato, *id est*, in Altari cordis sui. Aliud est publicum, & externum, *id est*, oblatum à persona publica, & modo publico: hoc propriè est Sacrificium.

Sacrificium tum publicum, tum privatum, tum internum, tum externum, aliud est à lege naturæ, aliud à lege scripta, aliud à lege Evangelica, & differunt inter se.

Amplius, Sacrificium cujuscunque legis, aliud est laudis, aliud gratiarum actionis: aliud satisfactorium, aliud impetratorium, & ex his potest patere forma propria Sacrificiorum.

In lege nova dantur ne Sacrifica privata? Resp. dantur tam interna, quàm externa.

De materia Sacrificiorum. Num. 5.

2.2. q. 85. art. 1.

QVænam est materia Sacrificiorum? Resp. quod ad Sacrificium publicum in lege nova est vna tantùm materia, nempe corpus, & sanguis Christi sub speciebus panis & vini. In lege autem naturæ, vel scripta, variæ res erant materia hujus Sacrificij publici, de quibus modò dicendum non est. In Sacrificio autem privato legis novæ D. T. ait, quod materiæ possunt esse omnes actus virtutum, quia omnes possunt offerri Deo, & ordinari ad recognoscendum summum dominium ipsius. In speciali autem ait, quod tale Sacrificium potest habere materiam actus virtutum, qui fiunt: primò circa animam, veluti oratio, devotio, & fidei, spei, & charitatis actiones, & similia: secundò actus virtutum circa corpus, veluti jejunium, continentia, mortificatio, & afflictio corporis: tertiò actus virtutum circa bona externa, formam, & facultatem, veluti pati contumelias propter honorem Dei, remittere injurias, ut gratum fiat illi, & hoc quoad famam. Quoad fortunas verò facere eleemosynam, vel despicere facultates, & amplecti paupertatem propter honorem Dei. Et horum ratio est, quia cum Deus sit primum principium, summus gubernator, & vltimus finis hominis, & omnium, quæ in illo sunt: meritò tum ipse homo, tum omnia, quæ in illo ad cultum Dei justissimè ordinantur, ideo apta materia sunt Sacrificij privati.

2.2. q. 85. art. 3 & C. R. de Or. n. 23. 2. 2. q. 85. art. 3. ad 2.

De efficiente Sacrificii. Num. 6.

C. R. de or. n. 8. & 23. & 24. D. T. 2. 2. q. 85. art. 1.

QDod est efficiens Sacrificii? Respond. quantum ad institutionem sunt leges: Lex enim naturæ, & scripta, & Evangelica sacrificium præceperunt. Quod verò ad actus offerendi efficiens est, vel persona privata, vel publica, sicut sacrificium est publicum, vel privatum.

De quatuor causis Sacrificii Missæ. Cap. III.

DEbentne considerari quatuor causæ Sacrificii Missæ? Resp. debent, quia sine tali consideratione plena cognitio illius haberi non potest.

De Materia Sacrificii. Num. 2.

QVid appellatur materia in hoc Sacrificio? Resp. illud quod offertur.

Quid offertur in Missa? Resp. Corpus, & Sanguis Christi sub speciebus panis, & vini.

Est apta materia? ℟. Aptissima, primò quia supra omnia in infinitum gratissima est Deo: secundò infinitum honorem Deo potest afferre, & ideo dignum illo: tertiò, quia est aptissima ad omnes fines Sacrificii efficiendos, nempe vt det gloriam Deo, vt gratias agat de beneficiis acceptis, vt satisfaciat pro peccatis, vt impetret beneficia: Christus enim in Cruce meruit, satisfecit, placuit, impetravit, &c. pro mundo. Sess. 22. c. 1.

De forma Missæ. Num. 3.

MIssa estne Sacrificium? Resp. Conc. Tr. determinat de fide, quod in Missa offeratur Deo verum, & proprium Sacrificium. Ibidem.

Quænam est forma hujus Sacrificij? Resp. forma Sacrificii Missæ dicit hæc quatuor: primò, Oblationem Deo. Corpus enim, & Sanguis Christi Deo Patri offertur: secundò maximam Christi humiliationem, exinanivit enim & humiliavit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, &c. tertiò, est repræsentativum passionis Christi, *id est* Sacrificij illius cruenti: quartò ex parte Christi, & Ecclesiæ, & Sacerdotis, id est intentio recognoscendi quatuor supremitates Dei, nempe quod sit Deus, quòd primum principium, quòd summus gubernator, quòd vltimus finis omnium, & hoc perfectissimo modo, summa enim majestas recognoscitur per summam humiliationem, & summum dominium per summam subjectionem: occidi autem, de C. T. sess. 2. ca. 1. & 2. Ex D. T. 1. 2. qu. 102. & 2. 2. q. 25.

strui, & consummari per obedientiam, est summa subjectio, & idem facere in honorem est summa humiliatio. Ideo forma sacrificij Missæ perfectissima ratione est, instituta.

De efficiente Sacrificij Missæ, ejusque institutione.
Num. 4.

Sess. 22. c. 1. & 2. QVis est author hujus sacrificij? Resp. Christus duplici ratione: primò, quia instituit illud: secundò, quia ipsemet offert illud per manus Sacerdotis.

Sess. 22. c. 1. Psalm. 109 Christus estne summus Sacerdos? Resp. ait Conc. est secundum ordinem Melchisedech.

Ibidem. Quis constituit illum? Resp. ait Conc. factum esse Deo Patre misericordium ita ordinante.

Ex sess. 22. c. 1. Quando Christus instituit hoc Sacrificium? Resp. ait Concil. instituit, & obtulit in vltima Cœna.

Nonne Christus obtulit hoc sacrificium in Passione? Respicer Conc. videtur sic distinguendum. Christus in Passione obtulit sacrificium cruentum, in Cœna verò instituit, & obtulit sacrificium incruentum, sed repræsentativum cruenti.

Sess. 22. c. 1. Instituitne tum Apostolos, & successores Sacerdotes? Resp. instituit, quando dixit, *Hoc facite in meam commemorationem*, & ita ait Concil. Catholica Ecclesia semper intellexit, & docuit.

ad Hebr. 5. Ecclesia offertne hoc sacrificium? Resp. offert, sed per ministerium Sacerdotis.

Ex Can. Miss. Fideles, & præcipuè astantes, vel inducentes Sacerdotes ad offerendum, offerunt? Respond. offerunt eadem ratione per ministerium Sacerdotis.

C. R. n. 77 Secundus offert hoc sacrificium? Resp. offert, sed in persona Christi.

Sess. 22. c. 1. Hoc sacrificium potest inquinari malitia, aut indignitate offerentium? Resp. ait Conc. non potest.

De fine, effectu, effectis, & virtute Sacrificij Missæ.
Num. 5.

Sess. 22. c. 1. & 2. & C. R. num. 77. QVis est finis sacrificij Missæ? Resp. primò, & principaliter finis hujus sacrificij est Deus, & gloria illius: cui etiam soli, & nulli alio offerri potest: secundò honor, & memoria Sanctorum, quidam secundarius, & minùs principali ratione tum finis Missæ non quidem, quod

possit offerri Sanctis, sed quia in honorem, & memoriam illorum licet missam celebrare: tertiò, vtilitas hominum viatorum: quartò, vtilitas eorum qui in purgatorio detinentur.

Ex dictis c. 2. Quid intendit facere hoc sacrificium in ordine ad Deum? Resp. facere illi quadruplicem maximum honorem: primum laudis: secundum gratiarum actionis: tertium satisfactionis: quartum impetrationis, quod est recognoscere quatuor Dei septimitates jam dictas.

Quid intendit facere hoc sacrificium in ordine ad Sanctos? Resp. dare illis honorem, celebrando memoriam illorum in hoc sacrificio.

Sess. 22. c. 3. Ibidem. Quomodo fit memoria illorum? Resp. primò, fit memoris de victoriis Sanctorum: secundò, gratiæ Deo agunter quod illos victores in certis adjuvarit, in cœlis coronaverit: tertiò Ecclesia gaudet de lætitia, & felicitate illorum: quartò eorum patrocinia implorat, *ut ipsi pro nobis intercedere dignentur in cœlis, quorum memoriam facimus in terris.*

Sess. 22. c. 1. & 2. Quem effectum facit sacrificium Missæ in homines viatores? Resp. sacrificium Missæ habet eandem virtutem, & vtm, quam habet passio Christi: idem enim sacrificium est. Efficacia hujus sacrificij consistit in hoc, quod juxta 79. & 80. dispositionem, & capacitatem hominum applicat illis fructum passionis Christi, *id est* meritum, & satisfactionem illius. Et ideò eff. duv sunt multi, & præcipuè sequentes.

Sess. 22. c. 1. & 2. Primò, repræsentat fidelibus passionem Christi, & fructus illius.

Ibid. c. 4. & 5. Secundò, per ritus, & cæremonias elevat fidelium mentes in contemplationem divinarum mysteriorum.

Sess. 22. c. 1. Ibidem. Ibidem. Tertiò, quantum est ex parte sacrificij, applicat virtutem, meritum, & fructum passionis Christi.

Sess. 22. c. 2. C. R. n. 71. Quartò, confert donum pœnitentiæ, & alia infinita dona illis, qui se non indignos reddunt.

Sess. 22. Ib. Ad Hebr. Quintò, remittit etiam ingentia crimina his, quos illorum pœniter.

Sextò, datur facultas satisfaciendi Deo pro pœnis, illique debitum cultum exhibendi.

Septimò datur potestas merendi vitam æternam.

Octavò conceditur facultas gratias agendi, & impetrandi beneficia, aliaque multa.

Nonò munit contra peccata, & tentationes.

Decimò per hoc Sacrificium luet Deum, & homines fit negotiatio, quia Deus, & homo invicem dant, & accipiunt.

Sess.23.c.2. C.R.n.79. Quem effectum habet Missa erga defunctos? Resp. dat illis solamen, & auxilium, per hoc enim Deo offeruntur istæ satisfactiones pro ipsis, vt à pœnis Purgatorii liberentur.

De dignitate Sacrificii Missæ. Num. 6.

QVanta est dignitas Sacrificii Missæ? Resp. infinita, primò ex parte materiæ, quia res oblata habet infinitam dignitatem, cum sit hypostaticè unita divinitati. Secundò, ex parte efficientis, quia offerens est Christus, qui est verus Deus, & homo. Tertiò ex parte formæ, & sacrificii, quia in mundo nihil est dignius passione, & sanguine Christi: & Missa est illud idem sacrificium, quod Christus in Cruce obtulit. Quartò ex parte causæ finalis, quia per hoc sacrificium Deo infinitus honor, beatis infinita lætitia, vivis infinita veritas, & defunctis vita æterna conferrur infinita ergo dignitas illius est, & hoc solum sacrificium continet eminenter omnia bona per tot sacrificia legis naturalis, & scriptæ significata, quia vt ait Concil. est illorum omnium consummatio atque perfectio.

Sess.22.c.2. Num.80. Aliqua Missa potestne dici privata, & non communis omnibus fidelibus? Resp. ait Cat. non; sed omnes Missæ communes censendæ sunt, vt quæ ad communem omnium fidelium vtilitatem, & salutem pertinent.

De partibus Missæ. Caput II.

IN quot partes dividitur Missa? Resp. D. Th. dividit in sex partes. Prima, dicitur Præparatio. Secunda, Instructio: tertia, Oblatio: quarta, Consecratio: quinta, Communio: sexta, Gratiarum actio.

De præparatione. Num. 1.

3.p. q.83. art.1. QVæ pars dicitur Præparatio? Resp. ab introitu vsque ad Epistolam.

D. T. ibid. Confessio est pars Missæ? Resp. D. Th. non ponit partem Missæ, sed est præparatio remota ad Missam. Intendit enim tollere peccata à Sacerdote, & à populo, tanquam impedimenta. Idò fit confessio antequam ad Altare accedatur: removere autem peccata non est præparatio nisi remota. Ideò rectè D. Th. incipit Missam non à Confessione, sed ab Introitu, quem incipit Sacerdos stans ad Altare.

Quomodo fit ista præparatio? Resp. primò in introitu per laudem divinam significatur, quod Missa est sacrificium laudis, & excitantur fideles ad devotionem erga Deum: secundò dicuntur *Kyrie eleison*, ad repræsentandam humanam miseriam, vt fideles excitentur ad hoc sacrificium, per quod à SS. Trinitate obtinetur huic miseriæ subsidium. Ideò dicitur ter pro persona Patris: & *Christe*, ter pro persona Filii: & ter pro persona Spiritus sancti. Dicitur autem ter duplici de causa: primò ad significandam triplicem miseriam, ignorantiæ, culpæ, & pœnæ: secundò ad innuendum, quod omnes tres personæ sunt in se invicem, vna in alia: tertiò fit commemoratio cœlestis gloriæ, quæ per hoc sacrificium obtinetur post præsentem miseriam: ideò dicitur *Gloria in excelsis*, quod dicitur in festis, quia in illis commemoratur cœlestis Gloria: omittitur autem in officiis luctuosis, quia faciunt commemorationem præsentis miseriæ. 4. fit oratio à Sacerdote pro populo, vt digni habeantur tantis mysteriis. *Ibidem.*

Quare fit ista præparatio? Resp. quia sine præparatione non licet accedere ad tam divina mysteria. *Ibidem.*

De instructione. Num. 1.

QVæ pars dicitur instructio? Resp. Ab Epistola vsque ad Offertorium.

Quare præmittitur ista instructio? Resp. quia Missa est *D.T. ibid.* mysterium fidei, ideò antequam peragantur ista mysteria, populi in fide sunt instruendi.

Quomodo fit ista introductio? Resp. per Epistolam, quæ *ibidem.* legitur per Lectores, & Subdiaconos, & continet doctrinam Prophetarum, & Apostolorum, incipitur instructio & fit dispositio fidelium ad plenam instructionem. Post *Ibidem.* Epistolam cantatur Graduale à Choro, quod significat profectum vitæ spiritualis per gradus: & cantatur Alleluia, quod significat spiritualem exultationem: vel Tractus in officiis luctuosis, qui significat spiritualem gemitum, lætitia enim, & gaudium spiritualis consequuntur percepram doctrinam. Post hoc legitur Evangelium à sumptus Ministris, *id est* Draconis, per quod traditur plena,

DOCTRINA SACRI Conc. Trid. & Catech. Rom.

De Sacramento Eucharistiæ.

PARS TERTIA, id est, DE SACRIFICIO MISSÆ.

De necessitate, & utilitate huius doctrinæ.

Sess. 22. d. c. 8. Ex d. sess. can. 2.

DOCTRINA de sacrificio Missæ est vtilis & necessaria? Respond. ita ad judicavit Concil. Trid.

Quare est vtilis? Resp. quia ex illa infiniti fructus & vtilitates fidelibus proueniunt.

Quare est necessaria? Resp. sacrificium Missæ est necessarium: ideò eius doctrina est necessaria.

Sess. 22. c. 8. & C. R. Num. 68.

Quibus potissimùm est necessaria? Resp. necessaria est omnibus fidelibus, quia omnibus beneficium huius sacrificij commune est: magis autem sacerdotibus, vel promotis vel promovendis: Parochis etiam, & Concionatoribus necessaria est, cùm ipsi debeant tractare hoc diuinum mysterium, & etiam populos illud docere.

Concilium Trid. cupit istam doctrinam fidelibus expliari? Resp. non solùm cupit, sed Parochis imperat vt hoc præstent.

Diuisio tractationis.

QVid debet de hoc sacrificio tractari? Resp. Primò, de nomine & definitione Missæ.
Secundò, de nomine & definitione Sacrificij.
Tertiò, de materia, forma, efficiente, & fine Missæ.
Quartò, de partibus Missæ.
Quintò de ritibus, ac cæremoniis illius.
Sextò, de cultu, & veneratione eiusdem.
Septimò, de defectibus circa Missam contingentibus.

De nomine, & definitione Missæ. Cap. I.

D.T. 3. q. 82. ar. 4. ad 3.

QVid significat hoc nomen *Missa*? Resp. sit D. Th. significat, vt: tem missam nobis à Deo, *id est*, Christum qui est hostia à Deo pro nobis missa; vel significat tem missam à populo ad Deum: populus enim in sacrificio Missæ per sacerdotem mittit ad Deum preces, & sacerdos idem facit per Angelum.

Sess. 22. c. 2.

Quomodo definitur *Missa*? Resp. ex Conc. Trid. duplex definitio colligi potest, quæ tamen non duæ, sed vna sunt, idemque significant. Et prima est hæc: *Missa est illud idem sacrificium, quod à Christo in ara Crucis oblatum est, sola offerendi ratione diuersum.* Altera est, *Missa est ibid. c. 1. sacrificium corporis, & sanguinis Christi sub speciebus panis, & vini, cum representatione passionis illius instituta, & oblatum ab ipso in honorem Dei, & salutem totius mundi.*

Sess. 22. can. 2.

Vtraque definitio estne perfecta? Resp. est, quia plenè exprimit quatuor causas Missæ.

Quomodo explicatur prima definitio? Resp. sic: Sacrificium Missæ habet eandem materiam, formam, finem & efficiens, quæ habuit sacrificium passionis Christi. Hoc etiam est esse idem cum illo: ita tamen vt sacrificium Missæ duobus differat à sacrificio oblato in ipsamet reali passione Christi: differt enim primò, quia Christus in passione visibiliter est oblatus. In Missa autem ipse omnino idem offertur, sed invisibiliter, quia sub speciebus panis & vini latens est: secundò quia sacrificium passionis fuit cruentum, *id est* cum reali sanguinis effusione; Missa autem est sacrificium incruentum, *id est*, sine reali sanguinis effusione; cùm tamen repræsentativum sit illius realis sanguinis effusionis.

Sess. 22. can. 3.

Quomodo potest explicari secunda definitio? Resp. sic, dicta definitio continet quatuor causas sacrificij Missæ: c. 2. & 3. materialis quidem sunt corpus, & sanguis Christi velata sub speciebus panis, & vini: Formalis explicatur per illa duo verba: Sacrificium, & repræsentatio passionis Christi; significatur enim quod sit verum sacrificium, sed instrumentum, & repræsentativum passionis Christi. Illud ver-

Ex C.Tr. ibidem. Sunne de necessitate sacrificii? Resp. non: sed de necessitate præcepti, & est peccatum mortale omittere illas.

Sess.23.c.5. & c.6. & 7.C.Ro.num.81. Potest dici quod aliquis ritus sit superfluus, & inanis? Resp. Conc. Trid. & Cat. determinant, nullum esse superfluum, & omnia circa Missam, & Canonem esse recta ratione institutum.

De necessitate cognoscendi ritus Missæ.

Num. 2.

De Bapt. n.59. ibid. ESt necessarium cognoscere ritus Missæ, & illorum significationem? Resp. Cat. ait, quadam ratione est necessarium. Conc. Trid. Sess.22. cap.5. & 8.

Ibidem. C. T. ubi supra. Quare est necessarium? Resp. quia non admodum magna esset utilitas, ait, cæremoniarum, si earum significatio ignoretur. Ex C.T. ubi sup.

Quibus est necessaria hæc cognitio? Resp. primò Sacerdotibus, quia oeseient facere cæremonias, quas ignorant, vel facient inderotè, quarum significationem non intelligunt: secundò populus, qui ignorata significatione cæremoniarum, minus devotè huic sacrificio interfunt.

Sess.22.c.8. Parochi debent mysteria hujus sacrificii, & cæremoniarum declarari? Resp. ita est ex C.T.

De authoritate rituum, & cæremoniarum Missæ.

Num. 3.

Sess.22.c.5. & 4. Sess 22. proœm. A Quo traditæ sunt cæremoniæ, & ritus Missæ? Resp. C. Tr. ait quod Ecclesia illas instituit, sed ex Apostolica disciplina, & traditione.

Potest dici Spiritus sanctus author illarum? Resp. potest, quia Ecclesia in his, & in aliis à Spiritu sancto docetur, & regitur.

De fine Cæremoniarum. Num. 4.

Sess.22.c.5. Sess.22.n.1. 2.5. QUot est finis rituum, & cæremoniarum? Resp. ex Conc. Trid. Cat. & D. Thom. colligitur quatuor esse fines.

Primus est: ut majestas tanti sacrificii commendaretur, & qua decet reverentia celebraretur.

Secundus est, ut passio Christi in hoc sacrificio repræsentaretur, & quadam ratione ante oculos fidelium poneretur.

Tertius est, ut fructus, & effectus, qui per hoc sacrificium à passione in fideles derivantur, exprimerentur.

Quartus est, ut mentes fidelium per hæc signa visibilia ad

ad rerum altissimarum, quæ in hoc sacrificio latent, intelligentiam excitarentur. C.T. ibid. Sess.22.c.5.

Conc. & Catech. ponunt hos quatuor fines? Resp. ponunt primum, & quartum, sed in quarto continentur secundus, & tertius.

Dedivisione rituum, & cæremoniarum. Num.5.

AD quot capita possunt reduci omnes ritus, & cæremoniæ? Resp. ad tria, primò ad verba, secundò ad res, tertiò ad actiones.

Quæ verba adhibentur ad ritus Missæ? Resp. illa de quibus dictum est in sex partibus Missæ. Ibidem. D.T.1.p. q.83.

Quæ res adhibentur? Resp. istæ & similes. Primò vestes: secundò loca: tertiò tempus: quartò vasa, & instrumina: quintò thus: sextò lumina: septimò Ministri, seu Clericus.

Quæ actiones adhibentur ad hos ritus? Resp. primò crucis signatio: secundò consecratio: tertiò thurificatio: quartò populi salutatio: quintò ablutio manuum: sextò fractio hostiæ: septimò extensio, vel volo manuum: octavò humiliatio, vel elevatio corporis: nonò delatio Missalis ab vno loco ad alium: decimò deosculatio Altaris, & similia.

De vestibus Sacerdotalibus. Num. 6.

QVot sunt vestes Sacerdotales? Resp. sex, Cingulus, Manipulus, Alba, Amictus, Stola, Planeta. De his agit D.T.1.p.

Istæ vestes debent esse benedictæ? Resp. debent, ut in rub. Miss. de defect. Miss. q.40. art.7

A quo? Resp. ab Episcopo, vel habente facultatem à Papa. Ibid. Sua. D.T. Ibidem.

Quid significant istæ vestes? Respond. Mystice significant aliquid passionis Christi: moraliter aliquam virtutem.

Quid significat Cingulus? Resp. Mystice fines, quibus ligatus fuit Christus: moraliter castitatem.

Quid significat Alba? Resp. Mystice vestem albam, qua Christus ab Herode fuit indutus: moraliter filcm & innocentiam. Ibidem.

Ibidem. Quid significat Amictus? Resp. Myst. coronam spineam: Mot. coatemplationem, vel spem.

Ibidem. Quid Manipulus? Resp. Myst. vincula Christi: Mot. fortitudinem ad labores perferendos.

Ibidem. Quid planeta? Resp. Myst. ea vestem induam, qua Christus fuit indutus: Moraliter obedientiam legis, vel charitatem.

Ibidem. Quid Stola? Resp. Mystice Crucem super humeros Christi: Moraliter perseverantiam, & merium vitæ æternæ.

De Ecclesia & Altari. Num. 7.

3.p.q.83. art.2. ad 3. Ibidem. DOmus illa, quæ dicitur Ecclesia, quid significat? Resp. Ecclesiam, seu populum fidelem: Ideo etiam dicitur Ecclesia.

Debet esse consecrata? Resp. Debet, & aliter non debet celebrari, nisi de consensu Episcopi.

Ibidem. Quid significat ista consecratio? Resp. duo, primum est sanctificatio, quam Ecclesia consecrata est per passionem Christi, quam in hoc Sacrificio representat: secundum significandum sanctitatem, quæ requiritur in illis, qui debent intereſſe huic Sacrificio, & recipere hoc sacramentum.

Ibid. a.13. Hæc consecratio habet aliquem effectum? Resp. habet, quia reddit locum aptum divino sacrificio, & excitat ad devotionem adstantes.

Ibid. ad 2. Altare quid significat? Resp. Christum.

Ibidem. Debet esse consecratum? Resp. debet, & aliter non potest in illo celebrari.

Quid significat hæc Consecratio? Resp. sanctitatem Christi.

De tempore celebrandi hoc Sacrificium. Num. 8.

3.p.q.83. art.2. ibid. MIssa potest celebrari quotidie? Resp. potest.

Cur non sufficit celebrari singulis annis in die Veneris Sancto? Resp. passio Christi potest dupliciter considerari: uno modo, secundum hoc, quod in Christo capite fuit perfecta, & hoc in die Veneris sancto perficitur: alio modo secundum quod ab ipsa passione fructus in Ecclesiam derivatur, & sic quotidie debet celebrari, quia quotidie Ecclesia tali fructu eget.

Ibi. ad 3. & 4. ib. ad 2. Qua hora debet celebrari? Resp. ab aurora usque ad meridiem.

Quare in die Natalis celebrantur tres Missæ? Resp. ob triplicem Christi Nativitatem, prima est à Patre æterno, secunda est temporalis, per gratiam in animam justi, tertia est temporalis & corporalis ex Virgine.

De Calice & Corporali. Num. 9.

3.p. q.83. art.3. ibi 3. p.q.83. art. QVid significat Calix? Resp. Sepulchrum Christi.

Quid Patena? Resp. Lapidem superpositum sepulchro.

Quid corporale? Resp. Linteamina, quibus corpus Christi fuit involutum.

3. ad 7. ib. & in Misc. rubr. Debent esse sacra? Resp. debent, ob reverentiam Sacramenti, quod peragitur in illis.

De Luminibus. Num. 10.

Sess.22.c.5. QVid significant lumina? Resp. Divinitatem Christi.

Potest sine cereis ignitis celebrari? Resp. non, quia sic habetur ex traditione Apostolorum.

De Clerico. Num. 11.

3.p. q.83. art.3. ad 12. Ibidem. CLericus est necessarius? Resp. Est, & sine uno saltem præsenti non potest celebrari Missa: in solemni autem saltem duo astantes requiruntur.

Quid significat Clericus? Resp. populum fidelem.

De Actionibus, quæ adhibentur ad ritum Missæ. Num. 12.

C.R.n.83. SIngulæ actiones, quæ adhibentur ad ritum Missæ, habentne suam significationem? Resp, habent, quia in Missa nihil penitus est otiosum, vel supervacaneum.

Expedit singula explicare? Resp. expedit aliqua tangere, ex quibus reliqua intelligantur.

De populi salutatione. Num. 13.

3.p.q.83. art.5. ad 6. Ex C. T. ibid. QVoties sacerdos in Missa salutat populum? Resp. sepies salutat hac voce: *Dominus vobiscum*, & quinque vicibus vertit se ad populum, ad significandum, quod hominibus in die Resurrectionis, quinquies se manifestavit, duabus autem non vertit se, nempe ad Evangelium, & in præfatione.

Quare in his duabus non vertit se? Resp. quia sic vellet invitare populum vt converteret se tum ad doctrinam Evangelii, tum ad laudem Dei, quæ præfatione continetur.

Quare septies salutat? Resp. ad designandum septiformem gratiam Spiritus sancti, quæ per passionem Christi collata est.

Ibidem. Quid significat deosculatio altaris, quæ fit ante Salutationem? Resp. Incarnationem, & descensum Christi ad nos.

De fractione Hostiæ. Num. 14.

Ibidem. QVid significat fractio Hostiæ? Resp. tria. Primò quidem divisionem Corporis Christi, quæ facta est in passione: secundò, distinctionem Corporis Christi mystici secundùm diversos status: tertiò distributionem gratiarum præcedentium ex passione.

De delatione Missalis ab uno loco ad alium. Num. 15.

QVid significat delatio Missalis ab uno cornu Altaris ad aliud ante Euangelium? Resp. transitum legis à Synagoga ad Ecclesiam.

Quid significat restitutio Missalis in pristinum locum in fine Missæ? Resp. significat quod in fine mundi lex Euangelica recipietur à populo Hebræo.

De extensione, & unione manuum Sacerdotis. Num. 16.

2. p. q. 83. art. 5. ad 5. QVid significat extensio manuum Sacerdotis? Resp. ante consecrationem significat fructus passionis latè diffusos esse, post Consecrationem significat extensionem brachiorum Christi in cruce.

Ibidem. Quid significat unio, vel elevatio manuum? Resp. unio significat mentem in oratione debere uniri, & elevatio significat debere ad Deum levari.

Ibidem. Quid significat cùm jungit manus, & se inclinat? Resp. humiliatem, & obedientiam Christi designat.

De Crucis signatione. Num. 17.

Ibidem. QVate toties in Missa fit Crucis signatio? Resp. D. T. assert duplicem causam. Prima est, quia ubicumque in Missa fit recordatio de consecratione Eucharistiæ, & de acceptione hujus sacrificii & de fructu illius, fit Crucis signatio ad significandum, quod ista proveniunt ex virtute Crucis Christi. Alia est, quia tali Crucis signatione repræsentatur passio Christi, & quia in ista passione multa gesta sunt, oportuit plures fieri Crucis signationes.

Quoties fiunt istæ signationes Crucis? Resp. Novem vicibus fiunt.

Ibidem. Prima vice fit super illa verba, *Hæc dona, hæc munera, hæc sancta sacrificia*; & hæc significat triplicem Christi

traditionem, à Deo, à Juda, & à Judæis.

Secunda fit super illa verba, *Benedictam, adscriptam, ratam*, & significat venditionem factam sacerdotibus, Scribis, & Pharisæis, necnon pretium, id est triginta denarios. *Ibidem.*

Tertiò post traditionem, & venditionem significatur præfiguratio passionis, quam fecit Christus in Cœna his, quando consecravit, per duas Cruces factas in Consecratione corporis & sanguinis, super illis verbis: *Benedixit*, &c. *Ibidem.*

Quartò repræsentantur quinque plagæ Christi per totidem signationes Crucis, super illa verba: *Hostiam puram*, &c. *Ibidem.*

Quintò repræsentatur extensio corporis, & effusio sanguinis, & fructus passionis per trinam Crucis signationem, quæ fit super illis verbis, *Corpus, & sanguinem*, &c. Alia pro liberatione à morte, cum dixit, *Deus*, &c. Tertia pro adeptione gloriæ, *Pater in manus*, &c. Per istas cruces factas super illa verba: *Sanctificas, vivificas, benedicis*, &c.

Septimò repræsentantur tres horæ, quibus pependit in Cruce, à Sexta usque ad Nonam, per tres cruces, super illa verba: *Per ipsum, cum ipso, & in ipso.* *Ibidem.*

Octavò repræsentatur separatio animæ à corpore per duas cruces subsequentes intra Calicem factas.

Nonò, repræsentatur Resurrectio tertia die facta, per tres cruces, quæ fiunt super illa verba: *Pax Domini*, &c. quia in Resurrectione Christus pacem dedit Apostolis. *Ibidem.*

De veneratione erga hoc sacrificium. Cap. VI.

QVænam veneratio debetur erga hoc sacrificium? Respond. duplex, alia publica, alia privata.

Quænam est publica? Resp. illa quam exhibent sacerdotes, & de qua dictum est.

Quænam est privata? Resp. duplex, alia interior, alia exterior.

De interiori veneratione. Num. 2.

QVæ requiruntur ad interiorem venerationem? Resp. quatuor actus, fidei, spei, charitatis, & religionis.

Quis est actus fidei? Resp. credere, & contemplari ea, quæ

in hoc Sacrificio, vel fiunt, vel repræsentantur.

Quis fructus? Resp. gratias agere de beneficiis per hoc Sacrificium acceptis, & sperare quod in singulos dies majora per ipsum possint obtineri: demùm quàm maximam spem ponere in hoc sacrificio.

Quis charitatis? Resp. tristari, & dolere de offensis Deo factis, & gaudere de tanto, & tam digno cultu qui per hoc Sacrificium Deo exhibetur in laudem illius, & in satisfactionem peccatorum.

Quis Religionis? Resp. primò, assistere huic sacrificio cum devotione, attentione, & reverentia, necnon animi munditia, & puritate: secundò offerre Deo hoc ipsum Sacrificium, vel per seipsum, si est sacerdos, vel per sacerdotem, si non est; & hoc facere etiam pro aliis, sive vivis, sive defunctis.

Quare ad has quatuor virtutes reducitur veneratio hujus sacrificii? Resp. quia omnes Doctores asserunt, per has virtutes Deo, & dignum & perfectum cultum exhiberi, & nullam earum debere omitti.

De exteriori veneratione. Num. 3.

Sess. 22. in dec. de mis. &c. Ibidem.

QVomodo veneratio exterior huic sacrificio exhibetur? Resp. tollendo defectus, & actus religionis asserendæ in hoc Sacrificio.

Qui defectus debent tolli? Resp. Conc. Trid. enumerat tres: primus est, avaritia: secundus, irreverentia: tertius, superstitio.

Ibidem.

Qui defectus debent tolli circa avaritiam? Resp. ex parte sacerdotum, conditiones cujuvis generis, mercedum pacta, & quidquid pro Missis novis celebrandis datur, necnon importunæ, & illiberales eleemosynarum exactiones potiùs quàm postulationes, & similia, quæ à simoniaca labe, vel à turpi quæstu non longè absunt. Ex parte verò populi indebita, & nimia parcitas in suppeditando ea quæ ad dignam Missæ, & divini cultus celebrationem sunt necessaria.

Ibidem.

Qui defectus exteriores debent tolli circa irreverentiam? Resp. primò quoad personas, nemo qui sit publicè, & notorie criminosus, debet permitti vel celebrare, vel sacris interesse: Vagis, & ignotis sacerdotibus non debet permitti ut possint celebrare. Secundò quoad loca, tam

tùm in locis ab Episcopo designatis celebrandum est. Tertiò, quoad cantus, debent amoveri omnes cantus, qui aliquid lasciuum, vel impurum continent. Quartò, quoad decentiam assistentium debent averti, ut decenter composito corporis habitu adsint, ita ut declarent, se devoto animi affectu, & non solo corpore adesse. Quintò quoad actiones: omnes seculares actiones, vanæ, atque adeo profanæ colloquia, deambulationes, strepitus, & clamores arcere debent.

Qui defectus quoad superstitionem tollendi sunt? *Ibidem.* Primò hoc sacrificium non debet celebrari aliis, quàm *C.T. ibid.* debitis horis. Secundò, ritus, cæremoniæ & preces, quæ in Missarum celebratione ab Ecclesia non sunt probatæ, vel frequenti, & laudabili usu receptæ, debent tolli. Tertiò, numerus superstitiosus Missarum, vel candelarum amovendus est. Superstitiosus autem erit si illo numero vis aliqua, & efficacia tribuatur contra Ecclesiæ consuetudinem.

Qui actus virtutum pro veneratione hujus sacrificij debent adhiberi? Resp. tres præcipuè: primò liberalitatis, subministrando necessaria ad decentiam istius cultus: secundò reverentiæ, tam quoad mundities, & decentiam vestium, quàm quoad habitum, & actionem, & compositionem corporis, sive respectu sacerdotis, sive astantium: quod idem de loco, & aliis dici debet: tertiò ritus, & cæremoniæ, & preces, prout Ecclesia statuit, sunt à Sacerdotibus observandæ, & à populis contemplandæ, & meditandæ: atque hæc & similia ad cultum hujus Sacrificii pertinere videntur.

De intentione habenda in oblationem hujus Sacrificij. Num. 4.

Sess. 22. c. 2.

OFferentes, vel astantes, vel qui faciunt, ut hoc sacrificium offeratur, quam intentionem possunt, & 2. & 3. debent habere? Resp. Talem.

Primò ergà Deum: offerendi illi soli hoc sacrificium, & per ipsum exhibendi illi summum, & divinum cultum: satisfaciendi etiam illi pro peccatis; primò suis, deinde suorum, & omnium fidelium: gratias agendi pro beneficiis sibi, suis, omnibusque fidelibus collatis: impetrandi beneficia simul sibi, suis, & omnibus.

Sess.22.c.3. Secundò erga Sanctos, & Angelos; exhibendi illis per hoc Sacrificium magnam lætitiam, faciendi memoriam pugnæ, & victoriæ & triumphi, vel coronæ illorum; & per hoc exhibendi illis dignum honorem, & Deo de illis gratias agendi, demùm impetrandi, & obtinendi illorum patrocinium, & preces apud Deum.

C.R.n.78. 79. & 80. Tertiò, erga seipsum, patentes, amicos, benefactores, omnes fideles, tam vivos, quàm defunctos, obtinendi fructus & effectus hujus Sacrificii, qui antea dicti sunt.

Hanc autem intentionem debere haberi, ex his, quæ de fine hujus Sacrificii dicta sunt, manifestum esse potest. Cùm enim omnis intentio ad finem referatur, ex qualitate finis, conditionem quoque intentionis sumi debere dubium non est.

De defectibus circa Missam contingentibus.

Cap. VII.

Ex Rubr. Miss. QVi defectus circa Missam contingere possunt? Resp. alii defectus sunt circa ea, quæ sunt de necessitate Sacramenti, seu Sacrificij; & aliis existentibus non conficitur Sacramentum. Alij sunt circa ea, quæ sunt tantùm de necessitate præcepti: & cum isti contingunt, conficitur Sacramentum, sed peccatum vel scandalum potest adesse.

Miss. in Rubr. Ad quot capita possunt reduci omnes defectus? Resp. ad quinque, ut habetur in Missali: in primo ponetur defectus circa materiam. In secundo circa formam. In tertio circa efficiens, seu Ministrum. In quarto circa finem. In quinto circa ipsum Ministerium, seu celebrationem.

Ibidem. Qui defectus contingunt circa materiam? Resp. primò si panis non sit triticeus, vel sit, sed corruptus, non conficitur; si tantùm cœpent corrumpi, vel non sit azymus, conficitur, sed peccatur. Si vinum non sit ex vite, vel sit penitus acetum, vel penitus putridum, vel sit ex uvis acerbis & non maturis expressum, vel sit admixtum tantùm aquæ, ut vinum sit corruptum, non conficitur. Si vinum cœperit acescere, vel corrumpi, vel fuerit aliquantulum acre, vel mustum tunc de uvis expressum, vel non fuerit admixta aqua, vel sit admixta aqua non naturalis, conficitur Sacramentum, sed peccatur.

Ibidem. Qui defectus contingunt circa formam? Resp. si qui integrè non proferret verba consecrationis, vel ita mutare,

verba, vt etiam sensus mutatus sit, non conficeret: si autem mutaret verba tantùm, & non sensum, conficeret, sed gravissimè peccaret.

Quid defectus contingunt ex parte finis? Resp. si minister non haberet intentionem saltem virtualem faciendi quod facit Ecclesia, non conficit, quia deest intentio necessaria respectu finis. Ibidem.

Qui defectus contingunt ex parte Ministri? &c. primò si quis non sacerdos celebret, non conficitur: secundò, si sacerdos habeat defectum in animo, nempe quod sit suspensus, excommunicatus, degradatus, irregularis, vel sit in peccato mortali, & sine confessione, habens copiam confessoris extra casum necessitatis, vel sine contritione in tali casu celebret, conficit, sed peccat. Tertiò, si habeat defectum in corpore, veluti si non sit jejunus, vel in nocte contigerit illi pollutio occasionata à peccato mortali, conficit, sed in primo casu mortaliter peccat, in secundo debet abstinere.

Qui defectus contingunt circa ministerium? &c. primò si celebretur in loco non sacro, vel non deputato ab Episcopo, nec in altari consecrato, & tribus mappis coopertо: secundò, si non adsint luminaria, vel non sit tempus debitum celebrandi ab aurora usque ad meridiem: tertiò si minister non dixit saltem Matutinum cum Laudibus: quartò, si desit aliqua vestis Sacerdotalis, ut stola, vel manipulus, vel istæ vestes & mappæ non sint benedictæ ab Episcopo, vel habeant authoritatem, vel non adsit clericus, etiamsi adsit mulier: si non sit calix cum patena, si corporalia non sint munda, & non sint ab Episcopo, vel habente authoritatem benedicta. Si celebretur capite coopertо, si non adsit Missale, etiamsi sacerdos memoriter sciat Missam. Et isti sunt defectus circa Missam. Quos latiùs videre licet in Rubr. Missalis, ubi etiam dantur remedia quibus, quando contingunt, provideatur. Et hæc de Eucharistia dicta sint. Ibidem.

Sess.22.c.3. Secundò erga Sanctos, & Angelos; exhibendi illis per hoc Sacrificium magnam lætitiam, faciendi memoriam pugnæ, & victoriæ & triumphi, vel coronæ illorum; & per hoc exhibendi illis dignum honorem, & Deo de illis gratias agendi, demùm impetrandi, & obtinendi illorum patrocinium, & preces apud Deum.

C.R.n.78. 79. & 80. Tertiò, erga seipsum, patentes, amicos, benefactores, omnes fideles, tam vivos, quàm defunctos, obtinendi fructus & effectus hujus Sacrificii, qui antea dicti sunt.

Hanc autem intentionem debere haberi, ex his, quæ de fine hujus Sacrificii dicta sunt, manifestum esse potest. Cùm enim omnis intentio ad finem referatur, ex qualitate finis, conditionem quoque intentionis sumi debere dubium non est.

De defectibus circa Missam contingentibus.

Cap. VII.

Ex Rubr. Miss. QVi defectus circa Missam contingere possunt? Resp. alii defectus sunt circa ea, quæ sunt de necessitate Sacramenti, seu Sacrificij; & aliis existentibus non conficitur Sacramentum. Alij sunt circa ea, quæ sunt tantùm de necessitate præcepti: & cum isti contingunt, conficitur Sacramentum, sed peccatum vel scandalum potest adesse.

Miss. in Rubr. Ad quot capita possunt reduci omnes defectus? Resp. ad quinque, ut habetur in Missali: in primo ponetur defectus circa materiam. In secundo circa formam. In tertio circa efficiens, seu Ministrum. In quarto circa finem. In quinto circa ipsum Ministerium, seu celebrationem.

Ibidem. Qui defectus contingunt circa materiam? Resp. primò si panis non sit triticeus, vel sit, sed corruptus, non conficitur; si tantùm cœpent corrumpi, vel non sit azymus, conficitur, sed peccatur. Si vinum non sit ex vite, vel sit penitus acetum, vel penitus putridum, vel sit ex uvis acerbis & non maturis expressum, vel sit admixtum tantùm aquæ, ut vinum sit corruptum, non conficitur. Si vinum cœperit acescere, vel corrumpi, vel fuerit aliquantulum acre, vel mustum tunc de uvis expressum, vel non fuerit admixta aqua, vel sit admixta aqua non naturalis, conficitur Sacramentum, sed peccatur.

Ibidem. Qui defectus contingunt circa formam? Resp. si qui integrè non proferret verba consecrationis, vel ita mutare,

verba, vt etiam sensus mutatus sit, non conficeret: si autem mutaret verba tantùm, & non sensum, conficeret, sed gravissimè peccaret.

Quid defectus contingunt ex parte finis? Resp. si minister non haberet intentionem saltem virtualem faciendi quod facit Ecclesia, non conficit, quia deest intentio necessaria respectu finis. Ibidem.

Qui defectus contingunt ex parte Ministri? &c. primò si quis non sacerdos celebret, non conficitur: secundò, si sacerdos habeat defectum in animo, nempe quod sit suspensus, excommunicatus, degradatus, irregularis, vel sit in peccato mortali, & sine confessione, habens copiam confessoris extra casum necessitatis, vel sine contritione in tali casu celebret, conficit, sed peccat. Tertiò, si habeat defectum in corpore, veluti si non sit jejunus, vel in nocte contigerit illi pollutio occasionata à peccato mortali, conficit, sed in primo casu mortaliter peccat, in secundo debet abstinere.

Qui defectus contingunt circa ministerium? &c. primò si celebretur in loco non sacro, vel non deputato ab Episcopo, nec in altari consecrato, & tribus mappis coopertо: secundò, si non adsint luminaria, vel non sit tempus debitum celebrandi ab aurora usque ad meridiem: tertiò si minister non dixit saltem Matutinum cum Laudibus: quartò, si desit aliqua vestis Sacerdotalis, ut stola, vel manipulus, vel istæ vestes & mappæ non sint benedictæ ab Episcopo, vel habeant authoritatem, vel non adsit clericus, etiamsi adsit mulier: si non sit calix cum patena, si corporalia non sint munda, & non sint ab Episcopo, vel habente authoritatem benedicta. Si celebretur capite coopertо, si non adsit Missale, etiamsi sacerdos memoriter sciat Missam. Et isti sunt defectus circa Missam. Quos latiùs videre licet in Rubr. Missalis, ubi etiam dantur remedia quibus, quando contingunt, provideatur. Et hæc de Eucharistia dicta sint. Ibidem.

ad confessionem peccatorum pertinere.

C.T. sess. 18. can. 5. Quomodo ex his locis scripturæ probatur? Resp. tali ratione. Si Christus dedit sacerdotibus potestatem remittendi, & retinendi peccata, omninò illos judices peccatorum effecit. Ad judicem enim duo sunt pertinentia, unum est ut examinet, & discutiat an reus debeat absolvi vel condemnari; aliud est potestas absolvendi vel condemnandi, ut patet in omnibus judiciis, cùm itaque Christus hæc duo tradiderit Apostolis, & Sacerdotibus eorum successoribus, judices illos effecit. Iudex autem de necessitate antequam sententiam ferat, causam rei cognoscere debet: quomodo enim super causam & delicta rei judicabit, si illa ignoret. Necesse est ergo, ut Confessori manifestentur delicta rei, seu pœnitentis, de quo debet judicare an sit ligandus, vel solvendus. Hæc autem manifestatio omninò debet fieri à pœnitente, vel enim modo naturali, vel miraculoso ista manifestatio facienda est: sed Christus nullum modum miraculosum voluit instituere, cùm posset fieri per modum naturalem. Relinquitur ergo quod si peccator vult absolvi, & per sententiam liberari à culpa, & obligari ad pœnam, omninò debet peccata sua manifestare sacerdoti tanquam judici, constituendo se in hoc tribunali tanquam reum, & peccata per modum accusationis recensendo: quod est facere confessionem, ut modò dictum est, ideò ex dictis locis scripturæ probatur.

Sess. 14. c. 6. C.R. n. 41. sess. 14. c. 6. Num. 24. Quomodo probatur ex traditione? Respond. quia Catholica Ecclesia, ait Conc. & Catech. ita semper intellexit, docuit, tradidit, tanquam ab Apostolis acceptum.

Quomodo ex Conciliis? Resp. quia in Conc. Trid. de fide determinatum est, confessionem esse de necessitate sacramenti Pœnitentiæ, & à Christo institutam fuisse.

Quomodo ex Patribus? Respond. ait Catech. Si enim sanctissimos Patres attentè legimus, nusquam non apertissima testimonia occurrent, quibus confirmetur hoc sacramentum à Christo Domino institutum esse, & confessionis sacramentalis legem, quam illi Exomologesin, & Exagoreusin Græco vocabulo appellant, tanquam Evangelicam accipiendam esse.

De institutione rituum, & cæremoniarum. Num. 6.

Ritus, & cæremoniæ solennes, quæ in Confessione adhibentur, suntne à Christo institutæ? Resp. non, sed Ecclesiæ authoritate sunt introductæ. Num. 48.

Sunt de necessitate sacramenti? Resp. non, sed pertinent ad usum, & administrationem illius. Sess. 14. c. 3.

Ad quid sunt institutæ? Resp. ait Catech. ut in pœnitente multiplicem effectum producant. Num. 43.

Primus est, ut dignitatem sacramenti Pœnitentiæ ante oculos ejus ponant: Cùm enim actus maximæ humilitatis efficiantur, profectò ostenditur sacramentis dignitatem maximam esse. Secundus est, ut inflamment pietate, & devotione, ac reverentia animos confitentium.

Tertius est, ut præparent illos ad faciliùs gratiam consequendam, nihil enim magis disponit ad obtinendam veniam offensæ, quàm magna ejus, qui offendit, humiliatio. Ibidem.

Quartus est, ut per illas fideles intelligant in hoc sacramento cœlestem vim esse agnoscendam.

Quintus est, ut declaretur in hoc sacramento divinam misericordiam summo studio requirendam, atque efflagitandam esse. Sextus ut indicetur superbiam evellendam. Num. 18.

Septimus ut in sacerdote personam Christi esse venerandam significetur, ut dictum est cap. 2.

Qui sunt isti ritus, ac cæremoniæ? Resp. primus ritus caput apertum: secundus abjectio, & prostratio ad pedes sacerdotis: tertius demissio vultus in terram: quartus supplex manuum tendentia: quintus vox humilis, & accusatoria: sextus alia huiusmodi humilitatis Christianæ signa. Ibidem.

Istæ cæremoniæ suntne à primitiva Ecclesia observatæ? Resp. ait Catech. Quæ sanè omnia vetustatis suæ certissima testimonia à Dionysio habent.

De necessitate confessionis, & quando sit. Num. 7.

Confessio estne de jure divino, & ex Christi institutione omnibus necessaria? Resp. Conc. Trid. determinat ita esse de fide. Sess. 14. c. 6.

Unde colligitur ista necessitas? Resp. ex verbis Christi, qui potestatem remittendi peccata, clavem appellavit. Ut enim, ait Catech. locum aliquem munitum, & sublimem ingredi nemo potest sine ejus opera, cui claves commis-

terior: illa verò quæ dicitur sacramentum, in exteriori posita est, & dicitur Pœnitentia exterior, quia per signa, & actus exteriores expressa est.

Num. 4. Sufficitne tractare hic de Pœnitentia vt est sacramentum? Resp. non: sed debet etiam tractari de illa, vt virtus est.

Quare hoc? Resp. primò, quia fideles circa omne genus virtutis se debent exercere: secundò, quia Pœnitentia, vt est virtus, tales habet actiones, quæ quasi materiam præbent Pœnitentiæ, quæ est sacramentum; ita vt pœnitentia, quæ est sacramentum, non possit cognosci, neque esse vera & perfecta sine ea, quæ virtus est; externa enim pœnitentia sine interna parum prodesse valet.

Divisio Tractationis.

Quot partes dividenda est tractatio de Pœnitentia? Resp. in sex.

Prima est de Pœnitentia vt est virtus.

Secunda, de Pœnitentia vt est sacramentum.

Tertia, de Contritione.

Quarta, de Confessione.

Quinta, de Ministro, de clavibus, & de absolutione.

Sexta, de Satisfactione.

De pœnitentia vt est virtus. Cap. I.

Ex n. 2. & 3. QVid debet considerari de Pœnitentia vt virtus est? Resp. Catechismus primò definit illam. Secundò, explicat fines illius. Tertiò, probat talem pœnitentiam esse virtutem. Quartò, declarat quomodo hæc pœnitentia possit obtineri. Quintò, ostendit fructus illius.

De definitione Pœnitentiæ, qua virtus est.

Num. 2.

QVomodo potest definiri Pœnitentia, quæ virtus est? Resp. ex Catech. triplex definitio colligi potest.

Quænam est prima? Resp. hæc. Est displicentia eorum peccatorum, quæ antea placebant; & hæc potiùs videtur dicenda descriptio, quàm definitio.

Quænam est secunda? Resp. hæc. Est commutatio voluntatis à malo ad bonum, & à peccato ad virtutem: & ista quoque perfecta definitio non est.

N. 2. & 3. Num. 3. Quæ est tertia? Resp. ista. Est conversio animi ad Deum cum detestatione, & odio peccatorum commissorum, & cum certa deliberatione malam vitæ consuetudinem

emendandi, cum spe veniæ à Dei misericordia consequendæ, & hæc est vera definitio.

Quot particulæ sunt in hac definitione? Resp. quatuor, *ibidem.* primo est conversio ad Deum: secundò odium, & detestatio peccati: tertiò propositum emendationis vitæ: quartò spes veniæ.

Singulæ particulæ exprimuntne unum actum? Resp. ex *Ibidem.* primunt, ita vt pœnitentia intertot quatuor actus sit perficienda.

Explicantur in hac definitione quatuor causæ pœnitentiæ? Resp. ita est.

Qua ratione? Resp. illa particula, *animi*, exprimit causam efficientem: significat enim ab animo jam dictas pœnitentiæ actiones provenire. Illa verò particula *peccata & mala vitæ consuetudo*, exprimunt materiam; quia sunt illud de quo pœnitentia habenda est. Illa autem verba, *conversio ad Deum, Odium peccati, propositum emendandi, Spes veniæ*, dicunt causam formalem pœnitentiæ: quia in his quatuor actionibus formalis ratio Pœnitentiæ posita est.

De fine Pœnitentiæ, qua virtus est.

Num. 3.

QVem finem sibi debet proponere is quem verè pœnitet. Resp. Catech. ait triplicem finem sibi proponere debet. Primus est, vt peccatum aboleat, & destruat, omnemque animæ culpam, & maculam abstergat. Secundus est, vt Deo pro commisso peccato satisfaciat. Tertius est, vt reconcilietur cum Deo, id est, vt redeat in gratiam ejus, & avertat odium quod propter peccatum incurrerat. *Num. 8.*

Quomodo potest destrui peccatum? Resp. ex parte Dei *C.T. sess. 6.* destruitur per veniam, & remissionem: ex parte hominis *cap. 1. &* destruitur per odium, & detestationem illius. Catech. n. 8. *sess. 14. c. 2.*

Quomodo potest satisfieri Deo pro peccatis? Resp. per *C.T. sess. 14. c. 8.* pœnitentiam, mediante virtute passionis Christi. *sess. 6. c. 2.*

Quomodo potest quis obtinere gratiam Dei amissam? *C.T. sess. 6.* Respond. faciendo aliquid quod magis placeat Deo, quàm *c. 14. 37.* displicebat peccatum, & hoc est meritum passionis, & mortis Christi per pœnitentiam oblatum.

Quomodo probatur Pœnitentiam esse virtutem. Num. 4.

Num. 7. QVa ratione probatur dictam pœnitentiam esse virtutem? Resp. triplici ratione à Catech. probatur. Prima est hæc. Omnes illi actus, qui præcipiuntur à lege Dei, omninò pertinent ad virtutem, sed lex naturalis, scri-
Sess. 14. c. 1. pta, & Evangelica, ait Concil. Trid. præcipit pœnitentiam, ideò virtus est.

Num. 7. Secunda est hæc. Virtus est vera, & bona regula actuum humanorum: sed pœnitentia est regula actus hominis respectu peccati, quia facit illum dolere de illo, quando, quomodo, & quatenus oportet: ita vt neque plus, neque minus, quàm par est, doleat, ideò omninò virtus erit.

Ibidem. Tertia est hæc, illud quod nihil mali in se continet, & ex natura sua ordinatur ad finem, qui virtutis naturam sapiat, virtus est. Sed pœnitentia habet pro fine virtutem, dolere enim peccatum, & pro illo Deo satisfacere, ad virtutem pertinet justitiæ, quæ jubet satisfacere injuriæ offensæ, delendo illam, & compensationem reddendo: reconciliari etiam cum injuste offenso, actus justitiæ est, ideò pœnitentia dicta virtus omninò est.

Quibus gradibus ad pœnitentiam interiorem perveniatur. Num. 5.

C.T. sess. 7. cap. 6. DAturne modus perveniendi ad Pœnitentiam, quæ virtus est, & ad actus illius? Resp. Datur.

C.T. ibid. C.R. n. 9. Quis est? Resp. C. Trid. & Catech. docent quinque gradibus ad illam perveniri, qui sunt.

C.T. sess. 7. cap. 6. Primus est Auxilium Dei prævenientis, quo cor hominis excitatur, & adjuvatur, vt ad Deum se convertat: &

C.R. n. 9. ideò volenti pœnitere in primis auxilium à Deo petendum est.

C.T. & C.R. ibid. Secundus est effectus fidei, qui fit ab intellectu lumine Dei illustrato, & consistit in hoc, quod credat homo his quæ à Deo revelata, vel promissa sunt, præsertim circa peccata, & illorum punitionem, vel remissionem: hoc enim actu homo videt peccata sua, & pœnas à Deo illis statutas.

Ibidem. Tertius est timoris, qui actus oritur ex præcedenti exempe ex considerazione peccatorum suorum, & ex acerbitate suppliciorum, quæ justitia Dei contra illa infligit. Et ex

hoc actu peccator incipit timere sibi, dum se peccatorem esse cognoscit, quo timore incipit à peccato revocari.

Quartus est spei, qui oritur ex consideratione divinæ misericordiæ, quæ parcit pœnitenti, sicut justitia sæcit in obstinatum: & ex hac spe exigitur animus, vt ad Deum accedat: vnde fit quod timor terrahit à peccato; spes autem deducit & erigit ad Deum per merita Christi. *Ibidem.*

Quintus est charitatis, quo homo incipit diligere Deum, & odio habere peccatum: & sic pœnitendo de peccato, convertit se per charitatem ad Deum, omnesque actus pœnitentiæ facit. *Ibidem.*

De necessitate pœnitentiæ qua virtus est. Num. 6.

HÆc pœnitentia estne necessaria? Resp. Conc. Trid. docuit, hanc pœnitentiam semper fuisse necessariam, tam in lege naturæ, quàm scripta, & Evangelio; & ait etiam ante Baptismum præcedere oportere: ad Sacramentum quoque pœnitentiæ necessaria existit. *Sess. 14. c. 1.*

De fructu hujus Pœnitentiæ. Num. 7.

QVi fructus proveniunt in homine ex dicta pœnitentia? Resp. infiniti, sed præcipuè sacræ literæ assignant vitam gratiæ in hoc sæculo, & gloriæ in futuro. *Num. 10.*

De Pœnitentia externa, qua est Sacramentum. Cap. II.

QVænam tractantur à Catechismo de Pœnitentia vt est Sacramentum? Resp. sex. Primò, de institutione hujus Sacramenti: secundò, probat esse vere Sacramentum, & de his quæ possunt iterari: tertiò, agit de partibus essentialibus illius, *id est*, de materia, & forma: quartò, de ritibus, qui à pœnitente sunt adhibendi, quintò de fine, seu fructu, & effectu pœnitentiæ: sextò, de partibus integralibus illius.

Est completa hæc tractatio? Resp. est, quia tangit omnes quatuor causas. Institutio enim dicit causam efficientem, ad quam etiam spectat ex parte Ministri forma, quæ est absolutio. Materia autem, & forma dicunt causas intrinsecas. Partes verò integrales reducuntur ad materiam. Fructus, & effectus pertinent ad finem. De usu autem, & administratione non erat opus tractare, quia usus pœnitentiæ in actibus, qui sunt materia, positus est. Administra-

tio verò ad Ministrum est reducenda, ideo plena tractatio est.

De institutione Sacramenti Pœnitentiæ.

Num. 2.

Sess. 7. c. 1. ibidem. PŒnitentia estne Sacramentum? Resp. est de fide, quod sit Sacramentum.

Sess. 14. c. 3. & can. 3. A quo est institutum? Resp. à Christo.

Quando? Resp. C. Tr. ait: Dominus Sacramentum Pœnitentiæ nunc præcipuè instituit, cum à mortuis excitatus insufflavit in Discipulos suos, dicens: *Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt.*

Sess. 14. c. 1. & can. 3. Iste locus Evangelij intelligitur de institutione Sacramenti pœnitentiæ? Resp. ait C. Trid. universorum Patrum consensus semper ita intellexit; & Ecclesia Catholica semper ita sensit.

C. R. n. 11. Num. 11. Quare Christus instituit hoc Sacramentum? Resp. Conc. Trid. ait, ut lapsis post Baptismum daretur vitæ remedium, quia per hoc Sacramentum sanguis Christi decluit, ait Catech. in eos qui peccaverunt.

Cur Christus instituit hoc Sacramentum, non internam, sed externam Pœnitentiam? Resp. ait Catech. primò, quia Sacramentum debet esse res sensibus subiecta, ut de Sacramentis in genere dictum est. Pœnitentia autem externa talis est, non autem interna. Secundò, ut homo esset certior de Sacramento à se suscepto, vehementer enim homo potest dubitare, an intimam habuerit pœnitentiam: de externa autem ita dubium non est, cùm præcipuè judex illius sit Sacerdos, qui debet judicare an peccatorem pœniteat delictorum. Tertiò quia Sacerdos antequam absolvat, debet judicare, an peccator verè pœnitens sit; hoc autem judicium tantùm de externa pœnitentia facere potest, ideo illa instituta est Sacramentum.

Num. 12. Potest probari pœnitentiam esse Sacramentum? Resp. potest, quia convenit illi definitio Sacramenti; pœnitentia enim est signum rei sacræ, id est gratiæ, & justificationis peccatoris. Actus enim pœnitentis & absolutio Sacerdotis sunt signum sensibile conversionis peccatoris, & remissionis peccatorum illius.

Num. 13. Hoc Sacramentum potest iterari? Resp. potest, & ait Catech.

Catec. quando occurrit aliquis qui minus speret de bonitate divina, confirmandus est, illi persuadendo sæpius per pœnitentiam remitti peccata. *Num. 14. & 22. & C. T. sess. 14. c. 3.*

De partibus hujus Sacramenti.

Num. 3. *Idem m. ibidem.*

HOc sacramentum habet plures partes? Resp. habet, nempe tum essentiales, tum integrales.

Quæ dicuntur essentiales? Resp. materia, & forma. *C. R. n. 13.*

Quare dicuntur essentiales? Resp. quia totam essentiam rei constituunt. C. R. de Sact. in gen. n. 5. *& 22.*

Quæ dicuntur integrales? Resp. illæ duæ sunt partes materiæ, & sunt contritio, confessio, & satisfactio.

Quare dicuntur integrales? Resp. quia sicut corpus, quod est materia hominis, fit integrum ex pluribus, nempe manibus, pedibus, & alijs: ita materia sacramenti Pœnitentiæ fit integra per contritionem, Confessionem, & satisfactionem; ideo dicuntur partes integrales.

Possunt dici partes materiales? Resp. possunt, quia ut ait Conc. isti tres actus sunt materia Pœnitentiæ. *Sess. 14. c. 3.*

De materia Pœnitentiæ.

Num. 2.

C. R. n. 14. C. T. sess. 14. c. 1. sess. 14. can. 3.

QVotuplex est materia sacramenti Pœnitentiæ? Resp. duplex, alia proxima, alia remota: & remota alia est necessaria, alia sufficiens.

Quænam est proxima? Resp. C. Tr. ait. Sunt autem quasi materia hujus sacramenti ipsius pœnitentis actus, nempe contritio, confessio, & satisfactio: addit hos quoque actus dici partes pœnitentiæ, quia requiruntur in pœnitente ad integritatem sacramenti, & ad plenam, & perfectam remissionem peccatorum, & hoc ex Dei præcepto, & institutione.

Num. 14. Quare Conc. ait, quasi materia? Resp. Cat. Neque verò hi actus quasi materia à Sancta Synodo appellantur, quia veræ materiæ rationem non habent, sed quia ejus generis materia non sint, quæ extrinsecus adhibeatur, ut aqua in Baptismo, & Chrisma in Confirmatione.

C. R. n. 14. can. 3. Quænam est materia remota? Resp. peccata, sive mortalia, sive venialia: sed mortalia sunt materia necessaria; venialia verò sunt materia sufficiens. *Num. 14.*

Quare peccata sunt materia Pœnitentiæ? Resp. ait Cat. Ut enim ignis materiam ligni esse dicimus, quæ ut ligni

consumuntur: ita peccata quæ pœnitentia delentur, rectè huius sacramenti materia vocari possunt.

Ex sess. 14. can. 5. Quare dicuntur materia remota? Resp. quia sicut terra est materia remota, ex qua fit domus; lateres verò, qui fiunt ex terra, sunt materia proxima: ita peccata sunt illud, de quo habetur contritio, & confessio, & satisfactio, & non possunt esse materia pœnitentiæ, nisi quatenus pœnitens de illis conteritur, confitetur, & satisfacit; ideo sunt materia remota: contritio verò, confessio, & satisfactio, materia proxima sunt.

Ses. 14. c. 2. Quare mortalia sunt materia necessaria? Resp. ait Conc. quia omnino de illis necessarium est pœnitere, confiteri, & satisfacere.

Ses. 14. c. 5. & c. 7. Quare venialia dicuntur materia sufficiens? Resp. quia ait Conc. non est necessarium illa confiteri: tamen si quis confiteatur tantùm venialia, sufficit ut à Sacerdote possit absolui, nempe cùm mortalia non habet.

Sess. 1. c. 1. Vbi non est peccatum, potest esse pœnitentia, & dari absolutio? Resp. non, quia pœnitentia non potest esse nisi de malo; & contritio, confessio & satisfactio sunt tantùm de peccato.

De Pœnitente, eiusque dispositione, necnon de ritibus ab illo adhibendis. Num. 5.

Et sess. 14. c. 3. ibid. PŒnitens potest dici materia Pœnitentiæ? Respond. Pœnitens, ut pœnitens, aliqua ratione dici potest materia.

Quare dicitur (ut pœnitens) Resp. quia in pœnitente tria considerantur, quod sit homo, quod sit peccator, & quod sit pœnitens, & ut pœnitens, dici potest materia pœnitentiæ.

Ex sess. 14. can. 3. Quare hoc? Resp. quia infans est homo, sed quia non est peccator, non potest absolui: iuvenis, & peccator, sed impœnitens, est homo, & habet peccata; sed quia non est pœnitens, non potest absolui; ideo dicitur quod pœnitens, ut pœnitens, materia pœnitentiæ sit.

Ses. 14. c. 3. Pœnitens estne distincta materia à contritione, confessione & satisfactione? Resp. non: quia ideo dicitur pœnitens, quatenus in illo tres dicti actus requiruntur.

Ibidem. Forma, & absolutio caditne super pœnitentem, an super peccata, an super actus illius? Resp. cadit super pœnitentem

quia dicit: Absolvo te, sed actus pœnitentis sunt proxima ratio, quare absolutio cadit in ipsum.

Requiriturne dispositio in pœnitente? Resp. ita est, & alia est de necessitate Sacramenti instituta à Christo, alia est de convenientia sacramenti. *Ibidem.*

Quænam est de necessitate sacramenti? Resp. Contritio, Confessio & Satisfactio, ait Conc. Trid. *Ibidem. Num. 6. & 18. C. T. ses. 14. c. 3.*

Quænam de convenientia sacramenti? Resp. ait Catech. sunt quidam ritus, qui à fidelibus debent diligenter observari, qui à primitiva Ecclesia, vt habetur ex Dionysio Areopagita, sunt derivati.

Qui sunt? Resp. isti quinque, ait Catech. *Num. 18.*

Primus est humilitas, & demissio animi ex indignitate peccatorum proveniens. *Ibidem.*

Secundus humilitas, & demissio corporis se ad pedes sacerdotis prosternentis, & genuflectentis, qui actus debent à pœnitente fieri, vt per illos cognoscat, & significet radices suæ superbiæ evellendas esse, à qua omnia scelera quæ deflet, ortum habuerunt.

Tertius reverentia erga sacerdotem, ita vt illum legitimum judicem sui cognoscat, & in illo Christi Domini personam & potestatem veneretur. Sacerdotes enim, ait Conc. Trid. in hoc sacramento verè judices, & Christi Vicarii sunt. *Ibidem. Ibidem. C. T. ses. 14. can. 6.*

Quartus, postquam pœnitens constituit se reum ante hoc tribunal, debet accusare se tanquam reum, & dignum maxima, & acerbissima animadversione, & non solùm dicendo, *confiteor*, &c. sed etiam peccata sua cum tali effectu enumerando. *Num. 18.*

Quintus. Supplex peccatorum veniam petere debet. *Ibidem, n. 6. & 9.*

Præter hæc requiruntur ne fides, spes, & charitas in pœnitente? Resp. omninò requiruntur, quia necesse est credere virtuti Sacramenti, & in divina misericordia spem habere, & velle se movere ad Deum ex charitate diligendum, alioquin pœnitens non esset. *C. T. ses. 7. can. 9.*

De forma Sacramenti Pœnitentiæ.

Num. 6.

QVænam est forma sacramenti Pœnitentiæ? Resp. Conc. Trid. ait est ista: *Ego te absolvo*, &c.

Quare dicit, &c. Resp. vt significet formam quidem perfici illis tantùm verbis, *Ego te absolvo*; sed nihilomi- *Ses. 4. c. 5. Arg. ibid.*

nus alia verba quæ sequuntur, nempe: *A peccatis tuis. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen*, dici debere: non quia sint de necessitate sacramenti, sed quia sunt quasi de necessitate præcepti.

Cur ista verba dici debent, cùm non sint de forma? Resp. ne fiat æquivocatio in hoc verbo, *Absolutio*: potest enim quis absolvere ab excommunicatione, & non à peccatis, vt sæpè fit.

Omnia verba primò dicta sunt necessaria de necessitate sacramenti? Resp. sunt, sed illud verbum, *Ego*, potest omitti, quia intelligitur in illo verbo, *Absolvo*.

Ex sess. 14. can. 3. Quid significant hæc tria verba? Resp. primum, *id est, Ego*, significat absolventem: secundum, *id est, Te*, significat absolutum: tertium, *id est, Absolvo*, significat absolutionem.

Quid significat illa particula, *Ego*? Resp. sic, Ego qui sum sacerdos, & Vicarius Christi, & legitimus judex tuus ad remittenda, vel retinenda peccata.

Ibidem. c. 5. ib. c. 3. Sess. 4. c. 6. Sess. 14. c. 1. Quid significat, *Te*? Resp. sic: Te, quem examinavi, & cognovi pœnitentem, & capacem absolutionis, quia in te vidi actus contritionis, & confessionis, & propositum satisfactionis.

Sess. 14. c. 11. Num. 15. Quid significat, *Absolvo*? Resp. sic: Auctoritativè, judicialiter, & per sententiam definitivam, Absolvo te, & remitto tibi peccata.

Vnde habetur quod hæc sit forma? Resp. ex sacra Scriptura, & traditionibus Apostolorum.

Qua ratione? Resp. ex illis verbis, Matth. 5. *Quæcunque solveris super terram, erunt soluta & in cœlis*: apertè colligitur remissionem peccatorum fieri per absolutionem sacerdotis. Ex traditione verò habetur, quia Apostoli Ecclesiam hanc esse formam docuere.

Ibidem. Potest probari ratione? Resp. potest, quia forma sacramenti sunt verba aliquid sacrum tum significantia, tum efficientia: remissio autem peccatorum est res spiritualis, quæ à dictis verbis tum efficitur, tum significatur.

De vi, efficacia, effectu, fructu, & fine Sacramenti. Num. 7.

Ex sess. 6. c. 14. QVis est finis sacramenti pœnitentiæ? Resp. vita & sanitas spiritualis. C. R. de Sacr. in genere, num. 20.

Quis effectus? Resp. C. T. ait, duplex est effectus, unus est applicatio beneficii mortis Christi lapsis post Baptismum. Alter est reconciliatio hominis cum Deo, in qua reconciliatione intelliguntur remissio peccatorum, & justificatio impii per gratiam gratum facientem. Sess. 14. c. 1. & sess. 14. c. 3. Sess. 6. c. 7. & 15.

Qui fructus consequuntur ex hoc effectu? Resp. ait C. Tr. Quam, *id est*, reconciliationem cum Deo, interdum in viris piis, & cum devotione hoc sacramentum percipientibus conscientiæ pax, ac serenitas cum vehementi spiritus consolatione consequi solet: ideò pax conscientiæ, & alia dicta sunt fructus huius sacramenti. Sess. 14. c. 3. C. R. n. 16.

Qualis est vis huius sacramenti? Resp. est virtus significandi, & efficiendi quæ dicta sunt. Sess. 14. c. 3. sess. 6. c. 6.

Qualis est efficacia illius? Resp. efficacia sacramenti est maior in vno, quàm in alio, juxta dispositionem pœnitentis: sicut enim eadem medicina, & quæ omninò habet eandem virtutem, maiorem habebit efficientiam in vno infirmo, quàm in alio: & sicut ignis maiorem habebit efficaciam in ligna sicca quàm in viridia, ita de Pœnitentia dicendum est.

De remissione omnium peccatorum. Num. 8.

REmissio peccatorum estne effectus Pœnitentiæ? Resp. est, quia reconciliatio cum Deo non potest esse sine remissione illorum. Sess. 6. c. 13. & sess. 14. c. 1. c. 4.

Effectus sacramenti Pœnitentiæ nonne debet esse gratia? Resp. debet, sed quatenus per illam peccata remittuntur.

Cur effectus Pœnitentiæ dicitur esse reconciliatio, & non dicitur esse peccatorum remissio? Resp. quia remissio peccati non fit absque eo quod peccator cum Deo conciliatus sit. Sess. 14. c. 1. & 3.

Quare effectus Pœnitentiæ non dicitur conciliatio, sed dicitur reconciliatio cum Deo? Resp. vt distinguatur effectus Pœnitentiæ ab effectu Baptismi: Baptismus enim conciliat prima vice cum Deo; Pœnitentia iterum conciliat, quod propriè est reconciliare. Sess. 6. c. 14. & sess. 14. c. 1. & 3.

Omnia peccata possunt remitti per Pœnitentiam? Resp. absolutè omnia possunt remitti. Num. 19.

Nonne aliqui in scripturis dicuntur non obtinuisse misericordiam à Domino, cùm illam vehementer implora- Num. 20.

verint? Resp. ait Cat. ita est, sed cauti fuit, quia illos verè & ex animo delictorum non pœnitebat.

Ibidem. Nonne in sacris literis habetur aliqua peccata esse irremissibilia, etiam aliquando Patres hoc dicunt? Resp. ait Catech. sacras literas, & sanctos Patres cum hoc asserre videntur, ita interpretandos esse, ut difficilem admodum, non autem impossibilem veniæ impetrationem dicere intelligi velint.

Ibidem. Quomodo vera erit locutio Scripturæ, si dicat, quod est difficile, esse impossibile? Resp. ait Catech. sicut aliquis morbus erit ex natura sua sanabilis, sed tamen respectu infirmi insanabilis esse dicetur, quod erit si vel infirmus recusset accipere medicinam, vel tunc accipiat, cùm virtus naturalis adeo debilis est, ut virtutem medicinæ, vel ferre, vel actuare non possit: ita aliquod peccatum potest dici irremissibile, non quia per pœnitentiam vere remitti non possit, sed quia per peccata ita afficitur sit, ut medicinam peccati, quæ est gratia Dei, repellat.

Ibidem. Quæ sunt ista peccata, quæ dicuntur remitti non posse?

2. 2. q. 14. art. 2. & 2. Resp. peccare in Spiritum sanctum: in his enim peccatis homo respuit illa media, per quæ posset ab illis converti, veluti ipsa divinæ misericordiæ est medium quo homo ad Deum se convertit; ideò qui desperat de misericordia Dei, abjicit medium quo posset ad illum converti.

Sess. 6. c. 14. & can. 29. Peccata mortalia possuntne remitti post Baptismum absque Pœnitentia? Resp. omnino impossibile est, ita intelligendo quod pœnitentia, vel est Sacramentum, saltem in voto necessaria sit.

Sess. 14. c. 1. C. R. q. 1. Peccata venialia possunt remitti absque pœnitentia Sacramento? Respond. Catech. ait, ita esse, tamen cùm D. August. asserit, requiri aliqua ratione pœnitentiam ad hoc ut peccata venialia remittantur, Concil. etiam Trid. ait venialia alia ratione, quàm per confessionem remitti posse.

Sess. 14. c. 5. D. T. 1. q. 87. art. 2. Quænam est hæc pœnitentia, qua peccata venialia remittuntur? Resp. Conc. Trid. ait peccata venialia posse remitti per Sacramentum pœnitentiæ, sed tamen multis etiam aliis remediis expiari posse. D. autem Th. ait per pœnitentiam virtualem remitti posse.

Quid est hæc pœnitentia virtualis? Resp. ait D. T. est actus quidam animi vel reverentiæ in Deum, vel in res divinas, quo virtualiter includitur displicentia peccatorum venialium, veluti si quis ita se humiliet Deo, ut virtualiter habeat displicentiam de peccatis superbiæ, ita ut si considerates de illis, sibi displiceret. *3. p. q. 87. art. 1.*

Peccata venialia possuntne remitti per confessionem generalem, per tunsionem pectoris, per orationem Dominicalem, per benedictionem Episcopalem, per aspersionem aquæ benedictæ, per orationem in Ecclesia consecratis, per septem Sacramenta, & præcipuè Eucharistiam, & Extremam Unctionem, & similia? Resp. ita est, ait D. T. & hoc quia virtualiter continent displicentiam peccatorum venialium, vel reverentiam, & motum in Deum, vel res divinas, vel gratiæ collationem, quæ peccata diminuit. *3. p. q. 87. art. 3.*

De partibus integralibus pœnitentiæ. Num. 8.

QVæ sunt partes integrales pœnitentiæ? Resp. ait Conc. Trid. illæ quæ ex institutione divina requiruntur in pœnitente ad integritatem sacramenti, & sunt Contritio, Confessio, & Satisfactio.

Estne omnino necessarium, quod istæ tria in pœnitente repetantur? Resp. ita est, ait Concil. Trident. & est de fide. *Sess. 14. c. 1. C. R. n. 22. sess. 14. c. 3. & can. 4.*

Quare tot actus in pœnitente requiruntur? Resp. Catec. cum D. Chrysostomo ita ait: *Pœnitentia regit peccatorem omnia sufferre: intende ejus contritio, in ore confessio, in opere tota humilitas, vel fructifera satisfactio.* Undè patet per hos actus peccatorem emitti, ut peccatum destruat tum corde per contritionem: tum lingua per confessionem, tum opere per satisfactionem. *Num. 22. Ibidem.*

Istæ partes habent inter se connexionem? Resp. Catec. ait, habent tali ratione: Contritio continendi, & satisfaciendi propositum includit. Confessionem debet præcedere contritio, & satisfaciendi voluntas: Satisfactionem verò, & contritio, & confessio antecedere debent. *Ibidem. Ex C. T. sess. 14. c. 3. & can. 4. Num. 22.*

Si pœnitens non haberet intentionem satisfaciendi Deo pro peccatis, vel in hac vita, vel in alia, debet absolui? Resp. nequaquam: quia propositum satisfaciendi debet præcedere absolutionem, & qui tale propositum non habet, contritus non est. *& 23.*

Potest afferri aliqua ratio, quare Deus voluerit, quod à pœnitente isti tres actus efficerentur? Resp. potest, & Cat. affert has.

Num. 23. Prima est, quia sicut homo peccat in Deum *corde, ore, & opere*, ita debet pœnitere, & satisfacere Deo *corde* per contritionem, *ore* per confessionem, *opere* per satisfactionem.

Num. 25. Secunda est, quia iustum est, vt homo toto suo posse conetur destruere peccatum: & ideò debet conari, vt destruat *corde* per contritionem, *lingua* per confessionem, *opere* per satisfactionem.

Ibidem. Tertia est, quia sic convenit Sacramento Pœnitentiæ. Pœnitentia enim est quædam compensatio offensæ Deo factæ, proveniens ab eius voluntate qui fecit offensam: quæ compensatio fit tali ratione, vt qui fecit offensam, constituat se voluntatie in potestate Dei offensi, ad hoc vt ipse Deus sumat pœnam, & satisfactionem quam vult de eo, qui sibi fecit offensam. Ex quo apparet necessarium esse vt peccator habeat voluntatem compensandi Deo pro facta offensa, & hoc pertinet ad contritionem. Secundò oportet, quod peccator constituat se tanquam reum in potestate Dei, & hoc facit dum per confessionem subdit se sacerdoti personam Dei gerentis. Tertiò necesse est vt sit paratus accipere pœnam arbitrio Dei, & sacerdotis vel in hac, vel in alia vita luendam, & hoc pertinet ad satisfactionem, ideo rectè partes integrales pœnitentiæ sunt constitutæ.

De Contritione. Caput III.

Num. 26. & 27. CAtech. quid tractat de Contritione? Resp. præcipuè quatuor. Primò enim tradit definitionem contritionis, & explicat illam, vbi etiam nomen contritionis declarat, & hoc à num. 24. vsque ad 31. Secundò declarat, quæ debeant fieri à fidelibus, vt vere contriti sint, n. 32. 33. 34. Tertiò explicat quæ sit vis, vel utilitas, vel effectus & finis contritionis, num. 35. Quartò proponit modum, quo fideles circa contritionem se debeant exercere.

De nomine Contritionis, & Attritionis. Num. 2.

Num. 26. & 27. QVibus nominibus appellatur Contritio? Resp. appellatur Contritio, Attritio, Compunctio cordis, Scissio cordis: per cor autem voluntas intelligi debet.

Quare à locis dicitur scissio cordis? Resp. quia dolor est ex solutione continui: & ideò cum contrario sit dolor cordis, rectè dicitur scissio illius. *Ibid. n. Num. 27.*

Cur dicitur Compunctio? Resp. ait Cat. sicut ferro tumida ulcera secantur, vt inclusum virus possit emanare: ita corda quasi scalpello contritionis adhibito incidantur, vt peccati morbiferum virus possit exire. *Ibidem.*

Quare dicitur Contritio? Resp. ad significandam magnitudinem doloris: contererè enim est saxo, vel duriore aliqua materia aliquid confringere minutatim, & quasi in pulverem reducere: vnde declaratur corda quæ superbia obduruerunt, contritione minutatim conteri, & contundi. *Num. 28.*

Dolor qui provenit ex morte parentum, vt filiorum, potest dici contritio? Resp. non; quia soli peccato contritionis dolor convenit est.

Qualis dolor est attritio? Resp. est dolor minus perfectus, quam contritio; ideò dicitur attritio, quia frangit quidem cor, sed crassiori quodam modo, & non ita minutatim, sicut contritio. *Ibidem.*

De definitione communi attritionis, & contritionis. Num. 3.

POtest dari definitio communis attritionis, & contritionis? Resp. potest. *Sess. 14. c. 4. Ex C. ibid.*

Quoniam est? Resp. ista quam tradit C. Trid. Contritio est animi dolor, ac detestatio de peccato commisso, cum proposito non peccandi de cætero, habens adjunctam fiduciam divinæ misericordiæ, necnon votum præstandi reliqua, quæ ad rectè suscipiendum Pœnitentiæ Sacramentum sunt necessaria.

Quot sunt particulæ in illa? Resp. quatuor: Prima est, quod sit animi dolor, & detestatio de peccato commisso. Secunda est proposituum non peccandi de cætero. Tertia fiducia divinæ misericordiæ. Quarta votum, & desiderium conitendi, & satisfaciendi, & absolutionem obtinendi pro peccatis commissis; hæc enim ad Pœnitentiam sunt necessaria.

Ista definitio tangitne quatuor causas? Resp. tangit; causa enim efficiens exprimitur per illam particulam, *Ani-*

mi, & per illam, *Dolor & detestatio*: declaratur enim efficientem contritionis & attritionis esse animam, non corpus, & esse illius potentiæ animæ, quæ dicitur voluntas, quia actus illius est dolor, & detestatio. Materia exprimitur per illud verbum *peccatum & peccandi*: indicat enim peccatum absolutè consideratum tam quoad præteritum, quàm quoad futurum, esse materiam contritionis. Causa finalis tangitur in illo verbo, *Votum faciendi reliqua*, &c. Indicat enim finem contritionis esse præparare ad absolutionem, sicut Conc. apertè asserit dicens de illa, *ita demum præparat ad remissionem peccatorum*, &c. Causam formalem exprimunt quatuor actiones: prima, est dolor de peccato commisso; secunda propositum de futuro; tertia spes veniæ; quarta desiderium Sacramenti.

De propria definitione contritionis perfectæ.
Num. 4.

Sess. 14. c. 4. COntritio perfecta habet proprium definitionem? Resp. habet.

Quænam est? Resp. Conc. Trid. ait, est illa, quæ modò allata est, hoc solùm addendo: quod charitate perfecta sit, ideo sic poterit definiri: Contritio perfecta est animi dolor, ac detestatio, à charitate proveniens de peccato commisso, & cum proposito non peccandi de cætero, cum spe veniæ, & cum voto faciendi quod fieri debet, ut rectè suscipiatur sacramentum pœnitentiæ.

De propria definitione attritionis.
Num. 5.

Ibidem. ATtritio potest dici contritio imperfecta? Resp. Conc. Trid. ita illam appellat.

Ibidem. Quare dicitur contritio imperfecta? Resp. quia non est dolor ex charitate proveniens, sed à timore servili originem habens.

Ibidem. Qualis est iste dolor imperfectus, qui à timore servili proficiscitur? Resp. ait Conc. Trid. est ille qui prævenit vel ex consideratione turpitudinis peccati, vel ex gehennæ, & pœnarum metu.

Ibidem. Attritio sufficitne ad hoc, ut quis possit à peccatis absolui? Resp. ait Conc. Trid. sufficit, dummodò habeat omnia, quæ in prima definitione posita sunt.

De convenientia, & differentia inter attritionem, & contritionem. Num. 6.

Ibidem. COntritio, & attritio in quo conveniunt? Resp. Primò conveniunt in causa efficienti ex parte hominis; quia ex vtraque voluntate procedit. Secundò in causa finali, quia vtraque intendit præparare, & disponere ad sacramentum pœnitentiæ, & ad remissionem peccatorum, licèt una magis, alia minùs perfectè hoc faciat. Tertiò in causa materiali; quia utriusque materia sunt peccata. Quartò in causa formali conveniunt quoad hæc quatuor, scilicet dolor de peccato, propositum non peccandi, spes veniæ, votum confitendi, & satisfaciendi.

Ibidem. In quo differunt inter se? Respond. in duobus. Primò in causa formali, quia dolor contritionis est charitate perfectus: Attritionis verò est sine charitate, sed cum timore servili, quia Dei offensam vt rem turpem, & à Deo castigatione punitam inspicit, & detestatur. Secundò differt in effectu, quia contritio charitate formata, etiam sine actuali susceptione sacramenti peccatum remittit: non quatenus est nuda, vel sola contritio, ait Concil. sed quatenus habet annexum votum sacramenti pœnitentiæ. Attritio verò non obtinet remissionem peccatorum, nisi actu suscipiatur Sacramentum, & hoc quia virtute clavium, & Sacramenti pœnitens de attrito fit contritus. Quod debet maximè notari & populis declarari.

De efficiente Contritionis, & Attritionis.
Num. 7.

QVatuor causæ contritionis, & attritionis sunt ne distinctè examinandæ? Resp. ita expedit.

Quænam est causa efficiens illarum? Resp. alia est ex parte Dei, alia ex parte peccatoris.

Quid efficit Deus? Resp. Conc. Tr. ait. Attritio est donum Dei, & impulsus Spiritus sancti, non quidem inhabitantis, sed moventis: quo pœnitens adjutus vim sibi ad justitiam parat. Ex quo etiam apparet contritionem donum Dei esse, & impulsum Spiritus sancti inhabitantis, quo voluntas peccatoris plenè à peccato recedit, & ad Deum se convertit. Vnde contritio erit impulsus Spiritus sancti inhabitantis, attritio impulsus ejusdem non habitantis. Sess. 6. c. 2. & 6 sess. 14. can. 4.

Sess. 6. c. 3. Sine auxilio Dei homo potest pœnitere, & dolere de
sess. 6. c. 4. peccatis sicut oportet? Resp. Conc. Trid. determinat de fide fieri non posse.

Ibidem. Actus contritionis, & attritionis producitur ne ab homine liberè, & voluntariè? Resp. est de fide ita esse.

Homo per liberum arbitrium potestne dissentire, si velit Deo excitanti, atque vocanti ad pœnitentiam? Resp. est de fide ita esse.

Num. 29. Actus contritionis, & attritionis debetne esse tum à voluntate, tum etiam à sensu? Resp. ait Cat. deberet, sicut ex Ninivitis, Davide, Magdalena, S. Petro, & aliis apparet, qui dolore sensibili, & lachrymis contritionis actum habuere: & ratio etiam suadet, quia si sensus contra Deum peccavit, deberet etiam de peccato pœnitere, & dolere.

Num. 25. & 29. Est necessarium quod dolor sensibilis sit? Resp. ait Cat. non est necessarium, sed sufficit, quod in voluntate sit odium & dolor peccati. Quod Dei misericordiâ factum est, quia sæpè sensus non potest dolere sensibiliter de eo, quod non est sibi molestum, sed jucundum, & sensus in delectatione non potest intueri offensam Dei; & tamen delectationem suam experitur.

De Materia Contritionis, & Attritionis. Num. 8.

Ex sess. 14. cap. 5. QVænam est materia contritionis, & attritionis? Resp. peccatum mortale quidem necessaria, veniale verò sufficiens, vt dictum est.

Num. 11. Est necessarium dolere de omnibus peccatis mortalibus?
Ex sess. 14. c. 5. & c. 7. Resp. omninò est necessarium, ita vt si quis habeat decem mortalia, & doleat de novem, de uno autem solo non doleat, iste neque erit attritus, neque contritus.
C. R. n. 32.

N. 30. 31. Estne necessarium de singulis peccatis mortalibus habere proprium, & particularem cuiusque dolorem, an sufficit unico, & universali actu dolere de omnibus illis? Resp. ait Catech. maxime hortandi, & monendi sunt fideles, vt ad singula mortalia crimina proprium contritionis dolorem adhibere studeant, & ex Scriptura ita expedire ostendit. Nihilominus ex Dei misericordia ait, non esse necessarium, sed sufficere si simul atque quis se collegerit, universa peccata sua detestetur, habeatque in animo cùm

facultas erit alio tempore singula in memoriam reducere, ac detestari, quod est notandum, quia à paucis observatur, & passim ab omnibus omitti solet.

De forma Contritionis, & attritionis. Num. 9.

QVænam est forma horum actuum? Respond. Illa Sess. 14. c. 4.
quæ dicta est modò, nempe illi actus, dolor de peccato commisso, propositum de futuro, spes veniæ, votum Sacramenti, Charitas in contritione, timor Dei servilis in attritione.

Contritio estne formaliter dolor? Resp. ait Catech. cum Num. 8. & 25.
D. Aug. contritio formaliter est odium, & detestatio peccati: dolor verò, saltem sensibilis, non est de forma contritionis, sed est vel comes, vel effectus illius: dolor autem contritionis idem est quod detestatio.

Quare ergo à C. T. contritio definitur, quod dolor sit? Num. 25.
Resp. ait Cat. primò quia sacræ scripturæ per dolorem intelligunt odium peccati: secundò, quia ille dolor intelligitur non sensus, sed voluntatis.

Dolor in contritione debet esse maximus? Resp. ait Ca- Num. 28.
tech. ita est, adeo vt nullus maior excogitari possit, saltem quod attinet ad rationem; sæpè enim in sensu maior est dolor de morte, vel de amissione bonorum, quàm de peccato. Probat autem his rationibus.

Prima est, quia perfecta contritio est charitatis actio; Num. 28.
charitas autem super omnia diligit Deum, & super omnia odit peccatum: ideò dolor, qui est contritio, maximus esse debet: & sicut de charitate dicitur, diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo: ita & de contritione dicendum est, ideò Dominus dicit, *Convertimini in toto* Ioel. 2.
corde vestro.

Secunda est, quia quantum bonus est Deus, tantum malum est peccatum, & offensa illius: sed Deus est summum bonum, & ideò summè diligendus; ita peccatum est summum malum, & summo odio habendum: ita vt ne vitæ quidem conservandæ causa liceat peccare, juxta illud, *Qui amat patrem, aut matrem, &c. non est me dignus; & qui voluerit animam suam salvam facere, perdet eam.*

Tertius est, quia sicut ait D. Bernardus, *Modus dili-* Num. 28.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

gendi Deum est diligere illum sine modo, id est, Deus
Ibidem. deberet diligi infinitè: ita ergo peccatum deberet quis prosequi odio infinito.

Ex quo Catech. colligit detestationem peccati debere esse maximam, & vehementissimam, & omnem ignaviam
Deut. 4. & socordiam excludentem? Resp. quia in Deuter. habetur
Hier. 29. Deum inveniri ab his, qui quærunt in toto corde: & idem
Num. 29. in Hieremia.

Si dolor adeo vehemens non sit, eritne vera, & efficax contritio? Resp. ait Catech. posse esse veram, quia sufficit odium esse in ratione, & sæpè sensus non potest dolere de eo, quod sibi placet.

Num. 18. Quare tantùm odium in peccatum requiritur? Resp. quia ad destructionem illius tale opus est, & charitas tale requirit.

De proposito non peccandi de cætero. Num. 10.

Sess. 14. c. 4. PRopositum non peccandi saltem mortaliter est neces-
Num. 33. sarium? Resp. omninò, & debet haberi explicitè.

Quare hoc? Respond. quia sine tali proposito, odium peccati non esset verum, & Deus nunquam remitteret offensam.

Ibidem. Quare non remitteret? Resp. quia non est parcendum ei, qui petit veniam de præterita offensa, sed habet animum eandem vel aliam iterare. Vera enim amicitia, omninò etiam quoad futurum, excludit animum offendendi.

Si quis habet firmam voluntatem non peccandi, sed timet quod ex infirmitate iterum peccabit, diceturne habere dictum propositum? Resp. dicetur.

Ibidem. Quid requiritur ad hoc, vt aliquis dicatur habere propositum non peccandi? Resp. ait Catech.

Primò debet habere propositum obediendi præceptis Dei, & Ecclesiæ; cum enim horum transgressio sit peccatum, qui non vult abstinere à tali transgressione, neque vult abstinere à peccato.

D. T. 3. p. q. 14. art. 1. & 2. Secundò debet habere propositum vitandi, si fieri possit, occasionem peccandi, præcipuè autem proximam; qui enim non vult relinquere occasionem proximam peccati, quantum potest, neque vult relinquere peccatum. Ille enim est occasio proxima peccati, quæ semper, vel quasi semper inducit aliquem ad mortale: vnde si quis fortè sem-

per in ludo blasphemat, omnino tenetur habere propositum non ludendi.

Tertiò tenetur habere propositum recurrendi ad ora- *D. T. 2. 2. q. 33.*
tionem, cum erit in tali tentatione, & periculo peccandi, quòd sine oratione non possit vitare peccatum mortale: si enim quis nolit adhibere remedium, sine quo à peccato mortali abstinere non potest, implicitè consentit se velle ad peccatum redire.

Quartò si pœnitens fuit offensus ab aliquo, tenetur de- *Num. 33.*
ponere odium, & habere propositum conciliandi se cum eo qui fecit offensam, quando ad id teneri prudens confessarius affirmabit: qui enim alteri offensam non dimittit, neque Deus suam illi dimittet.

Quintò si pœnitens alteri per vim, aut fraudem ali- *Ibidem.*
quid abstulit, vel fecit damnum, aut offensam in anima vel corpore, vel fama, vel facultate, necesse est quod habeat propositum satisfaciendi, vel compensandi offensam. Cum enim retinere alienum, peccatum sit, ille non habebit propositum non peccandi, qui alienum restituere paratus non est.

Est necessarium quod pœnitens explicitè habeat pro- *Ex C. T. sess. 14. c. 4.*
positum horum omnium, quæ dicta sunt? Resp. expeditet quidem, sed sufficit aliquando habere propositum virtuale quoad ea quæ vltimò dicta sunt.

Quid est habere hoc propositum virtuale? Resp. si *Ibidem.*
quis habet animum faciendi omnia, quæ ad rite suscipiendum sacramentum Pœnitentiæ fieri debent, iste ut patet ex C. T. propositum virtuale dictorum videtur habere. Aliter etiam hoc erit, si ita effectus animo sit, vt si de singulis dictis cogitaret, aut requireretur, esset promptus habere propositum, juxta ea quæ dicta sunt.

De spe veniæ. Num. 11.

AD Contritionem requiritur spes veniæ? Resp. Ita est. *Sess. 14. c. 4.*
Quare? Resp. quia ut ait Conc. finis Pœnitentiæ est *sess. 14. c. 3.*
reconciliatio pœnitentis cum Deo: hæc autem reconciliatio non potest esse sine remissione peccati, ideo spes veniæ habenda est.

Sufficit habere illam virtualiter? Resp. Ita est.

Quid est habere virtualiter? Resp. quia petit veniam, *Ex C. T. sess. 14. c. 4.*
vel facit aliquid ad obtinendam illam, iste virtualiter sperat illam.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

De voto faciendi ea quæ ad Sacramentum requiruntur. Num. 12.

Sess.14.c.4. IN Contritione requisitume voluntas faciendi omnia, quæ ad ritè suscipiendum Sacramentum Pœnitentiæ
Ex sess.14. sunt necessaria ? Resp. ita est.

c.3. & 4. Quæ sunt ista ? Resp. primò voluntas habendi contritionem vel sufficientem attritionem, ut dictum est : secundò confitendi, & satisfaciendi ea ratione, qua dicitur : tertiò absolutionem obtinendi.

Ibidem. Sufficit propositum virtuale ? Resp. sufficit, quia Conc. ait sufficere votum præstandi quæ necessaria sunt, quo voto ista implicitè, non explicitè continentur.

De fine, effectu, & utilitate Contritionis. Num. 3.

Sess.14.c.4. QUis est finis & effectus propius contritionis ? Resp. effectus contritionis est duplex, vnus est præparare
Sess.14.c.5. pœnitentiam ad rectè obtinendam absolutionem : alter est
Sess.14.c.4. cum absolutione concurrere ad destructionem peccati, & reconciliationem cum Deo.

Contritio habetne vim remittendi peccatum, & reconciliandi cum Deo ? Resp. sola non habet, ait Conc. si autem contritio charitate perfecta sit vnita cum Sacramento, & absolutione, vel actu, vel voto, & desiderio, tunc, quamvis est materia Sacramenti, aliqua ratione concurrit ad reconciliationem hominum cum Deo.

Sess. 6. c.3. Remissio peccatorum nonne provenit totaliter à forma & absolutione ? Resp. ait Conc. In forma pœnitentiæ, absolutionis præcipuè, vis Sacramenti posita est, vbi illud verbum, præcipuè, indicat aliqua ratione minus principali etiam materiam Pœnitentiæ concurrere ad effectum prodorcendum.

C.R.n.75. Contritio habet alias vtilitates ? Resp. ait Cat. Hoc est præcipuum contritionis, qua Deus nunquam despicit illam. Cum enim aliquando alia pietatis studia, ut eleemosyna, jejunia, orationes, & similia opera ex suo genere bona à Deo reputentur, nunquam contritio ingrata illi est, juxta illud : *Cor contritum & humiliatum Deus non despicies.* Alterum contritionis privilegium est, ut per illam statim à Domino delictorum veniam impetremus. Tertium ex hac peccatorum remissione sequuntur illæ

illæ utilitates, quæ dictæ sunt, nempe pax, & serenitas conC.T.sess.14. scientiæ, cum animi, ac spiritus jucunditate. can.3.

De modo se exercendi circa actum contritionis. Num.14.

POpuli debent edoceri quomodo se exerceant circa Num.12. actum contritionis ? Resp. ita expedit.

Quis est iste modus ? Resp. primò quilibet fidelis sta- Num.1. tim ac commisit ex fragilitate peccatum, præcipuè mortale, debet facere actum contritionis, vt statim cum Deo reconcilietur ; sic enim, ait Navarrus, evenlet, ut modico vitæ tempore homo inimicus Dei existat, & quilibet debet se ita disponere, ut opera bona, quæ fecit, grata sint Deo. Secundò nullus debet esse fidelis, qui quotidie, vel mane, vel vespere, vel domi in Ecclesia actum contritionis non faciat, sicut enim quotidie quis peccat, ita quotidie quilibet contritionis actum facere debet. Tertiò aiunt Doctores, quemlibet teneri sub culpa peccati mortalis facere actum contritionis, quando imminet illi periculum mortis, vel debet suscipere, vel administrare aliquod sacramentum, vel tenetur facere orationem pro gravi, & urgenti publica necessitate. Quartò tempore Adventus, vel Quadragesimæ ; item cum quis accipit notabile beneficium à Deo, vel patitur magnam tribulationem, deberet hunc actum elicere. Quintò Catech. ait fideles debere frequenter examinare conscientiam, & cum viderint se in peccata præcipuè mortalia incidisse, conteri statim de illis. Demùm cùm ita sit, quod Deus cor contritum & humiliatum nunquam despicit, contritionis actus fidelibus familiaris admodum esse debet.

De modo dirigendi fideles ad actum contritionis. Num. 14.

FIdeles debent dirigi & adjuvari ad actum contritionis ? Resp. ita est.

A quibus ? Resp. potissimùm à Parochis, Confessariis, & Prædicatoribus.

Qua ratione ? Resp. dupliciter auxiliis : altero quidem quod pertinet ad intellectum, & respicit cognitionem ; altero quod respicit voluntatem, & opportuna illi præbet motiva.

Quomodo adjuvanda est intellectus cognitio ? Resp.

Fideles debent edoceri quibus viis ad contritionem liceat pervenire, & de hoc dictum est in capite de penitentia quæ virtus est: Secundò debent expressè doceri de actibus qui ad contritionem sunt necessarij: & de his hoc capite distinctè tractatum est.

Quæ motiva proponenda sunt voluntati? Respond. ex Conc. & Catech. ista colliguntur: Primò auxilium Dei debet proponi, quod omnibus promptum est, & per illud contritionis actus haberi potest. Secundò turpitudo peccati: turpissimum est enim creaturam offendere creatorem, & offensis velle beneficia Dei compensare, summum benefactorem injustitia afficere: & summum bonum odio habere, & pro vilissima re avertere se à Deo. Tertiò damna & calamitates, quæ à peccato proveniunt, sunt proponenda, nempe odium Dei, ira, & inimicitia illius: pœnæ tum huius, tum futuri sæculi: bona quæ per illud amittuntur, ut mors animæ, &c. Quartò passio Christi, in qua summum odium peccati, & rigorosam contra illud justitiam licet intueri. Quintò videtur prodesse ad contritionem, si quis cogitet se transfigere cor suum clavis, & lancea, quibus corpus Christi fuit vulneratum, ad hoc ut dictum cor conteratur, & confringatur: Hæc, & similia poterunt fidelibus exhiberi.

De confessione. Cap. IV.

CAtech. quænam tractat de confessione? Resp. Primò agit de vtilitate illius, n. 37. 38. Secundò de natura, & vi confessionis, n. 39. Tertiò de institutione eius facta à Christo, n. 40. 41. & 42. Quartò de institutione ritium, & cæremoniarum facta ab Ecclesia, num. 43. Quintò de necessitate confessionis, n. 44. 45. 46. Sextò de necessitate integritatis illius, num. 47. 48. 49. 50. Septimò de conditionibus confessionis, num. 51. 52. Octavò, de frequentia illius, num. 53. Nonò de ministro, num. 54.

Estne sufficiens ista tractatio? Resp. est, quia tractat de quatuor causis, necnon de vsu, & administratione, & de cæremoniis confessionis.

Qua ratione? Resp. institutio, & minister pertinent ad causam efficientem, & ad administrationem. Natura, & definitio, & conditiones ad causam formalem. Integritas ad materialem. Necessitas & vtilitas ad finalem.

Concilium Trid. agit de his omnibus? Resp. alia ratione illorum doctrinam tradit.

De necessitate tradendi doctrinam confessionis. Num. 2.

POpulis debetne tradi doctrina de confessione? Resp. quàm maximè expedit. *Num. 37.*

Quare hoc? Resp. ait Catech. Quia omnibus ferè piis persuasum est quicquid hoc tempore sanctitatis, pietatis, & religionis in Ecclesia, summo Dei beneficio conservatum est, id magna ex parte confessioni tribuendum esse. Deinde quia hostes humani generis populo Christiano summè nocere cupientes, confessionem tanquam Christianæ virtutis arcem totis viribus per hæreticos oppugnare conati sunt: vnde summo studio doctrina illius tradenda est, & ad illam populi sunt hortandi. *Ibidem.*

De vtilitate confessionis. Num. 3.

QVænam sunt vtilitates confessionis? Resp. Catech. ait tres sequentes, quæ maximæ sunt. *Num. 37. & 38.*

Prima est facilis, & certa remissio peccatorum, *id est*, confessio facit, vt faciliùs, & certiùs obtineamus remissionem peccatorum; faciliùs quidem, quia homo multò faciliùs confitetur peccata sua, quàm faciat actum veræ, & perfectæ contritionis: cùm enim ad perfectam contritionem, in qua fit remissio peccatorum, requiratur summum odium peccati proveniens ex dilectione Dei super omnia; hoc autem sæpè difficillimum sit obtinere, meritò confessione facilior redditur remissio peccatorum: quia attritio, seu contritio imperfecta, unita confessioni obtinet remissionem peccatorum, quod sola obtinere non potest. Certiùs etiam facit obtinere, quia nullus potest esse certus, quod habuerit perfectam contritionem de peccatis ab ipso commissis: potest autem esse certus quod illa confessus sit; & ideò certior per confessionem, quàm per contritionem obtinetur remissio peccatorum.

Secunda vtilitas est, quia in confessione datur remedium, & medicina contra peccata, etiam consuetudine radicata, vt quis ab illis possit sanari, & liberari: Sicut enim ait Catech. iis, quorum est corrupta vitæ consuetudo, nihil tam prodesse ad mores emendandos experimur, quàm si interdum occultas animi cogitationes, facta, dictaque prudenti, fidelique animo patefaciant, qui eos operâ, & *Num. 38.*

consilio iuvare possis: ita si pœnitens sacerdoti tanquam medico, animæ suæ morbos, & vulnera aperiat, statim præparata sibi inveniet medicamenta, & remedia, vt non solùm ab ægritudine sanitatem recipiat, sed etiam vim quandam, & auxilium obtineat, vt deinceps in eiusdem morbi, & vitii genus non recidere possit.

Ibidem. Tertia est: Quia confessio ad vitæ societatem, & coniunctionem inter fideles conservandam magnoperè prodest. Nihil enim magis populos unit, & in sancta pace conservat, quàm si ij, qui peccata, & scelera perpetrant, fræno coërceantur. Quod per confessionem fieri certum est. Verecundia enim confitendi peccata, & redargutio facta authoritate divina à Confessore, cupiditatem delinquendi, & licentiam peccandi coërcet, superbiæque peccantis frænum injicit; efficitque, vt satisfiat, vel restituatur, si quid iniustè ablatum est. Vnde meritò dicendum est (sicut Scotus ait, populos quosdam dixisse Carolo V. Imperatori) omnia futura esse plena non solùm occultis, sed etiam publicis, & nefandis sceleribus si Confessio de medio auferatur. Vna enim cum illa auferri quoque verecundiam peccandi certissimum est.

De natura, vi, & definitione confessionis.

Num. 4.

Num. 19. QVomodo definitur Confessio? Resp. Catech. affert tres definitiones, vel descriptiones.

Prima est S. Gregorii. Confessio est peccatorum detestatio, *id est*, sicut per contritionem homo detestatur peccatum in corde, ita per confessionem detestatur in ore.

Ibidem. Secunda est D. Aug. Confessio est per quam morbus latens spe veniæ aperitur.

Ibidem. Tertia est Theologorum à Catech. recepta. Confessio est peccatorum accusatio (quæ ad sacramenti genus pertinet) eò suscepta, vt virtute clavium veniam impetremus: istæ definitiones idem dicunt, vt apparet.

Hæc definitio estne perfecta? Resp. est, quia continet plenè quatuor causas confessionis.

Qua ratione? Resp. Causa materialis exprimitur per illud verbum, *peccatorum*. Formalis per illud, *accusatio*, quæ ad sacramenti genus pertinet. Finalis per illa, *vt virtute clavium veniam impetremus*. Efficiens exprimitur per illa verba, *eò suscepta, ita vt impetremus*; cùm enim hoc verbum designet primam personam, ostendit accusationem fieri à seipso, & non ab alia persona: Ideò Confessio ostenditur esse à peccatore.

Quare ponitur illud verbum, *Accusatio*, & non aliud, veluti *Significatio*, vel *Explicatio*? Resp. ad significandum, quod in confessione peccata non debent referri, quasi quis laudet se, vel simpliciter referat suas actiones, vel otiosis auditoribus res suas dicat: sed ita enumeranda sunt, vt accusandi, & per pœnam vindictam sumendi animum adesse appareat: ita enim confessionem à reo fieri decens, & iustum est. *Ibidem.*

Quare dicitur, *vt virtute clavium veniam impetremus*? Resp. vt declaretur vis, & natura, seu effectus confessionis: Ipsa enim vnita virtuti clavium, non habet illum effectum quem in aliis tribunalibus habent confessiones reorum, in quibus confessionem sequitur supplicium, & pœna, non culpæ liberatio: Confessionis enim effectus est venia, & culpæ liberatio; ideò recte illa particula posita est. *Ibidem.*

De institutione confessionis.

Num. 5.

FIdeles debent educeri, quod Confessio à Christo sit instituta? Resp. debent: & ait Catech. hoc maximè faciendum est. *Num. 40.*

Quomodo probatur à Christo instituta? Resp. ex scriptura, ex traditione, ex Patribus, ex Concilijs. *N. 40. 41.*

Ex quibus locis sacræ scripturæ colligitur confessionem fuisse à Christo institutam? Resp. ait Conc. Tr. & Catech. ex illis locis, vbi Christus instituit sacramentum Pœnitentiæ. *Ibidem.*

Quæ sunt ista loca? Resp. Cat. adducit tria: Primus, & principalissimus, & à Conc. T. adductus, Ioan. 20. vbi Christus dixit, *Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis &c.* Secundus est Ioan. 11. vbi Christus mandat Apostolis, vt Lazarum resuscitatum à vinculis solvant, ibi enim S. Aug. interpretatur de potestate tradita Apostolis solvendi à peccatis, quæ per illum actum significatur. Tertius locus est Lucæ 17. vbi Dominus præcepit leprosis, vt sacerdotibus se ostenderent. Ex veteri etiam Testamento Cat. ait, varia illa sacrificiorum genera, quæ ad expianda varii generis peccata à sacerdotibus fiebant, sine dubio videri *Num. 40.*

DOCTRINA
SACRI CONCILII
Trid. & Catech. Rom.

DE SACRAMENTO POENITENTIÆ.

De necessitate hujus Sacramenti, & de doctrina illius.

Ex C. Tr. sess. 14. c. 1. D. Th. 2. 2. q. 1. art. 7.

DOCTRINA Sacramenti Pœnitentiæ est hæc necessaria? Resp. Est.

Quare? rp. quia quilibet fidelis statim ac pervenit ad usum rationis, tenetur sub pœna peccati mortalis habere cognitionem hujus Sacramenti.

D. Th. Ibidem. Bell. 14. c. 1.

Cur hoc? Resp. quia quilibet tenetur expressè scire illa media, sine quibus salutem suam consequi non potest.

Pœnitentia est ne medium omninò necessarium ad salutem? Resp. his, qui post Baptismum commiserunt peccatum mortale, Pœnitentia, ait conc. Trid, est medium omninò necessarium ad salutem.

Num. 1.

Debentne parochi magnâ diligentiâ hanc doctrinam explicare? Resp. debent maximè.

C. T. sess. 6. c. 14. C. de Pœn. n. 1.

Quare hoc? Resp. primò, quia Sacramentum est maxime necessarium, & illius effectus, qui est remissio peccatorum, maximus est: secundò quia usus hujus Sacramenti debet esse frequens, sicut enim sæpè animæ vulnera peccati feriuntur, ita sæpè vti medicina ad restituendam sanitatem necesse est.

De significatione, & multiplici acceptione hujus nominis Pœnitentia, eiusque diffinitione.

Num. 2.

HOc nomen *Pœnitentia*, accipiturne multis modis? Resp. ita est.

Quot modis? Resp. primò accipitur pro satisfactione, seu pro corporis afflictione, vt jejunio, & similibus: secundò accipiunt pro displicentia alicuius rei, quæ antea placebat.

Quomodo nunc accipitur Pœnitentia? Resp. secundo *Ibidem.* modo.

Quid significat hoc nomen Pœnitentia? Resp. displicen- *Ibidem.* tiam eius, quod antea placebat.

Pœnitentia hæc accipiturne adhuc pluribus modis? Resp. *Num. 2.* accipitur tribus modis: primus est cùm dicta displicentia *3. & 4.* est de aliqua re, absque eo, quod quis cogitet an sit peccatum: veluti si quem pœniteat, quod non vendiderit tritticum in tempore præteritæ annonæ; & hæc dicitur fæculi tristitia, & non est virtus, sed vitium: secundò accipitur Pœnitentia pro tristitia de peccato commisso, quod antea placebat; sed hæc tristitia non Dei, sed sui ipsius causa habetur, veluti si quis doleat de homicidio perpetrato, ob quod ad mortem damnatus sit, dolorque potius pœnam, quàm peccatum respiciat: & hæc quoque pœnitentia propriè virtus non est: tertiò accipitur pro dolore interno, vel externo peccati admissi, quod antea placebat, ita vt talis dolor vnius Dei causâ susceptus sit, & hæc pœnitentia est virtus, & de hac modò dicendum est.

Quid est pœnitentia, & effectus illius? Resp. Pœnitentia est quædam commutatio voluntatis facta in contrarium respectu eiusdem rei, itavt quod antea placebat, incipiat displicere. Effectus pœnitentiæ est commutatio non voluntatis, sed rei voluæ: pœnitentia enim efficax, & cum effecto, ita commutat rem, sicut voluntas mutata fuit.

Quid est commutare rem? Resp. est facere, vt illud non sit, quod antea erat, veluti facere vt non sit peccatum quod antea erat.

De qua pœnitentia modò agendum? Resp. de pœnitentia tertio modo accepta, quæ virtus est.

De Pœnitentia vt est virtus, & vt est Sacramentum.

Num. 4.

PŒnitentia de peccato admisso, propter Deum susceptæ, estne semper Sacramentum? Resp. non semper est Sacramentum, sed aliquando est solummodò virtus.

Num. 5.

Quomodo distinguuntur Pœnitentia vt virtus, & vt Sacramentum? Resp. potissimùm hac ratione, quia pœnitentia vt est virtus, perficitur in corde, & dicitur Pœnitentia in-

sæ sunt; sic intelligimus neminem in cœlum admitti, nisi fores à sacerdotibus, quorum fidei claves Dominus tradidit, aperiantur. Aliter enim nullus planè clavium vsus in Ecclesia esse videretur, ac frustra is, cui clavium potestas data est, quempiam à cœli aditu prohibebit, si tamen alia via introitus patere queat.

Ibidem. Ista ratio est evidens? Respond. ita est; quia & sancti Aug. & Amb. talem illam existimant, & res ipsa manifestè apparet. *Frustra enim*, ait Philosophus, *est illud quod non consequitur finem suum.* Cùm ergo finis clavis sit per illam restringere aditum alicuius loci, si alia via, quàm per ostium aditus patet, frustra erit clavis, quia impeditus ne intret per ostium, intrabit aliunde: quod non esset restringere aditum loci illius.

Ses. 14. c. 5. ses. 14. c. 8. D. Th. 1. 2. q. 89. ar. 6. Quibus incumbit de iure divino hæc necessitas confitendi? Resp. ait Conc. Tr. omnibus post Baptismum lapsis, *id est*, qui peccatum mortale perpetrarunt.

Num. 45. Pueri quando tenentur confiteri? Resp. ex Conc. Later. & Tr. cùm ad annos discretionis pervenerint.

Quare hoc? Resp. quia ante hoc tempus non possunt committere peccatum, neque veniale, neque mortale.

Quomodo cognoscitur an puer habeat vsum rationis? Resp. ait Catech. inspiciendo an sciat discernere inter bonum, & malum, & an in eius mentem dolus cadere possit, vt dictum est.

N. 45. 46. Estne determinatum tempus, in quo habenti vsum rationis necessarium sit confiteri? Resp. est: sed aliud determinatum ab Ecclesia; aliud à lege naturali.

Num. 45. Quod determinatur ab Ecclesia? Resp. vt quotannis quilibet fidelis confiteatur.

Num. 46. Quod à lege naturali? Respond. Primò, quoties mortis periculum imminet: tunc enim lex naturæ præcipit, vt homo nihil omittat, quod ad salutem suam necessarium sit: & ideò si haberet peccatum mortale, teneretur confiteri, si posset; si non posset, facere actum contritionis cum voto confessionis. Secundò cum Sacramenta, vel suscipienda, vel administranda sunt: Lex enim naturalis docet res adeò sacras cum macula peccati mortalis tractandas non esse. Tertiò sic à Catech. exprimitur. Atque idem omninò servare oportet, cum veremur, ne nos alicuius culpæ, quam admiserimus, oblivio capiat. Neque enim

Ibidem.

peccata confiteri possumus quæ non meminimus, neque peccatorum veniam à Domino impetrare, nisi ea Pœnitentiæ sacramentum per confessionem deleat.

De integritate confessionis, ejusque necessitate.

Num. 8.

INtegritas confessionis est necessaria de iure divino? Resp. Conc. Trid. ita esse de fide determinavit. *Ses. 14. c. 5. & can. 7. ses. 14. c. 7.*

Quænam ad integritatem confessionis requiruntur? Resp. Conc. Trid. determinat de fide tria requisiti. Primum est ut pœnitens confiteatur omnia peccata mortalia, non tantùm in genere, sed etiam in specie. Secundum est, ut confiteatur omnes circunstantias peccatorum mutantes speciem. Tertium, ut confiteatur numerum peccatorum, & circunstantiarum cuiuslibet speciei, quæ mortalia sunt. Et ista esse necessaria ad integritatem confessionis de iure divino, asserit Conc. Trid. à quo etiam asseritur examen debere præcedere confessionem, & de hac integritate confessionis populi sunt edocendi, quia multi circa numerum errant, existimantes non teneri ad confitendum numerum peccatorum: multi etiam examen omittunt.

Est necesse confiteri peccata cordis? Resp. ita est, & Conc. Tr. determinavit de fide. *Ses. 14. c. 7. Ses. 14. c. 5.*

Est necesse confiteri venialia? Resp. de illis Conc. Tr. ita ait: Venialia, quibus à gratia Dei non excludimur, & in quæ frequentiùs labimur, quamquam recte, & vtiliter, citraque omnem præsumptionem in confessione dicantur, quod piorum hominum vsus demonstrat; taceri tamen citra culpam, multisque aliis remediis expiari possunt.

Quare ista omnia ad integritatem confessionis requiruntur? Resp. ratione iam dicta: nempe quia iudex plenè debet cognoscere causam rei, vt de illa sententiam iustam ferat, & pœnam debitam imponat: at causa peccatoris non plenè cognoscitur, nisi omnia peccata mortalia, etiam cordis, cum circunstantiis, quæ propriam peccati rationem habent, & cum numero manifestè redduntur. Diversum enim iudicium faciendum est de eo, qui dixit verbum iniuriosum in Deum, quàm qui in hominem; & de eo, qui semel in anno blasphemavit, ac de illo, qui centies in mense hoc fecit. *Ibidem.*

C.R.n.44. Quomodo probatur ista ad integritatem confessionis
Ses.14.c.7. requiri? Resp. Primò ex sacra scriptura, sicuti dictum est: Secundò ex perpetua Ecclesiæ traditione: Tertiò ex testimonio Sanctorum Patrum, Ambrosii, Hieronymi, Cypriani, ac omnium Ecclesiæ Doctorum: Quartò ita à sacra Trid. Synodo est de fide determinatum.

Num.49. Si quis scienter aliquod peccatum, vel circunstantiam mortiferam omittat, vel numerum illorum dedita opera reticeat, erit ne bona, & valida confessio? Resp. neque erit bona, neque valida, sed pœnitens in ipsa Confessione committit novum peccatum mortale sacrilegii, & tenebitur reiterare illam, & in secunda confiteri de sacrilegio in priori commisso.

Sess.4.c.5. Si quis per oblivionem aliquod peccatum mortale tacuerit, erit ne bona, & valida Confessio? Resp. de hoc Conc. Trid. ita ait: constat enim nihil aliud in Ecclesia à pœnitentibus exigi, quàm vt postquam quisque diligentiùs se discusserit, & conscientiæ suæ sinus omnes, & latebras exploraverit, ea peccata confiteatur, quibus se Dominum & Deum suum mortaliter offendisse meminerit, reliqua autem peccata, quæ diligenter cogitanti non occurrunt, in universum eadem confessione inclusa esse intelliguntur, pro quibus fideliter cum Propheta dicimus: *Ab occultis meis munda me Domine.* Ex quo apparet bonam esse, & validam talem confessionem, si examen diligens illam præcesserit.

Num.50. Quid si non præcessit examen, vel negligenter factum sit? Resp. ait Catech. Si pœnitens in examine faciendo ita negligens fuit, vt quadam ratione videri possit, ne quidem voluisse peccatorum recordari, omninò confessionem iterare opus erit: Si verò negligentia non fuit adeo gravis, & pœnitens verè in animo habebat omnia peccata confiteri, non erit opus iterare confessionem, sed satis erit alio tempore confiteri sacerdoti illa peccata, quæ oblitus est.

De circunstantiis peccatorum, quæ debent in confessione recenseri. Num. 9.

QVot sunt circunstantiæ peccatorum? Resp. septem. *Quis, Quid, Vbi, Quibus auxiliis, Cur, Quomodo, Quando.*

Quare dicuntur circunstantiæ? Resp. quia sunt veluti vestes, & accidentia, quæ circunstant actus, & operationes hominum.

Quomodo differunt inter se? Resp. prima, *Quis*, explicat personam, quæ peccat, vel aliquid facit. Secunda, *Quid*, dicit rem, vel qualitatem rei, quæ in operatione efficitur: veluti an res furto sublata, fuerit sacra. Tertia, *Vbi*, designat locum actionis. Quarta, *Quibus auxiliis*, indicat auxilia, & media, quibus facta est aliqua actio. Quinta, *Cur*, manifestat finem actionis. Sexta, *Quomodo*, declarat modum, quo actio producta est. Septima, *Quando*, determinat tempus alicujus operationis.

Operationes hominum variantur ne quoad peccatum per has circunstantias? Resp. ita est. Ex C. T. sess.14.c.5.

Qua ratione? Resp. aliquando istæ circunstantiæ non faciunt actionem meliorem, vel priorem, & tunc dicuntur indifferentes, veluti scribere in nocte, vel in die. Aliquando faciunt vt actio aliqua, quæ esset majus peccatum, fiat minus peccatum, & tunc dicitur circunstantia allevians. Aliquando faciunt ut actio, quæ non esset peccatum, vel leve, fiat peccatum, vel gravius: & tunc dicitur aggravans. Aliquando faciunt, ut quod erat grave peccatum una ratione, fiat peccatum grave alia ratione: & tunc dicuntur propriè circunstantiæ mutantes speciem.

Quæ circunstantiæ sunt in confessione aperiendæ? Respond. ait Catech. primò illæ, quæ valdè minuunt pravitatem peccati, ita vt per ipsas, quod esset mortale, fiat veniale: veluti si quis ob justam sui defensionem percutiat inimicum, vel in extrema necessitate alienum accipiat: & ista est circunstantia allevians in infinitum. Secundò illæ quæ augent in infinitum, idest faciunt, vt quod non esset mortale, fiat mortale, veluti eleemosyna facta ad finem fornicandi. Tertiò illæ quæ mutant speciem, id est faciunt, vt quod esset peccatum vnius speciei, fiat peccatum alterius speciei, veluti peccare cum muliere est fornicatio: si autem sit cum coniugata, per hanc circunstantiam efficitur adulterium. Istæ igitur in confessione dicendæ sunt. Num. 48.

Quot modis actus, qui non esset mortale peccatum, per circunstantiam aggravantem in infinitum potest fieri mortale? Respond. primò ratione finis, vt eleemosyna ad si-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

nem fornicandi: Secundò ratione conscientiæ erroneæ dictantis esse mortale, cùm non sit, & illi credatur: tertiò ratione contemptus, veluti si ex contemptu fiat contra præceptum superioris, quod ad mortale ex se non obliget: transgressio enim talis præcepti, quæ sine contemptu non esset mortalis, per contemptum mortalis fit.

Quartò ratione cuiusque circunstantiæ, quæ repugnet præcepto obliganti ad mortale, veluti manducare carnem non est peccatum, sed in die Veneris est: contrahere matrimonium non est peccatum, sed habenti votum castitatis, est peccatum mortale.

Quomodo actus, qui esset peccatum mortale, potest fieri non mortale? Resp. primò ex parvitate materiæ, vt furari quadrantem: secundò ex ignorantia iusta, vt tenere alienum quod legitimè creditur esse suum: tertiò ex imperfectione iudicii, vt in infante, vel amente, vel semidormiente: quartò ex imperfectione consensus, vt cogitatio fornicandi reluctante ratione: quintò ex iusta causa, quæ à peccato excuset, veluti impotentia ieiunandi, extrema necessitas in accipiendo alienum, iusta defensio sui in percutiente offensorem.

Num. 45. Circunstantia aggravans notabiliter debet exprimi? Resp. ait Catech. debet, vt in furto, si de re magna sit; hoc enim variat iudicium Confessoris: si non magnoperè auget, potest omitti.

Ses. 14. c. 4. Conc. Tr. quid propriè intelligit per circunstantias mutantes speciem? Resp. intelligit, vt ex eius verbis patet, omne illud, quod mutat naturam peccati, ita vt ex illius cognitione iudicium Confessoris possit variari, vel quoad absolutionem dandam, vel quoad satisfactionem imponendam; & ideò excommunicatio, Casuum reservatio, Occasio proxima peccati, Obligatio restituendi, Circunstantiæ aggravantes, vel alleviantes in infinitum, dicuntur circunstantiæ mutantes speciem peccati, quia ita variant naturam operationis, vt ex ipsarum cognitione iudicium Confessoris diversa ratione faciendum sit.

De conditionibus confessionis, & de illius frequentia. Num. 10.

Ses. 14. c. 6. C. R. n. 51. QVæ sunt conditiones principales confessionis? Resp. præter illam quæ dicta est, quod debet esse integra,

Concil. Trid. addit tres conditiones, nempe quod debeat esse aperta, secreta, & verecunda. Et Catech. ait, quod debet esse simplex & prudens.

Quare verecunda? Resp. quia debet esse accusatoria: peccata etiam incontinentiæ cum verecundia dici debent. *Num. 52.*

Quomodo aperta? Resp. ait Catech. vt certa pro certis, dubia pro dubiis explicentur. *Num. 51.*

Quomodo simplex? Resp. ait Cat. non artificiosè composita, quod à nonnullis fit, qui potiùs vitæ suæ rationem exponere quàm peccata confiteri videntur. *Ibidem.*

Qua ratione prudens? Resp. primò, vt vbi opus est, verecundia, & modestia adsit: secundò vt non nimis multis verbis, sed brevi oratione, quæ ad cuiusque peccati naturam & rationem pertinent aperiantur. *Num. 52.*

Quomodo secreta? Resp. Catech. ait, tum confitenti, tum sacerdoti maximè laborandum est, vt eorum sermo in Confessione secretò habeatur. Quare fit, vt nemini omninò, neque per nuncium, neque per literas, quoniam ea ratione nihil jam occultè agi potest, peccata confiteri liceat. *Num. 53.*

Doctores tractant de his conditionibus? Resp. ita est, & gratia memoriæ ad quinque literas hac voce, IVDAS expressas, reducunt: ita vt I, significet integra: V, Verecunda: D, Discreta, seu prudens: A, Accusans: S, Secreta, necnon simplex.

De frequentia confessionis quid dicit Catech. Resp. ita ait: Sed nulla res fidelibus adeò curæ esset debet, quàm vt frequenti peccatorum confessione animam studeant expiare. Etenim cum aliquis mortifero scelere vrgetur, nihil ei magis salutare esse potest ob multa, quæ impendent vitæ pericula, quàm statim peccata sua confiteri. Nam vt sibi quisque diuturnum vitæ spatium polliceri queat, turpe profectò est, cùm in eluendis corporis, aut vestium sordibus tam diligentes simus, non eadem saltem diligentia curare, ne animæ splendor turpissimis peccati maculis obsolescat. *Num. 41.*

De ministro, clavibus, jurisdictione, & absolutione. Cap. V.

QVid debet considerari de ministro Pœnitentiæ? Respondemus, potissimùm tria. Primum est de officio

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

confessarii: Secundum de operationibus ad eius officium pertinentibus: tertium de qualitatibus quæ in illo requiruntur.

Sess. 14. c. 10 *Num. 13.* Quis est minister sacramenti Pœnitentiæ? Resp. est de fide esse solummodò sacerdotem.

Ibidem. Quod est officium confessarii? Resp. duplex, nempe judicis, & medici. C. T. sess. 14. can. 9.

Quare judicis? Resp. quia ipse est judex peccatorum cum potestate per sententiam ligandi, vel solvendi.

Quare medici? Resp. quia ad illum spectat dare remedia peccatori, per quæ à peccato sanetur, sanatus ab illo præservetur.

De actibus à confessario faciendis.

Num. 2.

QVi sunt actus qui à Confessario faciendi sunt? Resp. principales sunt quinque. Primus est examinare, & judicare. Secundus præparare, vel disponere ad absolutionem. Tertius absolvere. Quartus ligare, vel obligare. Quintus dare remedia vt peccatum vitetur.

Ex C. T. sess. 14. c. 5. Et ex C. R. Num. 57. Cur debet examinare? Resp. quia sicut judex non potest cognoscere causam, & crimina rei, & medicus non potest intelligere infirmitatem ægroti, nisi illos examinando, ita de confessario omninò dicendum est: debet enim examinare peccata, & in examine de illis judicare.

Num. 59. Quid debet examinare? Resp. tria: primum est, an pœnitens sit contritus vel sufficienter attritus: Secundum an fecerit integram confessionem; & si dubitat non fecisse, interrogare illum, vt faciat: Tertium ad quam pœnam, vel remedia, vel alia ad satisfactionem pertinentia debeat obligari.

Ex sess. 14. cap. 3. Quare ista debet examinare? Resp. quia ista tria sunt necessaria ad hoc, vt pœnitens sit capax materiæ absolutionis, & quia sine his status, & causa pœnitentis cognosci non potest.

Quare debet disponere pœnitentem? Resp. quia virtute clavium pœnitens de attrito sit contritus: & ad medicum spectat disponere infirmum, vt fructuosè medicinam suscipiat.

Sess. 14. c. 6. Quis actus est absolutio? Resp. ait Conc. Trid. est ad instar actus judicialis, quo à sacerdote, velut à judice sententia pronunciatur, & can. 9. determinat de fide absolu-

tionem sacerdotis esse actum judicialem.

Remissio peccatorum estne effectus absolutionis? Resp. ait Conc. Trident. Remissio peccatorum præcipuè est à forma, & absolutione sacerdotis; ideo effectus illius est. *Sess. 14. c. 3.*

Quando Pœnitens ante confessionem fecit actum contritionis, & per illum remissa fuerunt illi peccata, tunc remissio illorum peccatorum debetne dici effectus absolutionis? Resp. debet dici, & verè ita est. *Ex sess. 4. can. 5.*

Quomodo potest esse, cùm jam fuere remissa sine absolutione? Respond. Primò ait Conc. Trid. contritio ut contritio, non remittit peccata, sed hoc facit, quia habet votum absolutionis: vnde fit quod illa remissio sit effectus absolutionis in voto habitæ. Secundò quando per contritionem remissa sunt peccata quoad culpam, adveniente Sacramentali absolutione, remittitur etiam pars pœnæ temporalis; vnde verè, & realiter fit remissio quoad partem pœnæ. Tertiò quantum ex parte Sacramenti verè, & realiter fit remissio, quâ sententiâ absolutio verè, & realiter datur: potest autem hoc multis exemplis declarari, sicut enim si duo ore tenus inter se faciant contractum, & post decem dies publico instrumento illum efficiant, verè in actu instrumenti dicetur contractus factus, licèt antea conclusus fuerit, quia tunc privatim, nunc publicè factum est. Sicut enim si debitor mercatori debitam pecuniam solvat, & post decem dies de libro deleatur obligatio, & fiat confessio per scripturam, verè tunc liberatur à debito, licèt antea solverit illud: ita de absolutione dicendum est, cum enim per contritionem peccatum remissum est, illa remissio (ut sic dicam) quasi privata est, & fuit facta sub tali conditione ut publica absolutione confirmaretur: vnde verè & realiter in absolutione remissio fit etiam peccati quod ante contritionem fuit deletum. Ideo Conc. ait hanc remissionem adscribi contritioni per votum confessionis inclusum in illa. *C. R. n. 16. & 17. Sess. 14. c. 4. C. R. n. 15.*

Sacerdos quid debet facere circa obligationem? Resp. primò debet obligare pœnitentem ad aliquam pœnam pro peccatis luendam: secundò debet obligare illum ad satisfactionem, vel restitutionem, si teneatur: tertiò ut reconcilietur cum inimico, si habeat ea tamen ratione, qua teneatur *Sess. 14. c. 4.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tur: quartò ad vitandas occasiones proximas peccatorum: quintò debet proponere remedia, quibus possit præservari ne redeat ad peccata.

De conditionibus in confessario requisitis, & de clavibus. Num. 3.

Sess. 14. c. 3. C. R. n. 15. 3. p. q. 17. art. 1. &c. QVot conditiones, vel qualitates requiruntur confessario? Resp. quinque præcipuè, prima est potestas, secunda scientia, tertia bonitas, quarta prudentia, quinta sigillum, & Catech. de singulis agit.

Quæ potestas requiritur in confessario? Resp. duplex, nempe ordinis, & iurisdictionis.

Trid. D. T. 3. p. q. 17. art. 1. sup. Quid est potestas ordinis? Resp. est illa, quæ clavis appellatur; claves enim in ordine dantur.

Quot sunt claves? Resp. duæ, scientiæ, & potestatis.

Ibidem. 3. p. q. 17. art. 3. sup. Quid est clavis scientiæ? Resp. est facultas utendi scientia ad examinandum pœnitentem.

Differuntne scientia, & clavis scientiæ? Resp. differunt, ita ut, una possit esse sine alia.

Qua ratione? Resp. Laicus doctus habebit scientiam, sed non clavem scientiæ, quia non potest examinare aliquem, ut confessarius. Sacerdos indoctus habet potestatem examinandi, sed non habet scientiam illud faciendi. Ita iudex indoctus habet facultatem, non scientiam iudicandi: persona privata docta habebit scientiam, non potestatem.

D. T. ibid. Ad quem finem data est clavis scientiæ? Resp. ad examinandum pœnitentem, ut videatur an dignus absolutione sit.

Ibidem. Quid est clavis potestatis? Resp. est facultas ligandi, & absolvendi.

Omnes, & soli sacerdotes habent utramque clavem? Resp. habent, quia istæ claves potestas ordinis sunt.

Sess. 14. c. 10. Omnes sacerdotes habent potestatem iurisdictionis? Resp. nequaquam.

Sess. 14. c. 7. Ex C. ibid. D. T. ibid. Aug. ibid. Quinam dicuntur habere hanc iurisdictionem? Respond. illi qui habent subditos sibi in foro conscientiæ, ita ut possint in illos exercere potestatem ordinis, seu clavium.

Quomplex est iurisdictio? Resp. C. Tr. alia ordinaria, alia subdelegata.

Qui habent ordinariam? Resp. Papa in toto orbe: Episcopus

scopus in sua diœcesi, Parochus in sua Parochia.

Qui habent subdelegatam? Resp. Regulares, & alii approbati, vel admissi ab Ordinario sine aliquo titulo.

Iurisdictio est necessaria ad hoc ut confessor possit absolvere? Resp. est necessaria, sive sit ordinaria, sive subdelegata, ita ut sine hac iurisdictione, ait Conc. data absolutio nulla, & invalida sit. Ses. 14. c. 7.

Quilibet sacerdos in articulo mortis absolvere potest? Resp. Conc. Trid. & Catech. dicunt ex antiqua Ecclesiæ consuetudine, posse ab omnibus peccatis, & censuris, etiam reservatis; quando, ait Catech. non adest proprius Sacerdos, & hoc ne defectu ministri aliquis pereat. Ibidem. C. R. n. 56.

De scientia Confessarij. Num. 4.

QVæ scientia requiritur in Confessario? Respond. talis, ut sciat examinare, & judicare, an pœnitens sit dignus vel indignus absolutione: an sit contritus, vel sufficienter attritus: an fecerit integram peccatorum confessionem: an sit paratus satisfacere Deo, & proximo: & quando ad hoc teneatur; hoc enim directè spectat ad examen ipsius. Num. 67. Ex D. T. 3. p. q. 17. art. 3. sup.

Qua ratione sciet an aliquis sit attritus, vel contritus? Respond. per cognitionem datam de attritione, & contritione. Sup. cap. 3.

Quid debet scire, ut cognoscat quando confessio integra sit? Respond. primò debere scire saltem omnes modos peccandi mortaliter contra singula præcepta, qui ordinarij sint, seu in quos magna pars hominum incidit: deberet etiam cognoscere omnes circumstantias, quæ mutant speciem talium peccatorum, & deberet discernere qua ratione peccata cordis, & operis in numero multiplicentur. Hæc tria omninò deberet scire ea ratione, qua de integritate confessionis dictum est. Ex C. T. Ses. 14. c. 3. & c. 7. C. R. n. 57.

Cur debet ista scire? Resp. quia aliter nesciet judicare an confessio integra sit. Ex C. T.

Quare tenetur scire omnes modos peccandi ordinarios contra singula præcepta? Resp. quia sine hac cognitione non poterit neque examinare conscientiam ad integram confessionem, neque judicare an pœnitens omnia peccata confessus sit, quæ ad statum suum valeant pertinere. Ex C. R. Num. 17.

Confessor debetne scire quæ peccata sint magis, & minus gravia? Resp. ait Catech. ita est, quia alias nesciret Ibidem.

judicare cum majori pœna, & satisfactio imponenda sit.

Tenetur scire in quarnam genera peccatorum homines
Ibidem. cujuscumque status, qui sibi subditi sunt, incidere soleant? Resp. ait Cat. ita est: aliter enim nescient examinare, vel judicare de conscientia cujusque, quod attinet ad integritatem confessionis.

Debet scire, qui casus sint reservati, vel habeant anne-
Ex C. T. Sess. 14. c. 5. xam obligationem restituendi, vel excommunicationem? Resp. debet, quia illæ sunt circumstantiæ, quæ speciem mutant.

De bonitate, & prudentia confessarij, & de signis.

Num. 55.

Bonitas in confessario tribus de necessitate sacramenti
Sess. 14. ca. 10. ex C.R. Resp. non, quia Conc. Tr. determinavit de fide, Sacer-
Num. 46. dotes, qui in peccato mortali sunt, potestatem ligandi, & solvendi habere; est tamen de necessitate præcepti quia Sacerdos positus in peccato mortali absolvens, novum committit peccatum mortale.

Num. 58. Confessor aliquo casu potestne revelare aliquod peccatum in confessione auditum? Resp. nunquam, sed gravissima pœna revelanti posita est.

Quæ prudentia requiritur in confessario? Resp. ait Cat.
Num. 59. triplex prudentia præcipue requiritur.

Primo quoad contritionem, ut observet, an pœnitens sit contritus, & si sit, hortari ut Deo pro tanto beneficio maximas gratias agat, & ab illo instanter munus perseverantiæ petat. Si verò inspiciat contritum non esse, conabitur inducere illum ad magnum desiderium contritionis, & ad
Num. 60. petendum illam à Deo: demùm debet facere quod possit ut illum ad contritionem perducat. Si etiam inspexerit pœnitentem se excusare, vel defendere, vel minora facere sua peccata, veluti si dicat: Iratus fui, vel odio habui aliquem, sed causa fuit, quia ille mihi fecit talem offensam: ait Cat. monere illum oportet quod tali excusatio est signum superbiæ, & quod provenit ex ignorantia magnitudinis peccati, & ex defectu contritionis, & quod tali excusatione potiùs augeat peccatum: videntur enim quasi dicere quod aliqua causa possit dari, ut liceat peccare contra Deum, quod impium est, debetque doceri, talia propter Deum patienter ferenda esse.

Secundò requiritur prudentia quoad integritatem con-

fessionis: si quem enim viderit simplex verecundia impediri, *Num. 61.* ne peccata sua confiteatur, debet adiuvare, ut dicat, illud addens, communem esse hominum morbum, ut ex fragilitate sua peccata committant. Quod si aliquos repererit qui nesciant peccata confiteri, vel initium facere confessionis, & hoc quia ante confessionem examen conscientiæ non fecerint, confessor debet illis declarare obligationem quam pœnitentes habet faciendi ante confessionem examen conscientiæ, ad hoc ut tali examine obtineant contritionem, & possint integrè confiteri. Quod si viderit illos omninò imparatos, ait Car. humanissimis verbis à se dimittet, hortaturque ut ad cogitanda peccata aliquod spatium sumant, ac deinde revertantur. Quod si forte affirmaverint, se in eam rem omnem studium contulisse, & timendum sit ne semel dimissi amplius non redeant, audiendi erunt, præsertim si emendandæ vitæ studium aliquod præ se ferant, adducuntque possint, ut negligentiam suam accusent, quam se alio tempore diligenti, & accurata meditatione compensaturos promittant. In quo tamen, ait, magna cautio adhibenda est: si enim audita confessione judicaverint, neque in enumerandis peccatis diligentiam, nec in detestandis dolorem pœnitendi omnino defuisse, absolui poterit: sin autem utrumque in eo desiderari animadverterit, author illi, & suasor erit, ut majorem curam, quod antea dictum est, in excutienda conscientia adhibeat, hominemque ut blandissimè poterit tractatum, dimittet.

Ait etiam Cat. debere publicè, & privatim doceri, posse *Num. 62.* unumquemque iterum ad sacerdotem redire, si aliquod peccatum in priori confessionem, ipsum sit, neque enim tanta memoria est qui possit omnium suorum factorum, dictorum, & cogitationum meminisse.

Tertiò requiritur prudentia quoad satisfactionem, & *Num. 57.* remedia peccatorum, ut scilicet confessor prudenter imponat pœnitentias, quæ sint salutares, & gradui personæ accommodatæ: Adhibeat etiam illa remedia aptata, quæ ad illius animam servandam, & in posterum contra mortem muniendam aptiora esse videantur.

Inter hæc autem remedia, ait Catec. Confessor debet *Num. 59.* docere pœnitentes, ut nullum putentur esse diem in quo aliquid de Passionis Domini nostri mysteriis non medi-

tentur: hocque tali ratione faciant, ut ad duo excitentur, unum est ad imitandum, alterum ad summè amandum Christum Dominum. Hæc enim meditatione, ait, assequentur, ut ab omnibus Dæmonis tentationibus in dies se tutiores esse sentiant. Neque enim, ait, ulla est alia causa, cur eam citò, vel levires ab hoste impugnati, animo, & viribus succumbamus, quàm quod ex cœlestium rerum meditatione divini amoris igniem concipere non studemus, quo mens recreati, atque erigi possit. Et hoc maximè notandum est, quia fideles valde egent de hoc admoneri.

De satisfactione: Caput VI.

COncil. Trid. & Catech. tractant de hac parte pœnitentiæ: Resp. tractant, & Catech. est quasi commentarium doctrinæ sacri Concilij: illam enim ampliat & declarat.

Quid tractatur à Catech. Resp. primò de nomine, & definitione, & differentia satisfactionis, n. 63. 64. 65. Secundò tractatur de fine satisfactionis, id est, de necessitate, utilitate, fructu, effectu, & vi satisfactionis, num. 66. 67. 68. 69. 70. 71. Tertiò de forma illius, num. 72. 73. 74. Quartò de materia satisfactionis, num. 75. 76. Quintò de efficiente, seu satisfaciente, & pœnitentiam imponente, num. 77. 78. 79. 80.

Est servandus hic ordo? Resp. est, sed aliqua primò de pœna, & culpa sunt declaranda.

De pœna, & culpâ, & illarum remissione.

Num. 1.

ESt ne differentia inter pœnam, & culpam, illarumque remissionem? Resp. ea.

Quomodo differunt pœna, & culpa? Resp. earum differentia sic est declaranda: in peccato sit bellum capitale inter Deum & peccatorem: Deusque & peccator se mutuò feriunt, vel offendunt, jaciuntque quadam ratione contra se sagittas. Primò incipit peccator: ejus voluntas est veluti arcus: culpa est veluti tensio illius contra Deum offensa Dei est veluti sagitta, quæ jacitur per culpam. Deus è contra respondet: Et arcus Dei est ejus, ut sic dicam, voluntas: illud quo tenditur iste arcus contra peccatorem, est divina justitia & ira: offensa verò peccatoris, seu vindicta, est veluti sagitta, nempe est aliquod nocivum peccatori, quod dicitur pœna. Voluntas ergo Dei offensi pugnat cum voluntate peccatoris offendentis. Justitia Dei pugnat contra culpam illius, & pœna, seu offensa Dei pugnat cum peccato, seu offensa peccatoris. Voluntas hominis in se considerata non est mala, sed bona: Considerata verò quatenus extendit se ad offensam Dei, omninò est mala, & non bona: est enim inanis, iniqua, atque perversa. Offensa enim Dei summi benefactoris, & Creatoris, summè, & semper injusta est. Culpa verò non est aliud quàm injustitia, seu obliquitas, seu monstruositas voluntatis tendentis in offensam Dei. Ipsa etiam culpa præcisè considerata non est offensa, sed illud quo Deus offenditur: sicut arcus tensus non est offensa, sed illud quo fit offensa, neque tensio arcus est vulnus, sed illud quo quis vulneratur. Hinc fit quod peccatum, quatenus est offensa, non dicitur offensa voluntatis, sed Dei: quatenus verò est culpa, non dicitur culpa Dei, sed voluntatis. Culpa ergo est injustitia, & obliquitas voluntatis injustam Dei offensam volentis. Pœna verò propriè considerata, neque est volentis vindictam Dei, & offensam peccatoris, sed propriè, & præcisè est illa offensa peccatoris, quam destinat voluntas Dei ex justitia in illum, ad hoc ut sit vindicta, & compensatio offensæ illius, quæ in Deum effecta est. Atque ita culpa est à voluntate, & in voluntate peccatoris: pœna autem est à Deo, sed non in Deo. Est enim in voluntate peccatoris, & sæpè non solùm est in voluntate, sed etiam contra voluntatem, ut in damnatis, & impœnitentibus: aliquando verò cum voluntate, ut in pœnitentibus: hi enim voluntatis pœnam tenent, & accipiunt: ex his autem doctrina de satisfactione maximè dilucidatur.

Ex C. T. sess. 6. c. 7.

Quid ex hac doctrina colligi potest? Respond. differentia inter remissionem pœnæ, & remissionem culpæ.

Quomodo fit remissio culpæ? Resp. ad remissionem culpæ necessarium est, ut voluntatis obliquitas, & injustitia reducatur ad suam rectitudinem, & justitiam, & hoc fit per contritionem ex parte hominis, & per communicationem divinæ justitiæ ex parte Dei, ut ait Concil. Trid. sess. 6. c. 7. Hæc autem peccati remissio, & voluntatis renovatio obtinetur per meritum justitiæ Christi qui

pro nostra injustitia satisfecit, cui debet uniri actus voluntatis peccatoris, quo dolet de totali injustitia, & quatenus potest destruit, & revocat illam; & ideo contritio, & meritum Christi, tum in Baptismo, tum in pœnitentia, requiruntur ad remissionem culpæ.

Quomodo fit remissio pœnæ? Resp. aliud est considerare satisfactionem aliud remissionem pœnæ.

Quid est satisfactio pœnæ? Resp. est actualis illatio offensæ in peccatorem, ab ira, & justitia Dei proveniens.

Quid est remissio pœnæ? Resp. est retractatio divinæ justitiæ, & voluntatis, ut nolit debitam pœnam infligere peccatori.

In damnatis, & impœnitentibus fitne remissio pœnæ? Respond. nequaquam; illis enim infligitur, non remittitur.

In pœnitentibus legitime fitne remissio culpæ, & pœnæ? Resp. ita est.

Qua ratione fit remissio culpæ? Resp. per contritionem ex parte pœnitentis, & absolutionem ex parte Dei.

Quomodo per contritionem? Respond. quia in contritione voluntas facit actum contrarium, & destructivum peccati; peccatum enim est voluntas divinæ offensæ, seu aversio à Deo & conversio ad creaturas; in contritione autem voluntas convertit se ad Deum, & avertit se à creaturis: odit etiam offensam Dei, & diligit Deum: ideo quantum est ex parte peccatoris destruunt culpa, & obliquitas voluntatis.

Sess. 6. c. 7. Quomodo remittitur culpa per absolutionem? Resp. primò, quia Deus sua justitia rectificat voluntatem. Secundò, quia non imputat peccatori præteritam impietatem voluntatis.

Sess. 14. c. 8. C. R. n. 63. Quomodo in pœnitentibus fit remissio pœnæ? Resp. per satisfactionem.

Quid est satisfactio? Resp. prout accipitur modò, est voluntaria solutio pœnæ debitæ, vel eius quod tali pœnæ æquivalens est, juxta voluntatem illius, qui fuit offensus.

Num. 6. Remissio pœnæ fitne in pœnitentibus alia ratione quàm per satisfactionem? Resp. non fit.

Ex C. R. Num. 63. Per misericordiam Dei, nonne fit remissio pœnæ absque satisfactione? Resp. satisfactio alia est Christi, alia peccatoris: nunquam fit remissio pœnæ, nisi per satisfactionem

vel Christi, vel peccatoris. Quod si dicitur per misericordiã remitti pœnam, misereri debet intelligi sic, fieri misericordiam cum peccatore, quia satisfactio Christi applicatur illi. Sicut enim si index pro reo debenti centum aureos solveret pecuniam, & liberaret à debito, faceret justam misericordiam: ita est de remissione pœnæ, quæ fit pœnitenti in Baptismo, & pœnitentia. *Ex C. T. sess. 14. c. 8.*

Quænam est pœna debita peccato mortali? Resp. pœna æterna. *Sess. 6. c. 12. & 15.*

Quomodo posset satisfieri huic pœnæ? Resp. Primò voluntate sufficiente pœnam æternam. Secundò, aliquod aliud patiendo, vel faciendo, quod arbitrio Dei æquipolleat pœnæ. *C. R. n. 63. & 65.*

Quid est hoc æquivalere arbitrio Dei? Respond. Passio Christi, per hanc enim Deus judicat sibi magis satisfieri pro offensa illata, quàm si totus mundus patiatur pœnas inferni. *Num. 64. C. T. sess. 14. can. 18. C. T. sess. 6. cap. 14. & sess. 14. c. 2. Ibidem.*

Solus Christus satisfecitne pro pœna peccatoribus debita? Resp. aliquando hoc facit solus, aliquando cum peccatore. *sess. 6. c. 4. & can. 14.*

Quando facit hoc solus? Resp. in Baptismo, in quo absque ulla satisfactione peccatoris tota prorsus remittitur pœna & culpa.

Quando satisfecit Christus cum peccatore? Resp. in Sacramento Pœnitentiæ, in quo Conc. Trid. determinat de fide remitti quidem culpam, & pœnam æternam, non tamen semper remitti omnem pœnam temporalem, sed pœnitentes teneri ad aliquam pœnam, vel in hoc sæculo, vel in Purgatorio exsolvendam. Quod est Christum ex maxima parte satisfecisse: ex minori autem relinqui pœnitenti satisfactionem.

Cur Deus non remittat omnem pœnam in pœnitentia, sicut in Baptismo. Num. 5.

Sess. 14. c. 8. C. R. n. 97. POtest assignari aliqua causa, cur Deus non remittat totam pœnam in pœnitentia, sicut facit in Baptismo? Resp. potest, & Conc. Trid. & Cat. plures assignant.

Prima est, quia peccata post Baptismum commissa graviora sunt, ideò ait Conc. Divinæ justitiæ ratio exigere videtur, ut aliter ab eo in gratiam recipiantur, qui ante Baptismum per ignorantiam deliquerint: aliter verò qui semel à peccati, & dæmonis servitute liberati, & accepto

Spiritus sancti dono, scientes templum Dei violare, & Spiritum sanctum contristare non formidaverint.

C. Trid. & Cat. ibid. Secunda est, quia bono regimini mundi expedit, ut iteratæ prævaricationes difficilius remittantur, quam primæ. Ideò Conc. ait, divinam clementiam decet, ne ita nobis absque ulla satisfactione peccata dimittantur, ut occasione accepta peccata leviora putantes, veluti injuriis, & contumeliosi Spiritui sancto, in graviora lebamur, thesaurizantes nobis iram in die iræ: procul dubio enim magnoperè à peccato revocant, & quasi fræno quodam coërcent hæ satisfactoriæ pœnæ, cautioresque & vigilantiores in posterum pœnitentes efficiunt.

Num. 67. & 68. Tertia ratio est Cat. qui ait per has satisfactiones Ecclesiam ædificari quoad mores: dum enim fideles vident peccata puniri, timent peccare: cum etiam vident aliquem pœnitentia ductum pro peccatis pœnas sustinere, intelligunt malos mores esse corrigendos.

Sess. 14. c. 8. Ideo ad delendum scandalum peccati publici, ait dari pœnitentiam publicam, quæ etiam in occultis, quæ graviora essent, solita erat dari.

Ibidem. Quarta est utilitas pœnitentis ex eo, quod istæ satisfactiones tollant reliquias peccatorum, & illis medeantur; sunt autem istæ reliquiæ, inclinatio ad malum, & difficultas ad bonum: dicit ergo Conc. Trid. Medentur quoque peccatorum reliquiæ & vitiosi habitus malè vivendo comparatos, contrariis virtutum actionibus tollunt.

Ibidem. C. T. n. 69. Quinta causa est eadem pœnitentis utilitas, ut facilicet ab illo amoveantur pœnæ, quas ira Dei contra illum infligere posset. Ideò Conc. ait: Neque verò securior alia via in Ecclesia Dei unquam existimata fuit ad amovendam imminentem à Domino pœnam, quàm ut hæc pœnitentiæ opera homines cum vero animi dolore frequentent.

Sexta causa est, ut membra Christi per Baptismum illi jam unita conformentur cum capite suo: ideò Conc. ait, Accedit ad hæc, quod dum satisfaciendo patimur pro peccatis, Christo Jesu, qui pro peccatis nostris satisfecit, ex quo omnis nostra sufficientia est, conformes efficiamur, certissimam quoque inde arrham habentes quod si compatimur, & glorificabimur, ut enim ait D. Bern. *De forma est Jub spinoso capite membrum esse delicatum.*

De nomine, & diffinitione satisfactionis. Num. 4.

QVid est satisfacere? Resp. est facere satis, *id est*. facere quantum opus est, ut fiat, & ideò satisfacere, est facere illud omne, quod obligatio requirit. *Num. 53.*

Quænam est definitio satisfactionis? Resp. Cat. affert plures. Prima est hæc: *Satisfactio est rei debitæ integra solutio*, nam quod satis est, ei videtur nihil deesse. Et hæc definitio generalis est, & convenit omni aliquid facere, vel solvere debenti. Secunda definitio respicit in particulari illam satisfactionem, quæ datur illi qui aliquam injuriam, vel offensam passus fuit, & talis est: *Satisfactio nihil aliud est, quàm injuriæ alteri illatæ compensatio.* Cùm enim de gratiæ reconciliatione loquitur, ait Catech. idem satisfacere significat, quod alteri tantum præstare, quantum irato animo ad ulciscendum injuriam satis esse possit. Et satisfactio hoc modo accepta à Doctoribus, accipitur ad declarandam eam compensationem, quâ homo pro peccatis commissis Deo aliquid solvit: Et hæc definitio videtur esse perfecta, quia exprimit quatuor causas. Formalis est injuriæ, seu offensæ destructio, seu reconciliatio animi irati. Finalis est compensatio injuriæ, *id est*, facere offenso rem tantumdem gratam, sicut offensa fuit illi molesta. Materialis est res illa, quæ fit compensatio. Efficiens est ille, qui fecit offensam, vel alius ejus nomine, si ita offenso placet. *Ibidem.*

Tertia definitio est hæc: *Satisfacere est Deo debitum honorem pro offensa impendere*; & illam ducit eum priori. Compensatio enim divinæ injuriæ fit tribuendo illi tantumdem honoris, quantum injuriæ in illum collatum est, recte enim injuria compensatur honore. Et accipere pœnam ab aliquo offenso, est quidam honor qui exhibenti pœnam ab offenso habetur. *Num. 65.*

Quarta definitio est hæc: *Satisfacere est peccatorum causam excidere, & eorum suggestioni aditum non indulgere.* Et hæc non est definitio, sed descriptio, quia non plenè tangit naturam satisfactionis, sed duos præcipuos illius effectus proponit. *Ibidem.*

Quinta est: *Satisfactio est purgatio, quâ eluitur quidquid sordium propter peccati maculam in anima resedit: atque à pœnis tempore definitis, quibus tenebamur.* *Ibidem.*

absolvimur. Et hæc definitio est perfecta, & à causa finali desumpta est.

De fine fructu, necessitate, utilitate, & effectu satisfactionis. Num. 5.

Sess.14.c.8. C.R.n.65.

QUis est effectus satisfactionis? Resp. ex quinta definitione colligitur, quod effectus satisfactionis sit duplex. Unus est compensare injuriam Deo, vel proximo illatam: alter est tollere maculas vel culpæ ex peccatis, seu malos habitus ab illo in anima relictos: & Conc. Trid. propositum utrumque eff. claim, sicut etiam Catech.

Ex sess.14. c.2, & 8. C.R.n.63. 64.65.66. Ibidem.

Quis est finis satisfactionis? Resp. finis est duplex, sicut effectus: unus est obtinere plenam pœnæ remissionem, seu omnimodo Deum habere placatum: alter est animam mundatam, & immaculatam habere, *id est*, sine reliquiis, vel cicatricibus peccatorum.

Satisfactio habet vim obtinendi dictos fines, & prodeuntis dictos effectus? Resp. ita sit Conc. & Cat.

Qui sunt fructus, & utilitates satisfactionis? Resp. innumerabiles, nempe illi qui proveniunt ex hoc quod quis hic habeat Deum omnimodo placatum, & propitium, & animam suam penitus immaculatam.

Sess.14.c.5. can.4.

Est satisfactio est necessaria? Resp. ad consequendos fines dicta est necessaria, & est pars Sacramenti Pœnitentiæ, quæ necessariò ad illud requiritur.

De numero satisfactionis. Num. 6.

Ex C. T. Sess.14.c.5.

QUænam est forma satisfactionis? Resp. juxta finem, & effectum in forma satisfactionis duplex ratio constituenda est: una quidem, quod sit Deo satisfactiva, alia quod sit animæ purgativa.

C.R.n.64. n.65.65.

Quæ hoc? Resp. quia forma debet esse talis rationis, ut finem obtinere, & effectum suum producere possit.

Quæ ratione erit Deo satisfactiva? Resp. si plene offensam, & injuriam Dei compenset.

Quid requiritur ad hanc plenam compensationem? Resp. justitiæ, *id est*, ut sit æqualitas inter injuriam, seu offensam, & rem illam, quæ Deo in compensationem exhibetur.

Quomodo erit hæc æqualitas? Resp. si res compensativa ita sit grata Deo, sicut molesta fuit offensa.

Sess.14.c.8.

Quæ ratione satisfactio erit animæ purgativa? Resp.

ait C. T. primo ex hoc, quod sit hominis afflictiva: ex eo enim quod homo propter peccata commissa affligitur, purgatur, & à peccando coërcetur. Secundò ex hoc quod actus satisfactorii sint contrarii peccatis & habitibus illorum, malos enim habitus per actus contrarios tolli manifestum est.

Ex C. T. Sess.14.c.8. C.R.n.63.

Quænam conditiones requiruntur ad formam satisfactionis? Resp. quatuor. Prima est quod fiat animo satisfaciendi Deo. Secunda quod talis satisfactio sit grata, & accepta Deo, si enim illam rejiciat, nihil valet, & ideo in gratia fieri debet. Tertia est, ait Conc. ut sit unita satisfactioni Christi, hinc tali enim unione Deo grata esse non potest. Quarta est, ut sit justa, & æquivalens injuriæ *id est*, adeò grata sit Deo, sicut injuria molesta fuit. Hæc quatuor si adsint, satisfactio plena atque perfecta est.

De materia satisfactionis, & de triplici satisfactione. Num. 7.

Sess.14.c.9. can.13. C.R.n.64.

QUotuplex ex satisfactio? Et triplex: prima est Christi, & hæc est perfectissima. Secunda est Sacramentalis, seu pars Sacramenti Pœnitentiæ, & est illa, quam Sacerdote imponitur pœnitenti: & hæc virtute Sacramenti plurimum valet. Tertia est virtuosa, sed non Sacramentalis: & est illa, quam pœnitentes sponte suscipiunt, & hæc valet, sed minus quàm Sacramentalis.

Num. 64.

Quodnam opus Christi fuit satisfactorium? Resp. omnia opera fuere satisfactoria, sed passio quàm maxime.

Ibidem.

Passio Christi habuit omnes conditiones ad formam satisfactionis pertinentes? Resp. habet, quia fuit gratissima Deo, & in summo rigore justitiæ plenè compensat injuriam Dei: plus enim passio Christi grata fuit Deo, quàm omnia hominum peccata molesta furrint illi.

Sess.14.c.8.

Opera hominum possumne satisfacere Deo? Respon. hoc ait Conc. Neque verò ita nostra est satisfactio cùm pro peccatis nostris exsolvimus ea, ut non sit per Christum Iesum. Nam qui ex nobis tanquam ex nobis nihil possumus, eo cooperante, qui nos confortat, omnia possumus: ita non habet homo unde glorietur, sed omnis gloriatio nostra in Christo est, in quo vivimus, in quo meremur, in quo satisfaciamus, facientes fructus dignos pœnitentiæ, qui ex illo

vim habent, ab illo efficiuntur Patri, & per illum acceptantur à Patre.

N.77.78. *Sess 14. can. 8. 9.*

Quid requiritur ad hoc, ut aliquod opus possit esse apta materia satisfactionis? Resp. Primò omni actio virtuosa ait Conc. & Catech. virtute passionis Christi habere potest vim tum merendi, tum satisfaciendi. Secundò omne opus hominis afflictivum, quod alia ratione non sit malum, potest esse materia satisfactionis, si pœnitens afflictionem illam in pœnam, & vindictam, & purgationem peccati patiatur.

Passio Christi habuit has conditiones? Resp. quàm maximè, quia fuit opus summè virtuosum, & summè afflictivum, ut patet intuenti obedientiam, charitatem, humilitatem, &c. necnon pœnas in corpore Christi.

Quæ opera hominis dicuntur satisfactoria? Resp. ait Cat. tria præcipuè, oratio, ieiunium, eleemosyna: & ad hæc omnes satisfactiones reducuntur.

Quare hæc tria continent omne opus satisfactorium? Resp. ait Cat. triplici de causa.

Num.71.

Prima est, quia hæc tria continent omnes actus virtutum, qui possunt fieri ab homine: omnes enim actus virtutum, pertinent ad animam, & isti per orationem significantur: vel ad corpus, & ieiunium illos comprehendit: vel sunt circa bona externa, famam, & fortunas, & illi in eleemosyna continentur. Hinc fit quod oratio est animæ afflictiva propter laborem quem sustinet lavando se in Deum, & abstrahendo se à terrenis. Ieiunium est corporis afflictivum. Eleemosyna verò famæ, & fortunæ, per illam enim ista diminuuntur: ideò oratio purgat reliquias peccatorum in anima, ieiunium in corpore. Eleemosyna idem facit in bonis famæ, & fortunæ.

Num.75.

Secunda ratio est, quia tria sunt genera peccatorum, concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, & superbia vitæ: Primum respicit Luxuriam, Secundum Avaritiam, Tertium Superbiam. Primum Carnem: Secundum Mundum: Tertium Diabolum: oratio dat medicinam superbiæ contra dæmonem: ieiunium medetur luxuriæ contra carnem: Eleemosyna avaritiæ contra mundum.

Num.65.

Tertia est, quia peccata tres personas offendunt.

Primò Deum: Secundò proximum: Tertiò nosipsos, & oratione Deum placamus, proximo eleemosyna satisfacimus: nosipsos verò jejunio castigamus.

Hagella, arumnæ, calamitates, penuriæ, paupertates, pestilentiæ, infirmitates, tempestates, injuriæ ab illis acceptæ, & alia multa adversa possunt esse opera satisfactoria, cum hominis afflictiva sint? Resp. possunt esse, si patienter, & tanquam pœna peccati feruntur: sed si invitus quis illa patiatur, non satisfaciunt: & ita docent Conc. Trid. & Catech. *Sess.14.c.9. & can. 8. C.R.n.76.*

De causa efficiente satisfactionis.

Num. 8.

CAusa efficiens satisfactionis quænam est? Resp. Causa hæc principalis est Christus: Secundaria est ipse homo.

Quomodo Christus est causa efficiens? Resp. quia ipse in sua passione satisfecit pro peccatis omnium: & ipse adjuvat nostras satisfactiones, ut ait Conc. dando illis vim satisfactivam, & offerendo illas Patri: ita ut per ipsum acceptentur à Patre. *Ex sess.14. can. 8. Sess.14.c.8.*

Qua ratione homo est efficiens satisfactionis? Resp. quia facit opera satisfactoria, & illa unit passioni Christi, ut Patri accepta sint. *Ibidem. C.R. n.65. sess.14.c.15.*

Confessor potest imponere satisfactionem pœnitenti? Resp. potest, & hæc est sacramentalis, & valde utilis. *sess.14.c.3. C.R.n.77.*

Pœnitens potest sponte accipere, & imponere sibi satisfactionem? Resp. Conc. & Cat. dicunt, posse.

Unus potest satisfacere pro peccatis alterius? Resp. potest, dummodo sit in gratia. *Num.7.*

Quare hoc? Resp. ait Cat. quia fideles sunt invicem membra, & unum membrum potest operari pro alio.

Satisfactio, quæ fit pro alio, purgatne animam à reliquiis peccati illius, pro quo satisfit? Resp. ait Catech. obtinet remissionem pœnæ alteri, non tamen animæ purgationem. *Num.78.*

Confessor debet imponere pœnitenti, ut satisfaciat etiam proximo, si quid illum offendit, vel in anima, vel in corpore, vel fortunis? Resp. ita est, & si nolit, ait Cat. non est absolvendus. *Num.76.*

Quod si sæpiùs confessoribus promiserunt satisfacere, & non fecerunt, quid faciendum? Resp. ait Cat. omninò cogendi sunt, ut satisfaciant, si possunt. *Ibidem.*

Qua ratione Confessarij pœnitentias imponant.

Num. 9.

Sess.14.c.8. C.R.n.60. Sess.14.c.8. SAcerdos in imponenda satisfactione, & pœnitentia potestne facere quod sibi placet? Resp. nequaquam, sed Conc. Tr. & Cat. dicunt, debere iniungi secundum iustitiam pietatem atque prudentiam.

Confessor, ut rectè ingungat pœnitentias, quid debet considerare? Resp. Conc. Trid. dicit tria debere considerare: Primum, quod sint convenientes: Secundum, salutares: Tertium, justæ: & ait justas qualitates debere attendi, tum ex qualitate criminum, tum ex pœnitentium facultate.

Ibidem. Quæ pœnitentia dicetur conveniens? Resp. primò illa, quæ est conformis delicto, & gravitati: Secundò, quæ est accommodata statui, qualitati & possibilitati pœnitentis, qualis non est eleemosyna pauperi, vel ieiunum infirmo: Tertiò, quod respiciat consuetudinem, & habitum peccandi, ita ut non solùm puniat culpam præteritam, & illius reliquias tollat, sed etiam sit remedium, & præservativum in futurum.

Ibidem. Ex sess. 14. can. 8. Quæ dicetur iusta? Resp. illa quæ datur juxta qualitatem & gravitatem criminis.

Quænam erit salutaris? Resp. Primò oportet credere quod pœnitens illam sit facturus: pœnitentia enim imposita, & non facta, non salus, sed mors animæ est. Secundò erit salutaris si hominem coërceat à peccato, & illum in odium peccati inducat.

Sess.14.c.8. Quid dicit Conc. Trid. circa has pœnitentias iniungendas? Resp. ita ait. Debent ergo Sacerdotes Domini, quantum Spiritus, & prudentiam suggesserit, pro qualibet criminum, & pœnitentium facultate salutares & convenientes satisfactiones iniungere: ne si forte peccatis conniveant & indulgentiùs cum pœnitentibus agant, levissima quædam opera pro gravissimis delictis iniungendo, alienorum peccatorum participes efficiantur. Habeant autem præ oculis, ut satisfactio, quam imponunt, non sit tantùm ad novæ vitæ custodiam, & infirmitatis medicamentum, sed etiam ad præteritorum peccatorum vindictam & castigationem. Nam claves Sacerdotum non ad solvendum dumtaxat, sed & ad ligandum concessas etiam antiqui Patres & credunt, & docent.

Delictis publicis debere dari publicam pœnitentiam, Conc. Trid. & Catech. affirmavit. Sess.12.c.8.

Addit autem Cat. Quod si pœnitens hanc publicam pœnitentiam valdè refugiat, ac deprecetur, non erit facilè audiendus. C.R.n.8.

Quod docet Catech. de pœnitentiis imponendis? Resp. primò ait, operæ pretium erit pœnitentibus interdum significare, pœnas quæ pro quibusdam delictis, ex veterum canonum præcepto, qui pœnitentiales vocantur, constitutæ sint: ut sic per pœnam gravitas peccati intelligatur. Num. 80.

Secundò, ait: Ex omni satisfactionum genere maximè convenit pœnitentibus præcipere, ut certis aliquot, & definitis diebus orationi vacent: ac pro omnibus, & præsertim pro iis qui ex hac vita in Domino decesserunt, preces Deo faciant. Ibidem

Tertiò, ait: Hortari etiam eos oportet, ut sæpè eadem satisfactionis opera, à sacerdote indicta, ultrò suscipiant, ac repetant, atque ita mores suos componant, ut etiam peracta pœnitentia à Sacerdote iniuncta, pœnitentiam tamen & satisfactionem pro peccatis suis non omittant. Ibidem.

Quartò ait, confessarium debere pœnitentem hortari, ut quotidie meditetur passionem Christi, & hanc meditationem ait debere dirigi ad quadruplicem finem: Primus est, ut anima tali meditatione recreetur: Secundus ut accendatur ad imitationem Christi: Tertius ut, cor accendatur ad amorem Dei, & Christi, & virtutis. Quartus ut homo ad odium peccati inducatur, & ad resistendum diabolo, & tentationibus fortior evadat. Num. 59.

Quæ opera Deo maximè satisfaciunt? Resp. indulgentiæ & sacrificium Missæ: ideo Confessor optimè faciet imponendo, ut fiant opera, per quæ indulgentiæ acquirantur, sive sint orationes, ut precationes, Coronæ Rosarij: sive Ecclesiarum visitationes. Similiter imponere ut toties audiant Missam hac intentione, ut Deo pro peccatis suis satisfaciant per merita passionis Christi. C.T. sess. 22.c.2. & sess.25. circa fin.

Quænam excidunt causas & tollunt reliquias peccatorum, & sunt medicina, & præservativum illorum? Resp. ait Catech. Oratio hæc præstat contra superbiam, & præcipuè si fiat circa passionem Christi: Ieiunium contra lu-

xuriam: Eleemosyna contra Avaritiam: Memoria passionis Christi contra omnia.

Num. 75. Canones quantum pœnitentiam dicunt convenire cuicumque mortali? Resp. ex can. Hoc ipsum. 33. q.1. videtur haberi, quod pro singulis mortalibus imponenda sit pœnitentia septem annorum: veluti quod singulis hebdomadis per septem annos jejunet die Veneris, & ratio videtur adduci, quia qui tale peccatum commisit, in septem dona Spiritus sancti peccavit, & ideò per septem annos pœniteus esse debet: Et hinc confessores possunt habere quid dicant pœnitenti, ut ostendant se non justam, sed levem imponere pœnitentiam; debent enim dicere illi: Vide, pro quocumque mortali peccato pœnitentia septem annorum tibi deberet imponi, ego autem pro tot mortalibus impono tibi hanc levem, ne onerem te, & dem tibi occasionem peccandi, illam non adimplendo. Verumtamen, ne existimes hanc esse justam pœnitentiam, & ne credas peccata tua esse levia, quia levem tibi impono pœnitentiam. Nisi enim alnet satisfeceris in hac vita, in purgatorio pro istis peccatis debitas pœnas sustinebis.

DOCTRINA
SACRI CONCILII
Trid. & Catech. Rom.

De Sacramento Extremæ Unctionis.

De utilitate hujus Doctrinæ.

Num. 19. PAROCHI debent tradere populis doctrinam hujus Sacramenti? Resp. debent.

Num. 1. Expeditne ut sæpè hoc præstent? Resp. ita est.

Ibidem. Cur ita sæpè? Resp quia Parochi debent omni cura studere, ut populos à peccatis, & à pravis cogitationibus

gitationibus coërceant: & quia ad hoc præstandum maximè est accommodatum medium memoria mortis, vt ait Sapiens, ideo sæpius, & de morte, & de extrema Vnctione, quæ simul conjuncta sunt, à Pàrochis tractatio habenda est. *Eccl. 7.*

In hac doctrina tradenda quid Parochi debent potissimùm spectare? Resp. *Num. 1.*

Primò, ut per hoc fidelem populum hortentur ad assiduam mortis meditationem. *Ibidem. Ibidem.*

Secundò, vt per hanc mortis memoriam fideles à peccatis, & à pravis cupiditatibus coërceantur. *Ex C. T. Sess. 4. de Extr. Vnct. num. 1.*

Tertiò, vt fideles cognoscant divina mysteria, quæ sunt in hoc Sacramento.

Quartò, vt cognoscant quanta beneficia Deus contulit nobis nascentibus & morientibus, dum præb. per Baptismum aditum ad veram vitam, & per Extremam Vnctionem fert nobis auxilium morituris, vt expeditiorem ad cœlum viam habeamus. *C.T. Sess. 14. Ibid. C. R. n. 14. & 15.*

Quintò vt gratias agant fideles Deo de tanto beneficio per hoc Sacramentum collato.

Sextò, vt confisi divino hoc Sacramento fideles minùs in expectatione mortis perturbentur.

Divisio tractationis.

IN quot capita debet dividi ista tractatio? Resp. Cat. dividit in tria.

In primo agit de substantialibus hujus Sacramenti.

In secundo de administratione, & usu, & ritibus illius.

In tertio de fructu, seu effectu, & fine ejusdem.

De substantialibus Extremæ Vnctionis.
Caput I.

QVid debet considerari circa substantialia hujus Sacramenti? Resp. Primò de nomine Extremæ Vnctionis. Secundò de definitione. Tertiò de materia. Quartò de forma. Quintò de auctore.

De nomine Extremæ Vnctionis. Num. 1.

QVibus nominibus appellatur hoc Sacramentum? Resp. tribus. Primum est, Extremæ Vnctionis. Secundum Sacramentum Vnctionis infirmorum. Tertium Sacramentum exeuntium.

xuriam: Eleemosyna contra Avaritiam: Memoria passionis Christi contra omnia.

Num. 75. Canones quantum pœnitentiam dicunt convenire cuicumque mortali? Resp. ex can. Hoc ipsum. 33. q.1. videtur haberi, quod pro singulis mortalibus imponenda sit pœnitentia septem annorum: veluti quod singulis hebdomadis per septem annos jejunet die Veneris, & ratio videtur adduci, quia qui tale peccatum commisit, in septem dona Spiritus sancti peccavit, & ideò per septem annos pœniteus esse debet: Et hinc confessores possunt habere quid dicant pœnitenti, ut ostendant se non justam, sed levem imponere pœnitentiam; debent enim dicere illi: Vide, pro quocumque mortali peccato pœnitentia septem annorum tibi deberet imponi, ego autem pro tot mortalibus impono tibi hanc levem, ne onerem te, & dem tibi occasionem peccandi, illam non adimplendo. Verumtamen, ne existimes hanc esse justam pœnitentiam, & ne credas peccata tua esse levia, quia levem tibi impono pœnitentiam. Nisi enim alnet satisfeceris in hac vita, in purgatorio pro istis peccatis debitas pœnas sustinebis.

DOCTRINA
SACRI CONCILII
Trid. & Catech. Rom.

De Sacramento Extremæ Unctionis.

De utilitate hujus Doctrinæ.

Num. 19. PAROCHI debent tradere populis doctrinam hujus Sacramenti? Resp. debent.

Num. 1. Expeditne ut sæpè hoc præstent? Resp. ita est.

Ibidem. Cur ita sæpè? Resp quia Parochi debent omni cura studere, ut populos à peccatis, & à pravis cogitationibus

gitationibus coërceant: & quia ad hoc præstandum maximè est accommodatum medium memoria mortis, vt ait Sapiens, ideo sæpius, & de morte, & de extrema Vnctione, quæ simul conjuncta sunt, à Pàrochis tractatio habenda est. *Eccl. 7.*

In hac doctrina tradenda quid Parochi debent potissimùm spectare? Resp. *Num. 1.*

Primò, ut per hoc fidelem populum hortentur ad assiduam mortis meditationem. *Ibidem. Ibidem.*

Secundò, vt per hanc mortis memoriam fideles à peccatis, & à pravis cupiditatibus coërceantur. *Ex C. T. Sess. 4. de Extr. Vnct. num. 1.*

Tertiò, vt fideles cognoscant divina mysteria, quæ sunt in hoc Sacramento.

Quartò, vt cognoscant quanta beneficia Deus contulit nobis nascentibus & morientibus, dum præb. per Baptismum aditum ad veram vitam, & per Extremam Vnctionem fert nobis auxilium morituris, vt expeditiorem ad cœlum viam habeamus. *C.T. Sess. 14. Ibid. C. R. n. 14. & 15.*

Quintò vt gratias agant fideles Deo de tanto beneficio per hoc Sacramentum collato.

Sextò, vt confisi divino hoc Sacramento fideles minùs in expectatione mortis perturbentur.

Divisio tractationis.

IN quot capita debet dividi ista tractatio? Resp. Cat. dividit in tria.

In primo agit de substantialibus hujus Sacramenti.

In secundo de administratione, & usu, & ritibus illius.

In tertio de fructu, seu effectu, & fine ejusdem.

De substantialibus Extremæ Vnctionis.
Caput I.

QVid debet considerari circa substantialia hujus Sacramenti? Resp. Primò de nomine Extremæ Vnctionis. Secundò de definitione. Tertiò de materia. Quartò de forma. Quintò de auctore.

De nomine Extremæ Vnctionis. Num. 1.

QVibus nominibus appellatur hoc Sacramentum? Resp. tribus. Primum est, Extremæ Vnctionis. Secundum Sacramentum Vnctionis infirmorum. Tertium Sacramentum exeuntium.

crificio interfit. Quartum gerere curam exteriorem tum Ecclesiæ, tum personarum, & rerum quæ sunt in Ecclesia, vel pertinent ad Ecclesiam.

Ibidem. Quinam ad hæc ministeria destinantur? Resp. ait D. Th. ad primum ministerium destinantur duo ministri: sacerdos, ut principalis: diaconus, ut minister, & adiutor sacerdotis, & sub illo constitutus. Ad secundum destinan. duo alii ministri, primus est subdiaconus, qui debet parare materiam Eucharistiæ in vasis sacris, & etiam ipsa vasa, & linteamina sacra, demùm omnia, quæ requirit Diaconus. Alter est Acolythus, qui debet parare materiam in vasis non sacris & servire subdiacono, sicut ipse servit Diacono. Ad tertium duo ministri destinantur, Exorcista qui removet impedimentum dæmonis per invocationem divini nominis, & Lector qui lectione præparat mentes fidelium. Ad quartum Ostiarius destinatur, ad quem spectat cura, vt omnia quæ pertinent ad Ecclesiam, decenter fiant.

De distinctione, & differentia horum Ordinum.
Num. 6.

Sess. 25. c. 3. C. R. n. 1. 2. 3. sup. ISti Ordines conveniunt, & differunt inter se? Resp. ita est.

Num. 3. 4. & 19. Quomodo conveniunt? Resp. primò omnes sunt ordines. Secundò omnes, quatenus ordines sunt, sacri etiam existunt, & sacramentum dici possunt. Tertiò omnes imprimunt gratiam, & characterem. Quartò constituunt singuli vnum ministrum.

Quomodo differunt? Resp. Primò singuli ordines conferunt gratiam, & characterem sub ratione speciali, & sibi propria. Secundò alii sunt majores, & sacri: alii sunt minores, & non sacri.

Num. 12. Qui sunt ordines majores, & sacri? Resp. Sacerdotium, Diaconatus, Subdiaconatus.

Num. 19. Quare dicuntur majores? Respond. quia maiora illis incumbunt ministeria.

3. p. q. 37. art. 2. sup. Quare dicuntur sacri? Resp. primò respectu materiæ, quia possunt tangere res sacras. Secundò respectu materiæ, castitatis, & obligationis officii divini, vnde sunt Deo specialiter mancipati.

Cur reliqui dicuntur minores? Resp. quia minora ministeria illis incumbunt.

Cur

Cur dicuntur non sacri? Resp. quia non possunt tangere res sacras. *Num. 12. D. T. vbi supra.*

De vnitate Sacramenti Ordinis. Num. 7.

ISti septem ordines sunt vnum, an plura sacramenta? Resp. Conc. Tr. ait sunt vnum. *Ex sess. 7. c. 1. & 23.*

Quomodo sint vnum, si septem sunt? Resp. Sunt vnum, primò ratione finis: omnes enim habent eundem finem, nempe sacrificium Missæ, & Eucharistiam conficere, & administrare: secundò ratione perfectionis, quia sacramentum Ordinis in sacerdotio tantùm suam recipit perfectionem. *sess. 23. c. 2. C. R. n. 12. & n. 34.*

Singuli Ordines conferunt gratiam, & imprimunt characterem? Resp. ita est. *Ex C. R. n. 24. C. R.*

Sunt septem characteres distincti? Resp. Quadam ratione sunt distincti, quia singuli Ordines specialem conferunt potestatem: qua ratione sunt vnum, quia ad vnum omnes sunt ordinati. *Ibidem.*

De Sacramento tantùm, re tantùm, & vtroque.
Num. 8.

QVid est sacramentum tantùm in Ordine? Resp. materia, & forma?

Quare sunt sacramentum? Resp. quia illis convenit definitio sacramenti.

Quid est res tantùm? Resp. Gratia.

Quid res, & sacramentum? Resp. Character.

De effectu sacramenti Ordinis, id est Gratia, & Charactere. Num. 9.

QVis est effectus hujus sacramenti? Resp. Gratia, & Character. *Num. 34.*

Quare talis est effectus? Resp. Quia sic convenit fini hujus sacramenti. *Ibidem.*

Quomodo convenit fini? Resp. Finis hujus sacramenti est constituere dignos, idoneos, publicos, & Deo gratos ministros, vt dictum est: & Gratia, & Character hoc faciunt. *Ex n. 34.*

Quomodo faciunt? Respond. Character facit idoneos, quia dat potestatem: facit etiam publicos ministros, quia character est quædam participatio sacerdotii Christi, vt ait D. Th. quod sacerdotium publicum ministerium est *D. Thom. 3. p. q. 63. art. 3.*

P

Sacerdos ad singulas unctiones adhibet: cùm ait, *Per istam sanctam unctionem indulgeat tibi Deus quicquid oculorum, sive narium, sive tactus vitio deliquisti.*

Extr. Vnct. Vnde habetur, quod hæc sit vera, & propria forma? Resp. ex D. Iacobo, qui ait, orent super eum, & oratio fidei salvabit infirmum: ostendit enim quod dicta oratio habeat virtutem efficiendi sanitatem, ideò forma huius Sacramenti dicetur, quia significat, & efficit effectum illius.

Num. 6.

Num. 6. C. T. Ecclesia semper vsa est hac forma? Resp. ait Catechismus: Fideli Patrum traditione ad nos pervenit, ita vt omnes Ecclesiæ eam formæ rationem retineant, qua omnium mater, & magistra sancta Ecclesia Romana vtitur.

Ses. 14. c. 3. Extr. Vnct.

Num. 6. Licetne juxta consuetudinem aliquod verbum immutare, veluti pro *Indulgeat*, dicere *Remittat, Parcat, Sanet?* Resp. ista verba idem significant, ideo cùm non sit sententiæ mutatio, eadem forma est, ait Catech.

Num. 7. Cur forma hujus Sacramenti profertur modo deprecativo, cùm in aliis Sacramentis proferatur absolutè, veluti cùm dicitur: *Ego te absolvo, Ego te baptizo, Ego te signo*, &c. vel saltem imperativè, vt in Sacramento Ordinis, vbi dicitur: *Accipe potestatem*, &c. Resp. duplex est effectus hujus Sacramenti, alter est gratia & sanitas mentis, & hæc quantum est ex parte Sacramenti semper confertur: alter est sanitas corporis, & hunc effectum Deus non obligavit se sua promissione semper efficere per hoc Sacramentum, sed sua benignitate sæpè illum efficit: Et respectu hujus, forma non debuit proferri absolutè, quia non absolutè producitur effectus: sed debuit proferri per modum deprecationis, vt ostendatur, quod sanitas corporalis à Dei benignitate sit impetranda: ideò Christus tali ratione constituit formam hujus Sacramenti.

De institutione hujus Sacramenti. Num. 7.

Sess. 7. can. 1. ses. 14. c. 1. Extr. Vnct. HOc Sacramentum est institutum à D. Iacobo? Resp. nequaquam, sed est de fide quod à Christo sit institutum.

Quomodo ergo D. Iacobus tradidit hoc Sacramentum? Resp. Aliud est instituere Sacramentum, aliud docere, & promulgare illud iam institutum, D. Iacobus tantùm docuit, & promulgavit.

Num. 8. In Evangelio sitne alicubi mentio de hoc sacramento?

Resp. fit apud S. Marcum, qui in capite 6. narrat Christum misisse Discipulos binos ante faciem suam, de quibus dicit, *Exeuntes prædicabant, vt pœnitentiam agerent, & dæmonia multa eiiciebant, & ungebant oleo multos infirmos, & sanabant.* Quæ unctio, ait Cat. non ab Apostolis inventa, sed à Christo præcepta credenda est, sicut est credendum quod non habuerit naturalem, sed mysticam virtutem: & potiùs ad sanandos animos, quàm ad corpora curanda institutam fuisse, ex quo fit quod hæc unctio species quædam sit Extremæ-Vnctionis.

Sess. 14. c. 1. de Extr. Vnct. Num. 2.

Sancti Patres docentne hoc sacramentum à Christo institutum? Resp. docent Dionys. Ambros. Chrysost. & Gregorius Magnus, & demùm tota Ecclesia Catholica.

Num. 2.

De susceptione, & administratione hujus Sacramenti. Et primò, Quibus, & quando hoc Sacramentum sit conferendum. Caput II.

Num. 6. Ses. 14. c. 3. de Extr. Vnct. HOc sacramentum potestne omnibus administrari? Resp. non omnibus est administrandum.

Quibus non debet administrari? Resp. primò non debet dari his, qui sano, & firmo sunt corpore: tum quia sanctus Iacobus ait, *infirmatur quis in vobis*: tum etiam quia, cum hoc sacramentum sit institutum, vt non modò animæ, sed etiam corpori medicinam afferat, tantùm infirmis debere tradi conveniens est. Secundò, non debet dari illis infirmis, qui levi, & non graviori morbo detinentur: tertiò, non debet dari iis, qui adeunt periculum vitæ, etiamsi mors certa impendeat, cùm ipsi sani sunt: veluti si quis periculosam navigationem petat, vel prælium initurus sit, vel ad supplicium damnatus sit mortis: quartò, non debet dari his, qui vsu rationis carent, neque pueris qui non habent peccata, quorum reliquiæ per hoc sacramentum deleantur: quintò, amentibus, qui nunquam habuerunt vsum rationis, non debet dari: iis verò, qui hunc vsum habuerunt, sed per morbum in amentiam vel phrenesim versi sunt, tunc debet tantùm dari, cùm adhuc mente integra desiderium, & pietatem erga hoc sacramentum significarunt.

Quibus debet dari? Resp. Infirmis in periculo mortis, & discrimine vitæ constitutis. C. T. & C. R. ib. n. 11.

Hoc sacramentum potest iterari? Resp. Potest, sess. 14. cap. 3. Extr. Vnct.

Num. 11. *Sess.* 14. c. 3. *Extr. Vnct.*

Quomodo debet iterari? Resp. in eodem vitæ discrimi. ne debet tantùm semel exhiberi: sed si infirmus convaluerit, *id est*, tale periculum evaserit, & post aliquod tempus in idem periculum inciderit, toties poterit dari, quoties in dicto periculo denuò constitutus erit.

Num. 9.

Quando in ægrotatione debet dari? Resp. Primò, quando est in discrimine vitæ. Secundò quando infirmus adhuc sensibus viget.

Ibidem.

Expectandumne est tempus, in quo omnis spes vitæ infirmi amissa sit? Resp. Catech. ait non esse expectandum.

Ibidem.

Quare hoc? Resp. quia cùm hoc sacramentum sit institutum ad restituendam, si expedit, corporis sanitatem, non debet expectari, vt omnis spes sit salutis amissa, sed cùm agitur de periculo vitæ, tunc debet conferri.

Ibidem.

Potestne expectari tempus in quo infirmus sensibus sit privatus? Resp. Catech. ait gravissimè peccare, qui tale tempus observat.

Ibidem.

Quare hoc? Resp. quia etsi hoc sacramentum vi sua, & ex parte Dei semper sit medicina admodum salutaris: tamen certum est maiorem fructum & effectum sortiri, si infirmus cum fide & religiosa animi voluntate illud suscipiat, quod non potest cùm sensibus est privatus.

Quæ partes sint ungenda, & quare?

Num. 2.

Num. 10.

QVæ partes corporis debent ungi? Resp. illæ quibus sensus utuntur tanquam instrumentis ad suas operationes.

Ibidem.

Quare hoc? Resp. quia istæ partes sunt tanquam fons & origo à quibus operationes & peccata sensuum emanarunt, & ideò illis rectè medicina est adhibenda.

Ibidem.

Quæ sunt dictæ partes? Resp. istæ, Oculi, Aures, Nares, Os, Manus, Renes, Pedes.

Ibidem.

Vnde habent, quod istæ partes ungendæ sunt? Resp. quia optimè convenit naturæ hujus Sacramenti: & Ecclesia ita servat.

Ibidem.

Quomodo convenit naturæ sacramenti? Resp. Quia hoc sacramentum est vsus medicamentum, medicina autem debet potissimùm adhiberi remedium fonti, seu origini, & causæ morbi: & quia partes iam dictæ sunt tanquam fons, & origo omnium peccatorum, quæ à corpore

perpetrantur; ideò rectè ungendæ erunt.

Num. 10.

Quomodo sunt causæ, vel instrumenta peccatorum? Resp. multa peccata committuntur Visu, qui fit per oculos. Auditu, qui est per aures: Odoratu, qui est per nares: Gustu & sermone, quæ sunt ab ore: Tactu, qui etsi toto corpore fusus sit, tamen in manibus potissimùm viget: Libidine, & voluptate, quarum sedes in renibus est: Ingressu, & motu locali, qui à pedibus ortum habet.

De præparatione ad hoc Sacramentum.

Num. 3.

Num. 11.

REquiritur ne præparatio ad hoc Sacramentum suscipiendum? Resp. requiritur.

Num. 21.

Quare hoc? Resp. quia confert gratiam, quæ in suscipiente requisitis præparationem.

Ibidem.

Quænam est hæc præparatio? Respond. Primò oportet removere ista, quæ impediunt susceptionem gratiæ. Secundò, obtinere ea, quæ ad illam suscipiendam disponunt.

Ibidem.

Quod est gratiæ impedimentum? Resp. peccatum mortale, quod pœnitentiâ debet tolli.

Ibidem.

In infirmo Pœnitentiæ sacramentum debet præcedere Extremam Vnctionem? Resp. ait Cat. servanda est Catholicæ Ecclesiæ perpetua consuetudo, vt ante Extremam Vnctionem Pœnitentiæ, & Eucharistiæ sacramentum administretur.

Ibidem.

Quænam dispositio requiritur in suscipiente hoc Sacramentum? Resp. quadruplex. Prima, Fidei. Secunda, Spei. Tertia, desiderii hujus sacramenti, & effectus illius, quod pertinet ad charitatem. Quarta, devotionis, & reverentiæ.

Ibidem.

Quam fidem ægroti habere debent? Resp. ait Cat. infirmus debet se præbere sacerdoti ungendum ea fide, qua olim, qui ab Apostolis sanandi erant, seipsos offerre consueverant.

Ibidem.

Quam spem? Resp. ait Cat. infirmus debet in primis sperare, & expetere salutem animæ, deinde corporis valetudinem: sed hanc cum illa adiunctione, Si ea ad æternam gloriam profutura sit.

Quanta debet esse hæc spes? Resp. ait Catech. Nec verò fideles dubitare debent, quin sanctæ illæ, & solemnes preces à Deo audientur, quibus Sacerdos non suam, sed

Ecclesiæ, & Domini nostri Iesu Christi personam gerens veritur.

Num. 12. Ibidem. Sess. 14. c. 2. & can. de Extr. Vnct. sess. 14. c. 7. C.R.

Quid debet desiderari in hoc sacramento? Resp. effectus, *id est*, salus animæ, & corporis, vt dictum est.

Quomodo Parochi poterunt inducere fideles ad hoc desiderium: Resp. ostendendo illis, quod in discrimine vitæ constituti actiones pugnæ instat, & vires tum animæ, tum corporis minores sunt, & deficiunt.

Qua religione est suscipiendum? Resp. Conc. Trid. & Cat. dicunt cum devotione, & reverentia.

De ministro huius Sacramenti. Num. 4.

S. Ses. 14. c. 4. Extr. Vnct. C.T. ses. 14. c. 3. can. 4. Ext. Vnct. C.R. n. 13. Num. 13. Ibidem.

QVis est minister huius sacramenti? Resp. soli sacerdotes, & est de fide.

Vnde hoc habetur: Respon. primò ex Scriptura: D. enim Iacob, ait, *Inducant Presbyteros*, &c. Per Presbyteros autem Ecclesia intelligit tantummodo sacerdotes. Secundò, ex consuetudine, & determinatione Catholicæ Ecclesiæ.

Quibus sacerdos potest hoc sacramentum administrare? Resp. non sed ex decreto sanctæ Ecclesiæ proprio tantum Pastori, qui habet iurisdictionem, vel alteri de illius licentia concessum est.

Quam personam gerit minister huius sacramenti? Resp. Christi & Ecclesiæ.

De ritibus circa hoc Sacramentum. Num. 5.

Ibidem.

QVi ritus adhibeatur in administratione huius sacramenti? Resp. ait Cat. Maxima pars rituum, qui in hoc sacramento adhibentur, sunt solemnes precationes, quibus sacerdos ad ægroti salutem impetrandam vtitur.

Num. 7.

Hoc sacramentum conficitne multis precibus? Resp. ait Cat. nullum est aliud sacramentum, quod pluribus precibus conficiatur.

Ibidem.

Quare hoc? Resp. quia cum agatur de vita, & salute tum animæ, tum corporis ægrotantis: Primò Parochi, deinde omnes qui adsunt, debent ex animo orare, vt omni studio, & devotione Dei misericordiæ ægrotantis salutem commendent.

De fructu, seu effectu, & fine huius Sacramenti. Caput III.

Num. 14.

PArochi debentne diligenter explicare vtilitates huius sacramenti? Resp. ait Cat. debent, quia per has potissimum fideles ad huius Sacramenti vsum allicientur.

Quæ sunt istæ vtilitates? Resp. primò confert gratiam, qua peccata, & in primis leviora, seu venialia remittuntur: ad remissionem enim mortalium Baptismus, & Pœnitentia sunt instituta: hoc autem Sacramento mortalia primariò non remittuntur. Ses. 14. c. 1. Ext. Vnct. C.R. n. 11. C. Trid. & C.R. ibid.

Secunda vtilitas est quod animam à languore, & infirmitate quam ex peccatis contraxit, liberat: Peccata enim commissa reddunt cor hominis magis pronum ad malum, & minùs inclinatum ad bonum: & hæc debilitas animæ jam pœnitentia sanatæ dicitur reliquiæ peccatorum, quæ reliquiæ in hoc sacramento remittuntur.

Tertia est, quia cor hominis confirmat, ne nimis timore mortis terreatur. Cum enim homini à natura insitum sit, vt nihil in rebus humanis æquè ac mortem pertimescat, constituti in periculo mortis ob triplicem causam maximè timere solent: & primò quidem ex naturali, vt dictum est, conditione. Secundò ex memoria præteritorum scelerum, seu ex gravissima conscientiæ nostræ accusatione, ut ait Sapiens, *Venient in peccatorum suorum cogitationem timidi*, &c. Tertiò vehementer angere solet cogitatio, quod paulò post stare oporteat ante tribunal Christi, & reddere rationem etiam de omni verbo otioso, ut judicemur à Christo: & ex his sæpè infirmi maximo timore percutiuntur, & exagitantur, à quo virtute hujus Sacramenti liberantur. C. Trid. & C.R. ibid.

Quarta est, quia hoc sacramentum non solùm liberat à dicto timore, tristitia, & perturbatione: sed etiam gaudium: & lætitiam ægroto confert, ita vt reddat illum paratum ad libenter reddendum depositum nostrum, & vitam nostram, si Dominus illam voluerit repetere. Num. 14.

Quinta est, quia subministrat fidelibus arma, & vires, quibus infirmus diaboli vim & impetum frangere, & illi fortiter repugnare possit. Et hæc vtilitas omnium maxima potest videri. Cum enim diabolus tempore mortis multò acrius contra hominem pugnet, inducendo, si fieri possit, vt de Dei misericordia desperet: omnino maxima est vtilitas huius sacramenti, quod in tanto periculo specialè confert auxilium erigendo mentem infirmi ad spem bonitatis divinæ. C.T. ses. 14. Ext. Vnct. & C.R. Num. 5.

Sexta est, quia virtute hujus sacramenti infirmus levius,

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

& facilius fert incommoda, & dolores, quos secum infirmitas ferre solet.

Sess. 14. per. & can. 2. Exter. Vot. C.R. n. 13. C.R. n. 16. C.T. vbi supra.

Septima est, quia sæpè sanitas per hoc sacramentum confertur: quod si aliquando non confertur, hoc ex tripliei causa provenire potest: Prima est, quia ad salutem animæ, vel ad futuram gloriam aliter expediat: hoc enim sacramento certò efficitur sanitas animæ, corporis verò non nisi in ordine ad animam: Secunda est, quia vel administrans, vel suscipiens hoc sacramentum infirmi in fide sunt; ad obtinendam enim sanitatem corporalem requisitur fides, quia vt habetur Matth. 11. & Marc. 6. *Dominus apud suos multas virtutes non fecit propter incredulitatem illorum.* Tertia causa est, quia modò non sunt necessaria miracula, sicut fuerunt initio nascentis Ecclesiæ; & ideò nunc non semper, vel frequenter restituitur sanitas corporis in hoc sacramento.

De modo tradendi doctrinam hujus Sacramenti.

Num. 16. & num. 1. N. 1. sect. 14. n. 7. C.R.

PArochi debentne docere populos ea quæ pertinent ad hoc sacramentum? Resp. debent ea tradere, quæ dictum fuit initio.

Quomodo possunt dividere sermonem de pertinentibus ad hoc sacramentum? Resp. hic possunt facere tres sermones. In primo explicabunt doctrinam primi capitis, in secundo secundi, in tertio tertii. Illa enim divisio realis est.

Quo tempore possunt de hoc sacramento loqui? Resp. Cùm multi reperiuntur infirmi, vel cum contingit tractare de morte, semper autem de Sacramentis agere licet, sed præcipuè dum debet administrari.

DOCTRINA SACRI Conc. Trid. & Catech. Rom.

DE SACRAMENTO ORDINIS.

De necessitate & utilitate doctrinæ hujus Sacramenti.

Num. 1. Ibidem.

DOctrina de Ordinis sacramento est necessaria? & est. Quare hoc? Resp. Quia sacramenta ad salutem sunt necessaria: absque autem Ordinis sacramento, nec

illa conficì, & administrari possunt: vel certè solemnem cæremoniam, ac religiosum quendam ritum, ac cultum illis debitum non habebunt.

Debet à Parochis tradi hæc doctrina magnâ diligentiâ? *Ibidem.* Resp. ait Catech. debet maximâ.

Quibus vtilis est hæc doctrina? Resp. Primò Parochis, *Ibidem.* & his qui ad Ordines sunt promoti, vt intelligant in quo grada sunt constituti, & quæ virtus, atque functiones illis conveniant. Secundò his qui debent promoveri ad Ordines, vt intelligant quales esse debeant, qui in sortem Domini sunt vocandi; & ideò cognitionem percipiant earum rerum, quibus ad vlteriores gradus viam sibi munire possint. Tertiò omnibus fidelibus, vt sciant, quo honore digni sint Ecclesiæ ministri, & si contingat parentes habere liberos, quos velint destinare ad Ecclesiæ ministerium, vel ipsi liberi se sponte offerunt, vt sciant quæ præcipuè hujus rei gratiâ facienda sint.

Quando hæc doctrina tradenda est? Resp. potissimùm cùm fiunt Ordinationes habendæ sunt.

Divisio Tractationis.

QVomodo potest dividi tractatio? Resp. difficillimum est facere realem divisionem: & Catech. non tractat de hoc sacramento per modum doctrinæ, vt facit in aliis, sed moralem quasi de illo tractationem instituit: & primò agit in generali de hoc Sacramento Ordinis; postea de singulis Ordinibus tractat: demùm aliqua etiam in generali de illo proponit.

In gratiam facilioris doctrinæ, quæ divisio fieri potest? Resp. talis videtur esse opportuna.

Primò de Ordinis sacramento in generali.

Secundò, de singulis Ordinibus in particulari, & eorum cæremoniis.

Tertiò, de susceptione, & administratione Ordinum dictorum, & est conformis Catechismo.

Quid debet tractari de sacramento Ordinis in generali? Resp.

Primò, de nomine & definitione.

Secundò, de materia, & forma, & efficiente.

Tertiò de fine sacramenti, *id est*, de sacris functionibus, de ministris, & eorum numero, & sufficientia: de dupliei

effectu, gratia, & charactere, de numero, & differentia Ordinum.

De nomine Ordinis. Cap. I.

Num. 9. QVid significat hoc nomen, *Ordo*? Resp. ait Catech. est enim *Ordo*, si propriam ejus vim, & notionem accipiamus, Dispositio superiorum, & inferiorum rerum, quæ inter se ita aptæ sunt, vt vna ad alteram referatur: *id est*, ordo est congrua, & apta dispositio rerum, ita vt inter se vna sit superior, alia inferior.

Ibidem. Quare tali nomine Ecclesia vtitur ad significandum hoc sacramentum? Resp. Primò ad significandum dignitatem eorum, qui ad Ordines sunt promoti: nempe quod supra populum sunt: Secundò ad ostendendum varios esse gradus ministrorum, & varia esse genera functionum in Ecclesia: quæ tamen omnia certa ratione, & ordine distributa, & collocata sunt.

D. Thom. 2. p. q. 3. art. 2. sup. *De definitione Sacramenti Ordinis. Num. 2.*

QVomodo definitur sacramentum Ordinis? Resp. sic: *Ordo est signaculum quoddam Ecclesiæ, per quod spiritualis potestas traditur ordinato.*

Ex D. Th. 3. p. q. 34. Hæc diffinitio estne perfecta? Resp. potest dici perfecta, quia exprimit quatuor causas Ordinis. Causa efficiens significatur per illud verbum, *Ecclesia*: Episcopus enim qui confert Ordinem, est minister Ecclesiæ, & ordinato tribuit Ecclesiæ potestatem, quam ipse habet. Causa materialis, & formalis denotantur per illud verbum, *signaculum*; est enim idem quod signum: illud autem quod in ordine signum est, sunt materia, & forma, quæ res sensibiles sunt, & denotant potestatem ordinato collatam. Illud verò verbum, *per quod traditur* significat virtutem, & efficientiam sacramenti Ordinis, *id est*, materiæ, & formæ, quæ non solùm significant, sed efficiunt. Illud, *spiritualis potestas traditur ordinato*, declarat causam finalem: Finis enim sacramenti Ordinis est duplex: vnus est constituere ministros in Ecclesia, & hoc notatur per illud verbum: *Ordinato*: ordinatus enim est, qui ad aliquod ministerium est destinatus, præcipuè si tale ministerium dicat gradum, & excellentiam: Alter finis est ordinatis ministris conferre spiritualem, & opportunam ministerio potestatem, & hoc significatur per illud verbum: *Spiritualis potestas traditur*,

rectè ergo tradita definitio est.

De materia Sacramenti Ordinis. Num. 3.

QVænam est materia sacramenti Ordinis? Resp. illud quod ab Episcopo porrigitur tangendum ab ordinato. 3. p. q. 34. art. 5. sup. Ibidem.

Estne de necessitate sacramenti, quod ista materia tangatur? Resp. D. T. primò dicit non esse de necessitate, postea perpendens illud verbum Episcopi, *Accipe*, per quod videtur requiri tactus, relinquit ferè dubium, quod necesse sit tangi, & ideo tutius est vt tangatur. art. 5. ad 3.

De forma Sacramenti Ordinis. Num. 4.

QVænam est forma hujus sacramenti? Resp. verba ab Episcopo prolata. 3. p. q. 34. art. 4. ibid.

Quare Episcopus profert verba formæ per modum imperativi? Resp. quia sicut à Christo derivatur potestas in Episcopum, ita ab Episcopo derivatur in ordinatum per sacramentum Ordinis: & ideò profert formam per modum imperativi. art. 4. & 5. sup.

De fine Sacramenti Ordinis. Cap. III.

QVid debet considerari circa finem hujus sacramenti? Resp. duo. Primum quis sit finis sacramenti Ordinis, Secundum, an ipsum sacramentum sit medium accommodatum ad dictum finem. Num. 8. & 12.

Quis est finis sacramenti ordinis? Resp. Instituere, & consecrare dignos, & idoneos ministros ad sacrificium Missæ celebrandum.

Circa hunc finem quid debet considerari? Resp. quatuor. Primum quæ sint functiones, & ministeria, ob quæ ministri in hoc sacramento instituuntur.

Secundum, qui, quot, & quales sint, & esse debeant dicti ministri.

Tertium de gratia, & charactere.

Quartum, de ipsomet ordinis sacramento, & illius virtute.

De functionibus sacris. Num. 1.

QVæ sunt sacræ, & Ecclesiasticæ functiones, ob quas sacramentum Ordinis est institutum? Resp. quatuor. Prima est dignè offerre sacrificium Deo, seu dignum & publicum cultum præbere illi; & ad hanc singuli ordines diriguntur juxta gradum suum: secunda est fungi Num. 13. & C. T. ses. 23. c. 5. C. R. n. 25.

officio internuncii, seu mediatoris inter Deum, & populum: & hæc propria Sacerdotis, cui inferiores ministri iuxta gradum suum deserviunt. Tertia est conficere, & administrare sacram Eucharistiam: & est propria Sacerdotis, sed adjuvant illum in hoc alii ministri. Quarta est docere, & gubernare populum Dei, illúmque ad æternam beatitudinem dirigere: & est propria Sacerdotis, sed aliqua ratione cæteris ministris, qui legunt, vel cantant publicè, communicatur.

Num. 34. N. 64. 65.

Sacramentum Ordinis est institutum ob has functiones? Resp. ita est, quia propter has functiones exercendas ministri ordinantur, & consecrantur.

De sacris ministris. Num. 3.

Sess. 23. in initio. C. R. Num. 8. C. R. n. 8. 34. & alib.

MInistri sunt necessarii, vt istæ functiones exerceantur? Resp. sunt, quia vbi non est agens, ibi actio non est, & Conc. Trid. ex eo, quod datur sacrificium, probat dari Sacerdotium.

Quas conditiones debent habere isti ministri? Resp. quatuor: Prima quod sint publicæ personæ: secunda, quod sint gratæ Deo: Tertia quod sint dignæ ad tantum munus obeundum: Quarta quod sint idoneæ, *id est*, habeant facultatem faciendi quod opus est.

Ex n. 8. & ex sess. 23. c. 3. Num. 34.

Quare debent esse personæ publicæ? Resp. quia dictæ functiones publicæ sunt: fiunt enim pro toto populo, & cultus publicus Deo debetur, qui sine ministro publico esse non potest.

ex n. 34.

Cur debent esse gratæ Deo? Resp. quia cultus non esset gratus Deo, saltem respectu illius personæ.

Ibidem.

Cur dignæ? Resp. quia inhonoratur ministerium, quod peragitur ab indigno.

Cur idoneæ? Resp. quia nemo rectè facit illud, quod virtutem, & facultatem suam excedit.

Ex num. 8. & 34.

Quid intendit facere sacramentum Ordinis, quod ad hos ministros? Resp. duo. Primò constituere, & consecrare istos ministros. Secundò tradere illis quatuor conditiones requisitas, quæ dictæ sunt.

De numero ministrorum Ordinum.

Num. 4.

Ses. 23. c. 2.

QVot sunt ministri? Resp. septem, Ostiarius, Lector, Exorcista, Acolythus, Subdiaconus, Diaconus, Sacerdos.

Quomodo scitur tot esse Ordines, & ministros? Resp. C. T. ait, de Presbytero & Diacono sciri, quia sacræ literæ de illis testantur, & apertam mentionem faciunt: de aliis scitur, quia ab ipso Ecclesiæ initio dictorum Ordinum nomina, atque vniuscuiusque propria ministeria in vsu fuisse cognitum est.

Ibidem. & C. R. Num. 12.

Cur septem sunt Ordines? Resp. ait Conc. quia tot ministri sunt necessarij.

Ses. 23. c. 2.

Quomodo tot ministri sunt necessarij? Resp. quia tot functiones, & tot ministeria in sacrificio Missæ adhibere conveniens est.

Ses. 23. c. 2.

Quare convenit tot ministeria adhibere? Resp. Conc. ait ob duas rationes. Quarum primam ita explicat. Cum divina res sit tam sancti sacerdotij ministerium, consentaneum fuit, quo dignius, & maiori cum veneratione exerceri posset, vt in Ecclesiæ ordinatissima dispositione plures, & diversi essent ministrorum ordines, qui sacerdotio ex officio deservirent: Aliam verò rationem tangit his verbis, quæ immediatè sequuntur. Ita distributi, ut qui iam clericali tonsura insigniti essent, per minores ascenderent. Vbi apertè dicit tot Ordines, & ministros dari, quia magno Domino, nempe Deo, & magno ministerio exhibito illi, nempe sacrificio filii sui, multitudo ministrorum conveniens est, sicut in aulis Regum videmus: similiter quia homo cùm sit vilis creatura, non debet ad tantum ministerium nisi per gradus promoveri.

Ibidem.

De sufficientia horum Ordinum, seu ministrorum.

Num. 5.

ISti septem Ordines, vel ministri sufficiunt ad Sancti sacerdotii ministerium? Resp. Sufficiunt.

Num. 11.

Quomodo probatur sufficientia? Resp. ait Cat. per ea ministeria, quæ ad sacrosanctum sacrificium Missæ, & ad Eucharistiam vel conficiendam, vel administrandam, cuius causa præcipuè sunt instituta, necessaria videntur.

Ibidem.

Quot ministeria sunt necessaria ad ea, quæ dicta sunt? Resp. ait D. Th. quatuor, primum est conficere, & administrare Eucharistiam, ut dictum est. Secundum parare materiam, & ea quæ sunt necessaria ad conficiendum, & administrandum, quæ dicta sunt. Tertium disponere præsentem populum in interiori, ut digne, & devotè huic sa-

3. p. q. 37. art. 2. sup.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Num. 2. c. T. ses. 14. v. 3. de Extr. vnct.

Quare sic appellatur? Resp. dicitur Extrema Vnctio, quia inter sacras Vnctiones, quas Christus Ecclesiæ suæ commendavit, hæc vltima sit administranda: dicitur sacramentum vnctionis infirmorum, quia in ipso vnguntur infirmi: Dicitur sacramentum exeuntium, quia datur constitutis in periculo mortis.

De definitione. Num. 2.

Iacob. 5. C. T. ses. 14. ca. de Ext. Vnct. C. R. nu. 3. C. T. sess. 14. c. 1. Ext. de Vnct. C. R. n. 3. &c.

QVomodo potest definiri Extrema Vnctio? Resp. ex D. Iacobo, Conc. Trid. & Cat. colligitur posse sic definiri: Est Sacramentum à Christo institutum, vt sacra vnctione & ratione sacerdotis, salus efficiatur tum animæ, tum corporis eorum, qui cum periculo vitæ ægrotant.

Hæc definitio estne perfecta? Resp. videtur ita esse.

Qua ratione? Resp. quia explicat quatuor causas huius sacramenti, tangitur enim causa efficiens dum dicitur institutum à Christo, & declaratur illius ministrum esse sacerdotem. Explicatur materia per illud verbum, sacra vnctione. Exprimitur forma illo verbo, oratione sacerdotis. Declaratur finis seu effectus illis verbis, Salus animæ, & corporis infirmorum.

Iacobi 5. Ses. 14. c. 1. Ext. Vnct.

Quomodo accipitur hæc definitio à D. Iacobo? Resp. quia de hoc sacramento D. Iacobus ita ait: *Infirmatur quis in vobis? Inducat Presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, vngentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei salvabit infirmum & alleviabit eum Dominus: & si in peccatis sit, remittentur ei.* In quibus omnia quæ dicta sunt, continentur, ut ait Concilium.

Quomodo probatur quod Extrema Vnctio sit Sacramentum? Num. 3.

Ses. 14. c. 1 Ext Vnct. Ex C. ibid. Ses. 14. c. 1. & can. 1. Ext. Vnct. C. R. nu. 3. C. T. & C. R. ibid. C. T. & C. ibidem.

DEbetne pro certo teneri, quod Extrema Vnctio sit sacramentum? Resp. de fide ita tenendum est.

Quomodo potest probari quod sit sacramentum? Resp. Scriptura, & traditione Apostolorum.

Qua ratione scriptura? Resp. quia D. Iacobus iuxta sensum, & interpretationem Catholicæ Ecclesiæ in loco citato de hoc sacramento scriptum reliquit.

Quomodo traditione? Resp. quia Ecclesia Catholica semper docuit, & tenuit Apostolos Extremam Vnctionem, tanquam sacramentum fidelibus tradidisse.

Potestne probari ratione? Resp. potest, fundata tamen super auctoritate.

Quo pacto? Resp. sic, Extremæ Vnctioni convenit definitio Sacramenti, quia est res sensibilis, à Christo instituta, ut significet, & efficiat rem sacram; ideò est sacramentum.

De unitate hujus Sacramenti. Num. 4.

HOc sacramentum est unum? Resp. de fide tenendum est, esse unum. Sess. 7. c. 1. C. R. n. 4.

Quomodo est unum, cùm administretur per plures unctiones, quarum singulis propriè preces, ac peculiaris forma adhibetur? Resp. Vnum est, non partium continuatione, quæ dividi non possunt, sed perfectione. Sicut enim domus, populus, & exercitus ex pluribus constant, quæ divisa existunt, & tamen una res sunt: ita hoc Sacramentum ex pluribus unctionibus unum est.

In quo consistit unitas hujus sacramenti? Resp. In tribus. Primò in hoc, quod est unum signum. Secundò ex eo, quod significat unam rem, *id est* gratiam, & sanitatem. Tertiò ex eo, quod habet unam efficientiam, *id est*, vim significandi, & efficiendi quod dictum est. Ex C. R. num. 4.

De materia Extremæ Vnctionis. Num. 5.

QVænam est materia hujus Sacramenti? Resp. ait Concil. est oleum ab Episcopo benedictum, vel consecratum. Ses. 14. c. 1.

Quomodo probatur ita esse? Resp. ex D. Iacobo, & Concil. præcipuè Tridentino. Ibidem. Num. 5.

Quod oleum est materia? Resp. tantummodò olivarum. Ibidem. Ibidem.

Quare Christus talem instituit materiam? Resp. quia aptissimè significat effectum sacramenti. Ibidem.

Qua ratione? Resp. Primò sicut oleum ad mitigandos corporis dolores magnopere proficit: ita hujus sacramenti virtus, animæ tristitiam, ac dolorem minuit. Secundò, oleum sanitatem restituit, hilaritatem affert, & lumini tanquam pabulum præbet: tum verò ad recreandas defatigati corporis vires maximè accommodatum est, id est rectè quid in ægroto Extrema-Vnctio efficiat, declarat.

De forma hujus Sacramenti. Num. 6.

QVænam est forma hujus sacramenti? Respond. ait Catech. est verbum, & solemnis illa precatio, quam N. 6. ses. 14. can. 1.

Gratia verò facit illos dignos, & gratos Deo; vnde effectus benè respondent.

C.R.n.34. Isti duo effectus sufficiunt ad ministros custodiendos? Resp. Sufficiunt, quia per ipsos ministri legitimi, & cum debitis qualitatibus instituuntur, & consecrantur.

Sacramentum Ordinis habetne vim efficiendi gratiam & characterem? Resp. Habet.

Num.43. Circa effectum sacramenti Ordinis suntne multa consideranda? Resp. Quantum pertinet ad characterem, expedit nonnulla considerare.

Quæ sunt? Resp. Primò de duplici Corpore Christi: vero, & mystico. Secundò de duplici potestate Ordinis, & iurisdictionis. Tertiò de duplici clavi, scientiæ, & potestatis. Quartò de iurisdictione, ejusque differentia à clavi. Quintò de duplici iurisdictione, ordinaria, & delegata, & de illius necessitate. Hæc enim ad effectum sacramenti Ordinis pertinentia sunt.

De corpore Christi vero, & mystico.

Num. 10.

Num.6. QVotuplex est Corpus Christi? Resp. duplex, aliud verum, aliud mysticum.

Ibidem. Quod est corpus Christi verum? Resp. Est illud quod in sacra Eucharistia continetur.

Ibidem. Quod corpus Christi mysticum? Resp. Est Ecclesia.

N.3.& 6. In sacramento Ordinis datur potestas in Corpus Christi verum, & mysticum? Resp. Datur, vt in singulis ordinibus dicetur.

De duplici potestate, ordinis, & iurisdictionis.

Num. 11.

Num. 6. QVotuplex est potestas, quæ Ecclesiæ, & eius ministris data est? Resp. ait Catech. duplex, alia ordinis, & alia iurisdictionis.

N.67.11. Quid est potestas ordinis? Resp. ait Catech. est potestas, quæ ad verum Christi Domini corpus in sacrosancta Eucharistia refertur, *id est*, per hanc potestatem sacerdotes, & ministri possunt facere, juxta gradum suum, omnia quæ facienda sunt ad hoc, vt sacra Eucharistia conficiatur, Deo offeratur & fidelibus administretur.

Num. 6. Quid est potestas iurisdictionis? Resp. ait Catech. est potestas data sacerdoti super corpus Christi mysticum, & ad illam spectat Christianum populum gubernare, &

moderari, & ad æternam, cœlestemque beatitudinem dirigere.

Potestas quæ datur vnicuique sacerdoti, ligandi, & absolvendi, est ordinis, an iurisdictionis? Respon. Potestas ligandi, & solvendi dupliciter potest considerari. Vno modo, quatenus hæc potestas datur sine materia, *id est* sine populo aut subditis in quos exerceatur; & sic est potestas ordinis, & datur cuique sacerdoti in sua ordinatione: Alio modo consideratur quatenus dictæ potestati ordinis subiicitur materia, & populus, in quem talis potestas exerceatur: & hæc dicitur potestas iurisdictionis, & non datur cuique sacerdoti, sed tantùm, illi cui subiiciuntur fideles: vt possint ab illo absolui, atque ita parochus non sacerdos habet potestatem iurisdictionis, non ordinis: sacerdos non Parochus, nec admissus ad confessiones, habet potestatem ordinis, & non iurisdictionis: Parochus qui sit Sacerdos habet vtramque. Ses.14.c.7. & C.R.de P.num.56.

Potestas ligandi, & soluendi quomodo est potestas ordinis, cùm pertineat ad Corpus Christi mysticum? Resp. pertinet ad corpus Christi mysticum in ordine ad Eucharistiam, quia isti potestas data est ad præparandum populum fidelem, vt dignè Eucharistiam percipiat. C.R.de P. num.56 & de sacr. or. Num. 7.

De duplici clavi, scientia & potestatis.

Num. 12.

POtestas quam habent ministri Ecclesiæ, præcipuè sacerdotes, habetne plurima nomina? Ex C.R.de P.num.56. & de Sacr. or.n.34. Ex C.T. sess. 14. cap.7. & c.13.ex locis citat. Primum est character. Secundum potestas ordinis. Tertium potestas iurisdictionis. Quartum clavis scientiæ, & potestatis.

Differunt inter se? Resp. Differunt, omnes enim ordines habent Characterem, & potestatem sui Ordinis. Omnes sacerdotes habent Characterem, & potestatem Ordinis sacerdotalis, & claves scientiæ, & potestatis; sed non omnes habent iurisdictionis.

Potestas Ordinis sacerdotalis differtne à clavibus scientiæ & potestatis? Resp. Differt, quia claves dicunt potestatem ligandi, & solvendi, & ideo in Ordine ad fideles considerantur: potestas autem Ordinis dicit tum potestatem clavium, tum etiam illam potestatem, quæ directè ad corpus Christi verum est ordinata. C.R.n.6.7.

Clavis, & potestas distinguuntur? Respond. Non, sed

C.R. de p. Num. 44. idem sunt, si de potestate ligandi, & solvendi intelligatur. Clavis enim non est aliud, quàm potestas cœlum aperiendi, quod fit per remissionem peccatorum.

2. p. qu. 17. a. 3. sup. ib. Quot sunt claves? R. Duæ, una scientiæ, alia potestatis.

C.R. de p. 44. 3. p. q. 17. ar. 3. supra. Sunt duæ, an una potestas? Resp. vna tantùm, quia ad vnum effectum, & finem ordinantur.

Quis est iste finis, vel effectus? Resp. Aperire cœlum, & à peccatis homines liberare.

Quare duæ sunt claves, si finis, & effectus unus est? Resp. ad hunc finem obtinendum duo actus in sacerdote sunt necessarii: unus est, ut examinet an iste, vel ille dignus sit, ut absoluatur: alter est, ut verè & efficaciter illum absoluat.

Ibidem. Quare est necessarium facere ista duo? Resp. Quia potestas ligandi, & solvendi requirit, ut videatur, an quis debeat ligari, vel absolui: hoc autem requirit discussionem causæ, & examen rei, sicut faciunt judices omnes: ideo prius oportet per clavem scientiæ examinare, postea per clavem potestatis judicare; quia sic judicium justum & rectum erit.

3. p. q. 17. ar. 3. sup. 5. Omnes sacerdotes habent vtramque clavem? Resp. omnes omninò.

p. q. 17. art. 3. supra. Quomodo indocti habent clavem scientiæ? Resp. aliud est habere clavem scientiæ, aliud est habere scientiam: omnes sacerdotes habent clavem scientiæ, sed non omnes scientiam.

Ibidem. Quomodo quis potest habere clavem scientiæ, & non scientiam? Resp. Clavis scientiæ non est aliud quàm potestas examinandi reum, & causam illius: potest autem esse, quod aliquis habeat potestatem examinandi reum, & non habeat scientiam, veluti iudex indoctus; & aliquis habeat scientiam, & non potestatem, veluti persona privata quæ huius rei perita sit: & idem de sacerdote dici potest.

De vsu clavium. Num. 13.

Sess. 14. c. 7. QVilibet sacerdos habet vsum clavium? Resp. Quilibet sacerdos habet claves, sed non quilibet habet vsum illarum. 3. p. q. 20. art. 1. sup.

Ibidem. Quid est vti clavibus? Respond. Est actu absolvere, vel ligare.

Quid requiritur ad hoc vt sacerdos possit vti clavibus? Resp. ait Conc. vt habeat subditos sibi, saltem in foro conscientiæ.

Quomodo fideles efficiuntur subditi sacerdoti? Resp. ait Conc. per iurisdict. ordinariam, vel subdelegatam. Ses. 14. c. 7.

De iurisdictione, ejusque divisione, ac necessitate. Num. 4.

IVrisdictio est necessaria ad hoc, vt sacerdos clavibus vti possit? Resp. omninò. Ibidem.

Quid est iurisdictio? Resp. est facultas dicendi jus alicui, *id est*, definitivè, & judicialiter determinandi an fecerit rem justam.

In quos habetur hæc iurisdictio? Resp. Tantùm in subditos, ait Concilium. Ses. 14. c. 7.

Quotuplex est iurisdictio? Resp. Duplex, ordinaria & subdelegata.

Quid est ordinaria? Resp. Est potestas jam dicta, cum facultate illam alteri communicandi.

Qui habent hanc ordinariam? Resp. Papa in omnes fideles, & in toto orbe: Episcopus in sua Diœcesi, & in suos diœcesanos: Parochus in Ecclesia, & in Parochianos. Ibidem.

Quid est iurisdictio delegata? Resp. est illa, quæ data est ab Ordinario habente facultatem illam subdelegandi.

Qui possunt subdelegare? Resp. Papa indistinctè: Episcopus juxta suam jurisdictionem: Parochus in illos tantùm qui ab Ordinario sunt approbati, & circa subditos sibi.

Qui habent hanc delegatam iurisdictionem? Resp. Religiosi ab Ordinario approbati ad confessiones, & alii, qui ab Ordinariis legitimè illam acceperunt.

Omnes ordines ordinantur ad has claves, & ad hanc potestatem? Resp. ita est, quia omnes ministri ordinantur ad hoc, vt fiant sacerdotes, vel vt serviant sacerdoti in ministerio quod ipse principaliter agit: & ideo in singulis Ordinibus imprimitur character, qui est spiritualis potestas ordinata ad summum ministerium, & ad summam potestatem, quæ in sacerdote reperitur.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

De singulis Ordinibus in particulari. Cap. 2.

TRactandum est de singulis ordinibus in particulari? Resp. Necesse est, & Catechismus hoc ita facit.

Quid debet de singulis considerari? Resp. primò de nomine. Secundò de materia. Tertiò de forma. Quartò de effectu. Quintò de officio, seu fine. Sextò de obligationibus, si quæ sunt. Septimò de ritibus, qui in conferendo, & suscipiendo ordine adhiberi solent.

De prima Tonsura.

Ex C. R. Num. 13. QVid significat prima Tonsura? Resp. Tonsura dicitur quasi Tonsio; capilli enim tondentur in illa: dicitur verò prima, quia ante omnes Ordines prima conferri solet.

Ibidem. Prima Tonsura est ne Ordo? Resp. non, sed præparatio ad ordines.

Ibidem. Quomodo appellatur qui suscipit illam? Resp. Clericus, quia accipit in sortem, & hæreditatem suam Dominum, vt est à tali nomine significatum.

Ibidem. Quis est finis primæ tonsuræ? Respond. Primò deputare Clericum ad cultum divinum, & numerare illum in sortem Domini. Secundò dispensare, & præparare illum ad Ordines.

Num. 14. Quis primò instituit Tonsuram? Resp. ait Cæs. Apostoli, vt habetur ex Dionysio Areopagita, D. Aug. & D. Hieron. Et primus omnium S. Petrus dicitur illam instituisse in memoriam coronæ spinææ impositæ capiti Christi.

Num. 13. Quænam est materia? Resp. Propriè non habet materiam, sed loco materiæ sunt capilli, qui tondentur.

Num. 14. Quare tondentur capilli? Resp. Ad significandum, quod sicut capilli, qui sunt pars corporis superuacanea, tondentur, ita anima Clerici debet contemnere res externas, & esse vacua curis humanis.

Ibidem. Quænam est forma? Resp. Loco formæ est figura circularis ad modum coronæ.

Ibidem. Quid significat species Coronæ? Resp. Primò spinearum coronam capiti Christi impositam, vt Clericis significetur, ipsos semper debere speciem, & figuram Christi gerere ante se. Secundò dicitur ad illa significari regiam di-

gnitatem, quæ clerico convenire videtur. Tertiò dicitur etiam significare perfectionem vitæ quæ clerico convenit; figura enim circularis perfectissima est.

Hæc corona debetne esse in omnibus ordinibus æquè lata? Resp. Non, sed altior ordo maiorem illam debet habere. Num. 19.

Superpelliceum, quod Clerici gerunt, quid significat? Resp. Virtutem, & perfectionem quæ in Clerico esse debet. Albedo enim significat puritatem. Extensio, & amplitudo illius, dilationem charitatis, & boni odoris. Quod verò aliis vestibus superponatur, significat clericum debere superuestiri maiori perfectione.

Quid significat longa vestis vsque ad pedes? Resp. perfectionem maiorem vitæ.

Quid significat biretum in modum crucis? Resp. Crucem Christi, & mortificationem carnis ad illud defendendum.

De ordine Ostiariatus.

A Quo desumitur nomen Ostiarii? Resp. Ab ostio, quod debet custodiri ab Ostiario. Num. 15.

Quænam est materia Ostiariatus? Resp. Claves, quæ ex altari ab Episcopo accipiuntur, vt significetur sub illis clavibus custodiri ea, quæ pertinent ad altare. Ibidem.

Quæ forma? Resp. ista verba: SIC AGE QVASI DEO REDDITVRVS RATIONEM PRO HIS REBVS, QVE HIS CLAVIBVS RECLVDVNTVR. Ibidem.

Quis instituit hunc ordinem? Resp. Christus, vt aliqui dicunt, quando ejecit de templo ementes, & vendentes, & alii dicunt in vltima cœna.

Quod est munus illius? Resp. ait Catech. Primò Templi claves, & januam custodire, *id est*, aperire, nemini custodire illam postquam aperta est, demum circuire illam; & ad hoc pertinet pulsare campanas, vt fideles intelligant, quando in Ecclesiam accedant. Ibidem.

Secundò adire templi atrocre eos, quibus ingredi interdictum est; tales autem sunt infideles, hæretici, excommunicati, & interdicti. Ibidem.

Tertiò, ad sanctum etiam Missæ sacrificium, ait Catech. assistebat curatum, ne quis propiùs, quàm par esset, ad sacram aram accederet, & sacerdotem rem divinam facientem interpellaret; & iuxta hoc debet ejicere canes de

Ecclesia, cohibere strepitus, & clamores, & omnia quæ celebranti impedimento sunt.

Ibidem. Quartò ait Cat. Officium Thesaurarij ad Ostiariatum pertinebat, quod est, esse custodem sacrarij.

Quatuor igitur ad hoc officium pertinent. Primò custodia sacrarij. Secundò pulsatio campanarum. Tertiò custodia ostij Ecclesiæ. Quartò cura vt in Ecclesia omnia decenter se habeant.

Num. 34. Quis est effectus huius Ordinis? Resp. Primus est character, seu potestas tale ministerium exercendi. Secundus gratia, *id est*, qualitas divina, qua dignè possit alia ministeria exercere.

Ex C.n.35. Qui ritus seruantur in collatione Ostiariatus? Resp. *& sequent.* Primò claves accipiuntur ab altari ratione iam dicta de materia. Secundò Episcopus admonet Ordinandum quod sit eius officium, vt tanta admonitione excitatus diligenter agat munus suum. Tertiò Episcopus dat claves, & dicit verba, quibus confert potestatem. Quartò ordinandus accipit, & tangit claves: debet autem tangere manu dextra, vt ostendat se accipere munus promptè, & fortiter exequendum. Quintò per Archidiaconum ducitur ad aperiendas fores, & campanas pulsandas, vt incipiat exequi officium suum.

De Ordine Lectoratus.

Ex n.36. AQuo deriuatur nomen Lectoris? Resp. ab officio, *id est*, a lectione.

Ex D. To. Quomodo Lectoratus est gradus maior Ostiariatu? *3. P. q. 37. art. 1. sup.* Ostiariatus procurat reverentiam corporalem, & exteriorem sacrificio Missæ; Lectoratus verò spiritualem, quod manus est.

Quæ est materia? Resp. Liber, in quo sunt ea, quæ ad hanc functionem pertinent.

Num. 37. Quæ forma? Resp. Ista verba. ACCIPE, ET ESTO VER-*Ibidem.* BI DEI RELATOR, HABITVRVS, SI FIDELITER, ET VTILITER IMPLEVERIS OFFICIVM, PARTEM CVM HIS QVI VERBVM DEI MINISTRAVERVNT AB INITIO.

Lyra 4. Quando Christus instituit? Resp. Aliqui dicunt in vltima Cœna, alii verò cùm accepit librum Isaiæ, & legit, & clausit, & dedit ministro.

Quod est officium? Resp. ex Catech. Primò libros noui, & veteris Testamenti clara voce, & distinctè recitare, præcipuè quæ inter nocturnam psalmodiam legi solent. Secundò prima rudimenta christianæ religionis fideliter addiscere. Tertiò ex Pontificali benedicere panem, & fructus nouos, sed non est in vsu. Quartò ex eodem, exemplo, & moribus ædificare.

Quomodo iste ordo ad sacrificium Missæ deseruit? Resp. Quia lectione excitat ad deuotionem. *Ex D. T. vbi sup.*

De Exorcistatu.

AQuo desumitur nomen Exorcistæ? Resp. Ab officio, *id est*, exorcismo, & adiuratione dæmonis. *Ex n.37. Ex D. To. vbi sup.*

Quare exorcista est gradus altior Lectore? Resp. Primò Lector exercet munus suum præcipuè in Catechumenos, *id est*, non instructos in fide: Exorcista verò in fideles. Secundò, ille tantùm legit verbum Dei, iste authoritatiuè, & cum potestate inuocat, quod maius est. Tertiò ille tantùm docet, iste potestatem exercet. Quartò quia exorcizando, & dæmones ejiciendo, quasi confirmat doctrinam à Lectore recitatam, ideò altior gradus est.

Quando Christus instituit? Resp. Quando ejecit dæmones, & Apostolis dedit hanc potestatem. *Num.* 37. *Ibidem.*

Quæ materia? Resp. Liber exorcismorum.

Quæ forma? Resp. hæc: *Accipe, & commenda memoriæ, & habe potestatem manus imponendi super energumenos, siue baptizatos, siue catechumenos.*

Quod officium? Resp. ait Cat. Inuocare nomen Domini *Ibidem.* in eos, qui ab immundis spiritibus obsidentur, qui energumeni appellantur. Secundò, ait Pontificale esse, dicere his *& Sunt.* qui non communicant, vt recedant; sed modò non est in vsu. Tertiò, idem ait, esse aquam in ministerio fundere, sed neque est in vsu.

Quæ vis exorcistæ? Resp ex Pontificali. Primò expellere ab anima, & corpore suo omnem immunditiam, sicut dæmones expellit ab aliis. Secundò imperare vitijs ne inimicus aliquid sui iuris in moribus valeat vindicare, & ne melius imperet diabolo, cùm eius multimodam nequitiam superauit.

De Acolythatu.

QVod nomen habet hic Ordo? Resp. Duo, dicitur Acolythus, & Ceroferarius, & videntur idem significare.

Num. 18. Quando Christus instituit hunc ordinem? Resp. Aliqui dicunt, vel in vltima cœna, vel quando dixit, *Ego sum lux mundi.*

Ibidem. Quæ est materia? Resp. Duplex, nempe Candelabrum cum cereo extincto, & vrceolus vocatus.

Ex ii. 7 vsq. sacra. Quare traditur duplex materia? Resp. Ad significandum duplicem potestatem: vna est in corpus Christi mysticum, & significatur per candelabrum: alia in corpus Christi verum, & denotatur per vrceolos.

Quare traduntur vrceoli vacui, & cereus extinctus? Resp. Ad significandum eius officium, esse accendere cereum, & implere vrceolos.

Num. 18. Quid primò traditur, candelabrum, an vrceoli? Resp. Candelabrum.

Ibidem. Quæ est forma? Respond. in traditione candelabri Episcopus ita dicit, *Accipe ceroferarium cum cereo, & scias te ad accendenda Ecclesiæ luminaria mancipari in nomine Domini.* Cum verò tradit vrceolos, dicit, *Accipe vrceolos ad suggerendum vinum, & aquam in Eucharistiam sanguinis Christi, in nomine Domini.*

Ibidem. Quando imprimitur character? Resp. Potissimùm in traditione vrceolorum, quia tunc traditur potestas in ordine ad corpus Christi verum, quod majus est.

Quod est eius officium? Resp. Primò parare materiam necessariam ad Eucharistiam in vasis non sacris. Secundò Subdiaconos, & Diaconos in altaris ministerio assciati, eisque operam dare. Tertiò deferre luminaria, & asservare cum Missæ sacrificium celebratur, præcipuè verò cum Evangelium legitur, quod sit vt excitentur fideles ad reverentiam doctrinæ Christi.

Ibidem. Qui ritus servantur? Resp. ait Cat. Primò Episcopus diligenter admonet ordinandos officii sui. Secundò tradit candelabrum, Tertiò vrceolos, modo jam dicto.

Hic ordo est major jam dictis? Resp. est, quia datur potestas in materiam pro Eucharistia conficienda.

De Subdiaconatu.

Num. 19. QVid significat Subdiaconus? Resp. significat quod officium huius ordinis est in Sudiacono.

Ibidem. Quod est officium Subdiaconi? Resp. ait Cat. Primò Diacono ad Altare inservire: Secundò sacra linea, vasa,

panem, & vinum ad sacrificij vsum necessaria parare. Tertiò Episcopo, & sacerdoti aquam præbere, cum manus in Missæ sacrificium abluunt. Quartò Epistolam in Missa legere. Quintò tanquam testem ad sacrum assistere, prohibereque ne sacerdos sacra faciens à quopiam perturbari possit. Sextò ad eum etiam spectat in processionibus crucem deferre.

Quandò Christus instituit? Resp. In vltima cœna, vt aliqui dicunt, quando ibi præparavit materiam Eucharistiæ.

Ibidem. Quæ est materia? Resp. Altera liber Epistolarum, altera calix cum patena.

Quando imprimitur character? Resp. In traditione calicis.

Quæ est forma? Respond. verba prolata ab Episcopo, ut dicetur.

Subdiaconi quæ onera, vel obligationes subeunt? Resp. duo, onus dicendi officium, & votum castitatis.

De ritibus in collatione huius Ordinis.

Ex Cat. num. 19. & ex Pont. QVi ritus servantur in collatione huius Ordinis? Resp. Multi, & maximè notandi.

Primò examinantur quoad scientiam, & requisita, cum magna diligentia.

Secundò datur illis titulus, vel patrimonij, vel beneficij, vel paupertatis, vt religionis, quod sufficiat ad illorum sustentationem: quod ideo fit vt habentes vnde vivant, possint sine cura & sollicitudine circa victum, semper Deo vacare, cui in hoc Ordine mancipantur.

Tertiò parantur cum alba, quæ significat puritatem vitæ: & cum cingulo, qui significat repressionem carnis: & cum amicta, qui significat fortitudinem ad divina officia exequenda, cui mancipantur. Hanc amictum non ponunt super caput.

§. 3. 4. 5. sup. Quartò Episcopus admonet ordinandos, ut attentè cogitent omnes, quod per hunc Ordinem appetunt, nempe quod se ponunt in statu in quo tenentur servare castitatem, & quod se reddunt inhabiles ad Matrimonium contrahendum. Secundò quod obligant se ad perpetuò Deo serviendum, & præcipuè ad Canonicas horas recitandas. Tertiò quod se exponunt, vt in Ecclesiæ ministerio sem-

per sint mancipati. Et ideò Episcopus dat tempus cogitandi, si cum talibus oneribus Ordinem suscipere volunt.

Quintò post hoc prosternunt se ordinandi maioribus ordinibus, & tanquam mortui decumbunt, vt ostendatur quod moriuntur mundo, vt Deo resurgant, & vivant.

Sextò dum decumbunt, fiunt preces à Clero, & Episcopo super illos, & dicuntur Litaniæ, vt eligantur isti ministri à Deo per Sanctorum intercessionem.

Septimò surgunt, & tunc Episcopus longa oratione admonet illos de officio ipsorum rectè peragendo.

Octavò Episcopus dat calicem cum patena, & Archidiaconus dat (vt intelligatur Subdiaconum Diaconi officio subservire) vrceolos aqua, & vino plenos, vnà cum lebete, & linteolo, quo manus abstergantur: Et Episcopus dicit, *Videte cujusmodi ministerium vobis traditur; ideo vos admoneo vt ita vos exhibeatis, vt Deo placere possitis.*

Non adduntur aliæ preces, & Episcopus petit illis dona Spiritus sancti.

Nonò Episcopus amictum imponit super caput, dicens significare castigationem vocis.

Decimò dat Manipulum, dicens significare fructum bonorum operum.

Vndecimò imponit Tunicellam, dicens significare tunicam justitiæ.

Demùm tradit librum Epistolarum, dicens: *Accipe librum Epistolarum, & habe potestatem legendi eas in Ecclesia sancta Dei, tam pro vivis, quàm pro defunctis.*

De Ordine Diaconatus.

Num. 2. & ex Pot. QVid significat hoc nomen, Diaconus? Resp. Idem quod minister; est enim minister sacerdotis.

Diaconus est dignior Subdiacono? Resp. Cat. ait quod eius ministerium latiùs patet, sanctiùsque semper habitum est quàm sit Subdiaconi: Subdiaconus enim Diacono servit.

Quod est officium Diaconi? Resp. Multiplex: Primò in Episcopum: Secundò in Sacerdotem: Tertiò in sacrificium Missæ: Quartò in bona Ecclesiastica: Quintò in populum, in Catechumenos, & ordinandos.

Qua ratione se habet hoc illius munus? Resp. Ex Catechismo, vt infrà,

Primò ad eum pertinet Episcopum perpetuò sequi, concionantem custodire, eique & sacerdoti sacra facienti, vel alia Sacramenta administranti, præsto esse, & in Missæ sacrificio Evangelium legere.

Secundò olim fidelium animos sæpiùs excitabat, ut sacra attenderent.

Tertiò sanguinem ministrabat, ubi erat consuetudo communicandi sub vtraque specie.

Quartò Diacono Ecclesiasticorum bonorum dispensatio commissa erat, vt vnicuique ad victum necessaria subministraret.

Quintò ad Diaconum pertinet, tanquam Episcopi oculum, pervestigare quinam in vrbe piè & religiosè, quique secus vitam traducant, qui ad sacrificium, & concionem statis temporibus conveniant, qui rursus non conveniant, & de his certiorem facere Episcopum, ut statuat quid sit faciendum.

Sextò Catechumenorum nomina recitare debet, & eos qui Ordinis sacramento initiandi sunt, ante Episcopum statuere.

Septimò licet ei, si absit Episcopus, & sacerdos, Evangelium explanare; non tamen è superiori loco, ut intelligatur hoc ejus proprium munus non esse.

Hæc omnia, ait Catechismus, ad Diaconi officium pertinent, præcipuè autem quæ primo, & vltimo loco notata sunt, ad illum pertinere dicuntur.

Quænam est materia hujus Ordinis? Resp. Liber Evangeliorum.

Quæ forma? Resp. ista verba, *Accipe potestatem legendi Evangelium in Ecclesia Dei, tam pro vivis, quàm pro defunctis, in nomine Domini.*

Quæ sunt onera Diaconi? Resp. Eadem, quæ subdiaconi, semper servandi castitatem, & recitandi officium.

De ritibus in collatione hujus Ordinis.

QVi ritus servantur in collatione hujus Ordinis? Resp. Sequentes. *Num. 11.*

Primò sacræ literæ docent in Diacono requiri præcipuas virtutes, vt scribit D. Paulus ad Timotheum. *Ex pont.*

Secundò Diaconus se induit, prosternit, &c. vt de Sub- *Num. 21.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

diacono dictum est.

Tertiò Episcopus pluribus, & sanctioribus precibus ad Diaconi quàm ad subdiaconi ordinationem vtitur, & peculiares ad illum facit monitiones.

Ex Pont. Quartò vestes illi particulares dantur, Stola, & Dalmatica.

Num. 11. Quintò Episcopus super eum manus imponit, quod factum est ab Apostolis, cum primos Diaconos instituerunt.

De Sacerdotio.

QVid tractandum est de sacerdotio? Resp. Primò de nomine. Secundò de duplici sacerdotio, interno, & externo. Tertiò de necessitate sacerdotii externi. Quartò de officiis seu functionibus ipsius. Quintò de consecratione ejusdem. Sextò de dignitate sacerdotis. Septimò de gradibus quos habet ordo sacerdotalis: & ista omnia à Catechismo pertractantur.

Num. 12. Quæ sunt nomina sacerdotis? Resp. primò dicitur Presbyter, quod Græce est senior, non tantum ratione ætatis, sed ob morum gravitatem, prudentiam, & doctrinam. Secundò dicitur sacerdos, ob triplicem causam, nempe quia Deo sacratus est, & quia sacra dat, id est sacramenta administrat; & quia tractat res sacras, & divinas.

Num. 13. & 14. Quotuplex est sacerdotium? Resp. duplex, vnum internum, quod potest dici privatum, & tale sacerdotium, ait Catech. habent omnes fideles, qui baptizati sunt, præcipuè justi, qui viva membra sunt Christi summi sacerdotis: fideles enim & justi dicuntur sacerdotes, quia in altari mentis suæ spirituales Deo hostias immolant, quales hostiæ sunt omnes bonæ, & honestæ actiones, quæ ad Dei gloriam referuntur, & de hoc sacerdotio sæpius Scripturæ loquuntur, ut est apud Catechis. & alios.

Num 14. Sess. 23. c. 1. Aliud est externum, & publicum: & hoc solùm est sacramentum; internum enim Sacramentum non est.

Estne necessarium dari sacerdotium externum? Resp. Concilium Trident. ait esse, quia cùm in lege nova detur sacrificium externum & visibile, necesse etiam est dari tale sacerdotium.

Num. 15. Quæ sunt functiones, & quod officium sacerdotis? Respond. Primò conficere, offerre, & administrare sacram

Eucharistiam. Secundò esse in diarotem & interuncium inter Deum, & homines. Tertiò docere populum legem Dei. Quartò ministrare illi sacramenta.

Num. 39. Quomodo fit Consecratio sacerdotis? Resp. Tali modo.

Primò per examen requiritur scientia, & probitas morum, juxta dignitatem gradus.

Secundò ordinandus vestitus alba, amicto, & cingulo, se prosternit, &c. vt de Subdiacono dictum est.

Ex Pont. Tertiò Episcopus, cùm sacerdotum valt consecrare, ipse cum omnibus sacerdotibus qui adsunt, manus imponit.

Num. 25. Quartò stolam humeris aptans, eam ante pectus in crucis formam componit, ad significandum indui virtute ex alto, quo possit crucem Christi Domini, & jugum suave divinæ legis perferre, eamque non verbis solùm, sed vitæ sanctissimæ, & sanctissimæ actæ exemplis tradere.

Ibidem. Quintò manus sacro oleo ungit.

Ibidem. Sextò tradit materiam Ordinis, idest Calicem cum vino, & Patenam cum Hostia.

Ibidem. Septimò eodem tempore profert verba formæ quæ sunt; *Accipe potestatem offerendi sacrificium Deo, Missasque celebrandi, tam pro vivis, quàm pro defunctis.* Quibus verbis ait Cat. Interpres ac mediator Dei, & hominum instituitur, quæ præcipua Sacerdotis functio est existimanda.

Ibidem. Octavò iterum manibus eius capiti impositis, Episcopus ait, *accipe Spiritum sanctum: Quorum remiseris peccata remittuntur eis, & quorum retinueris retenta sunt.*

Ibidem. Quibus verbis ecclesiam illam, quam Dominus Discipulis suis dedit peccata retinendi, ac remittendi potestatem tribuit.

De dignitate, potestate, & gradibus sacerdotum.

Num. 34. QVæ potestas detur sacerdoti ejus consecratione? Resp. Data plena, & perfecta potestas, ait Cat. in ordine ad sacram Eucharistiam, ita vt simplex sacerdos habeat omnem potestatem conficiendi corpus Christi, & illud Deo patri offerendi. Datur etiam illi gratia, qua dignè possit talem sibi traditam exercere potestatem.

Num. 1. Quanta est dignitas sacerdotis? Resp. ait Catechismus,

maximus est illius nobilitas & excellentia, ita vt non solùm Angeli sed etiam Dij appellentur, quòd Dei immortalis vim, & numen apud seipsos teneant. Potissimùm autem sacerdotes nouæ legis cæteris omnibus honore antecellant, quia functio & potestas illorum talis ac tanta est, vt humanam quoque rationem, atque intelligentiam superent, nedum ei aliquid par, & simile in terris inueniri queat.

Num. 11. Quot sunt gradus in Ordine sacerdotali? Resp. Cat. ait: Quia tamen vnus est ordo sacerdotalis, varios tamen dignitatis, & potestatis gradus habet.

Ibidem. Primus est eorum, qui sacerdotes simpliciter vocantur, quorum functiones tam declaratæ sunt.

Ibidem. Secundus est Episcoporum, qui singulis Episcopatibus præpositi sunt, vt non solùm cæteros Ecclesiæ ministros, sed fideles populum regant, & eorum saluti summa cum vigilantia, & cura prospiciant. De his Episcopis ait C.T. eos esse presbyteris superiores, & habere potestatem faciendi, quæ illi facere non possunt, nempe conferendi sacramentum Confirmationis, & Ordinis. D. etiam Thait, ad illos tantùm pertinere, Virgines benedicere, basilicas dedicare, Clericos deponere, Synodos celebrare, Chrisma conficere, Vestes benedicere sacerdotales, Vasa consecrare, adeò sunt presbyteris superiores.

Ibidem. Tertius gradus est Archiepiscoporum, qui plurib⁹ Episcopis præsunt, qui Metropolitani etiam vocantur, quòd illarum vrbium Antistites sunt, quæ tanquam matres habentur illius Prouinciæ: quare superiorem quàm Episcopi, locum, & ampliorem potestatem habent, tamen ab Episcopis ordinatione nil differunt.

Num. 27. Quartus gradus est Patriarchatum, sic dicti quia sunt primi supremique Patres, qui olim in tota Ecclesia præsidebant summum Romanum Pontificem, quatuor tantùm erant, non tamen dignitate pares: Primum locum obtinebat Constantinopolitanus: Secundum Alexandrinus: Tertium Antiochenus: Quartum Hierosolymitanus.

Num. 28. Præter hos omnes [ait Catechismus] Catholica Ecclesia Romanum Pontificem Maximum, quem in Ephesina Synodo Cyrillus Alexandrinus Archiepiscoporum totius Orbis terrarum Patrem, & Patriarcham appellat, semper venerata est; & reddens rationem ait: Cùm enim in Petri Apostolorum principis cathedra sedeat, in qua vsque ad finem sedisse constat, summum in eo dignitatis gradum, & iurisdictionis amplitudinem, non quidem vllis Synodicis aut aliis humanis constitutionibus, sed diuinitus datam agnoscit, & concludendo ait: Quamobrem fidelium & Episcoporum, cæterorumque Antistitum, quocumque illi munere, & potestate præditi sint, pater, ac moderator vniuersalis Ecclesiæ, vt Petri successor, Christique Domini veros & legitimus Vicarius in terris præsidet. Et ideò summus, & maximus omnium sacerdotum hic gradus est.

De vsu, & susceptione sacramenti Ordinis.

Cap. III.

EXpedite tractari de vsu Sacramenti Ordinis? Resp. Conc. Trid. præcipit, vt fiat. *Sess. 24. c. 7. C. R. de sacr. in gen.*

Quid circa hunc vsum, vel susceptionem debemus considerare? Resp. quatuor causas, materiam, formam, efficientem, & finem hujus susceptionis.

Quænam sunt istæ causæ? Resp. materia sunt suscipientes: forma præparatio, & modus suscipiendi: efficiens est electio, vel promotio, quæ fit à superiori: finis est recta intentio percipientis.

De suscipientibus sacramentum Ordinis. Num. 2.

ALiquine debent excludi à susceptione hujus Sacramenti? Resp. debent. *Num. 33.*

Quinam sunt? Resp. Isti qui [quantum, quibus Ordines conferri non debent, sed si conferantur, potestatem, & characterem accipiunt. *Ibidem.*

Primò pueris, furiosis, & amentibus, quòd vsu rationis careant, hoc Sacramentum dandum non est. *Ibidem.*

Secundò non debet dari illis, qui non habent legitimam ætatem à Conc. Trid. definitam. *Ibidem.*

Tertiò, servi non sunt promouendi, quia dedecet supra populum constituere, & diuino cultui dedicare, qui servus aliorum est.

Quartò viri sanguinum, & homicidæ, quia irregulares sunt, nec debent admiti. *Ibidem.*

Quintò spurii, & qui ex legitimis nuptiis non sunt procreati, repelluntur, vt tales enim contemptui esse possunt. *Ibidem.*

Sextò qui insigni corpotis vitio deformes, aut manci sunt, excludunturr, quia illa fœditas tum dedecet, tum la-

crarum functionum administrationem impediet.

Qualis promotio ad Ordines requiratur. Num. 3.

Num. 3. QVinam recte promoventur ad Ordines? Resp. illi tantùm, qui à Deo vocati sunt.

Ibidem. Quare hoc? Resp. quia Deus ita dicit: *nemo sibi assumat honorem, sed qui vocatur à Deo, tanquam Aaron.*

Ibidem. Quomodo potest sciri, quod aliquis à Deo vocatus sit? Resp. ait Catech. sciitur quia ille dicitur vocatus à Deo, qui à legitimis Ecclesiæ ministris vocatus est: Secundò quia ad ordinem recto fine, & intentione accedit.

De triplici fine malo in promovendo. Num. 4.

Num. 4. QVis finis in promovendo potest esse malus? Resp.

Ibidem. Catech. ait, triplicem finem esse malum.

Primus est cùm quis accedit ad ordinem eo consilio, vt quæ ad victum, vestitumque necessaria sunt, patet; ita vt præter quæ ctum nihil aliud in sacerdotio quæri videatur.

Ibidem. Notavit licet, vt qui servit altari, de altari pariter vivat.

ibidem. Resp. ait Catech. licet, sed quæritur, & lucri causa ad altare accedere, maximum sacrilegium est.

Ibidem. Quis est secundus malus finis? Resp. Honorum cupiditas, & ambitio, *id est*, cum per sacerdotium quæritur honor.

Ibidem. Quis tertius malus finis? Resp. ait esse, si quis vi divitiis ad sacerdotes vellit, & signum affere esse, si quis nihil de ordine cogitet, nisi opulentum ei aliquod beneficium offeratur.

Ibidem. Illi errores sunt ne diligenter explicandi, & redarguendi? Resp. sunt, quia et ait Catech. hoc tempore gravius in hac re fideles peccare solent.

Num. 5. Si quis cum tali fine accedat ad Ordines, recipiens potest ne? Resp. recipiet, sed illam tamquam sur-lam sacrilegio sustipuisse dicendus est.

N. 3. & 4. Quid debet dici de ministris sic ordinatis, & à prava intentione non recedentibus? Resp. Catech. ait: Hoc genere hominum nihil infelicius, ac miserius; nihil Ecclesiæ Dei calamitosius esse potest.

Ibid. 4. Quare sunt miseri, & infelices? Resp. ait Catechismus, quia ipsi nihil amplius ex sacerdotio consequentur, quàm Judas ex apostolatus munere, quod illi sempiternum exitium attulit.

Quomodo nihil est Ecclesiæ Dei calamitosius? Resp. ait Catech quia horum turpitudo & improbitas sacerdotis ordini magnas tenebras offundit, itavt iam nihil ferè à fideli populo haberi possit contemptius, & abiectius: ex quo postea infinita mala sequuntur.

De recto fine, qui debet haberi à promovendo.

Num. 5.

Ibidem. QVis est rectus finis, quem debet habere promovendus? Resp. ait Catechismus: Illi per ostium in Ecclesiam introire meritò dicuntur, qui à Deo legitimè vocati Ecclesiasticis muneris ejus vnius rei causa suscipiunt,

Ibidem. vt Dei honori inserviant, & subdit hoc etiam intelligi communi quadam, sed speciali ratione, nempe vt alicui certo Ecclesiæ ministerio addicti, in sanctitate, & justitia illi serviant.

De requisitis in promovendo, seu de præparatione.

Num. 6.

N. 3. & 4. QVænam præparatio requiritur in promovendo, ad hoc vt rectè Ordinem suscipiat? Respond. Primò debet esse vocatus à Deo, *id est*, electus à legitimo Ecclesiæ ministro, hoc in Domino expedite judicante.

Num. 33. C. T. sess. 23. C. R. n. 4. Secundò debet carere vitiis, & impedimentis, quæ ordinum susceptionem impediunt.

Tertiò debet habere ætatem, & alia requisita à Conciliis, & sacris canonibus.

Num. 31. Quartò debet habere intentionem rectam, vt dignum est. Catech. hoc esse præcipuum judicat.

Ibidem. Num. 32. Sess. 23. c. 4. Quintò debet ordinandus diligenter studere, vt ante susceptionem sacri ordinis, luxes consuetudinem Ecclesiæ diligenter conscientiam suam purget.

Sextò integritas vitæ, & morum ordinandi debet magnopere commendari.

Septimò debet habere requisitam scientiam.

De scientia quæ requiritur in ordinandis.

Num. 7.

QVænam scientia requiritur in ordinandis? Resp. requiritur ex Conc. Trid. ea quæ dicetur.

Initiandi ad primam tonsuram debent esse edocti rudimenta fidei, *id est*, doctrinam Christianam scire legere, & scribere. Ita statuit Conc. Trid.

Sess.24.c.1. Promovendi ad minores Ordines saltem Latinam lin-
ibid.c.13. guam, ait Conc. intelligere debent.

Recepturi ordinem Subdiaconatus, vel Diaconatus, ait Conc. debent esse instructi literis, & iis, quæ ad Ordinem exercendum pertinent.

Num.32. Quod scientiam in sacerdote requisitam, Catech. air: In sacerdote non solùm ea cognitio requirenda est, quæ ad sacramentorum vsum, & tractationem pertinet; sed etiam sacrarum literarum scientia ita instructum esse oportet, vt populo christianæ fidei mysteria, & diuinæ legis præcepta tradere, ad virtutem, & pietatem excitare, à vitijs reuocare fideles possit. Et post pauca ait: Quamvis æquè ab omnibus sacerdotibus summa reconditarum rerum scientia non exigatur, sed quæ ad suscepti officij, & ministerij functionem vnicuique satis esse possit.

Cur ordinationes habeantur tempore jejunii.
Num. 8.

Num.30. QVare tantummodò in quatuor Temporibus ordinationes ex vetustissimo Ecclesiæ more haberi soleant? Resp. ait Catech. factum esse vt populus fidelis ieiuniis, necnon piis, & sanctis precationibus à Deo impetret ministros, qui ad tanti ministerij potestatem tradit, & cum Ecclesiæ vtilitate gerendam aptiores esse videantur.

De sufficientia eorum quæ dicta sunt.
Num. 9.

POssentne alia tractari de sacramento Ordinis, præter ea quæ dicta sunt? Resp. possent; sed ista esse potiora capita, & sufficere ad hoc, vt Pastores habeant argumenta docendi populum fidelem, & in Christiana pietate erudiendi, quatenus pertinet ad hoc sacramentum.

DOCTRINA
SACRI CONCILII
Trid. & Catech. Rom.

De Sacramento Matrimonii.

De necessitate, & vtilitate huius Doctrinæ.

PAROCHI debent hortari fideles ad Matrimonia contrahenda? Resp. Ait Catech. deberent optare, vt fideles perfectam vitam sequerentur, quæ est in cœlibatu; sed quia non omnes hanc perfectionem obtinere possunt, debent tradere doctrinam de sacramento Matrimonii. Num. 1.

Hæc doctrina est vtilis, & necessaria? Resp. est. ibidem.

Quibus? Respond. Primò, Parochis, & Confessariis, qui debent vel ministrare hoc sacramentum, vel iudicare de his, quæ difficillima contingunt circa ipsum. Secundò fidelibus, qui ad hoc sacramentum accedere debent, præcipuè cùm vsus illius sit quotidianus, & frequens. ibidem.

Hæc doctrina quam vtilitatem potest afferre fidelibus? Resp. ait Catech. magna, & multa commoda ad Christianam societatem pervenient, si fideles matrimonii sanctitatem cognitam haberent, & inviolatam seruarent: contra verò ea ignorata, vel neglecta, plurimas, maximasque calamitates, & detrimenta in Ecclesiam importari.

Quando debet tradi? Resp. ait Conc. quando hoc sacramentum debet administrari. Sess.24.c.7.

Divisio Tractationis.

IN quot capita potest dividi ista tractatio? Resp. Catech. dividit in capita sequentia.

Primum, de natura matrimonii.

Sess.24.c.1. Promovendi ad minores Ordines saltem Latinam lin-
ibid.c.13. guam, ait Conc. intelligere debent.

Recepturi ordinem Subdiaconatus, vel Diaconatus, ait Conc. debent esse instructi literis, & iis, quæ ad Ordinem exercendum pertinent.

Num.32. Quod scientiam in sacerdote requisitam, Catech. air: In sacerdote non solùm ea cognitio requirenda est, quæ ad sacramentorum vsum, & tractationem pertinet; sed etiam sacrarum literarum scientia ita instructum esse oportet, vt populo christianæ fidei mysteria, & diuinæ legis præcepta tradere, ad virtutem, & pietatem excitare, à vitijs reuocare fideles possit. Et post pauca ait: Quamvis æquè ab omnibus sacerdotibus summa reconditarum rerum scientia non exigatur, sed quæ ad suscepti officij, & ministerij functionem vnicuique satis esse possit.

Cur ordinationes habeantur tempore jejunii.
Num. 8.

Num.30. QVare tantummodò in quatuor Temporibus ordinationes ex vetustissimo Ecclesiæ more haberi soleant? Resp. ait Catech. factum esse vt populus fidelis ieiuniis, necnon piis, & sanctis precationibus à Deo impetret ministros, qui ad tanti ministerij potestatem tradit, & cum Ecclesiæ vtilitate gerendam aptiores esse videantur.

De sufficientia eorum quæ dicta sunt.
Num. 9.

POssentne alia tractari de sacramento Ordinis, præter ea quæ dicta sunt? Resp. possent; sed ista esse potiora capita, & sufficere ad hoc, vt Pastores habeant argumenta docendi populum fidelem, & in Christiana pietate erudiendi, quatenus pertinet ad hoc sacramentum.

DOCTRINA
SACRI CONCILII
Trid. & Catech. Rom.

De Sacramento Matrimonii.

De necessitate, & vtilitate huius Doctrinæ.

PAROCHI debent hortari fideles ad Matrimonia contrahenda? Resp. Ait Catech. deberent optare, vt fideles perfectam vitam sequerentur, quæ est in cœlibatu; sed quia non omnes hanc perfectionem obtinere possunt, debent tradere doctrinam de sacramento Matrimonii. Num. 1.

Hæc doctrina est vtilis, & necessaria? Resp. est. ibidem.

Quibus? Respond. Primò, Parochis, & Confessariis, qui debent vel ministrare hoc sacramentum, vel iudicare de his, quæ difficillima contingunt circa ipsum. Secundò fidelibus, qui ad hoc sacramentum accedere debent, præcipuè cùm vsus illius sit quotidianus, & frequens. ibidem.

Hæc doctrina quam vtilitatem potest afferre fidelibus? Resp. ait Catech. magna, & multa commoda ad Christianam societatem pervenient, si fideles matrimonii sanctitatem cognitam haberent, & inviolatam seruarent: contra verò ea ignorata, vel neglecta, plurimas, maximasque calamitates, & detrimenta in Ecclesiam importari.

Quando debet tradi? Resp. ait Conc. quando hoc sacramentum debet administrari. Sess.24.c.7.

Divisio Tractationis.

IN quot capita potest dividi ista tractatio? Resp. Catech. dividit in capita sequentia.

Primum, de natura matrimonii.

dus innotescat, quanta sit inter duas personas generationis distantia.

Ibidem. Quomodo possint cognosci gradus in linea recta ascendentium & descendentium? Resp. tali ratione. Primò sciendum est, quod fundamentum gradus sunt personæ, inter personas enim gradus isti constituuntur: secundò scire oportet, quod vna sola persona non facit gradum; gradus enim dicit distantiam: vna autem persona non distat à seipsa, ideò vt detur gradus, ad minus necesse est, quod sint duæ personæ: tertiò ad cognoscendos gradus ascendentium, & descendentium ita faciendum est: debent numerari personæ, quæ sunt in linea recta, & dempta vna, quot sunt personæ, tot sunt gradus: verbi gratia, quæritur filium Seium, & Seius Titium, & quæritur quo gradu distent inter se, dicitur quod Caius nullo gradu distat à seipso, in primo distat à Seio filio, & in secundo à Titio nepote: vnde inter dictas tres personas duo sunt gradus, quia in computatione gradum semper dimittitur vna persona, qua dempta quot sunt personæ, tot sunt gradus, & hæc est regula & certa, & facilis.

Quomodo possunt cognosci gradus in linea laterali? Resp. sic, primò oportet invenire stipitem, *id est*, personam illam, à qua primò illi, de quibus quæritur, descendunt, verbi gratia quæritur quo gradu frater distet à fratre, oportet invenire stipitem, scilicet patrem, qui est prima persona, à quo descendunt; avus verò non est prima persona, vt patet, sed supra hanc personam existit. Invento stipite, oportet videre ex vna parte, quoto gradu vna persona lateralis, nempe vnus frater vel alius, distet à communi stipite, & idem facere etiam de alia parte: & si ambæ personæ distant æquali gradu à stipite, tunc quoto gradu distant à stipite, toto distant inter se: si autem vna persona distet pluribus gradibus à stipite, quàm alia; tunc quoto gradu remotior distat à stipite, toto distant inter se.

Sit autem exemplum: quæritur, an Titius, & Berta sint consanguinei, & in quo gradu. Ad videndum ergo an sint consanguinei, oportet videre an vnus descendat ab alio, veluti quod Titius sit filius Bertæ: vel an ambo ab aliquo tertio descendant, veluti quod sint frater, & soror; si ergo

nec descendunt ab invicem, nec ab alio, non sunt consanguinei: si verò alterum dictorum detur, sunt consanguinei: verùm si vnus illorum descendit ab alio, sunt consanguinei in linea recta, & gradus distantiæ est quærendus ivxta regulam datam; si autem ambo descendunt ab aliquo tertio, erunt consanguinei in linea laterali, & gradus cognoscetur inspiciendo quoto gradu vterque eorum, *id est* Titius, & Berta, distent ab illo communi stipite à quo descendunt: & si vterque distet æquali gradu, quoto gradu distant à stipite, toto distant inter se: si verò vnus distet à stipite, veluti duobus gradibus, alter verò tribus, tunc distabunt inter se tribus gradibus, quia semper à remotiori persona distantia graduum est sumenda. Sit autem adhuc clarius exemplum. Caius ex vno latere genuit Franciscum, Franciscus genuit Antonium, Antonius Titium. Ex alio verò latere idem Caius genuit Lucam, & Lucia genuit Bertam. Quæritur an Titius sit consanguineus Bertæ, & dicitur quod sic, quia communicant in eodem sanguine propter Caium stipitem communem. Quæritur an sint consanguinei in linea recta: dicitur non, quia nec Berta descendit à Titio, nec ille ab illa. Quæritur an sint consanguinei in linea laterali: dicitur sic, quia vterque ab eodem stipite, nempe Caio, descendunt. Quæritur quoto gradu Titius distet à Caio? dicitur tribus; quatuor enim sunt personæ in linea recta, Caius, Franciscus, Antonius, Titius, ideò per regulam datam, dempta vna persona, nempe stipite, tres gradus, & tres personæ erunt. Quæritur quot gradibus Berta distet à stipite? dicitur duobus, per regulam dictam. Quæritur quot gradibus Berta distet à Titio in linea laterali? & dicitur tribus, quia licet Berta distet à stipite tantùm duobus gradibus; tamen quia Titius distat tribus, tot gradibus inter se distabunt: quia in linea laterali semper distantia graduum à remotiori persona computatur. Ex hac si quis rectè percipiat, facilèr cognoscet, an aliqui consanguinei & in quo gradu sint.

Vsque ad quem gradum impedit consanguinitas ne contrahatur Matrimonium? Resp. in linea recta impedit vsque in infinitum, vnde si Adam modò viveret, nullam mulierem posset ducere in vxorem. In linea verò laterali impedit tantùm vsque ad quartum gradum inclusivè. *Sil. ibid.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

De qualitate consensus, verborum, & obligationis. Num. 4.

Num. 3. 4. 5. 6. QValis debet esse consensus ille, qui est causa efficiens matrimonii? Resp. primò debet esse in obligationem maritalem: Secundò debet esse de præsenti: Tertiò debet esse expressus per verba de præsenti: Quartò debet esse mutuus, *id est*, ab vtroque contrahentium.

Num. 5. 6. Quæ verba exprimunt dictum consensum? Resp. primò talia verba quæ significent virum mulieri, & mulierem viro potestatem sui corporis tradere cum perpetua obligatione: quod significatur per hoc verbum, *accipere in vxorem, vel in maritum*. Secundò debet hoc exprimi de præsenti: exprimere enim de futuro, est facere sponsalia, non Matrimonium.

Num. 7. Nutus, vel signa, aut ob verecundiam taciturnitas sufficiunt ad exprimendum consensum? Resp. ait Cat. sufficere si aperte consensum indicent, & si parentes pro puella taciturnâ loquantur, dummodo appareat verè ex verecundia silentium oriri.

Num. 6. Qualis obligatio est forma Matrimonii? Resp. ait Cat. non est nuda promissio, sed talis obligatio, qua reipsa vir mulieri, & vicissim mulier viro corporis sui potestatem tradit; ideò debet habere has conditiones. Prima quod sit realis obligatio, & traditio corporum quantum ad potestatem. Secunda quod fiat reipsa, *id est*, de præsenti. Tertia quod sit mutua. Quarta quod sit sensibilis per verba, vel signa exprimentia consensum.

De Matrimonio, vt est officium naturæ. Cap. II.

Num. 9. QVid est considerare Matrimonium vt est officium naturæ? Resp. conjunctio maris, & fœminæ maritalis est secundùm naturam, ideò Matrimonium dicitur esse secundùm naturam: quia verò ad officium naturæ spectat conservare per propagationem genus humanum, quod fit per Matrimonium, ideò matrimonium dicitur institutum vt sit in officium naturæ, *id est* ad propagationem, quod pertinet ad naturam.

Ibidem. Quomodo definitur tale Matrimonium? Resp. sic. *Matrimonium*, vt est officium naturæ, *est naturalis, & maritalis conjunctio viri & mulieris*, &c. vt suprà.

Quid ampliùs habet hæc definitio, quæ fuit tradita in superiori capite? Resp. illam particulam, naturalis conjunctio. Cat. enim talem conjunctionem appellat naturalem. Ex n. 29.

Quænam est materia, forma, & finis huius Matrimonii? Resp. materia est vir, & mulier: forma est naturalis coniunctio, vt naturalis est: finis est prolis susceptio, & educatio.

Quodnam est efficiens Matrimonii huius? Resp. Deus fuit institutor Matrimonii, vt est à natura, sicut patet in Genesi, cap. 2. Natura etiam quadam ratione est auctrix; quia inclinat, & obligat ad talem coniunctionem: ipsi demùm contrahentes, per consensum expressum per verba ipsius Matrimonii, efficiens causa sunt. Num. 10.

Homines adstricti sunt lege naturæ ad contrahendum Matrimonium? Resp. non, sed liberum est. Num. 11.

Matrimonium vt est à natura, potestne dissolvi? Resp. non, quia est contra finem Matrimonii, *id est*, bonam prolis educationem. Talis enim dissolutio sine magno damno filiorum esse non potest. Num. 12.

Quibus de causis Matrimonium sit contrahendum, seu de fine Matrimonii. Num. 2.

EXpedit explicare quibus de causis Matrimonium à viro, & muliere contrahi debet? Resp. expedit. Num. 23.

Quæ sunt istæ causæ? Resp. Cat. affert has.

Prima, inquit, ratio est hæc, ipsa diversi sexus naturæ instincto expetita societas, mutui auxilii spe conciliata, vt alter alterius ope adiutus vitæ incommoda faciliùs ferat, & senectutis imbecillitatem sustentare queat. Ibidem.

Secunda est procreationis appetitus, *id est*, desiderium liberos suscipiendi: & hoc ait, non tam quidem fieri debere, vt bonorum, & divitiarum hæredes relinquantur, quàm vt veræ fidei, & religionis cultores educentur, vt Angelus etiam Tobiæ dixit, qui Matrimonium contrahunt, debere potiùs duci amore filiorum, quàm libidinis, & concupiscentiæ. Ibidem.

Tertia est ad vitandam fornicationem, ad quam post peccatum Adæ homo proclivis est. Num. 13.

Quartò ait Catechismus: Quod si ad eas causas aliæ Ibidem.

etiam accedant, quibus homines inducti Matrimonium ineant, atque in habendo vxores delectu vnam alteri præponant, vt hæredis relinquendi desiderium, diuitiæ, forma, generis splendor, morum similitudo, huiusmodi, inquit, sanè rationes demendæ non sunt, cùm Matrimonii sanctitati non repugnent.

Ex quibus colligitur, aliquem posse moueri ad contrahendum Matrimonium cum bona intentione. Primò si ex instinctu naturæ hoc faciat, *id est*, vt in tota vita sua habeat commodum mutuæ societatis: Secundò, vt prolem suscipiat: Tertiò vt viter fornicationem.

Quartò, & hæc est minus bona, vt diuitias, vel amicitias, vel alia bona obtineat.

Num. 15. Ex his etiam deducitur, finem Matrimonii talem esse. Primò prolis propagatio: Secundò prolis susceptæ bona, & religiosa educatio: Tertiò vitatio fornicationis: Quartò consequutio commodorum, & bonorum, quæ ex mutua societate, & communione procedunt.

De Matrimonio, vt est Sacramentum.
Cap. III.

Num. 10. MAtrimonium vt est Sacramentum, quando inceperit? Resp. in lege nouæ.

Matrimonium ante hanc legem erat? Resp. erat vt est officium naturæ tantùm.

Sess. 24. c. 2. Num. 19. Post legem nouam fuitne sublatum Matrimonium, quod est à natura? Resp. non, sed adhuc manet.

Apud quos est? Resp. apud infideles reperitur Matrimonium solummodò vt est à natura: apud fideles verò reperitur tum vt est à natura, tum vt Sacramentum, gratia enim non destruit, sed perficit ipsam naturam.

N. 11. &c. Quæ debent considerari de Matrimonio vt est Sacramentum? Respond. primò quomodo sit Sacramentum: secundò quæ sit propria ratio illius, *id est*, quæ sint eiusdem causæ: tertiò considerare malorum dignitatem, quam habet super alia Matrimonia: quartò de indissolubilitate; & de duorum tantùm coniunctione dicendum est.

Quod matrimonium sit sacramentum.
Num. 1.

Sess. 24. c. 1. VNde habetur quod Matrimonium sit Sacramentum? Resp. Concilium, & Catechismus dicunt haberi ex

scriptura, ex traditione, ex sanctis Patribus, ex Conciliis: denùm, ex hoc quod Catholica Ecclesia semper ita docuit, & tenuit. *Ibidem.*

Ex quo loco scripturæ hoc habetur? Resp. ex S. Paulo ad Ephes. 5. vbi loquens de dilectione coniugum, ait: *Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & in Ecclesia.* Et hunc locum scripturæ ita Patres interpretantur, & Tridentina Synodus ita ait intelligendum esse. *& C. R. num. 16.*

Matrimonium confertne gratiam? Resp. confert. & C. T. de fide determinatum. *Sess. 24. c. 1.*

In Matrimonio quid est, sacramentum tantùm, res tantùm, res & sacramentum? Resp. sacramentum tantùm, est illa sensibilis obligatio: res tantùm, est gratia: res & sacramentum, possunt dici tria bona Matrimonii, fides, proles, sacramentum.

Quæ significantur à Matrimonio? Resp. Matrimonium est signum rememorativum vnionis Christi cum Ecclesia, necnon illius passionis, demonstrativum gratiæ, prognosticum vnionis beatæ cum Deo. *Ex Sess. 24. cap. 1.*

De causis, & definitione Matrimonii vt est sacramentum. Num. 3.

QVomodo definitur Matrimonium vt est sacramentum? Respond. sic, *est viri, & mulieris maritalis Sacramentali coniunctio inter legitimas personas individuam vitæ, &c.* *Ibidem.*

Habet eandem materiam cum Matrimonio à natura instituto? Resp. habet, nempe virum, & mulierem, licèt ab Ecclesia aliqua impedimenta circa hanc materiam fortè introducta, quæ illam inhabilitant, vt suo loco dicetur, ideo dicitur, *inter legitimas personas.* *C. T. ibid.*

Habet eandem causam efficientem? Respond. Deus fuit author Matrimonii, vt est officium naturæ: Christus autem est author illius, vt est Sacramentum. Quod attinet verò ad ministrum, ipsi contrahentes sunt ministri, licet modò necessaria sit præsentia parochi, vt infrà dicetur. *Ex C. T. Sess. 24. c. 1.*

Quare contrahentes sunt ministri? Respond. ille dicitur ministrare Sacramenti, qui profacit formam illius, & applicat eam materiæ: sed contrahentes hoc faciunt; forma enim matrimonii est sensibilis obligatio; parochus *Ex n. 2. 3.*

autem non potest obligare alios: ipsi verò contrahentes possunt facere obligationem suorum corporum per expressionem consensus; ideo ipsi ministri sunt formæ, & Sacramenti.

Num. 13. In utroque Matrimonio est idem finis, effectus, seu medium, & forma? Resp. in matrimonio, quod est Sacramentum, ista sunt multò digniora, & ampliora: ait enim Catech. habere naturam multò præstantiorem, & ad alitiorem finem referri.

Ibidem. Quisnam est proprius finis Matrimonii, vt est Sacramentum? Resp. ait Catech. Matrimonium vt est naturalis coniunctio ad propagandum humanum genus, ab initio institutum est: vt verò est Sacramentum, superaddito fini superaddit rationem finalem hanc, vt populus ad veri Dei, & Salvatoris nostri cultum, & religionem procreetur, atque educetur, necnon vt significet maximam Christi vnionem cum Ecclesia.

Sess. 24. c. 1. Quis est proprius effectus Matrimonii vt est Sacramentum? Resp. effectus, quem facit Matrimonium vt est à natura, est amor naturalis, ait Concilium: vt verò est Sacramentum, habet effectum, & gratiam, quæ, ait Conc. naturalem illum amorem perficit, & indissolubilem vnitatem confirmat, conjugesque sanctificat, & hoc Christus promeruit in sua passione: Vnde patet, quod effectus Matrimonii est gratia, quatenus tria facit. Primò amorem conjugum perficit. Secundò vnionem, & conjunctionem, seu obligationem confirmat. Tertiò conjuges sanctificat. Vnde sequitur ipsos habiles reddi ad virtutes procreandos, & ad religiosè educandos liberos ex Matrimonio susceptos.

Sess. 24. c. 1. Quænam est natura, & vis Matrimonii vt est Sacramentum? Resp. Est vis producendi gratiam ratione jam dicta, & per illam dignissimum finem Matrimonii consequendi.

Ex sess. 24. ca. 1. & C. R. n. 15. &c. Quare Christus voluit instituere hoc Sacramentum cum tali virtute? Resp. duplici potissimùm de causa. Prima est, ait Catech. vt hic rectè declararet arctissimam vnionem, & amorem sui cum Ecclesia, necnon suæ immensæ erga nos charitatis. Altera est, quia cum vellet sanctificare populum Christianum, & Deo illum reddere gratum, rectissimè factum est, vt non solùm homines jam nati sanctificarentur, sed etiam, vt genitores, & illorum vnio, procreatio, & filiorum educatio sanctificaretur; sic enim ex radice, ex arbore sanctificativa, necnon ex sancta productione, filii tanquam fructus provenient: vnde erunt magis sancti, & Deo plus grati.

Comparatio Sacramenti Matrimonii cum Matrimonio naturali. Num. 4.

MAtrimonium vt est Sacramentum, estne dignius, quàm sunt alia Matrimonia? Resp. Ita est. *Num. 13.*

Qua ratione? Resp. Cat. ponit quatuor gradus inter Matrimonia. Primus & infimus gradus est in lege naturæ post peccatum: inter gentes enim erat Matrimonium, vnde stupra & adulteria vindicabant: & in matrimonio gentes aliquid divinum ineſſe arbitrabantur; sed tamen minimum sanctitatis habebant. Secundus gradus erat Iudæorum, qui sanctiori quadam ratione matrimonia contrahebant, nempe ea intentione, vt filios procreando, electam populi sobolem ex qua Christus nasciturus erat, propagarent. Sed duæ imperfectiones in Matrimonio Iudæorum erant: vna quia secundum legem Moysis, licebat aliqua de causa dato libelli repudio, cum vxore divortium facere: altera quod ex Dei indulgentia licebat plures vxores habere. Tertius gradus est, legis naturalis ante peccatum; tunc enim, & vnam tantùm ducere licebat vxorem, & illam nunquam dimittere permissum erat. Quartus gradus est legis Evangelicæ, & hic est perfectissimus: primò quia habet omnes perfectiones conjugii naturalis: secundò, quia superaddit perfectiones supernaturales, sicuti modò dictum est. *Num. 18. & 19.*

Quod inter duos tantùm Matrimonium esse possit. Num. 5.

VNus vir potestne ducere plures vxores, vel vna mulier plures maritos? Resp. Concilium Trid. determinat de fide non licere nisi inter duos, & nullum Christianum posse habere vxores plures: & hoc, ait, divina lege prohibitum est. *Sess. 24. c. 2.*

Vnde habetur hoc esse prohibitum? Resp. Conc. ait habetur ex Gen. cap. 2. vbi dicitur, *& erunt duo in carne vna*; duo enim tantùm dicit: dicit etiam in singulari, *ad-* *Sess. 24. c. 1. C. R. n. 19. & 20.*

hærebit vxori suæ: similiter ex Evangelio, vbi Christus ait: *itaque iam non sunt duo, sed vna caro:* dicit enim duo, & vnionem inter duos significat; & alibi etiam docetur, vt à Catechismo est explicatum.

Num. 19. Quid si infidelis iuxta morem gentis suæ haberet plures vxores, & ad fidem Christianam converteretur, quid esset faciendum? Resp. ait Catechismus, iubet cum Ecclesia cæteras omnes relinquere, ac priorem tantùm justæ, & legitimæ vxoris loco habere.

De indissolubilitate Matrimonii, ejusque vtilitate.

Num. 6.

Ses. 24. c. 5. 6. 7. 8. POtestne fieri separatio inter virum, & vxorem? Resp. triplex est separatio, vna quoad thorum, *id est* lectum; alia quoad habitationem, *id est* domum; tertia quoad divortium, seu realem dissolutionem vinculi matrimonii: prima, & secunda potest esse; tertia verò in lege Evangelica nulla ratione, nisi in Matrimonio rato, & non consummato: quod per confessionem in religione approbata dissolvi potest.

Coniuges propria authoritate possuntne facere separationem quoad thorum? Resp. possunt, si fiat vnanimi consensu, & præcipuè ad tempus, vt vacent orationi, modò non adsit periculum incontinentiæ?

Possunt separe seipsos quoad domum, & habitationem? Resp. non possunt propria authoritate.

Confessor potestne præcipere separationem quoad thorum, & habitationem? Resp. potest, si adsit aliquod impedimentum dirimens, per quod cohabitare sine peccato non possint.

Ses. 24. c. 8. Ecclesia potestne separare quoad thorum, & habitationem? Resp. Conc. Trid. ait posse ob multas causas, & decreminat hæreticum dicere quod errat hoc faciendo.

Ibidem. c. 5. & 7. Ses. 24. c. 2. C. R. n. 19. 20. &c. Ecclesia potestne ob aliquam causam, veluti propter hæresim, aut adulterium, aut molestam cohabitationem, aut affectatam absentiam à coniuge, dissolvere vinculum matrimonii? Resp. non potest, & est de fide.

Est certum quod Matrimonium ratum, & non consummatum potest dissolvi per solemnem religionis professionem? Resp. est de fide.

Vnde habetur, quod vinculum Matrimonii omninò in-

dissolubile sit? Resp. ex Evangelio: Christus enim dixit, *Quod Deus coniunxit, homo non separet.* Ex Mat. 19. *Omnis qui dimittit vxorem suam, & alteram ducit, mœchatur:* & S. Paul. 1. Cor. 7. *Mulier alligata est legi quanto tempore vir eius vivit.* Et rursus: *His qui matrimonio iuncti sunt, præcipio non ego, sed Dominus, vxorem à viro non discedere: quod si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari.*

Num. 21. Expeditne ob bonum publicum, quod Matrimonium omninò indissolubile sit? Resp. ait Catech. expedit primò, quia sic homines in conjungendis Matrimoniis virtutum potiùs, & morum similitudinem, quàm divitias & pulchritudinem spectandam intelligunt; qua quidem re communi societati maximè consulitur, vt perpetua esse possit: secundò si Matrimonium posset dissolvi, diabolus infinitas occasiones offerret, per quas divortium expeteretur; & sic maximè amor conjugum minueretur, cùm cogitarent vnionem dissolubilem esse: cum verò sciunt esse indissolubilem, fiunt tardiores ad iracundiam, & ad dissidia, & si quandoque quoad habitationem separantur, per amicos reconciliati ad conjunctum ejus redeunt: tertiò filiis, qui nati essent ex Matrimonio, maximum damnum sequeretur ex separatione parentum: quartò tale divortium sine offensione famæ vtriusque conjugum fieri non potest: justum ergo & vtile est ita esse.

Num. 22. Licetne viro cohabitare, vel reconciliari cum vxore adultera? Resp. vel adultera est pœnitens, vel impœnitens: si impœnitens, non licet viro cohabitare, vel reconciliari cum illa, quia sic videretur consentire peccato illius: si verò sit pœnitens, sicut Christus, & Ecclesia recipiunt illam, ita ait D. Aug. vir potest, & debet cohabitare cum illa.

De triplici bono Matrimonii. Cap. IV.

Num. 23. QVot sunt bona matrimonii? Resp. tria, proles, fides, sacramentum.

Ibidem. Quod bonum est proles? Resp. ipsi filii, qui ex justa & legitima vxore suscipiuntur: ad quod bonum duo reducuntur, vnum est legitima procreatio, aliud religiosa, & virtuosa educatio, de qua educatione in scriptura multa exempla reperiuntur.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Num. 24. Quod bonum dicit fides ? Resp. illam fidelitatem, qua conjuges fidem matrialem servare, & sanctum conjugii fœdus nunquam violare tenentur. Dicit quoque hoc fides, singulatem quendam, purum, & sanctum amorem, quo vir, & vxor se diligere debent : sicut enim Christus dilexit Ecclesiam ob illius vtilitatem, non suam : ita conjuges se invicem debent diligere, non tanquam adulteri, sed tanquam conjuges, & quia non duo, sed vna sunt caro.

Num. 25. Quod bonum est sacramentum ? Respond. est illud vinculum Matrimonii, quod nunquam dissolvi potest. Hoc enim vinculum, & bonum est, & multa bona secum affert.

De mutuo amore, & officiis inter virum, & vxorem. Cap. V.

Num. 24. COnjuges debent se invicem diligere ? Resp. debent, & maximo amore.

Quis debet magis diligi, vxor an pater ? Resp. magis reverenter pater, magis intensè vxor diligi debet.

2. 2. q. 26. art. 11. Quotuplex amor datur inter conjuges ? Resp. triplex. Primus est naturalis, & hic oritur ex instinctu naturæ incli-

Num. 24. nante virum, & mulierem ad mutuam, & maritalem societatem. Secundus est humanus, & hic provenit vel ex divitiis, aut pulchritudine, aut nobilitate, & similibus. Tertius est Christianus, & hic amor non provenit ex alia re, quam ex hoc, quod conjuges sunt, & quod Christus præcipit illis, vt summè diligant se.

Quomodo conjuges debent se diligere ? Resp. primò quia conjuges sunt : secundò quia Christus ita præcipit, amor verò humanus non est magni faciendus, quia si quis diligat conjugem ob juventutem, cum rem, pulchritudinem, divitias, honores, cùm hæc deficient, cessabit amor : inter conjuges autem perpetuus amor esse debet, quia perpetuò conjuges sunt.

De officio mariti erga vxorem. Num. 2.

Num. 26. QVomodo se debet gerere maritus erga vxorem ? Resp ait Cat. debet illam honorificè, & liberaliter tractare : & sicut Adam, illam existimare non servam, sed sociam, sicut enim non est facta ex capite, ne esset domina viri,

viri : neque ex pedibus, ne esset serva ; sed ex costa, vt significaretur societas, ita vt socia, & habiti, & diligi debet : Debet quoque vir in aliqua re honesta se occupare, tum vt familiæ suppeditet necessaria, tum ne inerti, & pessimo otio langueat : Debet familiam rectè constituere, omnium mores corrigere, singulos in officio continere.

De Officio vxoris erga maritum. Num. 3.

QVæ sunt partes vxoris erga maritum ? Resp. primò debet esse subdita viro in omnibus, quæ legi Dei non contrariantur, illique summa cum animi alacritate obtemperare. Secundò debet se abstinere à pompis, & impensis superfluis, ita vanos ornatus, & cultos vitare debet. Num. 27.

Tertiò eatum præcipuum studium esse debet liberos in religionis cultu educare, & domesticas res diligenter curare : quartò domi libenter se continere debet, nisi necessitas exire cogat, idque sine viri permissu facere nunquam audere debet. Quintò quam maximè debet cavere, ne aliquem, aut magis diligat, aut plutis faciat quàm maritum.

De ritibus ante, & post Matrimonium adhibendis. Cap. VI.

QVi ritus sunt observandi in celebratione Matrimonii ? Resp. quidam sunt adhibendi ante, quidam in Matrimonio, quidam post illud.

De publicationibus. Num. 1.

QVid debet fieri ante Matrimonium ? Resp. denun- Sess. 24. ca. 1. R.
ciationes.

Quot ? Resp. tres. Ibidem.

A quo ? Resp. à proprio contrahentium patocho, id est Ibidem.
à patocho, vel parochis viri, & mulieris.

Quando ? Respondemus tribus continuis diebus fe- Ibidem.
stivis.

Vbi ? Resp. in Ecclesia inter Missarum solemnia, & pu- Ibidem.
blicè.

Quid debet denunciari ? Resp. inter quas personas Ma- Ibidem.
trimonium sit contrahendum.

Ad quid fiunt denunciationes ? Resp. vt videatur si Ibidem.
legitimum opponatur impedimentum.

Possunt omitti, vel postponi ? Respond. possunt, si Ibidem.

justa adsit causa, & Episcopi licentia.

Ibidem. Quæ causa dicatur justa? Resp. ait Conc. Cùm probabiliter fuerint suspicio Matrimonium impediri posse, si tot præcesserint denunciationes.

De tribus in celebratione Matrimonij adhibendis, Num. 3.

Sess.24.c.1. QVid debet fieri in celebratione Matrimonii? Resp. Concilium ita statuit.

Primò, Matrimonium si nullum adsit impedimentum, debet fieri in facie Ecclesiæ.

Ibidem. Secundò, debet adesse proprius Parochus, vel alius sacerdos de illius, seu Ordinarii licentia.

Ibidem. Tertiò, debent adesse saltem duo testes, & sine præsentia Parochi, & dantum testium matrimonium nullum esse, Conc. declarat.

Ibidem. Quartò, Parochus debet interrogare virum, & mulierem an velint contrahere Matrimonium de præsenti, & certificari de eorum mutuo consensu.

Ibidem. Quintò, Parochus debet dicere hæc verba: *Ego vos in Matrimonium conjungo, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti*: vel alia utenti verbis juxta receptum uniuscujusque Provinciæ ritum. Ista autem verba non sunt forma Matrimonii, quia forma est illa, quæ antea dicta est.

Ibidem. Sacerdos, qui alterius Parochiæ sponsos Matrimonio conjungit, incurrit suspensionem.

De benedictione, & ritibus post Matrimonium adhibendis. Num. 4.

Ibidem. QVid est faciendum post celebrationem Matrimonii? Resp. Concilium ita statuit.

Primo Parochus in libro ad hoc destinato nomina conjugum, & testium, diémque, & locum contracti Matrimonii describet, & illum apud se diligenter custodiet.

Ibidem. Secundò, Concilium hortatur, ut conjugus ante benedictionem sacerdotalem in eadem domo non cohabitent.

Ibidem. Tertiò, statuit benedictionem à proprio Parocho debere fieri in Ecclesia, & si alius illam fecerit sine licentia Parochi, vel ordinarii, ipso facto suspensionem incurrit.

Quartò, Concilium ait servandas esse laudabiles, & receptas consuetudines locorum, si quæ sunt.

Parochus sciet in primis nuptiis benedictionem hanc esse faciendam: si etiam respectu mulieris sint primæ nuptiæ, etiamsi fuerint secundæ respectu viri, benedictio fieri debet: si verò sint primæ respectu viri, secundæ respectu mulieris, non debent benedici. *D. Thom.*

De nuptiis Concilium prohibet solemnitates ab Adventu usque in diem Epiphaniæ: & à feria quarta Cinerum, usque ad Octavam Paschatis inclusivè. In aliis temporibus nuptias solemniter celebrari permittit, modò eo, qua decet modestia, & honestate fiant. *Sess.24.c.10*

De administratione & usu hujus sacramenti. Cap. VII.

PArochus est minister hujus Sacramenti? Resp. ipse non est minister, quia non potest producere materiam & formam Sacramenti; debet autem interesse, ut Matrimonium fiat in facie Ecclesiæ, & ut validum sit, & non clandestinum: & debet fieri ea ratione, quæ à sacro Concilio tradita est.

De susceptione hujus Sacramenti, & præparatione ad illud. Num. 1.

QVid debent facere conjuges, ut rectè suscipiant hoc Sacramentum? Resp. quæ sequuntur. *Num.3.*

Primò suscipientes debent carere omni impedimento, præcipuè dirimente.

Secundò debent carere peccato mortali, quia aliter contrahendo peccarent mortaliter.

Tertiò Concilium hortatur conjuges, ut antequam con- *Sess.24.c.1.*
trahant, vel saltem triduo ante Matrimonii consummationem, sua peccata diligenter confiteantur, & ad sacram Eucharistiam accedant.

Quartò in hoc Sacramento requiritur devotio & reve- *Num. 3.*
rentia, cùm sit res sancta, atque divina.

Quintò maximè expedit habere rectam intentionem, & *Ibidem.*
non contrahere, ut bestiæ, ad voluptatem sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus: sed intentio debet ferri ad fines qui jam dicti sunt, nempe vel liberos suscipiendi, & rectè educandi: vel causa vitandæ fornicationis, vel ob commoda mutuæ societatis, vel ob instinctum naturæ ad hoc inclinantem.

Num. 32. Sextò quàm maximè conveniet vt filiifamilias patribus & his in quorum fide, & potestate sunt, cum honorem tribuant, vt ipsis nescientibus, nedum invitis, & repugnantibus matrimonia ineant: quia ita Apostolus monet faciendum, & in veteri Testamento legitur seruatum fuisse.

De debito reddendo. Num. 3.

COnjuges teneanturne reddere debitum alteri petenti? Resp. tenentur sub reato peccati mortalis, si non adsit legitima causa negandi. Ratio est, quia vnus conjux est dominus corporis alterius, ideò cùm vnus petit debitum, jus suum quærit, & ob periculum incontinentiæ negari non debet.

Num. 33. Quænam intentio debet haberi in debito petendo, atque reddendo? Resp. ait Catech. curandum, vt non voluptatis, aut libidinis causa matrimonio opera detur, sed intra illos fines, qui Matrimonio præscripti sunt; ideò sanctus Hieron. ait, *Nihil est turpius quàm vxorem amare quasi adulteram.*

Num. 30. Conjuges aliquando debent abstinere ab actu Matrimonii? Resp. ait Catech. aliquando ab officio Matrimonii debent abstinere, cum à Deum orandi, & obsecrandi, & præcipuè tempore Quadragesimæ. Ait etiam in primis id observandum esse tribus saltem diebus antequam sacram Eucharistiam percipiant, & hoc debet intelligi de his qui ad illam ratio accedunt.

De peccatis quæ possunt committi contra Matrimonium. Cap. VIII.

Catech. cap. Matr. QVæ peccata committuntur contra Matrimonium? Resp. quædam ante, nonnulla post, & aliqua in Matrimonio perpetrantur.

Quænam ante Matrimonium? Resp. primò non seruando fidem per sponsalia datam alicui: secundò omittendo publicationes, hinc facultate: tertiò per desiderii, tactus, & opera inhonesta, cum sponsa promissa: non enim licet delectari in cogitatione talis copulæ, quia nondum licet cum futura sponsa copulam habere: nec voluntas è est vxor sua: tactus quoque obscœni, vel affectu vitioso cum ipsa, peccata mortalia sunt, & hoc peccatum est frequens,

& de illo debet populis injici scrupulus, & multi Episcopi talem culpam sibi reservant ob infinita damna, quæ quandoque ex illa contingunt.

Quæ peccata in contrahendo Matrimonio committi possunt? Resp. primò si quis in peccato mortali positus, de quo non sit confessus, aut contritus, contrahat, mortaliter peccat: & de hoc populi debent admoneri, quia pauci hoc advertunt aut curant: secundò si Matrimonium fiat clandestinum: tertiò si contrahens habeat finem malum, est mortale, velut adulterandi, furandi, lenocinandi: quartò quando aliquis contrahit contra sponsalia valida, vel contra votum castitatis, vel religionis, vel non nubendi, vel contra interdictum superiorum, & est mortale: quintò si contrahatur contra aliquod impedimentum dirimens, & si sciemer, est mortale.

Quæ post contractum committi solent? Resp. primò qui habens votum religionis contraxit Matrimonium, non solùm peccavit mortaliter contrahendo, sed etiam peccat mortaliter prima vice tantùm consummando: Post enim consummatum Matrimonium potest debitum petere, & reddere sine peccato: & qui contraxit cum voto castitatis, non solùm peccat prima vice consummato, sed quoties petit debitum; potest tamen petenti reddere: secundò, quando ob aliquod impedimentum Matrimonium est nullum, est mortale, non solùm petere aut reddere debitum; sed etiam tactus, & oscula obscœna talia sunt, necnon desiderii, & voluntariæ delectationes in corde: tertiò est mortale quoties conjuges exponunt se periculo pollutionis extra vas debitum, vel adhibent modum procreationi filiorum non accommodatum, vel adhibent aliquid ad efficiendam sterilitatem, vel procurandum abortum: quarto est mortale accedere ad coniugem cum affectu voluntario ad aliam personam; similiter desiderio, vel opere consentire in adulterium cum alia persona: quintò est mortale negare debitum sine justa causa, qualis est si adsit periculum fornicationis, vel alter coniugum adulterium committat.

Quando matrimonium est nullum ob aliquod impedimentum, quid debet facere confessarius? Resp. si impedimentum utrique coniugum notum est, debet confessarius obligare, vt separentur à toto, & vt petant dispensatio-

nem, si speretur, vel alia ratione providetur: & quod non petant, nec reddant debitum, nec actus illicitos faciant. Si verò alter tantùm faciat, & impedimentum non potest detegi, imponendum est scienti, vt non petat debitum, nec reddat eo meliori modo quo potest.

De impedimentis Matrimonii. Cap. IX.

Num. 30. PArochis & confessariis est necessaria cognitio impedimentorum Matrimonii? Resp. est.

Sess. 24. c. 4. Quis est author horum impedimentorum? Resp. Ecclesia.

Sess. 24. c. 1. Ecclesia potest annullare Sacramentum Matrimonii? Resp. non, sed potest reddere aliquos inhabiles ad contrahendum.

Ar. ex sess. 24. Quomodo est hoc? Resp. Matrimonium nunquam esse nisi sit materia, & forma illius: materia autem matrimonii sunt fideles, in quos Ecclesia magnam potestatem habet, forma est mutua obligatio: cùm itaque Ecclesia possit reddere aliquos de causa fideles inhabiles ad se obligandum, ex hoc fit, quod Ecclesia impedit obligationem, & ex consequenti Matrimonium, quod sine dicta obligatione esse non potest.

Ibidem.

Sess. 24. c. 1. Quomodo potest impedire aliquis ne obligetur se? Resp. passim leges hoc faciunt, veluti quod infans, vel furiosus, vel ebrius, quod filiusfamilias, vel vxor non possint se obligare cum præjudicio patris, vel matris. Ita leges statuunt testamentum, vel sententiam non valere, aut obligare, si tales conditiones non habent: hoc igitur Ecclesia facere potest.

Quotuplex est impedimentum? Resp. duplex, aliud dirimens, aliud non dirimens.

Num. 1. cap. 22. Num. 30. Ibidem. Quænam est differentia? Resp. dirimens aufert facultatem se obligandi, & inhabilitat ad contrahendum: non dirimens prohibet quidem contrahere, sed non aufert facultatem, vel habilitatem se obligandi; ideò in hoc valet, in alio non valet Matrimonium.

Ecclesia sine causa ponit hæc impedimenta? Resp. nequaquam, sed justis de causis facit.

Quæ sunt causæ justæ? Resp. quatuor præcipuè: prima est peccatum, vel indignitas contrahentis: secunda præjudicium alterius, sive contrahentis, sive non contrahentis: tertia circumstantia, quæ Matrimonio repugnet: quarta circumstantia, quæ bono publico contrarietur.

De impedimentis non dirimentibus.

Num. 2.

QVot, & quæ sunt impedimenta non dirimentia? Resp. Nav. ponit duodecim. *Num. 1. Nav. 68.*

Primum est interdictum: *id est*, prohibitio facta à superiore ne contrahatur; vel non sine tali re, veluti publicationibus.

Secundum, feriæ, *id est* prohibitio, ne in Quadragesima, & Adventu contrahatur.

Tertium, sponsalia, *id est* promissio facta alteri, quod ducet illum in maritum, vel vxorem: qui enim promisit ducere vnam, non potest ducere aliam: sed si ducat, tenet Matrimonium.

Quartum, Catechismus, *id est*, si aliquis domi ob periculum baptizatus à sacerdote catechizetur publicè, vt suppleantur omissæ solemnitates, tenentes ob Catechismum contrahunt impedimentum non dirimens cum catechizato, ac patre & matre illius.

Quintum, votum simplex, sive castitatis, sive religionis, sive non nubendi.

Sextum, incestus, *id est*, qui peccavit cum consanguinea suæ vxoris, vel mariti, impeditur ducere quamcunque vxorem, vel maritum.

Septimum, vxoricidium, *id est*, qui occidit vxorem, prohibentur in pœnam peccati ducere aliam.

Octavum, raptus sponsæ alterius, *id est*, qui rapuit sponsam alterius, prohibetur ipse quamcunque ducere sponsam.

Nonum, propter filii de fonte dolosa susceptio, *id est*, si quis dolose tenuit filium in Baptismo, ad hoc vt inter ipsum & conjugem oriretur affinitas spiritualis, per quam conjuges non possent nec petere, nec reddere debitum: iste prohibetur, ne amplius possit contrahere matrimonium.

Decimum, presbyteratûs, *id est*, qui occidit presbyterum, impeditur ducere vxorem.

Vndecimum, Pœnitentia solemnis iniuncta, & facta, qui enim hanc habuit, prohibetur ducere vxorem.

Duodecimum, Matrimonium scienter cum monialî contractum, *id est* qui contraxit cum moniali, etiam illa mo-

tua vel relicta, non potest quamcunque ducere vxorem.

Sess. 24. de matr. 2. & verb. mayr. Propter quid ista impedimenta sunt introducta? Resp. nonnulla propter bonum publicum, ut 1. 2. 3. 4. 5. alia, qua ob pœnam peccati, vel ob indignitatem contrahentis, veluti sex victima quæ etiam data sunt in pœnam iniuriæ factæ Matrimonio. Nonnulla sunt ob præiudicium tertij, ut sponsalia, & alia sex quæ victima sunt.

Quare ista impedimenta non dirimunt? Resp. quia leges hæc non statuunt, & ait Concilium esse, quia multæ prohibitiones scandali, & ruinæ occasiones essent infirmis.

Committi tur peccatum mortale in omnibus contrahendo contra illa? Resp. Catech. ait committi solùm in interdicto, in tertijs, in sponsalibus, & in voto simplici castitatis, religionis, & non nubendi: in aliis, ait, non est mortale.

Episcopus potestne dispensare in his impedimentis? Resp. potest in omnibus, exceptis sponsalibus, & voto simplici castitatis, & religionis; si autem votum esset non nubendi, posset dispensare.

De impedimentis dirimentibus. Num. 3.

QVot sunt impedimenta dirimentia? Resp. communiter ponuntur duodecim: sed alia tria addita sunt, & ideo quindecim erunt.

Num. 22. Num. 30. Quæ sunt duodecim prima? Resp. contenta in his versibus: *Error, conditio, votum, cognatio, crimen, Cultus disparitas, Vis, Ordo, ligamen, Honestas: si sit affinis, si forte coire nequibis. Hæc socianda vetant, connubia facta retractant.*

Quæ sunt alia tria? Respond. primum defectus legitimæ ætatis: secundum matrimonium clandestinum, tertium inter raptorem, & raptam, dum in illius manet potestate.

De errore. Num. 4.

Ibidem. Num. 31. QVis error dirimit matrimonium? Respond. errot personæ tantùm: veluti si quis contrahit cum vxore, credens contrahere cum alia: si verò error sit tantùm in qualitate, veluti an sit nobilis, vel dives, vel sana, non dirimit.

Quare talis error dirimens factum est impedimentum? Respond. quia contentus potius esse videtur in aliam personam, quàm in hanc, ideo tectè Ecclesia statuit, ut dirimeret.

Conditio. Num. 5.

Ibidem. Num. 33. QVæ conditio dirimit? Resp. servilis tantùm, velut si quis contrahat cum captiva, credens contrahere cum libera, persona enim captiva non potest tradere totalem potestatem sui corporis alteri coniugi, vade obligatio non est absoluta, sed nimis præiudicialis.

Si quis contrahat cum captiva, sciens esse captivam, tenetne? Resp. tenet, quia potest præiudicare sibi.

Si contrahat cum libera credens esse captivam: tenet? Resp. tenet, quia nullum illi fit præiudicium.

Votum. Num. 6.

Ibidem. Num. 45. QVod votum dirimit? Resp. solemne.

Quot modis fit votum solemne? Resp. duobus tantum: primò per susceptionem ordinis sacri: secundò per solennem professionem in religione approbata.

Quare hoc votum dirimit? Resp. quia mancipatus divino cultui majorem debet habere munditiam, & non debet suscipere curam domus, vel familiæ regendæ, & ob alias multas causas.

Cognatio. Num. 7.

Num. 36. &c. QVotuplex est cognatio? Resp. triplex, legalis, spiritualis, naturalis.

De legali cognatione. Num. 8.

Ibidem. QVid est legalis cognatio? Respond. est legalis propinquitas ex adoptione alicujus in filium proveniens.

Quotuplex est ista propinquitas? Resp. triplex, prima Ibidem. est inter adoptantem, & adoptatum ac ejus descendentes, & hæc semper manet: secunda est inter adoptatum, & filios adoptantis, & hæc tollitur, si adoptatus desinat esse talis, vel si filius naturalis adoptantis desinat esse sub potestate patris: tertia est inter vxorem adoptati, & adoptantem, & inter vxorem adoptantis, & adoptatum, & hæc perpetuò durat.

Quælibet harum dirimit? Respondemus, ita est; quia hæc propinquitas valde accedit ad propinquitatem naturalem, quæ dirimit; secunda tamen cum auferitur, non dirimit.

De cognatione spirituali. Num. 9.

Ibidem. Num. 36.

QVid est cognatio spiritualis ? Resp. est attinentia inatum personarum, quæ ex statuto Ecclesiæ oritur per Baptismi, & Confirmationis administrationem, vel per susceptionem batizati, vel confirmati.

Quare hoc impedimentum est introductum ? Respondemus quia accedit ad cognationem naturalem : baptizans enim & tenens fiunt patres spirituales ; ideo oritur propinquitas.

D. Th. 3. p. q. 55. a. 1.

Baptizans, vel Confirmans cum quo contrahit ? Resp. cum baptizato, ac patre, & matre illius.

Tenentes cum quo contrahunt ? Resp. cum eo, quem tenent, & patre, ac matre illius.

Tenentes contrahunt inter se ? Resp. non.

Contrahunt affinitatem cum baptizante ? Resp. non.

De cognatione carnali, vel naturali.

Num. 10.

QVid debet considerari circa impedimentum cognationis carnalis ? Resp. infra. Primò quid sit hæc cognatio, & quid significet : Secundò debet considerari quid, & quotuplex sit linea : Tertiò quid sit gradus : Quartò quibus regulis cognoscitur numerus graduum : Quintò de impedimento, quod oritur ex hac cognatione : Sextò de causa talis impedimenti.

N. cap. 24. Num. 41.

Quomodo appellatur cognatio naturalis ? Resp. Consanguinitas.

Quid significet hoc nomen, *Consanguinitas* ? Resp. communionem sanguinis.

Quot modis fit communio sanguinis ? Resp. duobus : primus est si unus descendat ab alio ; filius enim qui descendit à patre, communicat sanguini patris ; ex sanguine enim ipsius genitos est : secundus est, si duo ab aliquo tertio provenient ; fratres enim qui ab eodem patre proveniunt, communicant in eodem sanguine patris, quia ab eodem sanguine geniti sunt.

Ibidem.

Quomodo definitur *Consanguinitas* ? Resp. sic : *Est propinquitas duarum personarum, ex eo quod una ex altera, vel ambæ ex eodem descendunt*, id est, propinquitas hæc oritur ex duplici communione sanguinis modò dicta. Definitur etiam sic : *Consanguinitas est vinculum personarum ab eodem stipite descendentium.*

In hac consanguinitate quid debet considerari ? Resp. Primò stipites. Secundò lineæ. Tertiò gradus. Quartò personæ. Et debet considerari quod in uno stipite possint esse plures lineæ. In una linea possint esse plures gradus. In uno gradu dantur plures personæ.

Sil. ver. mater. 8. Num. 5.

Quid est *stipes* ? Resp. est veluti truncus arboris, à quo plures rami procedunt : ideò persona illa, è qua aliæ personæ per propagationem derivantur, veluti pater, à quo filii descendunt, *stipes* appellatur.

Quid est *linea* ? Resp. est ordinata collectio personarum consanguinitate connectarum : in una enim *linea* plures personæ consanguineæ cum ordine colligantur.

Ibidem.

Quot sunt *lineæ* ? Resp. tres, prima est ascendentium, *id est*, in qua ordinantur personæ ascendentes. Secunda est descendentium, *id est*, in qua ordinantur, & colliguntur personæ descendentes. Tertia dicitur collateralis, *id est*, quæ ordinat personas à latere existentes.

Ibidem.

Quæ personæ dicuntur ascendentes, descendentes, & collaterales ? Resp. personæ ascendentes sunt illæ quæ sunt supra aliquem, veluti pater, avus, proavus. Descendentes sunt illæ, quæ sunt infra, vt filius, & nepos. Laterales sunt illæ, quæ à latere proveniunt, vt fratres, & filii fratrum. Ideò duæ sunt lineæ tantùm, una dicitur recta, quæ colligit tum ascendentes, tum descendentes ; alia dicitur lateralis, quæ colligit personas, non invicem, sed ab alio tertio descendentes. Linea enim recta oritur ex eo, quod una persona provenit ab alia ? Linea lateralis oritur ex eo quod duæ vel plures personæ ab eadem aliqua persona proveniant.

De gradibus, & illorum regulis.

Num. 11.

QVæ differentia est inter *lineam*, & *gradum* ? Resp. *linea* est veluti scala, sicut autem in scala plures sunt gradus, & quo plures sunt gradus, eo scala existit longior : ita in linea est, dantur enim in illa gradus, quibus longitudo vel distantia lineæ innotescit.

Ibidem.

Ad quem finem datæ sunt *lineæ* ? Resp. ad colligendas personas consanguinitate connectas.

Ad quem finem dantur *gradus* ? Resp. ad denotandam distantiam, quæ inter dictas personas reperitur ; vbi enim sunt plures gradus, ibi maior distantia est ; & ideo per gra-

Ibidem.

Secundum, de matrimonio, vt officium naturæ.

Tertium de illo, vt est sacramentum, & de causis illius.

Quartum, de triplici bono matrimonii.

Quintum, de amore, & mutuis officiis inter maritum & vxorem.

Sextum, de ritibus matrimonii.

Septimum, de vsu, & de susceptione eiusdem.

Octavum, de peccatis, quæ possunt committi circa illud.

Nonum, de impedimentis Matrimonii.

De natura Matrimonii, seu de nomine, & de definitione.

Cap. I.

Num. 2. QVot nomina habet Matrimonium? Resp. tria, Matrimonium, Coniugium, Nuptiæ.

Ibidem. Vnde dicitur *Matrimonium?* Resp. à matre; finis enim Matrimonii est, vt fœmina fiat mater, suscipiendo liberos, & fungatur officio matris rectè illos educando.

Ibidem. Vnde dicitur *Coniugium*; à coniungendo, quòd legitima mulier cum viro quasi vno iugo adstringatur, vt simul liberorum & domus curam gerant.

Ibidem. Quare dicitur *Nuptiæ?* Resp. quia puellæ pudoris gratia se velabant, seu obnubebant, quo etiam significabatur, quod viris obedientes, & subiectas esse oportet.

De definitione Matrimonii. Num. 2.

QVomodo definitur matrimonium? Resp. Cat. Quidam clarissimi viri videntur definire Matrimonium, quod sit quidam consensus viri, & mulieris: sed hoc debet intelligi, vt dicant consensum non esse formam, sed causam effectricem Matrimonii. Vera igitur definitio erit hæc: *Matrimonium est viri, & mulieris maritalis coniunctio inter legitimas personas, individuam vitæ consuetudinem retinens.*

Num. 5. Ex n. 3. &c. Hæc definitio est perfecta? Resp. est, quia continet quatuor causas, materialis, & efficiens significantur per illa verba, *Viri, & mulieris, & inter legitimas personas.* Vir enim, & mulier sunt res quæ coniunguntur in Matrimonio, & amplius ipsimet sunt, qui per mutuum consensum se coniungunt. Si enim, vt ait Catech. consensus est causa efficiens Matrimonii, & vir, & mulier auctores sunt istius consensus; certum est, quod ipsi sunt causa efficiens

Matrimonii: Causam formalem & finalem exprimunt illa verba, *maritalis coniunctio individuam vitæ consuetudinem retinens.* Maritalis enim significat formam coniunctionis, & finem, qui est vt fœmina fiat mater: Ita individua vitæ consuetudo significat indissolubilitatem coniunctionis, & finem, qui est ad commoda mutuæ societatis.

Quare ponitur illa particula, *inter legitimas personas?* Resp. quia materia debet esse legitima.

Num. 3. Quæ personæ sunt legitimæ? Resp. illæ, quæ non prohibentur contrahere Matrimonium à legibus, ita vt si contrahant, Matrimonium sit nullum, & de hoc in cap. vltimo dicetur.

Ibidem. Quare dicitur coniunctio? Resp. quia in hoc potissimùm natura, & vis Matrimonii posita est.

Ibidem. Qua ratione? Resp. ait Catech. quatuor in Matrimonio considerantur. Primum est consensus interior, & non per verba significatus. Secundum sunt verba exprimentia interiorem consensum, *id est*, pactio externa. Tertium est obligatio, seu vinculum, seu nexus, seu coniunctio (his enim verbis Catechismus pro eodem accipere videtur.) Quartum est consummatio Matrimonii, seu copula carnalis. Primum, *id est*, consensus interior solus, neque est causa formalis, nec materialis Matrimonii: Consensus autem verbis de præsenti expressus non ab vno tantùm contrahentium, sed ab vtroque, ait Catechismus, causa efficiens est Matrimonii. Concubitus, & copula carnalis non est de essentia Matrimonii: sola autem obligatio, & coniunctio, forma & perfectio matrimonii est.

Num. 2. 3.

Num. 2. 3. Quare additur *Maritalis?* Resp. ad distinguendum quænam coniunctio Matrimonium efficiat; cùm enim multæ sint coniunctiones, & obligationes, veluti ad bellandum, ambulandum, navigandum, opus fuit declarare, quæ præcisa coniunctio matrimonium sit; ideò dicitur maritalis, *id est* talis, qua vir possit fieri pater, mulier mater.

Quare ponitur *individuam vitæ consuetudinem retinens?* Resp. vt ostendatur, quod hæc coniunctio maritalis non est sicut fornicaria, quæ citò potest dissolvi, sed est coniunctio perpetua, & indissolubilis.

3.p. q. 54. art. 3. sup. A quo fuit introductum hoc impedimentum? Resp. ut D. Th. partim à lege divina, partim à naturali, partim ab humana.

Ibidem. Ob quam causam fuit introductum? Respond. in linea recta est introductum, quia superioritas, & inferioritas ascendentium, & descendentium repugnat societati quæ in Matrimonio reperitur; coniugium enim societatem dicit.

Secundò consanguinei debent esse custodes, & defensores, non violatores posteritæ aliorum. Tertiò daretur maxima occasio incontinentiæ, & concupiscentiæ, si natura inter consanguineos permitteret commixtionem. Quartò, quia genus humanum magis colligitur, si conjunctio maritalis fiat inter diversas familias. Hæc D Thom.

De impedimento criminis. Num. 12.

Num. 12. Num. 26. Cajet. ver. matrim. QVid est hoc impedimentum? Resp. sunt quædam crimina legitimum Matrimonium violantia, per quæ committentes illa redduntur inhabiles ad Matrimonium inter se contrahendum.

Quot sunt ista crimina? Resp. multi dicunt duo, sed magis distinctè cum Cajetano quatuor esse dicuntur.

Primum est homicidium ptiotis conjugis de consensu utriusque contrahentium; veluti Berta est vxor Petri, Titius, & Berta de communi consensu faciunt occidere Petrum, & post mortem illius contrahunt Matrimonium: dicitur quod hoc Matrimonium est nullum, propter tale homicidium commissum, quod est impedimentum dirimens Matrimonium.

Secundum crimen est homicidium de consensu vnius tantùm, sed adulterium quoque inter vtrumque commissum est. Veluti Titius commisit adulterium cum Berta vxore Petri, & insta Berta occidit Petrum: postea contraxit Matrimonium cum illa; dicitur esse nullum, quia hoc crimen dirimit Matrimonium.

Hæc est autem differentia inter primum & secundum crimen: Primum dicit tantùm vnum crimen homicidii, sed de consensu vtriusque: Secundum dicit duo crimina, homicidium de consensu vnius tantùm, & adulterium inter vtrumque.

Tertium crimen est adulterium cum sponsalibus per verba de futuro, veluti Berta committit adulterium cum

Titio: & per verba de futuro promittunt invicem quod post mortem Petri contrahent Matrimonium inter se. Tale crimen dirimit Matrimonium, si illud contraxerint post mortem Petri.

Quartum est adulterium cum Matrimonio, per verba D.Th. 3.p. de præsenti, Veluti Titius committit adulterium cum q. 60. art. Berta, & per verba de præsenti, vivente Petro contrahit 2. sup. Matrimonium cum illa: in hoc casu non solùm non valet hoc matrimonium, sed dirimetur etiam, si post mortem Petri de novò contraherent illud.

Quare hæc impedimenta sunt introducta? Resp. propter bonum publicum, & bonum Matrimonii, & præiudicium tertii, nempe vt auferatur occasio adulterandi, & occidendi legitimum coniugem, quia hæc sunt contra bonum matrimonii.

Cultus disparitas. Num. 13.

QVid est disparitas cultus? Resp. differentia religionis, & cultus, qui Deo debetur. Num. 22. Num. 44.

Qualis disparitas cultus dirimit matrimonium? Resp. illa, quæ est inter fidelem, & infidelem.

Quare hoc? Resp. quia infidelis, cùm non sit baptizatus, non est capax alicuius sacramenti; ideo Matrimo- D.Th. 3.p. nium inter ipsum, & fidelem, vt est sacramentum, est nul- q. 59. sup. lum: vt verò est officium naturæ, rectè prohibetur dari, quia tanta defectio religionis maritali conjunctioni, & societati repugnat.

Si vxor infidelis convertatur ad fidem, manente vito infideli, quid fiet? Resp. si maritus consentit habitare cum illa absque iniuria creatoris, *id est* non blasphemat illum, nec tentat reducere illam ad infidelitatem, poterunt simul habitare, tanquam maritus, & vxor: si autem periculum aliquod adsit, non erit permittendum; & tali de causa matrimonium potest dissolvi.

Si hæreticus contrahat cum catholica, tenet? Resp. tenet, quia hæreticus est baptizatus, & propter hæresim vinculum Matrimonij dissolvi non potest: propter periculum tamen infectionis, Matrimonium poterit separari quoad thorum, & habitationem.

De vi dirimente. Num. 14.

Num. 22. Num. 50. QVæ vis dirimit Matrimonium? Resp. illa, quæ cadit in constantem virum: veluti mortis, vulnerum, cruciatus omnium bonorum, & similium judicio prudentis viri, habita personæ consideratione, cui vis facta est.

D.T. 3. p. 47. sup. Quare hoc? Respond. quia in Matrimonio requiritur consensus voluntarius, coactio autem voluntario repugnat.

De ordinis impedimento. Num. 15.

Num. 22. Nu. 14. 52. D.T. 3. par. 9. 53. sup. QVis ordo dirimit Matrimonium? Resp. sacer, si antequam Matrimonium susceptus sit.

Quare hoc? Respond. quia manciparus divino cultui, non debet se implicare occupationibus familiæ, & prolis regendæ? Secundò, quia decet ex qui supra populum est, mulierem habere socium, & dominam sui corporis: Tertiò, quia reverentia divini cultus majorem, & specialem in persona, & ministro sacro munditiam requirit, ob alias causas.

Ligamen. Num. 16.

Num. 22. Num. 45. QVid significat ligamen? Respondi idem quod vinculum.

Quod ligamen dirimit? Resp. alterius conjugij, *id est*, si aliquis ligatus in Matrimonio cum una, contrahat cum alia, primum tenet, secundum nihil valet, quia matrimonium tantummodò inter duos est.

Si mulier est quæ audivit de viro suo post multos annos absente, quod mortuus sit, & contrahit cum alio, tenetne Matrimonium? Resp. si maritus verè erat mortuus, & mulier ita credebat, valet Matrimonium: sed si vivebat, cùm contraxit, Matrimonium nullum est, & moriente etiam primo viro, non valebat, sed debet de novo contrahi, si nullum adsit impedimentum: si enim sciebant vivere, & contraxerunt, & consummarunt, oritur crimis impedimentum, de quo dictum est.

Si mulier credens quod vir suus ablens viveret, cum revera mortuus esset; & contraxit cum alio, tenetur Matrimonium? Respond. Silvest. & Navar. dicunt, si credebat tenere Matrimonium, tenebit; sed si credebat non tenere, non tenebit: quia consensus illius erat in Matrimonium, quod credebat non esse Matrimonium.

Honestas

Honestas. Num. 17.

Num. 1. 22. Num. 57. QVid est honestas? Resp. est quoddam impedimentum quod oritur ex sponsalibus: vel ex matrimonio rato, & non consummato.

Quare dicitur honestas? Resp. quia honestum videtur ut dari debeat dictum impedimentum.

In Matrimonio rato, & non consummato contrahitur affinitas? Resp. non, quia affinitas oritur ex copula carnali; loco autem affinitatis contrahitur impedimentum honestatis.

Honestas usque ad quem gradum impedit in matrimonio rato, & non consummato? Resp. usque ad quartum inclusivè.

Qua ratione? Respondeo sic, si Titius absens per procuratorem contrahat per verba de præsenti Matrimonium cum Berta, & moriatur antequam accedat ad illam propter publicam honestatem, nullus consanguineus Titij usque ad quartum gradum poterit ducere Bertam in uxorem. 3. sf. 24. c. 5. de matr.

Honestas quæ provenit ex sponsalibus usque ad quem gradum impedit? Resp. ex Concilium, si sponsalia valida non sint, nihil impedunt: si valida fuerint, primum gradum prohibitio non excedit.

Quomodo est hoc? Resp. si Titius per verba de futuro contrahat cum Berta sponsalia, quæ valida sunt; sed postea nollet eam ducere, sed vellet contrahere cum matre vel sorore vel filia illius, non potest, quia sunt consanguineæ in primo gradu, & si contrahat, matrimonium nullum erit.

Quomodo in hac honestate cognoscentur gradus? Resp. ex ratione, qua de affinitate dicitur.

Quomodo distinguuntur inter se hæc duo impedimenta, sponsalia, quæ sunt impedimenta non dirimens; & honestas, quæ dirimit, & est ex sponsalibus? Resp. sic Titius contrahendo sponsalia cum Berta incurrit duo impedimenta: unum est, quod non possit ducere in uxorem aliquam consanguineam Bertæ, in primo gradu, & hoc dicitur Honestas, & dirimit. Aliud quod non possit ducere quamcunque mulierem, quæ sit in mundo, etiamsi Bertæ consanguinea non sit; & hoc dicitur sponsalia, &

impedit, sed non dirimit.

Propter quid est introductum impedimentum publicæ honestatis? Resp. quia justum, & honestum videtur, ut si Titius per sponsalia Bertæ obligavit se, & ex tali promissione inchoata est aliqua propinquitas cum ipsa, & per ipsam cum consanguineis suis, non debeat ducere sororem, vel consanguineam Bertæ in primo gradu, quia cum Berta quotidie cum illa vivere deberet, necesse foret illi continuò injurias, & ignominiam suam videre, & rivalem habere ante oculos, quod esset causa vel illiciti amoris cum sponso sibi promisso, vel discordiarum cum consimplex sponso suo cum sua injuria copulata, hoc autem contra bonum est Matrimonij.

Si sit affinis, de affinitate, & de gradibus illius.
Num. 18.

QVid debet considerari circa impedimentum affinitatis? Respond. ista: primò, quid sit copula carnalis licita, & illicita: Secundò, quid sit affinitas: Tertiò inter quos contrahatur affinitas: Quartò, quomodo inveniantur gradus affinitatis: Quintò de primo, & secundo genere affinitatis: Sextò, quale sit hoc impedimentum: Septimò, cur hoc impedimentum sit introductum.

Sil. mastr. & Num. 15. Quid est copula carnalis, de qua modò hic sermo habetur? Resp. est vxoris viri, & mulieris commixtio, ex qua prolis generatio sequi potest.

Ibidem. Quotuplex est hæc copula? Resp. duplex, una licita, *id est* matrimonialis: alia illicita, *id est* fornicaria.

Ibidem. Quid est affinitas? Resp. est proximitas personarum ex carnali copula provenient.

Cap. super his, de consan. & affin. Inter quas personas contrahitur affinitas per copulam carnalem? Resp. Canones ita statuunt, copula hæc semper est inter virum, & mulierem. Omnes igitur consanguinei viri sunt affines mulieris, & omnes consanguinei mulieris sunt affines viri: inter consanguineos autem viri, & mulieris nulla est affinitas. Sit exemplum. Titius habet copulam carnalem cum Betta, sorore Titij: fit affinis Bertæ, frater Bertæ fit affinis Titij, sed inter sororem Titij, & fratrem Bertæ nulla est affinitas: & ideo frater Bertæ potuit ducere in vxorem sororem Titij.

Quomodo inveniuntur gradus affinitatis? Resp. per gradus consanguinitatis, sic: quando consanguinei vnius, sunt affines alterius, in eodem gradu, quo sunt consanguinei vnius, sunt affines alterius: veluti frater Titij est consanguineus Titij in primo gradu, fiet igitur affinis Bertæ iam dictæ in primo gradu, ita erit de sorore Bertæ respectu Titij: per distinctionem ergo graduum consanguinitatis oritur etiam distinctio graduum affinitatis. *Ibidem.*

De duplici genere affinitatis.
Num. 19.

DIfferuntne in affinitate gradus & genus? Resp. differunt. *Sil. ibid.*

Qua ratione? Resp. genus est quasi scala, gradus sunt quasi partes scalæ: sicut ergo si duæ essent scalæ inter se distinctæ, vnaquæque suos gradus, & partes haberet, ita in vnoquoque genere affinitatis proprij, & distincti gradus reperiuntur. *Ibidem.*

Quot sunt genera affinitatis? Resp. duo, primum, & secundum. *Ibidem.*

Quomodo conveniunt, & differunt inter se? Resp. conveniant in hoc, quod vtrumque genus oritur ex copula carnali: differunt in hoc, quod primum genus semper oritur ex copula habita cum consanguineo, secundum verò semper oritur ex copula habita cum affine, veluti tu habes consanguineos, vt fratres, & sorores, &c. habes etiam affines, veluti vxorem fratris tui, vel nutricum sororis tuæ: Si quis ergo habet copulam, vel licitam, vel illicitam cum consanguinea tua, ille tibi omninò fit affinis in primo genere: tu quia verò habet copulam cum affini tua, veluti cum vxore fratris tui, ille tibi fiet affinis in secundo genere: idem esset si tu haberes copulam cum aliqua muliere, ista enim esset affinis in primo genere consanguinei tui: esset verò affinis in secundo affinitatis tui, & hæc est propria differentia inter primum, & secundum genus affinitatis. *Ibidem.*

De regulis ad cognoscendum primum, & secundum genus affinitatis. Num. 20.

POssunt dari regulæ ad cognoscenda genera affinitatis? Resp. possunt.

Quæ sunt? Respond. ad has regulas distinguendas oportet antea scire, quod triplex est propinquitas: Prima dicitur consanguinitas, & hæc maior omnibus est: Secunda dicitur affinitas primi generis: Tertia dicitur affinitas secundi generis. Secundò scire oportet quod consanguinitas est propinquitas, quæ oritur ex natura, *id est*, ex naturali sanguinis communione, vt dictum est. Affinitas verò est propinquitas, quæ oritur ex copula carnali ea ratione, qua vir seu maritus ex tali vnione copulæ communicat mulieri, seu vxori suam propinquitatem, & vxor idem facit marito. Tertiò scire oportet quod maritus communicat quidem suam propinquitatem vxori, & vxor marito, sed hoc faciunt diminutè, tali ratione, quod propinquitas primi modi communicatur tantùm in secundo: & propinquitas secundi modi communicatur tantùm in tertio: & ex hoc duæ regulæ facillimæ ad distinguendum primum, & secundum genus affinitatis colliguntur. Prima autem Regula est hæc, quæ à canone est accepta: Omnes consanguinei mariti fiunt affines vxoris in primo genere: & omnes consanguinei vxoris, fiunt affines mariti in primo genere. Inter consanguineos autem mariti, & consanguineos vxoris nulla est affinitas. Vbi apparet, quod maritus propinquitatem suam primi modi, *id est* consanguinitatis, communicat soli vxori, & in secundo modo, *id est* in affinitate, & idem facit vxor marito. Secunda regula est hæc? Affines mariti in primo genere, fiunt affines vxoris in secundo genere, & affines vxoris in primo genere, fiunt affines mariti in secundo genere: inter affines autem mariti, & vxoris nulla est propinquitas. Vbi licet videre maritum communicare vxori, & vxorem marito propinquitatem affinitatis ita diminutè, vt affinitas, quæ in communicante est in primo genere, in eo, cui communicatur, fit in secundo. Per has autem regulas distinctio primi, & secundi generis affinitatis innotescit, & istæ regulæ à canone sunt desumptæ.

Can. super his, de consang. & affin.

Ex eodem Can.

Possuntne proponi exempla ad has regulas explicandas? Resp. possunt proponi tres casus, per quos omnis applicatio dictarum regularum apparebit.

Primus casus est, Titius & Berta sunt frater, & soror. Titius ducit vxorem Luciam, & moritur: Berta

accipit maritum Petrum & moritur: quæritur an Petrus & Lucia sint affines in primo, vel in secundo genere, & an possint contrahere matrimonium? Responderur posse contrahere matrimonium, quia sunt affines tantùm in secundo genere, & per regulam ostenditur sic: Titius est frater & consanguineus Bertæ, fit autem affinis Petri mariti ipsius Bertæ in primo genere: Cùm ergo Titius non communicet Luciæ suæ vxori propinquitatem affinitatis quam habet cum Petro marito sororis in primo genere, sed communicet in inferiori genere affinitatis, eveniet quod Lucia fiet affinis Petro in secundo genere, qui affinis per Titium affinem illius in primo genere. Petrus ergo, & Lucia erunt affines in secundo genere; ideò potuerunt contrahere Matrimonium.

Secundus casus est. Titius, & Berta sunt frater, & soror: Titius ducit Luciam vxorem, & moritur: Lucia accipit Petrum maritum, & moritur. Quæritur an Petrus, & Berta sint affines, & in quo genere? Et responderur esse affines in secundo genere tantùm. Et ostenditur per regulam dictam. Titius enim frater Bertæ communicat propinquitatem consanguinitatis, quam habet, cum Berta sorore Luciæ vxoris suæ, ita vt Berta fiat affinis Luciæ in primo genere affinitatis: cùm ergo Lucia communicet Petro secundo marito hanc propinquitatem suæ affinitatis cum Lucia, sed non in primo genere, sed tantùm in secundo, sequetur quod Petrus, & Berta erunt affines in secundo genere affinitatis, & poterunt contrahere Matrimonium inter se.

Tertius casus est. Titius habet vxorem Luciam. Petrus committit fornicationem cum Lucia, & postea Lucia moritur: Titius vellet ducere in vxorem Bertam sororem Petri: quæritur an possit? Respond. non posse, quia Titius, & Berta sunt affines tantùm in secundo genere, & ostenditur, quia Berta soror Petri est affinis Luciæ, cum qua Petrus habuit copulam fornicariam. Cum ergo Lucia vxor Titii communicet Titio marito suo hanc propinquitatem tantùm in secundo genere affinitatis, sequitur quod inter Titium, & sororem Petri fit tantùm in secundo genere. Titius enim fit affinis Bertæ, quia illa est affinis Luciæ.

Quomodo in affinitate reperitur impedimentum? Resp. *Sil. mat. 8.*

n.15. C.T. sess.24.c.4. de matr. D.Th. 3.q. 52.art.6. sup.

secundum genus affinitatis nullum affert impedimentum? Primum genus affinitatis, quod oritur ex copula fornicaria, impedit usque ad secundum gradum inclusivè: verò oritur ex copula Matrimoniali, impedit usque ad quartum inclusivè.

Quare impedimentum affinitatis introductum est? Resp. Primò, quia affinitas valde accedit ad propinquitatem naturalem: dicit enim commixtionem, si non sanguinis, saltem seminis. Secundò, quia maximè expedit, ut per hanc propinquitatem familia mariti maximè vnitur vxori, & ita familia vxoris marito. Tertiò, quia iustissimum est, vt copula carnalis prohibeatur speciali ratione consanguinei mariti, cum vxore illius, & è contra: tum quia continuò habitant inter se, & sine hac prohibitione maximum esset periculum, ne fides coniugalis offenderetur: tum quia consanguinei mariti debent esse custodes pudicitiæ vxoris illius. Demùm ob multas alias rationes iustissimum est, vt tale detur impedimentum.

Si fortè vxor nequibit. Num. 22.

N.cap.22. Num.59.

QVod est hoc impedimentum? Resp. impotentia, quæ perpetua sit: talis enim impotentia est contra bonum prolis, & nimis præiudicialis alteri coniugum.

De impedimento ætatis. Num. 22.

D.Th. 3.p. q.5.art.5. C.R.n.3.

EFectus ætatis legitimæ dirimit Matrimonium? Resp. ita est, ætas autem dicitur legitima in masculo post decimum quartum annum, in fœmina post duodecimum.

Quare introductum est hoc impedimentum? Resp. quia ante illam ætatem non sunt potentes ad prolem habendam: secundò, obligatio Matrimonii est maxima, & ideò requirit maturum, & sanum consensum, ætas autem ante dictos annos ordinariè illum non habet.

De impedimento Matrimonii clandestini. Num. 23

C.T. sess. 24.c.1.

HÆc circumstantia quod Matrimonium sit clandestinum, dirimitne? Resp. post Concil. Trident. dirimit.

Quare introductum est hoc impedimentum? Resp. ait Conc. propter gravia peccata, quæ ex illis contingit ortum habent, & præsertim eorum, qui in statu damnationis permanent, dum priore vxore, cum qua clam contraxerunt, relictâ, cum alia palam contrahunt, & cum ea in perpetuo adulterio viuunt.

Quid est Matrimonium clandestinum? Resp. illud, quod contrahitur sine præsentia proprij Parochi, vel alterius sacerdotis de illius, aut ordinarij licentia, & non adsunt saltem duo testes.

De impedimento inter raptorem & raptam. Num. 24

Sess.24.c.6. R.

QVid statuit Conc. Trid. de impedimento inter raptorem, & raptam? Resp. sic statuit: Decernit sancta Synodus, inter raptorem, & raptam quandiu ipsa in potestate raptoris manserit, nullum posse consistere Matrimonium. Quod si rapta à raptore separata, & in loco tuto, atque libero constituta, illum in virum habere consenserit, eam raptor in vxorem habeat; & nihilominus raptor ipse, ac omnes illi consilium, auxilium, & favorem præbentes, sint ipso jure excommunicati, ac perpetuò infames, omniumque dignitatum incapaces, & si clerici fuerint, de proprio gradu decidant. Teneatur præterea raptor mulierem raptam, sive eam vxorem duxerit, sive noluerit, decenter arbitrio judicis dotare.

Quare introductum est hoc impedimentum? Resp. quia consensus in Matrimonium debet esse liber: hic autem adest vis, & coactio. Et hæc de sacramentis dicta sint.

COMPENDIVM DOCTRINÆ CONCILII, & Catechismi.

De Sacramentis.

Sess.7.c.4.

DOCTRINA Sacramentorum est necessaria? Resp. est, quia sine bono vsu sacramentorum non est salus; nemo autem bene vtitur eo quod ignorat.

Quibus est necessaria? Respon. omnibus fidelibus, magis

subdiaconis, plus diaconis, amplius sacerdotibus confessariis est necessaria exacta cognitio de sacramento Pœnitentiæ, & Matrimonij, Patochis de omnibus, concionatoribus item aliqua ratione.

Quid in singulis sacramentis debet considerari? Resp. Primò nomen, secundò diffinitio, tertiò materia, quartò forma, quintò efficiens, seu minister, sextò finis, seu effectus, septimò administratio, & bonus vsus.

Cat. R. de sac. in gr. Num. 2. 3. Ibidem. Ibidem. &c.

De Sacramentis in genere.

QVid significat hoc nomen *sacramentum*? Resp. apud antiquos significabat juramentum militare: modò accipimi pro eo quod significat rem sacram occultam.

Quæ differentia est inter mysterium, & sacramentum? Resp. mysterium significat rem sacram occultam: sacramentum verò est signum rei sacræ occultæ: veluti si sacra reliquiæ recondita sunt in arca, in qua sit scriptum, *Sacra reliquiæ*, ad significandum, quod ibi adsint: tunc ipsa arca erit veluti sacramentum? Reliquiæ verò mysterium poterunt vocari, quatenus sunt res sacra secreta.

Num. 4. Quomodo diffinitur sacramentum? Respond. Primò sic, *Sacramentum est signum rei sacræ*: secundò, & clarius sic: *Est invisibilis gratiæ visibile signum ad nostram justificationem institutum.*

Num. 11. Omnia signa rei sacræ sunt sacramenta? Respond. non; cruces enim, imagines, cæremoniæ, figuræ veteris Testamenti, sunt signa rei sacræ, sed non sunt sacramenta.

N. 5. & 12. Quare non? Resp. quia non sunt instituta ad justificationem hominis; sacramenta autem ad talem justificationem sunt instituta.

De differentia inter sacramenta veteris, & novæ legis.

C. R. n. 15. & 29. C. T. sess. 7. c. 8. QVomodo differunt sacramenta veteris, & novæ legis? Resp. primò illa significabant tantùm gratiam, ista aliam efficiunt: illa significant Christum venturum, ista jam venisse: illa fuere instituta à Deo, ista à Christo: in illis confitebatur gratia ex opere operantis: *id est*, ob actum fidei, quem faciebant suscipientes protestando se credere in Christum venturum: ista conferunt ex opere operato, *id est*, ex propria virtute tradita ipsi sacramento operato à Christi passione.

De Signo.

QVid est signum? Resp. est illud, quod significat aliquid aliud à se, ut fumus significat ignem. Num. 5.

Quotuplex est signum? Resp. aliud est à natura, ut fumus est signum ignis; aliud ab hominibus, ut voces, picturæ, vexilla; aliud à Deo, ut sacramenta, & figuræ Veteris Testamenti. Num. 10. Num. 14.

Quotuplex est signum à Deo institutum? Respon. aliud est institutum ad significandum tantùm, ut figuræ Veteris Testamenti: aliud ad significandum, & efficiendum, ut sacramenta.

Sacramentum, quale signum est? Respond. est commemorativum passionis Christi præteritæ, à qua virtutem accipit: est demonstrativum gratiæ præsentis, quæ ab ipso confertur, & est prognosticum, *id est* præsuntiativum futuræ gloriæ, quæ per ipsum obtinetur, atque ideo triplex signum est. Num. 13.

De causis Sacramenti.

QVæ est materia Sacramenti? Resp. est res tactu, vel visu perceptibilis, & appellatur *elementum*, ut in Baptismo *aqua*. Num. 16.

Quæ est forma? Resp. illa verba, quibus Sacramentum conficitur, veluti, *Ego te Baptizo*, &c. & ideo appellatur verbum. Ibidem.

Quomodo fit Sacramentum? Resp. per debitam applicationem formæ ad materiam: unde dicitur, *Accedit verbum ad Elementum, & fit Sacramentum.* Ibidem.

Quot sunt partes cujuslibet Sacramenti? Resp. materia, & forma, ex quibus fit unum Sacramentum. Ibidem.

Quænam est causa efficiens Sacramentorum? Respond. Christus, qui instituit illa, dedit etiam illis sua passionis virtutem justificandi, & gratiam efficiendi; imò etiam causa meritoria in sua passione, ut Deus per Sacramenta, tanquam per instrumenta gratiam efficeret in hominibus. Num. 18. Num. 24.

Ministri sunt ne causa Sacramentorum? Respond. sunt causa instrumentalis, quia in persona Christi Sacramenta administrantur: & ideo Christus vtitur illis tanquam animatis instrumentis ad producendum effectum Sacramenti.

Quis est finis, & effectus Sacramentorum? Respond. est Num. 25.

vita spirituali hominis, quæ confertur illi per gratiam justificantem, & per characterem, qui sunt effectus sacramentorum.

De gratia, & charactere.

Num. 27. & 20. QVis effectus Sacramentorum? Resp. gratia gratum faciens, & in aliquibus character.

Rom. 2. Quid est gratia? Resp. est donum Dei, ideo dicitur gratia, quia est gratis data.

Quotuplex est gratia? Resp. duplex, gratis data, & gratum faciens.

1. 2. q. 11. art. 1. Quid est gratia gratis data? Resp. illa, quæ datur ad vtilitatem aliorum, veluti propheria, donum linguarum, gratia sanitatum: & hanc possunt habere etiam illi, qui sunt in peccato mortali, vt Iudas, qui miracula fecit.

Ibidem. Quid est gratia gratum faciens? Resp. illa, quæ facit hominem gratum Deo, & datur illi ad vtilitatem sui ipsius, & cum peccato mortali nunquam haberi potest.

Num. 30. Quid est character? Resp. est signum quoddam animæ impressum, quod deleri nunquam potest, eique perpetuò inhæret.

Num. 13. Quis est effectus characteris? Resp. duplex: primus est præbere potestatem suscipiendi, vel peragendi aliquid sacrum: secundus est, ut aliqua nota alter ab altero internoscatur, veluti character Baptismi duo facit: primò dat facultatem baptizato suscipiendi alia Sacramenta: secundò distinguit ab infidelibus Baptizatum.

De Sacramento, & re, & vtroque.

Num. 15. QVid est Sacramentum tantùm? Resp. materia, & forma Sacramenti, quia ista tantùm significat.

Num. 10. Quid est res Sacramenti tantùm? Respond. gratia, quia ipsa in Sacramento significatur tantùm, & non significat.

Num. 30. & 31. Quid est res, & Sacramentum? Resp. est veluti character, qui significatur ut effectus, & cùm sit signum, in anima significat: ideo est signum, & res significata.

De numero Sacramentorum.

Sess. 7. c. 1. QVot sunt Sacramenta? Resp. septem, Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Pœnitentia, Extrema Vnctio, Ordo, Matrimonium.

Quæ imprimunt characterem, & sunt irreiterabilia? Resp. tria, Baptismus, Confirmatio, Ordo. Sess. 7. c. 5. Ibidem.

Quæ non imprimunt, & sunt reiterabilia? Resp. quatuor, Eucharistia, Pœnitentia, Extrema-Vnctio & Matrimonium. Num. 10. & 21.

Quare sunt septem? Resp. quia tot sunt necessaria ad vitam spiritualem.

Qua ratione? Resp. sicut in vita corporali septem sunt necessaria. Primò, Nativitas. Secundò, augmentum. Tertiò, cibus, seu alimentum. Quartò medicina pro infirmitate. Quintò restaurativum virtutum amissarum, vel infirmitate, vel senectute. Sextò, iudices, & magistratus publici. Septimò, prolis propagatio. Ita in vita spirituali. Ibidem.

Quomodo Sacramenta in vita spirituali hoc præstant? Resp. Baptismo habetur nativitas spiritualis; per Confirmationem augmentum. Ab Eucharistia cibus, & alimentum. A Pœnitentia, medicina contra peccatum, quod est animæ infirmitas. In Extrema-Vnctione restaurantur vires amissæ infirmitate, & tolluntur reliquiæ peccati. In Ordine constituuntur Ministri & Magistratus spirituales. Per Matrimonium fidelis populus conservatur, & multiplicatur. Ibidem.

De necessariis in quolibet Sacramento: de necessitate Sacramenti, & præcepti.

QVæ sunt necessaria in quoque Sacramento? Resp. Quædam sunt necessaria de necessitate Sacramenti, & talia sunt ea, quæ si absint, Sacramentum nihil valet: quædam sunt tantùm de necessitate præcepti, & talia sunt, quæ si absint, valet quidem Sacramentum, sed omittens illa scienter, & sine causa, facit peccatum mortale. Num. 15. & 18.

Quæ sunt de necessitate Sacramenti? Respond. tria, materia, forma, & intentio Ministri, *id est*, quatuor causæ Sacramenti, nempe materia, forma, minister & finis. Illud enim tertium (intentio Ministri) significat tum causam efficientem, *id est* ministrum, tum finalem, ad quam intentio ministri refertur: intentio enim respicit finem. Num. 15. Sess. 7. c. 11.

Quæ intentio requiritur in Ministro? Resp. saltem faciendi quod facit Ecclesia. Sess. 7. c. 15.

Num. 8. Quæ sunt de necessitate præcepti? Resp. Ritus qui ex præcepto Ecclesiæ sunt adhibendi.

De usu Sacramentorum.

SAcramenta prosunt ei, qui non vitiat illis? Resp. Nihil.

Vitis potest esse bonus, & malus? Resp. Ita est.

Quis est malus? Resp. accedere in peccato mortali, vel cujus mala intentione aut irreverentia, vel non servando ea quæ ab Ecclesia præcipiuntur.

Quis bonus vitis? Resp. accedere sine peccato mortali, cum devotione, & reverentia, & iuxta præscriptum Ecclesiæ.

Num. 5. Qui malè accedit, recipit Sacramentum? Resp. potest esse quod recipiat Sacramentum, & illum effectum, qui est character; attamen gratiam non obtinebit, & peccatum mortale sacrilegii committet.

De Sacramento Baptismi.

Num. 5. QVid significat Baptismus? Resp. Græcè significat ablutionem.

Quomodo definitur Baptismus? Resp. sic. *Baptismus est Sacramentum regenerationis per aquam in verbo: id est* per Baptismum homo regeneratur in vitam spiritualem mediante aqua, & verbo, *id est*, materia & forma Baptismi, in quibus Sacramentum positum est.

Quotuplex Baptismus? Resp. triplex: primus fluminis, *id est*, qui fit per aquam; & hic est verus, & proprius: alter fluminis, *id est*, per Spiritum sanctum, quo aliquando baptizantur, qui cupiunt Baptismum aquæ, & non possunt habere: tertius est sanguinis, *id est*, Martyrii, veluti si quis convertus ad Christum statim ob hoc docetur ad Martyrium ante Baptismum, iste dicitur sanguine baptizari: & isti duo ad primum reducuntur.

Num. 5. & 6. Quæ est materia Baptismi? Resp. aqua naturalis, & non artificialis, & hoc de necessitate Sacramenti: extra verò casum necessitatis debet esse consecrata de necessitate præcepti.

Num. 13. Quæ forma? Resp. Ista verba: *Ego te baptizo, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.*

Ibidem. Quis minister? Respond. In casu necessitatis quilibet, vel dignior si plures adsint: extra illum proprius parochus.

Quis effectus? Resp. gratia, & character, *id est*, regeneratio, & nativitas spiritualis. N. 42. &c.

Quis vitis? Resp. accedere cum fide, & hoc fictione: *id est*, cum intentione suscipiendi Baptismum, & cum pœnitentia præteritorum peccatorum, non tamen quæ Sacramentalis sit. Num. 31.

Qui ritus in administratione servandi? Resp. Illi, qui ab Ecclesia præscripti sunt. Num. 60.

De Confirmatione.

QVid significat hoc nomen *Confirmatio*? Resp. significat Deum confirmare, & augere gratiam, & vitam spiritualem, quam in Baptismo dedit. Num. 1.

Quomodo definitur? Resp. sic: *Confirmatio, est Sacramentum, quo homo confirmatur, & augetur in vita spirituali jam in Baptismo suscepta.*

Quæ Materia? Resp. Chrisma ex oleo, & balsamo confectum, & ab Episcopo consecratum. Num. 7.

Quæ forma? Resp. Ista, *Signo te signo Crucis, & confirmo te Chrismate salutis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.* Num. 11.

Quis Minister? Resp. solus Episcopus.

Quis effectus? Resp. perficere gratiam Baptismi, & robustos facere ad pugnandum contra diabolum. Num. 15. & 19.

Quis suscipiens? Resp. Baptizatus, & in ætate saltem septem annorum constitutus: & sine peccato mortali. Num. 17. & 18.

De Eucharistia, ut est Sacramentum.

QVid significat *Eucharistia*? Resp. idem quod bona gratia, vel gratiarum actio. Num. 3.

Quot modis consideratur *Eucharistia*? Resp. primò, ut Num. 4. Sacramentum: secundò, ut Sacrificium: tertiò, ut est communio.

Quibus in Eucharistia convenit hoc nomen, *Sacramentum*? Resp. tribus, nempe rei contentæ in Eucharistia, *id est* Corpori Christi: secundò, communioni: tertiò, speciebus panis, & vini. Num. 8.

Quid propriè dicitur Sacramentum Eucharistiæ? Resp. Ibidem. species seu accidentia illa visibilia panis, & vini post consecrationem, quia sunt signum rei sacræ, *id est* Corporis, & Sanguinis Christi.

Eucharistia est vnum Sacramentum? Resp. est vnum; Num. 10. sed habet duplicem materiam & formam.

Ibidem. Quomodo est hoc? Resp. ratione finis; sicut enim panis, & vinum duæ res sunt, & tamen vnicam faciunt refectionem, & alimentum; ita de corpore, & sanguine Christi dici debet, quod faciunt vnam refectionem spiritualem.

Num.12. 13.14.15. Quæ est materia? Resp. panis triticeus, & vinum de uvis est de necessitate Sacramenti: quod verò fit absque fermento, & quod vino aqua apposita sit, est de necessitate præcepti.

Num.12. &c. Quæ est forma? Resp. forma consecrationis panis, est hæc: *Hoc est enim corpus meum.* Tota de necessitate Sacramenti, excepta particula *enim*, quæ est de necessitate præcepti. Forma consecrationis vini est hæc: *Hic est enim calix sanguinis mei novi, & æterni testamenti, mysterium fidei, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum.* Omnia de necessitate Sacramenti, excepta particula *enim*, quæ est de necessitate præcepti.

Num.67. Quis est Minister? Resp. Sacerdos legitimè ordinatus.

Num. 10. Quis finis, & effectus? Resp. gratia abundans, & refectio spiritualis.

De consecratione, & Transsubstantiatione.

Num.19. EVchatistia quomodo efficitur? Resp. consecratione, quæ efficitur à forma.

Num.40. Quid est consecratio? Resp. generaliter sumpta *est actio, qua non sacrum efficitur sacrum.*

Ses.13.c.4. Num.41. Ses.13.c.4. n.37.&c. Consecratio propriè in Eucharistia accepta quid est? Resp. est conversio vera & realis totius substantiæ panis & vini in totam substantiam corporis & sanguinis Christi.

Quomodo appellatur ista conversio? Resp. transsubstantiatio; quia est mutatio, & conversio totius substantiæ in totam substantiam.

Ibidem. Quare tota substantia panis convertitur? Resp. quia nihil omninò manet de substantia panis, quod non convertatur.

Quare fit conversio in totam substantiam corporis Christi? Resp. quia quicquid est de substantia corporis Christi, post consecrationem verè & realiter reperitur.

Quomodo ista conversio est consecratio? Resp. quia panis, qui non erat res sacra, fit corpus Christi, quod est summè sacrum, ideò ex non sacro efficitur sacrum.

De speciebus Sacramentalibus, & contento sub ipsis. *Num.26.*

IN pane, & vino quænam considerantur? Resp. duo, primò substantia panis, & vini: secundò, accidentia panis, & vini, ut quantitas, color, figura, &c. quæ etiam dicuntur species, & symbola.

Ibidem. In consecratione convertuntur accidentia panis, & vini? Resp. non, sed eadem manent, ut sensui patet; substantia verò illorum verè conversa est.

Ses.13.c.1. Quid continetur sub speciebus seu accidentibus panis, & vini ante consecrationem? Resp. sola, & tota substantia panis, & vini; nihil penitus de substantia corporis, & sanguinis Christi.

Ibidem. Quid continetur sub speciebus panis, & vini post consecrationem? Resp. tota, & sola substantia corporis, & sanguinis Christi, & nihil penitus de substantia panis, & vini.

Num.26. & 44. Accidentia panis, & vini suntne tanquam in subjecto in corpore, & sanguine Christi? Resp. nulla omnino ratione: quia corpus, & sanguis Christi non possunt habere accidentia alterius substantiæ: ideo talia accidentia omnino absque subjecto sunt.

Ses.13.c.3 Sub speciebus panis post consecrationem continetur ne totus Christus, nempe corpus, sanguis, anima, divinitas? Resp. continetur: sed ex vi Sacramenti, seu verborum continetur tantùm corpus: per realem verò concomitantiam continetur etiam sanguis, anima, & divinitas.

Ibidem. Sub speciebus vini post consecrationem continetur ne corpus, sanguis, anima, & divinitas? Resp. continetur: sed sanguis ex vi verborum, reliqua per concomitantiam.

Num.34. Quid est vi verborum? Resp. est contineri ex eo, quod verba significant, & efficiunt: cùm enim forma consecrationis panis dicat, *Hoc est corpus meum*, hic significatur tantùm adesse corpus, quia de sanguine, & anima nihil dicitur; vnde ex vi verborum efficitur tantùm corpus: & idem de consecratione vini dicendum est.

Ses.13.c.3. Quid est per realem concomitantiam? Resp. quia corpus Christi vinum omninò debet esse cum sanguine, & anima, & amplius cum divinitate, quæ corpori Christi vnita est; ideo per realem concomitantiam vbi est corpus, ibi sanguis, anima, & divinitas est.

Num.26. Corpus Christi in Eucharistia estne omnino illud idem

quod fuit in utero Virginis, & modò est in cœlis? Resp. verè, *Sef.3.c.33.* & realiter, & omnino idem est.

Estne in Eucharistia eodem modo, quo in cœlo? Resp. quoad modum est aliquo diversus: Corpus enim Christi triplicem modum habet existendi: unus est naturalis: & sic fuit visibile, palpabile, mortale, passibile. Alter est gloriosus, & sic est agile, subtile, impassibile, lucidum, & regnat ubique. Tertius est Sacramentalis; & hic est, ut sit invisibile, velatum, & cooperatum speciebus Sacramentalibus: unde idem omnino est Corpus Christi, sed modus existendi diversus est.

Potestne declarari exemplo? Resp. potest, persona alicuius Regis eadem omnino manens potest triplicem modum existendi habere: unum personæ propriæ privatæ: alium personæ regiæ, & in habitu, & decore regio: tertium veluti alterius personæ servilis; sic Christus in hoc mundo sic habuit iuxta modum existendi naturalem: in cœlo modò existit iuxta modum existendi gloriosum: in Eucharistia sub speciebus panis, & vini latet. Et tamen ubique omnino verè idem est Christus.

De Missa Sacrificio.

NOmen Missæ unde desumitur? Resp. à verbo *Mittere* tum quia hostia, quæ in illa offertur, *id est* Christus, à Patre fuit ad nos missa: tum quia Sacerdos Sacrificium Altaris per Angelum mittit ad Deum.

Sef.22.c.1. & 2. Quæ est illius definitio? Resp. hæc: *Missa est Sacrificium incruentum Corporis & Sanguinis Christi sub speciebus panis & vini cum representatione Sacrificij cruenti in passione Christi oblati.* Vel hæc: *Missa est illud idem Sacrificium quod Christus obtulit in Cruce, sola offerendi ratione diversa*, & utraque definitio idem dicit, & à Conc. Tr. desumpta est.

Ibidem. Quomodo differunt Sacrificium Missæ, & Passionis Chr. Resp. in hoc quod Sacrificium Missæ est incruentum, *id est* sine sanguinis effusione; illud verò fuit cruentum, & cum sanguinis effusione.

Ibidem. Quæ est materia Sacrificij Missæ? Resp. idem omnino Christus, qui in Cruce fuit oblatus.

Ibid.can. Quæ forma? Resp. hæc forma tria dicit: primò quod in ipso verè, & realiter Christus offertur Deo Patri per modum Sacrificij, sicut in Cruce fuit oblatus: secundò, quod nunc

nunc sine sanguinis effusione offertur: tertiò quod repræsentat illam sanguinis effusionem, quæ in cruce peracta fuit.

Quodnam est offerens? Resp. ait Conc. Tr. Christus per manus Sacerdotis.

Cui offertur? Resp. Soli Deo.

Potest offerri Sanctis? Resp. Non, Sed potest offerri Deo in honorem, & memoriam Sanctorum. *Ibidem.*

Pro quibus offertur? Resp. pro vivis & defunctis. *Ibid. c.3.*

Quis est finis huius Sacrificij? Resp. Triplex. Primò cultus, seu gloria Dei, & Christi: secundò honor, & lætitia Sanctorum: tertiò, vilitas, & gaudium vivorum, atque mortuorum.

Quot modis in Missa tribuitur cultus, & gloria Deo? *Sef.22.c.3.* Resp. Quatuor modis: primò, exhibendo illi laudem, & *ibidem.* sic dicitur Sacrificium laudis, secundò satisfaciendo pro peccatis: & sic dicitur satisfactionis: tertiò, gratias agendo pro beneficiis acceptis, & sic dicitur gratiarum actionis: quartò impetrando nova beneficia, & sic dicitur impetratorium.

Quomodo dat honorem Sanctis? Resp. offerendo illud *Sef.22.c.3.* in memoriam & honorem illorum. *Ibid.c.2.*

Quomodo affert vilitatem vivis, & defunctis? Resp. Dum offertur pro illis, tanquam Sacrificium laudis, satisfactionis, gratiarum actionis, & impetrationis.

Hoc Sacrificium estne publicum, an privatum? Resp. *C.R.p.80.* Publicum, & semper publicam affert vilitatem.

De Communione.

EUcharistia estne Sacramentum, etsi non sumatur? Resp. *Num.9.* Non. Quid si quis illam suscipiat? Respond. Est, veluti cum servatur *Num.4.* in pyxide.

Quid est communio? Resp. Est sumptio Eucharistiæ, & usus illius.

Quare dicitur communio? Resp. Quia per talem sumptionem quis communicat de gratia, & vita Christi. *Ibidem.*

Quis est bonus usus? Resp. Accedere hoc cultu mortali, & cum debita devotione, & reverentia, & præmissa *Num.55.* confessione, & hoc facere frequenter.

De Sacramento Pœnitentiæ.

Num. 3. & 15. QVid significat hoc nomen, *Pœnitens*? Resp. Id est pœnam tenens; quem enim pœnitet, ille voluntariè pœnam sui peccati tenet, & non evadit, vt sit in damnatis.

Num. 5. Quotuplex pœnitentia? Resp. duplex, vna interior, quæ dicitur Pœnitentia, vt est virtus; alia exterior, & hæc dicitur Sacramentum.

Quomodo definiunt Pœnitentiæ interiorem? Resp. sic à Catechismo, est cùm ad Deum nos ex animo convertimus: & commissa à nobis scelera detestamur, & odio habemus, simulque illud nobis cerrum, corruptosque mores emendare: non sine spe veniæ à Dei misericordia consequendæ, *id est, Pœnitentia interior est conversio in Deum, cum detestatione peccati commissi, & proposito non committendi, & cum spe veniæ à Deo.*

3. sf. 14. c. 1. Quomodo definiur Pœnitentia, vt est Sacramentum? Respond. hic, *Pœnitentia est Sacramentum, per quod peccatum mortale post Baptismum commissum impossibile est remitti.*

Sef. 14. c. 3. & 5. Quæ est materia illius? Resp. proxima materia sunt actus pœnitentis, contritio, confessio, & satisfactio: Remota sunt peccata, & hæc est duplex, vna necessaria, nempe peccatum mortale, quod necessarium est confiteri: alia sufficiens, & sunt venialia, quæ si quis confiteatur, sufficit vt quis possit absolvi.

Sef. 14. c. 3. Quæ est forma? Resp. ista, *Absolvo te.*

Ibidem. Quis finis, & effectus? Resp. remissio peccatorum, & reconciliatio cum Deo.

Ibidem. cap. 10. Quis minister? Respondetur, Sacerdos habens potestatem ordinis, quam habent omnes Sacerdotes legitimè ordinati, quibus datur clavis scientiæ, & potestatis: sed amplius est necesse, quod habeat potestatem iurisdictionis, siue ordinariam, *id est* per titulum, cui animarum cura annexa sit; siue delegatam, vel à summo Pontifice, vel ab Episcopo, vel alio præstante vicario.

De partibus Pœnitentiæ.

QVæ sunt partes integrales, seu materiales Pœnitentiæ? Resp. tres: Contritio, Confessio, Satisfactio. Quare dicuntur integrales? Resp. Quia omnes requiruntur, vt pœnitentia integra sit. *Sef. 14. c. 3. Ibidem.*

Quid est contritio? Respond. *Est dolor, ac detestatio animi, à charitate proveniens de peccato commisso cum proposito non peccandi de cætero, & cum spe veniæ, ac vero præstandi reliqua, quæ ad ritè suscipiendum Pœnitentiæ Sacramentum requiruntur.* *Ibidem.*

Quid est attritio? Resp. *Est dolor, & detestatio proveniens ex consideratione turpitudinis peccati, vel gehennæ, pœnarum metu:* qui dolor habetur de peccato commisso, cum proposito non committendi, & cum spe veniæ à Deo obtinendæ, & cum voluntate ritè suscipiendi Sacramentum Pœnitentiæ. *Ibidem.*

Quæ est differentia inter attritionem, & contritionem? Resp. Per contritionem remittitur peccatum absque actuali susceptione Pœnitentiæ Sacramenti. Attritio non obtinet remissionem nisi realiter Sacramentum Pœnitentiæ suscipiatur: Contritio etiam est dolor perfectus, attritio imperfectus. *Ibidem.*

Quid est confessio? Resp. *Est peccatorum accusatio,* (quæ ad Sacramenti genus pertinet) *à suscepta, vt virtute clavium veniam impetremus.* *C. Rom. 3. 9.*

Quid est satisfactio? Resp. *Est compensatio facta Deo pro offensis in illum perpetratis.* *N. 63. & 64.*

Cur ista tria ad pœnitentiam requiruntur? Resp. Quia justum est, vt totus homo pro peccatis Deo satisfaciat, qui totus etiam in eius offensam prorupit, idcò contritione satisfaciat corde, Confessione, lingua, Satisfactione verò opere exteriori. *N. 22. 23.*

De Extrema-Vnctione.

QVid significat Extrema-Vnctio? Resp. Significat vltimam vnctionem, quæ homini in periculo vitæ constituto datur ex Christi ordinatione. *Num. 2.*

Sess. 4. c. 3. Ext. Vnct. Quomodo definitur? Resp. sic: Est Sacramentum exeuntium, *id est*, quod datur morituris, vt ex hac vitæ ad aliam mundi, & sine vllo inquinamento accedant.

Num. 5. Quæ est materia? Resp. Oleum ab Episcopo consecratum.

Ibidem. Quæ forma? Resp. Hæc, *Per istam sanctam Vnctionem indulgeat tibi Deus quidquid oculorum, sive aurium, sive tactus vitio deliquisti.*

Num. 9. Quibus datur? Resp. In periculo vitæ constitutis.

Num. 10. Quæ partes vnguntur? Resp. Illæ in quibus sensus magis viget, à quo peccata procedunt, vt sunt oculi, aures, nares, os, manus, renes, & pedes.

Num. 13. Quis Minister? Resp. Proprius Parochus.

Num. 14. 15. & 16. Quis finis? Resp. Conferre ægroto sanitatem animæ, & etiam corporis, si ita animæ expediat; conferre etiam homini omnia auxilia, quæ morituro sunt opportuna.

Num. 12. Quis bonus vsus? Resp. Suscipere sine culpa mortali, cum fide, ac pietate.

De Sacramento Ordinis.

Ibidem. QVid significat hoc nomen *Ordo*? Resp. dispositionem superiorum, & inferiorum rerum, quæ inter se ita aptæ sunt, vt vna ad alteram referatur: *id est*, Ordo significat, & disponit, quæ personæ in Ecclesia Dei sint superiores, & quæ inferiores.

3. p. q. 34. art. 1. sup. Quomodo definitur? Resp. sic: *Est signaculum Ecclesiæ, per quod spiritualis potestas traditur Ordinato.*

Ibidem. Quæ materia? Resp. Illud quod ab Episcopo porrigitur Ordinato, vt tangatur ab illo.

Ibid. ar. 4. Quæ forma? Resp. Verba ab Episcopo prolata, cùm materiam tangendam tradit.

Num. 29. Quis Minister? Resp. Episcopus.

Num. 8. Quis finis? Resp. Constituere Ministros in Ecclesia, qui sacras functiones rectè adimpleant.

Num. 34. Quis effectus? Resp. duplex, vnus est character, quo traditur potestas sacras functiones peragendi: alter gratia, qua Minister fit dignus, & idoneus ad vtendum illa potestate, & ad sacras functiones peragendas. Reliqua de Ordine, veluti de numero, distinctione, vsu, functionibus, &

aliis expedit videre vbi agitur de Sacramento Ordinis: de gratia verò, & charactere dictum est initio huius compendii.

De Matrimonio.

NOmen Matrimonii à quo desumptum est? Resp. A matre, quia fœmina nubit, vt fiat mater. Num. 2.

Quomodo definitur? Resp. sic, *Matrimonium est viri, & mulieris maritalis coniunctio inter legitimas personas, individuam vitæ consuetudinem retinens.* Num. 3.

Quot modis consideratur *Matrimonium*? Resp. dupliciter, nempe vt est officium naturæ, & sic fuit ante Christum, & modò est apud infideles: alio modo vt est Sacramentum: & sic modò datur inter fideles. Num. 9.

Quomodo definitur hoc Sacramentum? Resp. sic: *Est maritalis, & Sacramentalis coniunctio inter legitimas personas individuam vitæ consuetudinem retinens.* Num. 15.

Quæ est materia? Resp. legitimæ personæ, *id est*, vir & mulier, quos Ecclesia non inhabilitat ad illud contrahendum. Num. 3.

Quæ forma? Resp. Sacramentalis, & maritalis coniunctio, vel obligatio, seu vinculum, & nexus. Ibidem.

Quis finis? Resp. primò sanctificatio mariti, & vxoris: secundò, maritalis, & charitativa, & Christiana vnio inter illos: tertiò legitima filiorum procreatio. 4. eiusdem prolis virtuosa, & pia educatio. 5. mutuus amor, & mutua officia inter coniuges. 6. vitatio fornicationis. Cat. ch. per totum.

Quis effectus? Resp. gratia, cuius virtute omnia dicta obtinentur. Ses. 24. ib.

Quid efficitur? Resp. consensus coniugum expressus per verba de præsenti, & consequenter ipsi coniuges suo consensu coniungunt, & obligant se. Num. 4.

Præsentia Parochi est necessaria? Resp. post Conc. Trid. necesse est quod Parochus sit præsens, & duo testes, & alioquin Matrimonium erit clandestinum, & nullum. Ses. 24. c. 1.

Quis bonus vsus Matrimonii? Resp. de hoc, & de aliis dicitur in tractatu de ipso, vbi poterunt ista videri.

Si quid lectori in his obscurum, vel nimis breve videtur, videat in lectionibus vbi tractatur de illa materia, & ibi magis distinctum reperiet.

Sess. 4. c. 3. Ext. Vnct. Quomodo definitur? Resp. sic: Est Sacramentum exeuntium, *id est*, quod datur morituris, vt ex hac vitæ ad aliam mundi, & sine vllo inquinamento accedant.

Num. 5. Quæ est materia? Resp. Oleum ab Episcopo consecratum.

Ibidem. Quæ forma? Resp. Hæc, *Per istam sanctam Vnctionem indulgeat tibi Deus quidquid oculorum, sive aurium, sive tactus vitio deliquisti.*

Num. 9. Quibus datur? Resp. In periculo vitæ constitutis.

Num. 10. Quæ partes vnguntur? Resp. Illæ in quibus sensus magis viget, à quo peccata procedunt, vt sunt oculi, aures, nares, os, manus, renes, & pedes.

Num. 13. Quis Minister? Resp. Proprius Parochus.

Num. 14. 15. & 16. Quis finis? Resp. Conferre ægroto sanitatem animæ, & etiam corporis, si ita animæ expediat; conferre etiam homini omnia auxilia, quæ morituro sunt opportuna.

Num. 12. Quis bonus vsus? Resp. Suscipere sine culpa mortali, cum fide, ac pietate.

De Sacramento Ordinis.

Ibidem. QVid significat hoc nomen *Ordo*? Resp. dispositionem superiorum, & inferiorum rerum, quæ inter se ita aptæ sunt, vt vna ad alteram referatur: *id est*, Ordo significat, & disponit, quæ personæ in Ecclesia Dei sint superiores, & quæ inferiores.

3. p. q. 34. art. 1. sup. Quomodo definitur? Resp. sic: *Est signaculum Ecclesiæ, per quod spiritualis potestas traditur Ordinato.*

Ibidem. Quæ materia? Resp. Illud quod ab Episcopo porrigitur Ordinato, vt tangatur ab illo.

Ibid. ar. 4. Quæ forma? Resp. Verba ab Episcopo prolata, cùm materiam tangendam tradit.

Num. 29. Quis Minister? Resp. Episcopus.

Num. 8. Quis finis? Resp. Constituere Ministros in Ecclesia, qui sacras functiones rectè adimpleant.

Num. 34. Quis effectus? Resp. duplex, vnus est character, quo traditur potestas sacras functiones peragendi: alter gratia, qua Minister fit dignus, & idoneus ad vtendum illa potestate, & ad sacras functiones peragendas. Reliqua de Ordine, veluti de numero, distinctione, vsu, functionibus, &

aliis expedit videre vbi agitur de Sacramento Ordinis: de gratia verò, & charactere dictum est initio huius compendii.

De Matrimonio.

NOmen Matrimonii à quo desumptum est? Resp. A matre, quia fœmina nubit, vt fiat mater. Num. 2.

Quomodo definitur? Resp. sic, *Matrimonium est viri, & mulieris maritalis coniunctio inter legitimas personas, individuam vitæ consuetudinem retinens.* Num. 3.

Quot modis consideratur *Matrimonium*? Resp. dupliciter, nempe vt est officium naturæ, & sic fuit ante Christum, & modò est apud infideles: alio modo vt est Sacramentum: & sic modò datur inter fideles. Num. 9.

Quomodo definitur hoc Sacramentum? Resp. sic: *Est maritalis, & Sacramentalis coniunctio inter legitimas personas individuam vitæ consuetudinem retinens.* Num. 15.

Quæ est materia? Resp. legitimæ personæ, *id est*, vir & mulier, quos Ecclesia non inhabilitat ad illud contrahendum. Num. 3.

Quæ forma? Resp. Sacramentalis, & maritalis coniunctio, vel obligatio, seu vinculum, & nexus. Ibidem.

Quis finis? Resp. primò sanctificatio mariti, & vxoris: secundò, maritalis, & charitativa, & Christiana vnio inter illos: tertiò legitima filiorum procreatio. 4. eiusdem prolis virtuosa, & pia educatio. 5. mutuus amor, & mutua officia inter coniuges. 6. vitatio fornicationis. Cat. ch. per totum.

Quis effectus? Resp. gratia, cuius virtute omnia dicta obtinentur. Ses. 24. ib.

Quid efficitur? Resp. consensus coniugum expressus per verba de præsenti, & consequenter ipsi coniuges suo consensu coniungunt, & obligant se. Num. 4.

Præsentia Parochi est necessaria? Resp. post Conc. Trid. necesse est quod Parochus sit præsens, & duo testes, & alioquin Matrimonium erit clandestinum, & nullum. Ses. 24. c. 1.

Quis bonus vsus Matrimonii? Resp. de hoc, & de aliis dicitur in tractatu de ipso, vbi poterunt ista videri.

Si quid lectori in his obscurum, vel nimis breve videtur, videat in lectionibus vbi tractatur de illa materia, & ibi magis distinctum reperiet.

Potest dari exemplum? Resp. Potest: Evangelium, in quo agitur de iudicio, reducitur ad septimum articulum. *Qui venturus est iudicare*, &c. Idem de Passione, & Resurrectione, & Incarnatione. Cùm verò scriptura loquitur de virtutibus & vitiis, ad præcepta locus ille reduci debet. Cùm loquitur de beneficiis, gratiis, promissionibus, ad Orationem Dominicalem. Cùm de iustificatione, gratia, & remissione peccatorum, ad Sacramenta, atque ita de aliis fieri potest.

De modo doctrinam Evangelicam explicandi. Num. 23.

Num. 22. QVid expedit circa modum docendi considerare? Resp. Primò captum seu capacitatem audientium: secundò, fructum, seu illorum vtilitatem.

Num. 11. Estne magni momenti huic capacitati se accommodare? Resp. Catech. ait, maximi.

Num. 12. Quomodo cognoscitur hæc capacitas? Resp. Observando ætatem, ingenium, mores, & conditionem audientium.

Num. 11. Quænam est differentia inter capacitatem vnius & alterius? Resp. Primò, aliqui sunt incipientes, & veluti modò geniti infantes, qui lacte opus habent, & illis prima, & faciliora fidei rudimenta sunt explicanda: secundò, alii sunt veluti adolescentes, seu proficientes, qui solidiori verbo, & doctrina opus habent: tertiò alii sunt perfecti, seu capaces doctrinæ perfectioris.

Ibidem. Parochus debet se accommodare sapientibus, & insipientibus? Resp. Apostolus, ita fieri debet.

Ibidem. Debetne omitti instructio parvulorum, vt exercitatis maior doctrina subministretur? Resp. Vtrique debet satisfieri, sed maioris est necessitatis instructio parvulorum.

Ibidem. Si Parocho molestum sit humiliora docere, quid facere debet? Resp. Contemplari Christum, qui in medio fratrum factus est tanquam nutrix fovens filios suos, & eius exemplo ad humiliora docendum se excitare.

Num. 13. Ses. 22. c. 7. Quis modus tenendus, vt doctrina vtilis, ac fructuosa sit? Resp. Primò debent omitti inutiles, & curiosæ quæstiones, necnon alia vtilitate carentia: secundò, illa sunt proponenda, quæ ad veram pietatem animos auditorum

valeat excitare: tertiò, tali modo, & affectu illa proferre, ut in intimis cordibus imprimantur. Demùm ita esse habeat, ut omnes Christo lucrifaciat & seipsum fidelem ministrum præbeat, ut dignus sit ut super multa in regno Christi constituatur.

TRACTATIO CATECHISMI, *In Symbolum Apostolorum.*

TOta tractatio Catechismi in quot partes divisa est? Resp. In quatuor. Prima est de Symbolo. Secunda, de Sacramentis. Tertia, de lege Dei. Quarta, de Oratione Dominicali. *Præfat. Num. 11.*

Cur ita divisa est? Resp. Quia summa doctrinæ Evangelicæ à majoribus ad hæc capita reducta est? Hanc autem Doctrinam more majorum docere Catechismus intendit. *Ibidem.*

Quare primò loco posita est doctrina de Symbolo? R. Quia sicut cognitio intellectus præcedit operationem voluntatis, ita cognitio veritatum fidei, quæ in Symbolo continetur, debet præcedere disciplinam morum, quæ in Sacramentorum vsu, in observantia diuinæ legis, & in Oratione Dominicali posita est. *Ibid. & 12.*

Quid in hac parte tractat Catech. Resp. Primò agit de fide: secundò, de Symbolo: tertiò, singulos articulos Symboli declarat, & explicat. *Cap. 1.*

Cur agit de fide? Resp. Quia in Symbolo continetur summa eorum quæ per fidem cognosci, & credi debent; ideo tractatio de Fide, & Symbolo disjungenda non erat. *Num. 13.*

De Fide, Doctrina Catechismi.

QVid tractat Catechismus de fide? Resp. Primò, Quotuplex sit: secundò quid sit: tertiò de illius necessitate: quartò de illius certitudine: quintò de gradibus ipsius: sextò, de actibus: septimò, de obiecto. *Cap. 1. p. 1.*

Quot modis accipitur fides. Num. 2.

FIdes quot modis accipitur? Resp. Duobus, nempe pro actu credendi, & est idem, quod credere, seu habere fidem alicui: secundò pro virtute, seu habitu credendi, & hoc modo hic accipitur à Catechismo. *Ex c. 1. n. 2.*

Quotuplex est fides? Resp. Duplex, alia humana, qua creditur homini, veluti humanæ historiæ, aut huma- *Part. 1. c. 2. Num. 1.*

quæ pro illius salute necessaria sunt.

Prof.n.1. Quid continet doctrina revelata? Resp. Mysteria, quibus homo æternam salutem consequi potest.

Quænam sunt ista mysteria? Resp. Mysterium Incarnationis Christi, & Passionis illius. In his enim fundamentum & medium nostræ salutis positum est.

De necessitate doctrinæ revelatæ.

Num. 3.

Num.1. MEns, seu intellectus hominis, potestne investigare per ipsum, & naturali virtute multa, quæ ad rectum divinarum pertinent cognitionem? Resp. Potest, sed magno labore & diligentia.

Ibidem. Potestne intellectus hominis naturali lumine illustratus obtinere cognitionem illorum, quibus æterna salus comparatur? Resp. Ait Catech. maximam dictorum partem naturæ lumine cognoscere, aut cernere nunquam potuit, & illud verbum, *Maximam*, est notandum.

Ibidem. Nonne per creaturas invisibilia Dei, ut ait Apostolus, cognosci possunt? Resp. Aliqui, ait Cat. per creaturas de Deo cognoscuntur, sed per illas nequimus cognoscere mysteriumnostræ Redemptionis.

Ibidem. Mysterium nostræ Redemptionis semper fuit abscondium? Resp. Quod attinet ad lumen naturale, ut ait Apostolus, semper à seculis, & generationibus absconditum fuit.

Conc Sess. 2. c.16. Cur ita absconditum est? Resp. Quia adeo humanam intelligentiam superat, ut nullo studio homo per seipsum ad illius cognitionem venire possit.

Num.2. Homo sine dicti mysterij cognitione salvari potest? Resp. Non, quia fides in Christum omnino ad salutem necessaria est.

Num. 1. Cum fide, & cognitione dicti mysterij homo potest salvari? Resp. Potest. Quia propter æternam salutem homo imprimis conditus, atque ad imaginem, & similitudinem Dei creatus, mediante dicto mysterio salvari potest.

Ibidem. Solus Deus poterat hoc mysterium manifestare? Resp. Solus, quia sibi soli cognitum erat.

Ibidem. Quibus manifestavit? Resp. Sanctis, quibus voluit divitias gloriæ suæ revelare.

De modo, quo à Deo doctrina revelata est. Num. 4.

QUonam modo Deus revelavit ea, quæ ab æterno in illo abscondita? Resp. Verbo, & lumine. *Num. 1.*

Quomodo est hoc? Resp. Duo in revelatione considerantur, unum est verbum Dei, aliud est lumen supernaturale, quod dicitur lumen fidei, per quod intellectus hominis illustratur, & elevatur, ut supernaturales veritates cognoscere possit. *Ibidem.*

Qua ratione divina sapientia per verbum Dei manifestatur? Resp. Sicut homines sapientiam suam in mente occultam verbis, & locutione aperiunt, & manifestant: Ita Deus verbis à se prolatis sapientiam suam revelat. *Nu.1.&2.*

Quomodo cum hominibus loquitur Deus? Resp. Olim per Prophetas ante Christum, nunc post Christi adventum in ipso, & in Apostolis est locutus. *Num. 2.*

De verbo Dei. Num.5.

VBi continetur doctrina à Deo revelata? Resp. In verbo Dei, ait Conc. & Catech. *Num. 12. Sess.4.n.3.*

Cur hoc? R. Quia sapientia in Deo abscondita per solum illius verbum manifestatur. *12.*

Quæ sunt verba Dei? Resp. Illa, quæ Deus locutus est, sive in Filio, sive in Prophetis, sive in Apostolis.

De Veteri, & Novo Testamento. Num.6.

VBi continentur verba, quæ Deus locutus est? Resp. In Veteri, & novo Testamento. *Sess.4. n.1.*

Quid est vetus Testamentum? Resp. Sunt illa verba quæ Deus ante Christi adventum locutus est. *Ibidem.*

Qui libri continentur in Veteri Testamento? Resp. Illi, quos enumerat Concilium Trid. sess.4. nempe Genesis, Exodus, &c.

Quinam pertinent ad Novum Testamentum? Resp. Libri ab eodem Concilio numerati, nempe quatuor Evangelia, Actus Apostolorum, Epistolæ Canonicæ, & Apocalypsis. *Ibidem.*

Sunne æqualis authoritatis Vetus, & Novum Testamentum? Resp. Ait Concilium, sanè; quia in utroque idem Deus locutus est. *Ibidem.*

De Evangelio. Num. 7.

Ibidem. QVomodo appellatur verbum Dei prolatum in Novo Testamento? Resp. Evangelium.

Quid significat Evangelium? Resp. Bonum nuntium.

Ibidem. Quomodo definitur Evangelium? Resp. Ex Concilio sic: *Est tanquam sons omnis, & salutaris veritatis, & morum disciplina, quod Christus proprio ore primùm promulgavit, deinde per suos Apostolos omni creaturæ prædicari iussit.*

Ibidem. In hac definitione continenturne quatuor causæ Evangelii? Resp. Continentur.

Ibidem. Quænam est materia Evangelii? Resp. Primò, veritates fidei, *id est* illa doctrina, quæ illuminat, & dirigit intellectum circa ea, quæ credere, scire, & cognoscere debet: secundò, disciplina morum, *id est*, illa doctrina, quæ præceptis, consiliis, promissionibus, minis, & aliis instruit, & dirigit, & adjuvat voluntatem ad bonas operationes, & bonos mores.

Ibidem. Quænam est forma? Resp. Esse fontem omnis veritatis fidei, & disciplinæ morum. Item illa promulgatio, & prædicatio, quæ dicta est.

Ibid. Quæ est causa efficiens illius? Resp. Primò Christus, qui ore proprio illud promulgavit: deinde Apostoli, tanquam ministri Christi. Isti enim à Christo missi, & à Spiritu sancto affati Evangelium prædicarunt.

Ibid. Quis finis? Resp. Salus hominum: Idcò dicitur fons salutaris veritatis, &c. Salutare enim est illud, quod salutem efficere potest.

Ibid. Omnes veritates ad salutem hominum pertinentes continenturne in Evangelio? Resp. Omnes, Conc. enim sic: *Omnis, & salutaris veritatis*, &c.

De verbo Dei scripto, & non scripto, seu de Scriptura, & traditionibus. Num. 8.

Ibid. IN Evangelio reperiuntur verbum Dei scriptum, & non scriptum? Resp. reperiuntur.

Quid est verbum Dei non scriptum? Resp. Est illud, quod à Deo sola voce sine scriptura prolatum est.

Quid est verbum Dei scriptum? Resp. Est illud quod à Deo per scripturam prolatum est.

Quomodo appellatur verbum Dei scriptum? Resp. Sacra Scriptura. *Ibidem.*

Quomodo appellatur verbum Dei non scriptum? Resp. Divina traditio. *Ibidem.*

Christus promulgavitne Evangelium verbo scripto, an non scripto? Resp. Non scripto. *Ibidem.*

Apostoli quorum verbo Evangelium prædicarunt? Resp. Partim scripto, partim non scripto. Aliqui enim Apostoli nihil scriptum reliquerunt. Aliqui partim scripturam, partim simplici verbo Evangelium docuerunt. *Ibidem.*

Quodnam verbum est maioris authoritatis, scriptum an non scriptum? Resp. Ait Conc. sunt æqualis, quia utrumque verè est verbum Dei. *Ibidem.*

De sacra Scriptura. Num. 9.

QVid est sacra Scriptura? Resp. Est verbum Dei quod scriptum est. *Ibidem.*

Vbi in Evangelio continetur hoc verbum? Resp. In quatuor Evangeliis, in Actibus Apostolorum, in Epistolis canonicis, & in Apocalypsi, ut dictum est. *Ibidem.*

Decreta Summ. Pontificum, & Conciliorum, necnon libri Doctorum Ecclesiast. suntne sacra Scriptura? Resp. Non, sed ex illa, & traditionibus sunt derivata.

De Traditione divina. Num. 10.

QVid est Traditio divina? Resp. Est verbum Dei non scriptum. *Ibidem.*

Quid docet hæc Traditio? Resp. Ait Conc. idem quod sacra Scriptura, nempe Veritates Fidei, & Morum disciplinam. *Ibidem.*

Traditiones à quonam sunt derivatæ? Respond. Ait Concil. Traditiones ab ipsius Christi ore acceptæ sunt ab Apostolis, vel eisdem à Spiritu sancto dictæ fuerunt. *Ibidem.*

Quomodo in Ecclesia conservantur? Resp. Ait Concil. conservantur continua successione, quasi per manus traditionem; sicut enim aqua fluminis à primo fonte fluens continua successione per alveum currit, ita doctrina à Christo, & ab Apostolis derivata, omnia tempora quasi continuo cursu pertransit. *Ibidem.*

In quibus potissimùm reperiuntur Traditiones? Resp.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

In multis, sed præcipuè in his, quæ opere ipso exercentur, veluti in sacramentis, & similibus. Talia enim meliùs, & faciliùs voce, & opere præsentibus, quàm libris, & scripturis absentibus proponuntur.

Sacram. Quonam modo est hoc? Resp. Apostoli septem ministrabant Sacramenta iuxta formam, & modum à Christo illis præscriptum; & dum ministrabant, aliis dicebant, sic & non aliter Christus præcepit illa ministrare; ideò curabant, vt vbique ita administrarentur, ex quo introducta est consuetudo illa sic, & non aliter administrandi. Ideò in traditione talis consuetudo firmata est.

De divisione doctrinæ revelatæ. Num. 11.

In Præfat. Num. 11. Ibid. DOctrina, quæ in Scriptura, & Traditionibus continetur, potest dividi, & ad capita quædam reduci? Resp. Potest.

Conc. sess. 4. cap. 1. Quomodo fit hæc divisio? Resp. Conc. Trid. dividit illam in duas partes: prima continet veritates fidei, quæ intellectum dirigunt ad credendum: secunda disciplinam morum, quæ instruit voluntatem ad operandum. Hanc secundam Catech. subdividit in tria capita: primum continet ea, quæ debent fieri, vt gratia, sine qua homo non potest salvari, obtineatur; & in hoc agitur de Sacramentis quæ media sunt ad hanc gratiam obtinendam. Secundum explicat ea, quæ pertinent ad bonum vsum gratiæ obtentæ, seu ad conservandam, & augendam illam per bona opera & in hoc agitur de præceptis, & lege Dei. Tertium declarat, quænam debeant desiderari, sperari, & peti; & de hoc in Oratione Dominicali tractatio est: Atque ita ad quatuor tantùm capita omnis doctrina in Evangelio revelata reduci potest. Primum est Symbolum Apostolorum: secundum, Sacramenta: tertium, Lex Dei: quartum, Oratio Dominicalis. Et hæc divisio, ait Catech. à maioribus accepta est.

Num. 12. Potestne reddi ratio huius divisionis? Resp. Potest. Cùm enim istæ tres virtutes, Fides, Spes, & Charitas sufficiant ad salutem; & Evangelium doceat ea, quæ ad hanc salutem opportuna sunt, sequitur quod tota illius doctrina ad dictas virtutes reduci possit. Cùm ergo Symbolum Apostolorum doceat ea, quæ pertinent ad fidem: Oratio Dominicalis, quæ ad spem: Reliquum erat, vt de charitate doctrina traderetur. Duo autem ad charitatem, quæ idem

est, quod gratia, pertinebant. Primò, quomodo gratia, & charitas obtineatur. Secundò quomodo obtenta conservetur, & augeatur, seu de bono vsu illius. Primum respicit Sacramenta. Secundum præcepta, & legem Dei. Ideò allata divisio admodum rationabilis est.

De Doctore & doctrina revelata. Num. 12.

IN præfatione Catech. tractatne de eo, qui doctrinam revelatam docere debet? Resp. De hoc principaliter tractat. *Num. 2. &c.*

Cur hoc? Resp. Quia potissimùm ad Parochos, qui hanc doctrinam debent decere, hoc opus Catechismi directum est.

Quid tractat de tali Doctore? Resp. Primò, necessitatem: secundò, qualitatem: tertiò, Libros: quartò, modum docendi. *Ibidem.*

De necessitate Doctoris. Num. 13.

EStne necessarium vt semper in Ecclesia sit, qui hanc doceat doctrinam? Resp. Catech. ait: Semper necessaria fuit ad æternam vitam consequendam Doctoris legitimi fidelis opera, ac ministerium. *Num. 2.*

Omnis Doctor indifferenter potest munus docendi exercere? Respond. Catech. ait, non, sed legitimus esse debet. *Num. 1.*

An quæcunque opera in docendo sufficit? Resp. Catech. ait, non, sed debet esse fidelis. *Ibidem.*

Cur talis Doctor est necessarius? Resp. quia Apostolus ait: *Quomodo audient sine prædicante.* *Ibidem.*

Deus in adventum Christi semperne tales Doctores hominibus dedit? Resp. ait Catech. Ab origine mundi dedit: *Multifariam enim, multisque modis locutus est Patribus in Prophetis.*

Christus fuitne Doctor huius revelatæ doctrinæ? Resp. fuit, & à Deo hominibus datus. *Num. 3.*

Omnesne tenentur illum audire? Resp. Pater in monte Thabor jussit, vt ab omnibus audiretur.

Christus alios instituit Doctores? Respond. Instituit. Alios enim dedit Apostolos, Prophetas, Pastores, & Doctores. *Ibidem.*

Post mortem Apostolorum, manente in Ecclesia Do- *Num. 4.*

ctores hujus doctrinæ? Respondeo: Manent, quia Apostolis, & Pastoribus à Christo institutis successerunt legitima successione alii, qui eorum docendi, & alia præstandi munus obirent.

De qualitate Doctoris. Num. 14.

Num. 4. & 5. DOctor, qui non est legitimus, habetne authoritatem docendi verbum Dei? Resp. Nequaquam.

Num. 4. Quinam est legitimus? Respond. Ille qui legitima successione succedit Apostolis, & Pastoribus à Christo institutis.

Ibidem. Legitimi Doctores quam habent authoritatem? Resp. Explicandi fidelibus verbum Dei.

Ibidem. In hoc munere gerunt personam Christi? Resp. Gerunt. Ideò Christus ait: *Qui vos audit, me audit? Qui vos spernit, me spernit.*

Ibidem. Christus modò legitimis Doctoribus assistit? Resp. De his potissimùm intelligitur illud dictum à Christo: *Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi.*

Ibidem. Verbum legitimi Doctoris debetne accipi, vt verbum Christi? Respond. Cùm docet, vel explicat doctrinam in verbo Dei contentam, tanquam verè verbum Christi accipi debet.

De regula cognoscendi legitimum, & non legitimum Doctorem. Num. 15.

Num. 4. POtestne dari regula ad discernendum, quisnam sit, vel non sit legitimus Doctor? Resp. Potest.

Ibidem. Quænam est? Resp. Ex duobus cognoscitur, nempe authoritate, & opera.

Ibidem. Quomodo authoritate? Resp. Ille, qui non habet authoritatem, non est legitimus: qui habet authoritatem docendi, legitimus quoad hoc erit.

Ibidem. Quinam habent authoritatem? Resp. Illi, qui legitima successione docendi munus obtinuere: tales autem sunt, qui à Rom. Pontifice, qui est legitimus Petri successor, vel mediatè, vel immediatè facultatem obtinuere.

Num. 2. 4. & 5. Quomodo ex opera & ministerio cognoscitur? Resp. Ille, qui habet authoritatem docendi, si fidelem operam præstet, sanam & incorruptam doctrinam tradendo, legitimus doctor dicetur; si secus, non erit talis.

Num. 5. Hæretici concionatores sunt illegitimi Ministri? Resp.

Omninò, tum quia authoritatem non habent: tum quia fidelem operam non præstant, de illis enim intelligitur: *Non mittebam Prophetas, & ipsi currebant.* Hier. 23. Num. 21.

De fideli opera Doctoris legitimi. Num. 16.

PRædicatio divini verbi in Ecclesia debetne semper haberi: Resp. ait Cat. nunquam debet intermitti. Num. 5.

Qualis esse debet? Resp. Primò debet continere doctrinam sanam, & incorruptibilem. Ibidem.

Secundò, debet esse talis, vt fructuosa in populis sit. Sess. 6. c. 2.

Tunc hæc prædicatio debet fieri maiori diligentia, cum populi ab Hæreticis per falsam doctrinam depravantur? Resp. Sicut cùm lupus oves rapere conatur, pastor magis debet curare gregem: ita cùm in populis corrupti mores, vel corrupta doctrina introducuntur, operâ legitimi Doctoris in vera doctrina, & sana morum disciplina magis opus est illos conservari & contineri. Num. 2.

De libris sanam doctrinam continentibus. Num. 17.

AD hanc doctrinam explicandam libri absque delectu sunt accipiendi? Resp. nullo modo. Num. 6.

Debetne maxima cautio adhiberi in his libris deligendis? Resp. debet, cum præcipuè hæretici quibusdam libellulis multis multas hæreses disseminarint. Ibidem.

Qui libri sunt maximè adhibendi? Resp. Conc. Trid. & Cat. Romanus. N. 7. & 8.

Cur isti? Resp. Quia fideliter docent, & legitimam docendi authoritatem habent, Penes enim Concil. gen. legitima docendi authoritas est, Catech. autem tum decreto Conc. Trid. tum iussu summi Pontif. editus est. Ibidem.

Concil. completè tractat de doctrina revelata? Resp. Cat. ait: Graviora tantùm quædam Catholicæ doctrinæ capita determinare intendit. Num. 7.

Intentio Concilii fuit, vt omnes legitimi Pastores, & Doctores doctrinam ex Cat. hauriret, & iuxta illam populos eruderent? Resp. ita ait Cat. Ibidem.

Cat. tradit doctrinam sufficientem ad vsum legitimi Doctoris? Resp. tradit. Num. 12.

Quare Conc. Trid. decrevit, vt fieret Cat. Resp. ad hoc Num. 8.

ut omnes idem dicerent, ac docerent: *id est*, ut in toto fideli populo eadem doctrina haberetur.

Num. 9. Catech. subsidiarie explicat omnia Christianæ fidei dogmata, seu omnes scholasticæ Theologiæ materias, & tractationes? Resp. Non.

Ibidem. Quænam ergo explicanda proponit? Resp. Primò, ea quæ ad fidelium captum ac commoditatem sunt: secundò, illa quæ à Pastoribus, & legitimis Doctoribus sunt explicanda, ut suo muneri satisfaciant: talia enim sunt, quæ à fidelibus debent sciri.

De modo dicendi Evangelicam doctrinam.

Num. 18.

Nu. 9. & 10. EXpedit ne, ut Parochi, seu legitimi Doctores, aut Concionatores sciant modum, quo Evangelicam Doctrinam docere debent? Resp. Necessarium est.

Num. 20. Quis est iste modus? Resp. Parochus debet sibi proponere tria: primò finem, quem in dicendo habere debet: secundò medium, quo talem finem consequi possit: tertiò usum dicti medii, *id est*, qua ratione per medium propositum finem valeat obtinere.

De fine Doctoris legitimi, seu Parochi.

Num. 19.

Num. 20. QVem finem Parochus sibi proponere debet? Resp. Docere omnem scientiam, quam homo fidelis pro sua salute consequenda habere debet.

Ibidem. Sufficitne habere pro fine explicare tantùm partem dictæ scientiæ? Resp. Non, quia ut munus suum adimpleat, totam scientiam opus est explicare.

De scientia quæ ab homine Christiano haberi debet.

Num. 20.

Ibidem. OMnis scientia, quæ ab homine Christiano haberi debet, potestne reduci ad unum aliquod caput? Resp. Potest.

Ibidem. Quodnam est illud? Resp. ait Cat. ad hoc reducitur. *Hæc est vita æterna, ut cognoscant te verum Deum, & quem misisti Iesum Christum.*

Ibidem. Quid continent ista verba? Resp. Duo, unum est cognitionem, seu scientiam Dei, & Christi esse necessariam ad vitam æternam consequendam: secundò, esse sufficientem, quia ait, per illam vitam æternam obtinere.

Quomodo

Quomodo cognoscitur Christus? Resp. Fide, Spe, & Charitate. *Ibidem.*

Qua ratione cognoscitur Fide? Respond. Si certa fide credatur, quod Christus sit Filius Dei, & pro nobis sit crucifixus, & per mortem crucis propitiatio sit pro peccatis nostris.

Quomodo cognoscitur Spe? Resp. Sperando, quod virtute passionis illius possimus salvari. *Ibidem.*

Quomodo Charitate? Resp. Primò observando mandata ipsius. Secundò, & est idem cum primo, summo affectu, & amore Deo, necnon Iesu Christo eius Filio adhærendo; in hac enim Dei dilectione amor quoque proximi continetur.

De intentione Ecclesiastici Doctoris.

Num. 21.

QVam intentionem debet habere ille, qui fidelem populum docet? Resp. Sequentem. *Ibidem.*

Primò suo ministerio excitare fideles ad actum fidei, *id est*, ad credendum in Iesum Christum crucifixum, ita ut summe affecta cupiant cognoscere, & scire illum. *Ibidem.*

Secundò excitare ad sperandum ipsum, quia pro nobis mortuus est, ut per ipsum salvi essemus. *Ibidem.*

Tertiò provocare eosdem ad immensam erga Deum charitatem, & observantiam mandatorum Dei, ad proximi dilectionem, ad vitam non in otio, & desidiis, sed in operibus bonis, atque virtutibus degendam. In his enim Charitas Christi posita est. *Ibidem.*

De modo quo doctrina revelata tradenda sit.

Num. 22.

QVodnam est medium quo doctrina revelata proponi debet? Resp. Evangelium. *Num.* 22.

Cur hoc? Resp. Quia in verbo Dei, quod ore proprio Christus protulit, talis doctrina est. *Ibidem.*

Quomodo Parochi hoc medio utentur? Resp. Debent aliquem locum Evangelii, vel Scripturæ accipere explicandum. Sententiam autem talis loci, vel ad Symbolum, vel ad Sacramenta, vel ad præcepta Dei, vel ad orationem Dominicalem reducent: sic illum iuxta doctrinam explicabunt Catechismi. *Num.* 23.

Omnia loca sacræ Scripturæ ad dicta quatuor reduci possunt? Resp. Omnia. *Num.* 23.

DOCTRINA CAT. ROMANI IN SYMBOLVM Apostolorum.

De Editione, & inscriptione Catechismi.

QVID significat hoc nomen, *Catechismus*? Resp. Institutionem.

Cur dicitur *Romanus*? Resp. Quia Romæ editus est.

A quibus fuit compositus? Resp. A Patribus, quibus à sacro Concil. Trid. mandatum erat.

Cur dicitur editus ex Decreto sacrosancti Conc. Trid. Resp. Quia dictum Concilium non solùm decrevit, vt fieret, sed Patres etiam delegit, qui faceremus.

Quare dicitur editus iussu Pii V. Pontificis Maximi? Resp. Quia iussit, vt ederetur.

Conferme hoc illi magnam authoritatem? Resp. Maximam: Authoritas enim Concilii Generalis & Sum. Pontificis in Ecclesia maxima est.

Quid continetur in Catechismo? Resp. Summa Evangelicæ doctrinæ.

Cur dirigitur ad Parochos? Resp. Quia ipsi potissimùm hanc doctrinam docere debent.

Quare inscribitur institutio? Respond. Quia instruit

Parochos, quomodo hanc doctrinam docere debeant.

Omnes Confessarios, Concionatores, Lectores, Sacerdotes, & Clerici huic doctrinæ studere debent? Resp. Omninò id facere conveniens est.

Expeditne, vt faciliori ratione doctrina Cat. proponatur? Resp. Expedit, ne difficultate quis possit excusari, quo minùs illi studendum non sit.

De Præfatione in Catechismum.

IN quot partes dividitur Catechismus? Resp. In duas, nempe in Præfationem, & Tractationem. Præfatio est brevis. Tractatio autem totum comprehendit opus.

Cur facta est Præfatio? Resp. Vt lector redditur docilis, & cupidus doctrinæ hic explicatæ.

De quanam re agitur in Præfatione? Resp. Primò, de doctrina revelata: secundò, de doctore illius.

De doctrina divinitus revelata. Num. 1.

QVid docet Cat. de doctrina revelata? Resp. Quatuor.

Primò, quid sit.

Secundò, eius necessitatem.

Tertiò, in quo contineatur.

Quartò, illius divisionem.

Quid sit revelatio, & doctrina revelata. Num. 1.

QVid est doctrina? Resp. Est sapientia à doctore, vel docente proveniens. *Ex præfat. Num. 1.*

Quid est doctrina revelata? Resp. est doctrina per revelationem data. *Ibidem.*

Quid est revelatio? Resp. *Est occulta, & supernaturalis veritatis manifestatio.* Velare enim est quasi velo occultare: Revelare est quasi velum, quo res occultabatur, levare: propterea, cùm veritates supernaturales nobis occultæ, atque velatæ sint, illarum manifestatio dicitur revelatio.

A quonam fit revelatio? Resp. A Deo veritates supernaturales docente atque manifestante. *Præfat.*

Propter quid Deus revelat? Resp. Vt homini manifestet *Ibidem.*

nis scriptoribus. Alia divina, qua creditur Deo, & sacræ Scripturæ.

Quid sit fides divina. Num. 3.

Ibidem. QVomodo definitur fides, qua credimus Deo? Resp. Catech. duas affert definitiones.

Ibidem. Prima est: Fides est virtus, per quam assentimus iis, quæ sunt divinitus revelata, *id est*, fides facit, vt credamus iis, quæ à Deo sunt revelata, nempe doctrinæ per scripturam aut traditionem revelatæ.

Ibidem. Secunda definitio est talis: *Fides est virtus, per quam id verum habemus, quod à Deo traditum esse sanctissima mater Ecclesia auctoritate comprobavit*: id est, *per fidem credimus ea, quæ sancta mater Ecclesia testatur à Deo fuisse revelata: & hæc definitio est eadem cum priori.*

Ibidem. In hac definitione quænam explicantur? Resp. tria, primo habitus; secundo actus; tertio objectum. Habitus est ipsamet fides, quæ est habitus à Deo infusus, & in ipso est vis, seu virtus, qua homo habilitatur, vt Deo credat. Actus est credere, seu assentiri, seu tutum habere. Objectum est doctrina revelata, sed à Deo tradita. Modò tamen Ecclesia testetur, quod à Deo tradita sit.

Ibidem. Fides facit nos credere doctrinæ revelatæ, antequam scitur quod sit revelata? Resp. Non.

Arg. ibid. Cur hoc? Respond. Qui non tenemur credere iis, quæ dicuntur dicta à Deo, nisi scimus, quod sint dicta ab illo; si enim Sathanas fingat se esse Deum, non est illis credendum.

Ibidem. Quomodo certò scimus, quod Deus aliquid dixerit aut revelaverit? Resp. Tunc tantùm, cum sancta mater Ecclesia ita esse affirmat.

De necessitate Fidei. Num. 4.

Ibidem. FIdes est necessaria ad salutem? Resp. Catech. probat authoritate & ratione, quod necessaria sit.

Ibidem. Qui nam authoritate? Resp. Illa Apostoli, *Sine fide impossibile est placere Deo.*

Ibidem. Quomodo ratione? Resp. sic: Finis hominis est beatitudo supernaturalis, quæ in visione divinæ essentiæ posita est: ad hunc finem non potest homo pervenire, nisi per media supernaturalia: sine cognitione autem finis, & mediorum, homo nihil efficere potest, vt ità beatitudinem consequatur: quod autem supernaturale est, ab homine virtute naturali cognosci non potest. Igitur est necessarium aliquod lumen supernaturale à Deo concessum, per quod dictorum habeat cognitionem, & hoc præstat fides, ideò ad salutem omninò necessaria est.

De traditione fidei. Num. 5.

Ibidem. COgnitio, quæ per fidem obtinetur, certa est? Resp. Certissima.

Cur ita certa? Resp. Quia Deus ipsamet veritas est, veritas autem non potest mentiri: ideò nulla potest esse dubitatio in iis, quæ à Deo dicta sunt.

Ibidem. Fides, quæ habetur hominibus, aut humanæ historiæ, est omninò certa? Resp. *Omnis homo est mendax*, sit Propheta, ideò in dictis ab homine, vt homo est, plena certitudo esse non potest.

De gradibus Fidei. Num. 6.

Ibidem. FIdes habetne plures gradus? Resp. Habet.

Ibidem. Quid est habere plures gradus? Resp. Est quod fides maior sit in vno, quàm in alio.

Datur hæc differentia? Resp. Datur; Christus enim aliquando dixit, Vir modicæ fidei quare dubitasti. Aliquando, Magna est fides tua. Vbi autem reperitur magnum, & parvum, ibi gradus, & differentia ponenda est.

Ibidem. Fides potestne augeri? Resp. Potest, Apostoli enim dixerunt: *adauge nobis fidem.*

Ibidem. Fides cum operibus, & charitate esse maior illâ, quæ sine ipsis existit? Resp. Est.

Ibidem. Isti gradus fidei dicuntne essentialem illius differentiam? Resp. Non, sed dicti omnes gradus eiusdem generis, & essentiæ sunt, & illis conveniè jam allata definitio; differunt tantùm in ratione magis, & minus.

De actibus Fidei, seu de fine illius. Num. 7.

Arg. ibid. FInis, & effectus Fidei possuntne accipi pro eodem? Resp. Possunt, fides enim ideò datur, vt per illam actus fidei à fidelibus eliciantur.

Ar. n. 4. Qui sunt actus fidei? Resp. Alii sunt interni, alii externi.

Ar. n. 5. Qui sunt interni? Resp. Primus, credere Deum: Secundus, credere Deo: Tertius, credere in Deum.

Art.2.ib. Quid est credere Deum? Resp. Est credere Deum esse.

Ibidem. Quid credere Deo? Resp. est credere his, quæ à Deo dicta, vel revelata sunt.

Art.3.n.1. Quid est credere in Deum? Resp. Est summo affectu credere in ipsum, tanquam in ultimum finem.

Art.3.n.1. & 4. Qui sunt actus fidei externi? Resp. Vnus est ore confiteri, quod fit verbis, vel scriptis, vel non scriptis. Alius est opere profiteri, veluti suscipiendo Baptismum, vel subeundo martyrium, vel faciendo ea, quæ Christi fideles facere solent.

Præfat. Num. 1. & p.1.c.1. Num. 1. Isti actus fidei ad quid deseruiunt? Resp. Primò, vt homo cognitionem obtineat de vltimo suo fine, & mediis: secundò, vt mediante tali cognitione ad media accedat, & per illa ad vltimum suum finem Deum contendat.

De obiecto Fidei. Num. 8.

P.1.c.1. Num. 1. Ibidem. QVod est obiectum Fidei? Resp. Doctrina à Deo revelata.

Homo tenetur ne credere Deo aliquid dicenti? Resp. Quis dubitet ita esse.

Ibidem. Statim ac Ecclesia determinavit quod Deus aliquid dixerit, vel revelaverit, omnes tenentur illud credere? Resp. Omnes. Alioquin hæretici, vel infideles essent.

Fideles tenentur credere, quod Deus aliquid revelaverit, cùm aliqua persona particularis, excepto Romano Pontifice, qui caput Ecclesiæ est, dixerit fuisse revelatum? Resp. Non est necessitas credendi privatæ personæ.

Præf.n.12. Summa doctrinæ revelatæ vbi continetur? Resp. In Symbolo, modò ut explicatum erit.

De Symbolo Apostolorum.

QVot debent considerari de Symbolo? Resp. tria: primò nomen, & definitio: secundò causæ illius: Tertiò fundamentum, & diuisio doctrinæ, quæ in illo continetur.

De nomine Symboli. Num. 1.

P.1.c.1. n.3. QVid significat hoc nomen *Symbolum*? Resp. Dicitur quasi Signum, quo fideles ab infidelibus dignoscuntur. Secundò *Symbolum* significat quasi portionem

vel partem à multis sigillatim in vnum collatam, veluti si tres portionem suam farinæ afferrent, vt communis panis efficeretur. Cùm ergo Apostolorum singuli vnam sententiam, quæ articulus vocatur, ad vnum quid constituendum in commune contulerint, merito hæc in vnum collecta doctrina Symbolum appellatur.

Cur dicitur Symbolum Apostolorum? Resp. Quia Apostoli Spiritu sancto afflati illud composuerunt.

De definitione Symboli. Num. 2.

SYmbolum quomodo definitur? Resp. Ex Catechismo sic. *Ibid. n.2.*

Symbolum est vera formula fidei Christianæ confitendæ: Item sic, *Est summa, vel compendium doctrinæ à Deo revelatæ.* *Ibid. n.2.*

Item sic, *Est summa illius doctrinæ, quam omnes Christiani scire tenentur.* *Ibid. n.4.*

Item sic, *Est veluti nota, seu tessera, aut signum, quo veri fideles à falsis dignoscuntur.* *Ibid. n.2.*

Item sic, *Est Christianæ fidei, & spei legitima professio.* Ex eo enim quod quis Symbolum fideliter recitat, profitetur se doctrinam tenere Evangelicam, secundùm quod ab Apostolis tradita est, & ideò cognoscitur esse fidelis. *Ibid. n.3.*

De causis Symboli. Num. 3.

QVæ est efficiens causa Symboli? Resp. Apostoli Spiritu sancto afflati. *Ibid. n.3.*

Quænam est materia Symboli? Resp. Doctrina à Deo revelata. *Ibid. n.2.*

Quænam forma? Resp. Est ille modus, quo talis doctrina in Symbolo proposita est: ille autem modus, continet primò brevitatem, quia brevissimè in Symbolo doctrina proponitur: secundò vnitatem, quia doctrinam Evangelicam in vnum fundamentum colligit, & reducit, & præcipuo modo, vt omnes fideles eandem doctrinam docere, & discere possint: tertiò perfectionem, quia summam doctrinæ revelatæ proponit: quartò distinctionem, quia dictam doctrinam in partes, & particulas, vt dicitur, distinguit. *Ibidem.*

Quis finis Symboli? Resp. Ex Cat. sequentes colligun- *Ib.n.1.3.4.* tur.

Primus: Vt Doctrina Symboli omnium Apostolorum testimonio comprobaretur.

Secundus: Vt omnes Apostoli eandem doctrinam docerent.

Tertius: Vt omnes fideles per orbem dispersi in eadem doctrina convenirent.

Quartus: Vt fideles facilius doctrinam Christianam tam breviter collectam addiscerent.

Quintus: Vt fideles recitantes Symbolum, fidei, & spei Christianæ professionem facerent.

Sextus: Vt per dictum Symbolum fideles ab infidelibus distinguerentur.

Septimus: Vt Doctores ex principiis in Symbolo contentis pluritia, quæ ad fidem Christianam pertinent, deducere possent.

Octavus: Vt per hanc fidei regulam occasio errandi in fide tollata esset.

De veritate, & divisione doctrinæ in Symbolo contentæ.

Num. 4.

IN doctrina revelata, & in Symbolo contenta, est veritas atque distinctio? Resp. Est.

Vbi infr. q. 2. a. 1. n. 4. Quomodo est vnitas? Resp. Quia tota hæc doctrina in vno fundamento, ac summa, fundata est, nempe in mysterio sanctissimæ Trinitatis.

Ibidem. Quomodo est distinctio? Resp. In Symbolo duplex est divisio, vna in partes principales, alia in particulares, seu partes secundarias.

Ibidem. Quomodo sit hæc doctrinæ vnitas atque distinctio? Respond. Tota doctrina revelata est de Deo, & de operibus illius: Cùm ergo in Deo tria consisterentur, primò essentia, quæ vnitatis fundamentum est: Secundò, personæ, quæ tres sunt, Pater, Filius, & Spiritus sanctus: Tertiò, operationes personarum, quæ ita distinguuntur, vt creatio Patri, Redemptio Filio, sanctificatio Spiritui sancto tribuatur: efficitur, vt doctrina Symboli in tres partes principales divisa sit, in quarum prima de personis patris, & opere creationis: in secunda de persona Filii, & opere Redemptionis: in tertia de Spirito sancto, & de opere sanctificationis tractatio est.

Quomodo sit subdivisio in particulas? Resp. Particulæ appellantur articuli, & sit talis subdivisio: prima pars continet primum articulum: secunda sex sequentes: tertia quinque vltimos, & sic articuli duodecim erunt.

Ibidem. Cur istæ particulæ articuli appellantur? Resp. Cat. 1. Sicut corporis membra articulis distinguuntur: ita etiam in hac fidei confessione quidquid distinctè, & separatim ab alio nobis credendum est, rectè & appositè articulum dicimus.

Explicatio primi Articuli. Num. 1.

DE quanam re tractatur in primo articulo? Resp. De persona Patris, & de opere creationis. *Par. 2. q. 1. Num.* 4.

In primo articulo continetur tantùm doctrina revelata? Resp. Continetur tum ipsa, tum actus fidei quem fideles dictam doctrinam confitendo efficere debent. *Art. 2. n. 2.*

Quot dictiones in primo articulo reperiuntur? Resp. octo, duæ primæ explicant actum fidei, reliquæ doctrinam à Deo revelatam. *Art. 5.*

Explicatur prima, & secunda particula, Credo in.

Num. 2.

QVid explicat prima particula *Credo*? Resp. Actum fidei, qui, ait Cat. debet extendi ad cor, ad linguam, & ad opus, sic: Corde credo, ore confiteor, opere profiteor: totus enim homo in recitando Symbolo professionem fidei facere debet. *Art. 1. n. 1. &c.*

Quid explicat particula, *in*? Resp. declarat qualis sit actus fidei, nempe non tantùm esse actum credendi Deum, & Deo, sed etiam in Deum, qui perfectior est. *Art. 1. n. 1.*

Ista vox, *Credo*, significatne existimare, vel opinari? Resp. Non, sed significat maximam certitudinem, quæ in fide reperitur, vt supra dictum est. *Num.* 2.

Significatne, quòd non sit curiosùs inquirendum, sed fideliter credendum de his, quæ in Symbolo continentur? Resp. ita ait Catech. *Num.* 3.

Sufficit credere corde absque eo, quòd ore confessio fiat? Resp. Ait Catech. ex Scriptura habetur non sufficere, dicit enim: corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem. *Num.* 4.

Quid si in peccato mortali, possitne facere actum meritorium credendi in Deum? Resp. Non, quia constitutus in peccato mortali, habet vltimum finem in creatura, qui *Ex art. 1. Num.* 1.

autem credit in Deum in ipsum, vt in vltimum finem toto tendit affectu.

Arg. Cat. de orat. Dominica. Num. 11. Qui est in peccato mortali, si recitat Symbolum, peccatne, quia dicit mendacium, nempe se credere in Deum, cum verum non sit? Resp. Non, primò quia recitat Symbolum in persona Ecclesiæ, quæ credit in Deum; secundò quia petit à Deo, vt det illi actum credendi in ipsum.

Explicatio tertiæ particulæ Deum. *Num. 3.*

Num. 6. QVæ consideranda in hac voce, *Deus?* Resp. Duo, primò quid significet, secundò cur in singulari posita sit.

Num. 8. Quid significat hæc vox *Deus?* Resp. Divinam naturam, seu essentiam.

Num. 6. Philosophi quid de Deo cognoverunt? Resp. Vix tandem post multos labores de Deo cognoverunt quod sit omnium rerum causa, & author; sit immaterialis, in seipso habeat copiam omnium bonorum, itaut in seipso beatissimus sit, & quod ab ipso tanquam à primo, & inexhausto fonte in creatas res omnia bona procedunt; quod sit sapiens, veritatis auctor, amans, justus, & beneficentissimus, quod summæ, & absolutæ sit perfectionis, demùm quod infinita sua virtute omnem compleat locum, & attingat ea omnia, quæ sunt.

Ibidem. Quonam modo Philosophi hæc cognoverunt? Resp. Lumine naturali ab effectibus, & ab iis quæ sensibilia sunt; ideò vix ipsi Philosophi post multos labores etiam imperfectè dicta de Deo cognoverunt; simplices verò magna ex parte etiam tali cognitione caruerunt.

Ibidem. Philosophia Christiana in quonam antecellit naturalem hominum cognitionem? Resp. In multis, primò respectu rerum, quas docet, plura enim explicat de Deo, & ejus beatitudine, de beneficiis, de vnitate, aliisque multis: Secundò ex parte modi, quo docet, certiùs enim, & faciliùs, & perfectiùs docet, ita vt etiam simplices, & rudes aliissima de Deo sine difficultate cognoscant: Tertiò ex parte docentis. Deus enim ipse revelat, & docet; lumen fidei, quod est altissimum, & divinum, infundit, quo maximè cognitiones de Deo illustrantur. Quartò ex parte finis; naturalis enim philosophia simplicem de Deo cognitionem

exhibet: at Christiana non solùm facit cognoscere Deum, sed etiam nos permovet, vt illi adhæreamus, ad illum tanquam in vltimum finem tendamus, demùm in illo beati simus.

De vnitate Dei. Num. 4.

CVt in singulari dicitur, *Credo in Deum?* Resp. Ad explicandam divinæ essentiæ vnitatem. *Num. 7.*

Deus estne vnus? Resp. Ita esse Catech. authoritate & ratione probat. *Ibidem.*

Quomodo authoritate? Resp. Deuter. 6. expressè dicitur, *Deus vnus est.* Ephes. 4. dicitur: *Vnus Dominus, vna fides, vnum Baptisma.* *Ibidem.*

Quomodo ratione? Resp. Sic, impossibile est, quod perfectissimum, & absolutissimum ens sit plus quàm vnum: Illud enim est perfectissimum, in quo omne, quod dicit perfectionem, reperitur: Si ergo essent duo entia perfectissima, vel omne, quod est in vno esset in alio, & tunc non duo, sed vnum essent, in nullo enim distinguerentur: vel aliquid esset in vno, quod non esset in alio, & tunc aliquid perfectionis deesset in vtroque, quia vnum careret perfectione alterius. Ens ergo perfectissimum, quod Deus est, vnum tantùm esse potest. *Ibidem.*

Cur ergo sacræ litteræ res creatas Deos appellant, cùm Prophetas, & Iudices Deos vocent? Resp. Factum est ad significandum, quod in illis aliqua excellens Dei virtus reperiebatur. Ideò participativè, non essentialiter Dii sunt appellati. *Num. 8.*

Simpliciterne, & absolutè sacræ litteræ quod Deus vnus sit, docent? Resp. Simpliciter, & absolutè quoad essentiam Deum esse vnum affirmant: respectu verò personarum cum hac vnitate Trinitatem coniungunt. *Num. 8. &c.*

De Trinitate divinarum personarum.

Num. 5.

POtestne esse quod in Deo sit vnitas, & Trinitas? Resp. respectu ejusdem impossibile est, respectu autem diversorum possibile est: ita homo respectu personæ, vnus est, respectu verò animæ, & corporis, ex duobus constare omnes affirmant. *Num. 8.*

Quomodo in Symbolo exprimitur in Deo vnitas, ac Trinitas? Resp. Cùm in Symbolo dicitur, *Credo in Deum*, exprimitur essentiæ vnitas, cùm verò dicitur, *Credo in Pa-* *Ibidem.*

trem, in Filium, in Spiritum sanctum, in personis divinis confitetur Trinitatem.

Ibidem. Potestne dici, quod in Deo sit vnitas in Trinitate, & Trinitas in vnitate? Resp. Revera ita est.

Explicatur quarta particula, Patrem.

Num. 6.

N. 9. &c. QVot sunt considerandæ circa hanc particulam, *Patrem?* Resp. tria, primò quid significet, secundò de persona patris: tertiò de distinctione divinarum personarum.

Num. 8. Quot modis accipitur hæc vox, *Pater*, provt Deo convenit? Resp. Tribus, primò enim *Pater* convenit Deo; quia est Creator, & Gubernator totius mundi: sicut enim ille, à quo familia propagatur, *id est*, filii geniti sunt, & gubernat, *id est*, imperat in domo, dicitur paterfamilias: ita Deus, à quo mundus producitur, & gubernatur, Pater verè potest appellari, & hoc modo etiam Philosophi Deum vt Patrem omnium cognoverunt: Secundò dicitur Pater respectu Christianorum; isti enim licèt non sint filii naturales Dei, tamen filii Dei, & fratres Christi, ac cohæredes illius sunt constituti; vnde Deus Pater illorum est adoptivus: Tertiò, dicitur Pater respectu Vnigeniti Filii sui, non adoptivi, sed naturalis, qui Christus est, & hoc secundo, & tertio modo solo lumine fidei notitia de Dei paternitate haberi potest.

Num. 10. Quonam modo in hoc articulo accipitur hæc vox, *Pater?* Resp. Vere accipitur primo, & secundo modo; sed magis principaliter tertio modo pro persona patris accipi debet.

De persona Patris. Num. 7.

Ibidem. QVid propriè significat hæc vox, *Pater?* Resp. Significat filium, à quo filius genitus est

Num. 12. Convenitne Deo filium sibi coæqualem generare? Resp. Convenit, quia Deus ita esse revelavit.

Ibidem. Vbi hoc revelavit? Resp. In scripturis, quæ passim hoc ita esse attestantur.

Deus ab æterno genuitne Filium? Resp. Ita est, ideò Apostoli statim post verbum *Deum, Patrem* conjunxerunt, ad denotandum, quod nunquam fuit Deus, quin fuerit Pater, ideò sicut ab æterno est Deus, ita Pater.

Ibidem. Pater, distinguiturne à Filio? Resp. Distinguitur, quia

sicut nemo potest generare seipsum, ita nemo potest esse Filius sui ipsius.

De distinctione Personarum. Num. 8.

HÆc dicto *Pater*, significatne distinctionem personarum in divinis? Resp. significat: persona enim filii à persona patris, etiam in humanis distincta omnino est. *Ibidem.*

Quot sunt personæ divinæ? Resp. Tres. Pater, Filius, & Spiritus sanctus. *Ibidem.*

Cur credendum est esse tres? Resp. Quia Deus per scripturas hoc revelavit. *Ibidem.*

Inter dictas personas estne distinctio? Resp. Est, non tamen respectu essentiæ. *Ibidem.*

Quomodo distinguntur? Resp. ait Catech. proprietatibus: singulæ enim personæ suam habent proprietatem. *Ibidem.*

Quænam sunt istæ proprietates? Resp. Proprietas Patris est, quod sit ingenitus, ipse enim à nullo genitus est: proprietas Filij est, quod sit genitus, ipse enim à Patre genitus est. Proprietas Spiritus sancti est quod à Patre, & à Filio procedat: Pater enim, & Filius spirant, vel producunt Spiritum sanctum. *Ibidem.*

In quonam fundantur istæ proprietates? Resp. In duplici operatione Dei, vna est generatio Filij, alia productio Spiritus sancti. *Ibidem,*

Quomodo sunt dictæ operationes in Deo? Respond. In Deo est intellectus, & voluntas: per intellectum Pater seipsum intuens ac cognoscens, generat Verbum, seu Filium: Per voluntatem verò Pater, & Filius se mutuò diligentes spirant Spiritum sanctum. Quis autem potestis dubitare, quin in Deo sit intellectus, & voluntas, cognitio, & amor.

Estne aliquis ordo inter dictas personas? Respond. Est ordo ille, quem Theologi appellant Originis, secundum quem persona Patris dicitur prima, Filij secunda, Spiritus sancti tertia. *Ibidem.*

Quomodo est hic ordo? Resp. Pater à nullo est genitus, vel productus; ideo cum sit principium sine principio, *id est*, aliæ personæ habent principium à Patre, ipse verò non habet principium ab alio, vere respectu hujus *Ibidem.*

originis dicitur prima persona: Filius quia habet originem à patre, dicitur secunda: Et Spiritus sanctus, qui à Patre & Filio procedit, dicitur tertia.

Ibidem. Una persona est prior, vel maior, vel perfectior alia? Resp. Nullo modo.

Ibidem. Quid concludit Catech. de distinctione personarum? Resp. Primò ita ait, venerandam, atque confitendam esse unitatem in essentia, distinctionem in personis. Secundò ait: In essentia unitas, in personis proprietas, in majestate, & Trinitate æqualitas: quæ, & sanctè colenda, atque credenda est: tertiò docet de hoc mysterio non esse curiosius inquirendum, sed Deo fidelitèr esse credendum; ab ipso enim Deo hoc mysterium nobis est revelatum.

Explicatur verbum, Omnipotentem. *Num. 6.*

Nu. 6. & 7. DEus estne simplicissima substantia? Resp. Est supra quàm dici potest.

Num. 11. Cur sacræ literæ ita simplicem substantiam variis nominibus appellant? Resp. Hoc fit primò, ut doctrinam accommodent captui hominum, qui non valent immensam Dei majestatem in sua simplicitate considerare. Secundò ad significandam multis nominibus immensitatem divinæ majestatis.

Dicta nomina quomodo à Theologis appellantur? Resp. Attributa Dei.

Nu. 8. & 13. Cur ita? Respond. Quia à sacris literis Deo sunt attributa.

Quæ sunt illa nomina, ut vocat Catech. vel attributa, ut Theologi appellant? Resp. Sunt veluti omnipotentia, Sapientia, Bonitas, Justitia, Misericordia, Veritas, & alia plurima, quæ à sacris literis Deo tribuuntur.

Nu. 14. & Nu. 10. Possuntne reduci ad aliqua principalia? R. Possunt, nempe ad hæc tria, Potentia, Sapientia, Bonitas: Justitia enim ad potentiam, Veritas ad sapientiam, Misericordia ad bonitatem reduci possunt.

Omnia, & singula attributa sunt ne communia toti Trinitati, ita ut tum Patri, tum Filio, tum Spiritui sancto conveniant? Resp. Propriè ita, quæ dictæ sunt, nempe esse ingenitum, esse genitum, & procedere à genitore, & genito, non sunt communes toti Trinitati, sed sunt propriæ

singulorum personarum. Reliqua verò omnia nomina, seu attributa, ut scientia, bonitas, æternitas, & alia, toti Trinitati communia sunt.

Quomodo ergo [illegible]entia tribuitur Patri, Sapientia Filio, Bonitas Spiritui sancto? Resp. ait Catech. errarer, qui dicta crederet ita convenire uni personæ, ut non conveniant aliteri; æquè enim omnibus convenire dubium non est. Sed præcipua quadam ratione Pater dicitur omnipotens, quia ab ipso Filius, & Spiritus sanctus originem habent: Filio tribuitur sapientia, quia æternum Patris Verbum est, & à fœcundo Patris intellectu producitur: sapientia autem intellectui quodam modo specialiter tributa est: Bonitas verò Spiritui sancto datur, quia Patris, & Filii amor est: bono autem amorem convenire dubium non est. *Num. 14.*

Quid significat hæc vox, *Omnipotens*? Resp. Omnia potens. *Num. 11.*

Quid est omnia posse? Resp. Est nihil omninò esse, aut animo, vel cogitatione fingi posse, quod Deus efficere non possit. *Ibidem.*

Deus potestne facere, ut omnia ad nihilum redeant, potestne etiam repente ex nihilo plures mundos creare? Resp. Hæc, & multò majora facere potest. *Num. 12.*

Deus potestne mereri, aut fallere, aut peccare, aut interire, aut aliquid ignorare? Respond. Non potest, quia talia posse non est potestatis, sed infirmitatis. *Ibidem.*

A Deo sunt ne illa omnia removenda quæ aliquam dicunt imperfectionem, ut modi dicta & similia, quæ pessimè Dei essentiæ convenientia non sunt? Resp. Omnia. *Num. 13.*

Quare enim plura sunt nomina, & attributa Deo convenientia, Apostoli præterquàm illis, hoc unum de omnipotentia in Symbolo posuerint? Resp. Ob multas rationes id factum est. *Ibidem.*

Prima est, quia qui cognoscit Deum omnipotentem, sibi hac cognitione multa alia de Deo cognoscit, veluti quod possit cognoscere omnia, & quod omnibus donetur, demùm innumerabilia facere possit: si enim aliquid scire, vel facere, vel velle, vel imperare non posset, nequaquam omnipotens diceretur. *Num. 15.*

Ibidem. Secunda, cognitio divinæ omnipotentiæ est maximè utilis, ac necessaria ad hoc, vt fideles admirabilia, & inexplicabilis de Deo credenda inducatur; ideò in primo articulo Symboli meritò est collocata: Qui enim credit Deum omnipotentem, si audiat Deum fecisse aliquid vltra modum & ordinem naturæ, de facili credet, quia omnipotenti nihil difficile est: Imò quo maiora de Deo audiet, eo libentius illa credet.

Ibidem. Tertia, talis cognitio maximè confirmat spem: cùm enim aliquid etiam magnum, & admirabile proponitur vt sperandum, petendum, expectandum à Deo, qui consideres illum omnipotentem, erigitur animo sperans non esse difficile Deo, vt talia & alia quoque maiora concedat. Quare hac fide de Dei omnipotentia conuenit nos esse munitos, cùm admiranda aliqua opera ad proximorum vtilitatem edere cogimur, vel cùm à Deo precibus impetrare aliquid volumus.

Ibidem. Quarta, dicta cognitio nos homines ad omnem animi modestiam, humilitatem, & timorem Dei instituit. Qui enim Dei Omnipotentiam consideret, humiliatur sub potenti manu illius, discit non timere eos, qui possunt occidere corpus, sed Deum qui in potestate sua, & nostros & animam, & corpus & omnia nostra ita constituta habet, vt de ipsis possit facere, quod suæ iustitiæ conueniens est.

Ibidem. Quinta: Hæc cognitio facit, vt immensa erga nos Dei beneficia cognoscamus cùm facta sunt, & pro illis gratias agamus illo verbo utentes, *Fecit mihi magna qui potens est*: Ad futura verò beneficia nos præparamus, cogitantes Deum omnipotentem, inexhaustum esse beneficiorum fontem: ideò de præteritis humiles gratiæ illi agendæ sunt, in futurum autem confidentes alia & speranda, & peti debent.

Explicatio verborum, Creatorem Cœli & Terræ.

Num. 10.

Num. 15. QVare post illud verbum, *Omnipotentem*, ponitur *Creatorem Cœli & Terræ*? Resp. Quia qui credit Deum Omnipotentem, facilimè credet illum creasse Cœlum, & terram.

Ibid. Quid significet hæc vox, creare? Resp. Ex nihilo aliquid facere.

Deus

Deus potestne creare? Resp. Quia omnia potest, creare *Ibidem.* etiam potest.

Deus estne creator? Resp. Deus ex nihilo totum mun- *Ibidem.* dum creavit.

Quidnam Deum induxit ad creationem mundi? Resp. *Ibidem.* ait Catech. Deus nulla vi aut necessitate coactus, sed sua sponte, & voluntate omnia creavit.

Deus creavitne mundum ob suam vilitatem? Resp. *Ibidem.* Nequaquam: In creatione enim Deus dat quidem, & communicat rebus; ab illis autem accipit nihil: deinde Deus qui habet vitam in semetipso, nostrorum bonorum non eget.

Quid ergo Deum impulit ad creandum? Respond. Sola *Ibidem.* ipsius bonitas: de natura enim bonitatis est, vt alijs seipsam velit communicare.

Quando Deus creavit mundum, habuitne, vt alij artifi- *Ibidem.* ces habere solent, extra se aliquam ideam, aut formam, aut exemplum, seu exemplar, ad cujus imitationem mundum, vt mundus est, fabricaret? Resp. Non habuit extra se.

Habuitne quæ dicta sunt intra se? Respond. Habuit, *Ibidem.* quia rerum omnium exemplar, quod à Theologis mundus archetypus, vel idealis appellatur, divina intelligentia continetur: Idcò Deus hoc exemplar in seipso intuens, ac veluti imitatus, summa sapientia omnia procreavit.

Per hoc quod Deus dicitur *Creator*, debeme intelligi *Num.* 21. tantùm, quod res ab illo productæ sunt? Resp. Multa alia intelligi debent: absoluto enim opere creationis, Deus à rebus suam virtutem, & efficientiam non subtraxit.

Quæ sunt actiones Dei in mundum à se creatum? Resp. *Ibidem.* Prima est *creatio*: secunda *conservatio*; eadem enim virtute infinita, qua Deus creavit, omnia conservat: tertia, *Gubernatio*; nam gubernat, & regit omnia, suaque providentia omnia necessaria illis suppeditat: quarta Deus intima virtute ea quæ moventur, & agunt aliquid, ita impellit ad motum, & actionem, vt quamvis secundarum causarum efficientiam, & operationem non impediat, præveniat tamen.

Opus creationis estne commune omnibus personis Tri- *Num.* 23.

nitatis ? Resp. Commune est. Omnis enim opera Dei ad extra, quæ Deus extra se agit, toti Trinitati communia sunt.

Ibidem. Cur ergo patri tributum esse videtur ? Resp. Quia ad creationem potentia maxime necessaria est, potentia autem Patri aliquo modo tributa est.

Explicatio particulæ, Cœli. *Num.* 11.

Num. 16. QVid per cœlum intelligi debet ? Resp. primò ipsum cœlum, ut omnes cœlos continet : secundò illa, quæ in ipsis sunt, *id est* Angeli. Duo enim visibilium, & invisibilium creator est.

Ibidem. Cœli sunt opera Dei ? Resp. ait Propheta, *sunt opera digitorum Dei.*

Ibidem. Quid est mirabile in opere cœlorum ? Respond. Primò, ipsi cœli in tali numero, figura, qualitate, quantitate, incorruptibilitate : secundò ornatus Cœlorum, Sol, Luna, Sidera ita lucida, pulchra, & recto ordine distributa : tertiò certus, & constans cursus colorum, & syderum, quo perpetuo cursu nihil est mobilius, & mobilitate illa nihil certius : quartò effectus dictæ mutationis in distinguendis temporibus, diebus & annis : quinto effectus cœlorum in hæc inferiora, sive in homine, sive metu, sive influxu.

Num. 19. Deus creavitne Angelos ? Resp. creavit, & creator in cœlo collocavit.

Ibidem. Angeli suntne naturæ corporalis, an spiritualis ? Resp. spirituales.

Ibidem. Quare creati sunt ? Resp. vt Deo ministrarent, & assisterent.

Ibidem. Quot munera Deus contulit illis ? Respond quatuor maxima & admirabilia illis dedit : primò naturam spiritualem, & incorruptibilem : secundò intellectum eminentem, excellenti scientia præditum : tertiò concessit potestatem magnam, quia fecit illos potentes virtute : quartò largitus est illis gratiam suam cum bona voluntate, & amore casto.

Ibidem. Deus creavitne in gratia omnes Angelos, etiam rebelles ? Resp. creavit. Angeli enim defectores dicuntur in veritate, seu gratia non steriffe.

Ibidem. Quare mali Angeli in infernum detrusi sunt ? Resp. Quia defecerunt à Deo suo.

Explicatio particulæ, Terræ. *Num.* 12.

QVid nomine *Terræ* intelligi debet ? Resp. Omne illud quod infrà cœlos positum est. *Ibidem.*

Quænam in hoc opere Dei debent considerari ? Resp. *Num.* 1. Duo : primò terræ, & elementorum productio : secundò hominis constitutio, atque formatio.

Quæ circa elementa possunt considerari ? Resp. Innu- *Num.* 18. merabilia : veluti, primò numerus elementorum, quantitas, figura, qualitates, quod sint lucida, vel diaphana, vel opertæ, quod sint contraria, alterabilia, miscibilia, & tamen incorruptibilia : virtutes illorum, situs eorundem, & præcipuè quod terra super stabilitatem suam fundata sit, & quod in media mundi parte consistat : secundò partes terræ, veluti quod in ea ascendunt montes, & descendant campi, & quod aquæ super illam sint, & terminos suos non transgrediantur, neque convertantur operire illam : tertiò quod sit ornata, & convestita arboribus, & omni herbarum, & florum varietate : quartò quod Deus illam compleverit innumerabilibus animantium generibus, sicut eidam in aëre, & aquis ab ipso effectum est.

Quidnam in homine debet considerari ? Resp. Duo, ani- *Num.* 9. ma, & corpus, & ea, quæ in ipsis mirabilia sunt.

Quid de corpore est considerandum ? Respond. Primò, *Ibidem.* vilitatem materiæ, ex qua formatum est, nempe de limo terræ, hoc enim commendat artificis sapientiam : secundò admirabilem illius structuram, pulchritudinem, agilitatem ad omnia, membrorum multitudinem, varietatem, figuram, proportionem, positionem, rectam figuram, demùm manus, quæ organum organorum sunt appellatæ : tertiò quod hoc corpus, quod per legem naturæ corruptibile erat, divino beneficio immortale, & impossibile factum sit.

Quænam circa animam considerandæ sunt ? Resp. Pri- *Ibidem.* mò quod anima facta sit spiritualis, intellectualis, immortalis : secundò quod per illam homo ad imaginem & similitudinem Dei formatus sit : tertiò quod per illam homo liberi arbitrii factus est : quartò, quod Deus Omnipotens in hominis Creatione omnes motus, & appetitiones, seu passiones animi ita temperavit, vt semper rationis imperio parerent : quintò Deus originalis justitiæ admirabile donum addidit.

Sextò Deus omnibus animantibus præesse hominem voluit.

De vtilitate doctrinæ sic explicatæ. Num. 13.

Art. 1. n. 1. & seq. QVæ vtilitas potest accipi ex doctrina primi articuli sic explicata? Resp. Duplex, una pertinet ad intellectum, alia ad voluntatem.

N. 1. 2. 3. &c. Quænam spectat ad intellectum? Resp. Primò per hanc doctrinam intellectus cognoscit, quia actus fidei, spei, & charitatis erga Deum à fidelibus sunt eliciendi. Item cognoscit altissima de unitate divinæ essentiæ, & de persona Patris, necnon de attributo illius, *id est* omnipotentiæ, & per illam creationis mundi: Item ostenditur excellentia mundi, seu operis à Deo creati: secundò tali supposita cognitione, intellectus elevatur in admirationem mirabilium quæ dicta sunt, & per illam ad laudem, & gloriam Deo exhibendam excitatur.

N. 11. 12. 13. &c. Quæ utilitas advenit voluntati? Resp. Erigitur primò ad sperandum in Deo omnipotente, item ad timorem illius filialem: secundò ad diligendum, & colendum Deum: tertiò ad gratias agendas de tantis beneficiis nobis collatis: totum enim mundum ad vtilitatem hominis deservire dubium non est.

Explicatio secundæ partis Symboli. Articulus secundus, &c. Num. 1.

Ex c. 1. n. 4. post pr. VBinam incipit, & terminatur secunda pars symboli? Resp. Incipit in secundo articulo, & terminatur in septimo.

Quid continetur in hac secunda parte? Resp. Doctrina revelata de persona Filij, quæ est secunda Sanctissimæ Trinitatis, necnon de mysterio Incarnationis, & redemptionis.

Art. 2. &c. Quidnam tractatur à Catechismo in hac parte? Resp. Primò proponitur doctrina revelata de mysterio Incarnationis, & Redemptionis: secundò necessitas, & vtilitas talis Doctrinæ.

Art. 3. &c. Quid continet dicta doctrina revelata? Resp. Præcipuè quatuor: primò necessitatem Incarnationis: secundò doctrinam de secunda persona, *id est*, Filij: tertiò de mysterio Incarnationis: quartò de mysterio Redemptionis.

De necessitate Incarnationis. Num. 2.

INcarnatio filij Dei potestne dici necessaria ad salvandos homines? Resp. Aliquo modo necessaria dici potest. *Art. 1. n. 3.*

Quomodo à Catech. explicatur hæc necessitas? Resp. Primò declarat statum, in quo homo à Deo creatus est: secundò ruinam ab illo statu: tertiò impotentiam creaturarum ad ferendum dicto casui remedium: quartò concludit Incarnationem filij Dei optimum fuisse remedium. *Num. 2. 3.*

Quidnam explicat de statu primi hominis ante peccatum? Resp. Appellat felicissimum, tum ex parte animæ, quia in justitia, & sanctitate constitutus erat, tum ex parte corporis, quod immortalitatem obtinebat, & alia vt suprà in primo articulo dictum est. Ideò altissimus dignitatis gradus vocatur. *Ibidem.*

Quænam fuit hominis ruina? Resp. Maxima, ob duo: primò enim amisit plurima bona: secundò incidit in maxima mala à Concil. Trid. explicata. *Num. 2.*

Solus Adam qui peccavit, subiitne hanc pœnam peccati? Resp. Non, ab ipso enim tanquam ex origine, & causa, vel semine, ad nos illius posteros dicta pœna iure est derivata. *Ibidem.*

Angeli poterantne suis in viribus sublevare, & reparare hominem ad pristinum statum, vel illum ab illata pœna liberare? Resp. Non poterant. *Num. 3.*

Poterantne homines? Resp. Neque ipsi. *Art. 1. n. 3.*

Quod ergo remedium, vel subsidium dictæ ruinæ, & malis reliquum erat? Resp. Incarnatio Filij Dei, qui sua infinita virtute infinitam peccati eim tollere valebat, & sic nos Deo Patri conciliare. *Ibidem.*

Fides, & confessio mysterij Incarnationis, & Redemptionis fuitne semper ad salutem necessaria? Resp. Semper. *Ar. 2. n. 4.*

In veteri Testamento Deusne illam præmonstravit? Resp. Sæpissimè, & multis modis. *Art. 2. n. 5.*

Explicatio secundi Articuli. Num. 1.

DE quanam re agitur in secundo articulo? Resp. Primò de persona Christi: secundò, de actu fidei, qui in ipsum fieri debet.

Quot particulæ in hoc articulo sunt? Resp. Novem, tot enim verba in illo sunt.

Artic. 9. Num. 22. & art. 1. n. 1.

Quid facit prima particula, *Et?* Resp copulat illud verbum, Credo, sic: *Et credo.* Idcò in illa particula continetur actus fidei, quì in Christum fieri debet.

Quid facit secunda, *in?* Resp. Explicat qualis actus fidei sit faciendus, nempe tertius, qui est informatus charitate, & convenit soli Deo, & est credere in Christum.

Artic. 1. Num. 5. & 9.

Aliæ particulæ quid significant? Resp. Tertia particula significat, Iesum esse proprium nomen filij Dei, provt homo factus est: Iesus significat Salvator, fuit enim impositum à Deo per Angelum, fuit hoc nomen impositum aliis quasi per modum figuræ, sed proprium Filij Dei incarnati nomen; significat enim plenè humanam Redemptionem.

Quarta particula, *Christum*, significat vnctum, & attribuitur Filio Dei Incarnato ad significandam eius dignitatem, seu officium: cùm enim tum Sacerdotes, tum Prophetæ, tum Reges vngerentur ad significandum quod in Filio Dei triplex erat officium, vel dignitas, nempe Regis, sacerdotis, & Prophetæ: Christus, *id est*, vnctus appellatus est. Filius autem Dei non fuit vnctus opera hominum, sed cœlestis Patris virtute: non oleo corporali, sed Spirituali, quia in eius animam summa Spiritus sancti plenitudo effusa est. Christus fuit Propheta, quia docuit: fuit Sacerdos, quia seipsum obtulit Patri in ara Crucis. Fuit, & est Rex, quia Ecclesiam regit. Ab hostibus tuetur. Leges præscribit. Sanctitatem largitur. Vires ad bene agendum præbet. Regnat in toto mundo. Dominatur in omnes homines, præcipuè autem in iustos. Absolutam habet potestatem. Eius Regnum in terris inchoatur, in cœlis perficitur. Nunc mundus illi incipit subijci, perfectè autem in die Iudicij subijectus erit.

Num. 8.

Quinta *Filium*, denotat Christi personam esse secundam Trinitatis, ita vt in Christo non sint duæ personæ, una hominis, alia Dei, sed una tantùm, nempe illa, quæ in Trinitate Filius appellatur. Cùm autem Christus non possit esse Filius nisi habeat Patrem: & non possit habere Patrem saltem naturalem, nisi sit genitus ab illo: idcò recè apponitur.

Ibidem.

Sexta particula, *eius*, scilicet *Dei Patris*, ad docendum, idcò dici Filium, quia Patrem habet, qui est Deus Pater;

& est genitus à Patre; unde hæc vox, *filium ejus*, tria omnino includit.

Primò, quod Christus sit filius. *Num. 10. & Art. 4. Num. 5.*

Secundò, quod sit filius Dei Patris.

Tertiò, quod sit genitus ab illo.

Septima, *vnicum*, declarat, quod Christus sit filius Dei naturalis, non adoptivus; aliquis enim dicitur filius naturalis alicuius, quando ab illo genitus est. Si verò ab alio genitus sit, & adoptetur in filium ab eo, qui non genuit, tunc Filius adoptivus est. Cùm ergo Deus Pater multos habeat filios adoptivos, nempe homines iustos, quibus dedit potestatem filios Dei fieri, ut declaretur hic non intelligi de adoptivis, sed de naturali, additum est, quod vnicus filius sit.

Octava, *Dominum*, significat dominium, quod Christus *Ibidem.* habet in omnia, non solum ut Deus, sed etiam ut homo; Deus enim Christo, etiam ut homo est, omnem omnis potestatem in cœlo, & in terra, & merito, quia humana natura divinæ naturæ in persona Filij unita est.

Nona, *nostrum*, explicat speciale dominium in fideles, & *Ibidem.* præcipuè in iustos qui ejus legem observant. Illis enim Christus verè dominatur, cùm illi voluntariè ejus imperio subsint, & obediant.

De utilitate doctrina sic explicata. Num. 4.

Quæ utilitas oritur ex doctrina secundi articuli modo explicata? Resp. Primò, illuminatur intellectus, vt cognoscat eminentiam personæ Christi, infinitam ejus dignitatem, dominium quod in nos habet, immensa etiam beneficia, quæ ab illa in nos procedunt: secundò, excitatur, & movetur voluntas, vt summo affectu eligat eum, sibi, ipsi, & charitate erga Christum, ideo illum velit, diligat, & vt vero, ac summo Domino se totam humiliet, ac subdat. *Num. 14.*

De duplici Christi Nativitate, divina & humana. Num. 5.

Quotuplex est Christi Nativitas? Resp. duplex, vna æterna à Patre, alia temporalis ex Matre. *Art. 2. n. 9. & 10.*

Christus est vnus, & idem filius? Resp. ait Catech. etiamsi in Christo sint duæ Nativitates, tamen unus tantùm filius est, quia in Christo est una tantùm persona, in qua in divina, & humana natura continetur.

De aterna Christi generatione. Num. 6.

Ibidem. QVare Christus est filius naturalis Dei Patris? Resp. Quia ab illo ab æterno genitus est.

Art. 1. n. 8. Per quam actionem Pater genuit Filium? Resp. per generationem.

Artic. 9. Num. 10. Ibidem. & art. 2. n. 8. & 9. Hæc generatio estne operatio intellectus, an voluntatis? Resp. Intellectus.

Quare productio, quæ fit in Deo per intellectum, dicitur generatio? Resp. Quia in tali productione res producta exprimit similitudinem producentis.

Artic. 9. Num. 9. Ibidem. Quid est illud, quod intellectus in sua cognitione producit? Resp. Verbum.

Quomodo generatio Filii cum productione Verbi similitudinem habet? Nempe sic, mens humana cum cognoscit aliquid, exprimit similitudinem illius. In cognitione enim fit assimilatio inter intellectum, & rem intellectam; producit enim intellectus effigiem vel imaginem rei intellectæ, quæ imago, vel similitudo dicitur conceptus, seu verbum mentis. Cum ergo meus cognoscit seipsum, exprimit effigiem, vel imaginem, vel similitudinem sui, quæ dicitur Verbum. Cùm ergo Deus Pater seipsum intelligit, verbum æternum genetur, & hoc à sancto Ioanne filius appellatur. Valde enim diversa est operatio Dei seipsum cognoscentis, ab operatione humani intellectus. Divinus enim intellectus substantia, & infinitus est, ideo ejus operatio est perfectissima, & talis vi productum per ipsum, non accidens, sed substantia sit, in Deo enim accidentia esse non possunt.

Explicatio tertii Articuli. Num. 1.

QVid explicatur in tertio articulo? Resp. Mysterium Incarnationis, & Nativitatis Christi.

Quænam Cat. tractat de illis? Resp. Duo, primò explicat mysterium Incarnationis: secundò, proponit meditanda de illo.

De Mysterio Incarnationis. Num. 2.

Art. 1. Num. 10. & art. 3. Num. 2. QVæ diff erentia est inter Mysterium SS. Trinitatis, & Incarnationis? Resp. Sanctissima Trinitas in eadem natura continet tres personas. Incarnatio verò contra in eadem persona continet duas naturas.

Quæ differentia est inter naturam, & personam? Resp. In

substantia rationali, qualis est homo, Angelus, & Deus, semper duo considerantur: unum est persona, vel ut Philosophi dicunt, suppositum, & est illud, quod in dictis substantiis operatur: unde est illud dictum Philosophicum, actiones sunt suppositorum. Aliud est essentia: & potest dici illud quo personæ suas exercent operationes.

Potestne declarari exemplo? Resp. Potest, in homine duo considerantur. Primò, persona, *id est* ipse homo, veluti Petrus, Paulus: secundò, essentia hominis, *id est*, anima, & corpus humo, seu Petrus est ille, qui operatur, scribit, currit, intelligit: anima, & corpus sunt illud quod talia facit.

Quæ explicantur à Catech. de Mysterio Incarnationis? Resp. Sequentia.

Primò, quæ persona sit in Christo.

Secundò, quæ naturæ sint in illo.

Tertiò, de unione naturarum.

Quartò, de proprietatibus, & actionibus illarum.

Quintò, de communicatione proprietatum in persona.

Sextò, de fine Incarnationis.

De persona Christi. Num. 3.

Art. 5. n. 1. QVid est Incarnatio? Resp. Est, quod Deus factus sit homo, seu caro.

Ibid. n. 2. Natura divina in Christo est facta natura humana? Resp. Non.

Ibidem. Natura humana est facta natura divina? Resp. Non.

Ibidem. In Christo reperiuntne personæ, & naturæ? Resp. Omnino.

Ibidem. Quot personæ sunt in Christo? Resp. Una tantùm, & est de fide.

Essetne hæreticum in Christo duas asserere personas? Resp. Esset.

Ex num. 2. art. 1. Ibidem. In Christo reperiuntne personæ divinæ? Resp. Ita est, & est una ex personis Sanctissimæ Trinitatis.

Persona Christi esset persona Patris, vel Filii, vel Spiritus sancti? Resp. Non est persona Patris, neque Spiritus sancti, sed Filii.

Num. 5. & 6. Quomodo Christus dicitur homo, si non habet perso-

De aterna Christi generatione. Num. 6.

Ibidem. QVare Christus est filius naturalis Dei Patris? Resp. Quia ab illo ab æterno genitus est.

Art. 1. n. 8. Per quam actionem Pater genuit Filium? Resp. per generationem.

Artic. 9. Num. 10. Ibidem. & art. 2. n. 8. & 9. Hæc generatio estne operatio intellectus, an voluntatis? Resp. Intellectus.

Quare productio, quæ fit in Deo per intellectum, dicitur generatio? Resp. Quia in tali productione res producta exprimit similitudinem producentis.

Artic. 9. Num. 9. Ibidem. Quid est illud, quod intellectus in sua cognitione producit? Resp. Verbum.

Quomodo generatio Filii cum productione Verbi similitudinem habet? Nempe sic, mens humana cum cognoscit aliquid, exprimit similitudinem illius. In cognitione enim fit assimilatio inter intellectum, & rem intellectam; producit enim intellectus effigiem vel imaginem rei intellectæ, quæ imago, vel similitudo dicitur conceptus, seu verbum mentis. Cum ergo meus cognoscit seipsum, exprimit effigiem, vel imaginem, vel similitudinem sui, quæ dicitur Verbum. Cùm ergo Deus Pater seipsum intelligit, verbum æternum genetur, & hoc à sancto Ioanne filius appellatur. Valde enim diversa est operatio Dei seipsum cognoscentis, ab operatione humani intellectus. Divinus enim intellectus substantia, & infinitus est, ideo ejus operatio est perfectissima, & talis vi productum per ipsum, non accidens, sed substantia sit, in Deo enim accidentia esse non possunt.

Explicatio tertii Articuli. Num. 1.

QVid explicatur in tertio articulo? Resp. Mysterium Incarnationis, & Nativitatis Christi.

Quænam Cat. tractat de illis? Resp. Duo, primò explicat mysterium Incarnationis: secundò, proponit meditanda de illo.

De Mysterio Incarnationis. Num. 2.

Art. 1. Num. 10. & art. 3. Num. 2. QVæ diff erentia est inter Mysterium SS. Trinitatis, & Incarnationis? Resp. Sanctissima Trinitas in eadem natura continet tres personas. Incarnatio verò contra in eadem persona continet duas naturas.

Quæ differentia est inter naturam, & personam? Resp. In

substantia rationali, qualis est homo, Angelus, & Deus, semper duo considerantur: unum est persona, vel ut Philosophi dicunt, suppositum, & est illud, quod in dictis substantiis operatur: unde est illud dictum Philosophicum, actiones sunt suppositorum. Aliud est essentia: & potest dici illud quo personæ suas exercent operationes.

Potestne declarari exemplo? Resp. Potest, in homine duo considerantur. Primò, persona, *id est* ipse homo, veluti Petrus, Paulus: secundò, essentia hominis, *id est*, anima, & corpus humo, seu Petrus est ille, qui operatur, scribit, currit, intelligit: anima, & corpus sunt illud quod talia facit.

Quæ explicantur à Catech. de Mysterio Incarnationis? Resp. Sequentia.

Primò, quæ persona sit in Christo.

Secundò, quæ naturæ sint in illo.

Tertiò, de unione naturarum.

Quartò, de proprietatibus, & actionibus illarum.

Quintò, de communicatione proprietatum in persona.

Sextò, de fine Incarnationis.

De persona Christi. Num. 3.

Art. 5. n. 1. QVid est Incarnatio? Resp. Est, quod Deus factus sit homo, seu caro.

Ibid. n. 2. Natura divina in Christo est facta natura humana? Resp. Non.

Ibidem. Natura humana est facta natura divina? Resp. Non.

Ibidem. In Christo reperiuntne personæ, & naturæ? Resp. Omnino.

Ibidem. Quot personæ sunt in Christo? Resp. Una tantùm, & est de fide.

Essetne hæreticum in Christo duas asserere personas? Resp. Esset.

Ex num. 2. art. 1. Ibidem. In Christo reperiuntne personæ divinæ? Resp. Ita est, & est una ex personis Sanctissimæ Trinitatis.

Persona Christi esset persona Patris, vel Filii, vel Spiritus sancti? Resp. Non est persona Patris, neque Spiritus sancti, sed Filii.

Num. 5. & 6. Quomodo Christus dicitur homo, si non habet perso-

Ibidem. Qua ratione? Resp. ait Cat. ch Quamvis enim naturali vi id fieri non posuerit, tamen virtus illa, quæ beata Christi anima prædita erat, corpus, vt libuit, movere potuit, corpus verò quod jam gloriam adeptum erat, moveatis animæ imperio facile parebat.

Art.5.n.12. Christus ascendit ne vt Deus, an vt homo? Resp. ait Cat. Vt homo est, in cœlum corpore, & anima ascendit: nam vt Deus est, nunquam ab eo abfuit, vt qui divinitate sua loca omnia complectur.

Art.6.n.5. Quibus de causis Christus ascendit in cœlum? Respond. Primò, quia ejus corpori glorioso non terra, sed cœli domicilium conveniebat. Secundò, vt ibi apud Patrem advocati pro nobis officio fungeretur. Tertiò, vt ostenderet regnum suum non esse terrenum, & deficiens, sed cœleste, & æternum. Quartò, vt nos, mentesque nostras ad paradisi desiderium elevaret, ac inflammaret.

Art.6. n. 6.7.8.9. Quæ utilitates ad nos ex Christi Ascensione provenerunt? Resp. Primò, Spiritum sanctum in nos misit. Secundò, dum fungitur officio advocati, infinita bona nobis obtinet. Tertiò, datur nobis causa maximæ lætitiæ, & spei, quod tantæ authoritatis advocatum in cœlo habeamus. Quartò, portas cœli aperuit, ibique nobis locum præparavit, viamque munivit, per quam illuc perveniremus. Quintò, Prophetas, & sanctos Patres in Paradisum tanquam primitias generis humani introduxit. Sextò, datur nobis occasio majoris meriti circa fidem, dum in Christum non præsentem sed absentem credimus. Septimò, confirmatur spes nostra, quod ubi est caput nostrum, ibi & nos membra esse illius non possimus. Octavò, amor noster in cœlum rapitur, quia ubi est Christus thesaurus noster, ibi & cor nostrum esse debet. Nonò, mens nostra ad perfectiora erigitur; si enim Christus visibili præsentia apud nos permansisset, dum illum vt hominem aspiceremus, quasi amote corporali diligeremus: nunc autem in cœlo existens amorem nostrum reddidit spiritualem, & dum absentem illum cogitamus, vt Deum diligimus, & honoramus: Apostoli enim in Christo præsente magis humanitatem, in absente magis divinitatem dilexere. Decimò, per Ascensionem Christi Ecclesia magnis muneribus est decorata: nam illi Spiritus sanctus, cum suis donis datus est, & Christus universæ Ecclesiæ inter homines pastorem, & summum Antistitem Petrum Apostolorum Principem reliquit: Quosdam dedit Apostolos, Prophetas, Evangelistas, Pastores, Doctores, atque ita ad dexteram Patris sedens, alios æque diversis donis semper locupletat: Demum Ascensio Christi non solùm nobis viam ad cœlum ascendendi patefecit, ac demonstravit, sed animi vim, & virtutem illuc pervenienti nobis largitus est.

De sessione Christi ad dexteram Patris.
Num. 1.

CHristus manetne in cœlo cum magno honore? Resp. cum maximo. *Art.6.n.3.*

Quibus verbis explicatur tantus honor? Resp. tribus. Primum, sedere. Secundum, ad dexteram. Tertium, Patris omnipotentis. *Ibidem.*

Sedere significatne hoc loco figuram, vel situm, vel positionem corporis Christi, itave corporaliter dicatur sedere? Resp. non, quia ita sedere corporibus ob lassitudinem concedi solet: in Christi autem corpore glorioso lassitudo cadere non potest. *Ibidem.*

Quid significat ergo sedere? Resp. Primò regiam, summamque potestatem ac gloriam; quia sedere apud Regem, summam indicat dignitatem, & majestatem. Secundò indicat firmam, ac stabilem possessionem dictæ potestatis, ac gloriæ, qui enim sedet, quasi fixus, atque quietus manet: ideo sedere indicat stabilem possessionem. *Ibidem.*

Deus habetne dexteram, vel sinistram? Resp. non, quia talia corporibus tribuuntur; ideo cùm Deus spiritus sit, illi convenire non possunt. *Ibidem.*

Cur ergo tribuitur Deo? Respond. per metaphoram id fieri; sæpe enim Sacræ litteræ, vt se hominis captui accommodent, Deo humana tribuunt membra, & affectiones. *Art.6.n.5.*

Quare Christus dicitur sedere ad dexteram? Respond. ait Catech. quia in humanis rebus ei major honorem tribuere existimamus, qui ad dexteram collocatur: ob id ad explicandam Christi gloriam, ad dexteram sedere constituit.

ex Symb. Athan. convenit etiam personæ illi, cujus natura est. Cùm ergo persona filij sit persona tum naturæ divinæ, tum humanæ: sequitur quod quidquid convenit vtrique naturæ, verè personæ Christi tribui potest.

Art. ex Symbol. Athanas. Potestne declarari exemplo? Resp. Potest tali: corpus, & anima sunt unitæ in persona hominis: quidquid ergo verificatur de corpore, vel de anima hominis, quatenus de illius natura sunt, potest de homine verificari; ideò si corpus dicitur mortuum, vel infirmum, vel claudum, homo talis esse dicetur. Idem in aliis.

De fine Incarnationis. Num. 2.

Art. 2. n. 3. QVis est finis Incarnationis? Resp. Primò, tollere insanitam vim peccati: Secundò, reconciliare hominem Deo, suæ salus hominum, & liberare illum à miseriis, in quas propter peccatum incurrit: Tertiò, vt nos homines filij Dei renascerentur.

De Christi Conceptione. Num. 4.

Art. Art. 1. Num. 1. 2. &c. DIfferentne Incarnatio, & Conceptio? Resp. Aliqua potest assignari differentia: Incarnatio enim est humanæ carnis susceptio; conceptio verò specificat modum, quo caro assumpta effecta est.

Filius Dei potestne dici conceptus? Resp. Potest: illa enim particula prima tertij articuli, *qui*, refertur sic: *Qui Christus filius Dei conceptus est.* Quidquid enim convenit naturæ, personæ, vt dictum est, tribui potest.

Art. 3. n. 1. & 4. Quid significat hoc nomen *Conceptio*? Resp. Idem, quod carnis formatio.

Art. 3. 4. Vbi formata est caro, quam Filius Dei assumpsit? Resp. In vtero Virginis.

Ibid. Ex quanam re Christi corpus formatum est? Resp. Ex purissimo Virginis matris sanguine.

Ibid. Estne commune omnium hominum corporibus, vt ex matris sanguine formetur? Resp. Est.

Quando formatum est Christi corpus? Resp. Statim ac Beata Virgo dixit: *Ecce ancilla Domini, &c.*

Ibid. Quanto tempore spatio formatum est? Resp. In instanti.

Huic corpori quando anima unita fuit? Resp In eodem instanti, in quo fuit formatum.

Natura humana in illo instanti fuitne perfecta? Resp. Ita est.

In eodem instanti divinitas fuitne coniuncta, cum *Ibidem.* anima, tum corpori Christi? Resp. Fuit.

Christus in illo instanti potuitne dici perfectus Deus, *Ibidem.* & perfectus homo? Resp. Fuit.

In illo instanti B. Virgo potuitne dici Mater Dei, & ho- *Ibidem.* minis? Resp. Potuit, quia in illo momento Deum, & humanem concepit.

Animæ Christi in illo instanti datane fuit summa ple- *Ibidem.* nitudo gratiæ, & Spiritus sancti? Resp. Data est, ita vt de eius plenitudine oes accipiamus.

Cujus virtute Christi conceptio effecta est? Resp. Vir- *Art. 1. n. 1.* tute Spiritus sancti.

Solus Spiritus sanctus Christi conceptionem fecit ope- *Art. 1. n. 1.* ratus? Resp. Non solus, sed tota Trinitas. Opera enim Dei ad extra totì Trinitati communia sunt: licèt enim solus Filius humanam naturam assumpserit, tamen Pater, Filius, & Spiritus sanctus, authores illius fuerunt.

Cur ergo tribuitur Spiritui sancto? Resp. Quia Incar- *Art. 3. n. 5.* natio immensam Dei erga nos benignitatem, & amorem declarat; ideò Spiritui sancto, qui Amor est, & cui adscribitur bonitas, attribui debet.

Conceptio Christi fuitne naturalis, aut supernaturalis? *Art. 3.* Resp. Fuit vtroque modo.

Quare naturalis? Respond. Quia de purissimo sanguine *Num. 4.* matris caro formata est.

Quomodo supernaturalis? Resp. Primò, corpus Christi *Ibidem.* in instanti formatum est, quod naturaliter, fine multo tempore non contingit: secundò, in eodem instanti anima fuit illi unita: tertiò sine vlli semine caro Christi formata est: quartò, Divinitas corpori, & animæ unita fuit: quintò, operâ Spiritus sancti ista omnia effecta fuere.

De Christi nativitate temporali. Num. 10.

CHristus estne natus ex Maria Virgine? Resp. Ita do- *Art. 2. n. 7.* cetur in Symbolo, & Evangelio.

Hæc nativitas fuitne naturalis? Resp. Non, sed super- *Art. 3. n. 8.* naturalis.

Qua ratione? Resp. Quia salva Matris Virginitate Chri- *Ibidem.* stus natus est.

Maria fuitne semper Virgo? Resp. Perpetuam & incor- *Ibid.*

raptam habuit virginitatem.

Ibidem. Quomodo hoc est? Resp. Spiritus sancti virtus ita illi affuit, vt illi fœcunditatem dederit, & perpetuam virginitatem conservaverit.

Ibidem. Potestne hoc esse? Resp. sicut de sepulchro clauso Christus egressus est, & clausis januis ad Discipulos introivit, & sicut Solis radij per vitri substantiam ita penetrant, vt non frangant, nec lædant: ita Christus sine vllo maternæ Virginitatis detrimento editus est.

Art.3.n.9. In hoc partu Maria potestne dici secunda Eva? Resp. Illa potest dici secunda Eva, & Christus secundus Adam.

Ibidem. Quomodo Christus est secundus Adam? Resp. Sicut in primo Adam omnes moriuntur, ita in secundo omnes renascuntur, Ille corporaliter, iste spiritualiter omnium verè dicitur parens.

Ibidem. Quomodo Maria dicitur secunda Eva? Resp. Eva mortis, Maria vitæ auctrix fuit: per Evam nascimur filij iræ, per Mariam accipimus Christum, per quem filij gratiæ regeneramur. Eva vitæ corporalis: Maria, spiritualis mater est. Eva cum dolore, Maria cum Virginitate, & cum summa lætitia peperit.

Ar.1.n.10. Quæ figuræ Christi nativitatem prænunciarunt? Resp. Primò porta sanctuarij, quam Ezechiel clausam vidit: secundò, lapis de monte sine manibus abscissus, vt est apud Danielem, qui factus est magnus mons, & implevit universam terram: tertiò, virga Aaron, quæ unà inter virgas Principum Israëlis germinavit: quartò, Rubus quem Moyses vidit ardere, & non comburi.

Meditanda circa mysterium Incarnationis.
Num. 11.

Ar.2.& 3. QVid fideles debent facere circa mysterium Incarnationis considerandum, atque colendum? Resp. Quædam intellectu, quædam voluntate facere debent.

Artic. 2. Num.2.3. & 12. Artic.3. Num.1.6. & 11. Quid intellectu? Resp. considerare primò, infinitam peccati vim: secundò, inexplicabilia bona, tum animæ, tum corporis, quæ homo propter peccatum amisit: tertiò, quanta, & qualia mala vtriusque propter illud incurrit; demùm immensam hominis miseriam: quartò, admirari infinitam remedij virtutem, & dignitatem: quintò, contemplari dicti

remedij qualitatem; nempe, quid sit Incarnatio, Conceptio, Nativitas filii Dei: sextò, infinita commoda & vtilitates, quæ ad nos tali remedio proveniunt; septimò, obstupescere tantùm Filii Dei exinanitionem, & humilitatem, & alia.

Quid voluntate? Resp. Primò, laudare, & magnificare hæc Dei opera mirabilia: secundò, de tantis beneficiis gratias agere: tertiò, tradere nos totos Deo, sicut Deus se totum tradidit nobis: quartò, imitari Christum humiliando nos, qui seipsum adeo humiliavit: quintò obedire Deo, magna pati & facere pro illo, considerando quanta ille priùs pro nobis fecit: sextò, toto corde diligere Deum, qui adeo dilexit nos, vt filium suum vnigenitum daret pro nobis: septimò, nunquam offendere Deum, quia tam benignum, & beneficum Deum offendere, summa, & execrabilis impietas est. *Ibidem.*

Explicatio IV. Articuli. Num. 1.

QVid explicatur in quarto articulo? Resp. Opus Redemptionis. *Art.5.n.1. Ar.4.n.10. &c.*

Quonam opere potissimum Christus redemit nos? Resp. Passione & sanguinis effusione.

Quæ differentia est inter mysterium Incarnationis, & Redemptionis? Respondeo: Redemptio est veluti finis Incarnationis; Christus enim factus est homo, vt redimeret nos.

De triplici officio Christi. Num. 2.

QVotuplex est officium, vel munus Christi? Resp. Triplex, primum est munus Redemptoris, & hoc dum in terris fuit, præcipuè in passione peregit: secundum est advocati, & hoc in cœlo modò pro nobis exercet: tertium Iudicis, & hoc in fine mundi adimplebit. Primum explicatur in quarto, & quinto articulo. Secundum in sexto. Tertium in septimo. Primum ponit fundamenta Redemptionis, & inchoat illam. Secundum auget, & perficit in hac vita. Tertium consummat illam in futura. *Art.7. Num.7.*

De opere Redemptionis. Num. 3.

QVid est redimere? Resp. Est à servitute, & captivitate, & miseria liberare. *C.T.ses.4. cap.1.*

Homo erat ne captiuus? Resp. Erat, tum peccati, tum mortis, tum diaboli.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Ibidem. Christus redemitne nos ab omni captivitate? Resp. Ab omni.

Sess. 6. c. 1. Quanam ratione potissimùm redemit nos à tyrannide & captivitate, & miseria peccati? Respondeo. Passione, & morte.

Art. 5. n. 12. & 13. Quanam à tyrannide diaboli? Resp. Descensu ad inferos.

Quanam à morte? Resp. Resurrectione.

Divisio tractationis de Passione. Num. 4.

QVæ explicat Catech. circa articulum quartum? Resp. Tria.

Primò, verba articuli declarat.

Secundò, causas passionis explicat.

Tertiò, quid de illa docendum, & meditandum sit, proponit.

Explicatio verborum articuli. Num. 5.

QVot verba sunt in articulo quarto? Resp. Quinque, unum explicat circumstantiam judicis, & temporis, nempe illud, *sub Pontio Pilato*: reliqua declarant, quid in Passione Christi factum sit.

Art. 4. n. 3. Cur exprimitur sub quo Præside passus sit? Resp. Primò, quia actio, vel passio summè insignis sine circumstantia temporis exprimenda non erat: secundò, ut explicetur quod gentibus ad crucifigendum, sicut ipse dixit, traditus est.

Art. 4. n. 1. Quænam verba exprimunt passionem? Resp. Isto, *passus, crucifixus, mortuus, sepultus.*

Ibidem. Quid exprimit illud verbum, *passus*? Resp. Omnes Christi irrisiones & passiones.

Art. 4. n. 4. Quid *crucifixus*? Resp. Genus supplicij specificat.

Art. 4. n. 5. Quid *mortuus*? Resp. Mortem secutam esse ostendit.

Ibid. n. 2. Quid *sepultus*? Resp. Confirmat mortem per sepulturam.

De Christi crucifixione. Num. 6.

Art. 4. Num. 4. QVe Christus voluit crucifigi? Resp. Ait Catech. divino consilio factum esse. Primò, *ut unde mors irrebatur inde vita resurgeret, & qui in ligno vincebat, in ligno quoque vinceretur.* Secundò, quia hoc genus mortis erat summæ ignominiæ: & ideo ad majorem humiliationem, & peccati destructionem accommodatum.

De

De morte & sepultura Christi. Num. 7.

QVid est mors? Respond. Est separatio animæ à corpore. *Art. 4. n. 6.*

Quare Christus dicitur mortuus? Resp. Quia ejus anima à corpore separata est. *Ibidem.*

Divinitus fuitne separata ab anima? Resp. Non.

Fuitne separata à corpore? Resp. Non. *Ibidem.*

Christus, ut Deus, an vt homo mortuus est? Resp. Vt homo, non vt Deus. *Num. 9.*

Quomodo ergo verè dicitur quod Deus passus, mortuus, & sepultus est? Resp. si de natura sermo sit, sola humana passa est: sed quia, vt dictum fuit, propriietates veritasque naturæ personæ Verbi conveniunt, hæc autem persona verus Deus est, efficit vt respectu personæ, cui attribuuntur omnia quæ in natura humana facta sunt, verè dicatur, *Deus est passus, mortuus, & sepultus*: sicut enim cùm moritur corpus, non dicitur quod anima mortua sit: & tamen homo verè mortuus perhibetur, ita & de persona Christi dicendum est. *Art. 4. n. 8. & 9.*

Propter quid Christus mortuus est? Resp. vt vinceret mortem, & nobis vitam duret. *Art. 2. n. 6.*

Cur fit mentio de sepultura? Resp. vt magis confirmetur, quod mortuus sit. *Art. 4. Num. 8. Ibid. n. 9.*

Corpus Christi in sepulchro passamne est corruptionem? Resp. Propheta ait, nullam.

De materia Passionis Christi, id est de re, in quo Passio effecta est. Num. 8.

QVid est materia Passionis Christi? Resp. Illud, in quo passio recepta est. *Art. 4. n. 1. & 2.*

In quo fuit recepta? Resp. ait Cat. tum in anima, tum in corpore. *Art. 4. n. 9.*

Vnde habetur quod anima passa sit? Resp. Quia Christus dixit, *Triste est anima mea usque ad mortem.*

Quænam pars animæ passa est, superior, an inferior? Resp. Catechismus ait, inferior. *Art. 4. n. 2.*

Quomodo natura humana personæ divinæ unita potuit pati? Resp. Per talem unionem propriietates humanæ naturæ sublatæ non sunt. *Ibidem.*

De efficiente Passionis Christi. Num. 9.

Artic. 4. Num. 11. QVinam fuerunt auctores, & effectores passionis Christi? Resp. Primò, Deus Pater pro nobis tradidit unum: secundò ipsemet Christus pro nobis animam suam posuit, & tale genus mortis elegit, & oblatus est, quia voluit. 3. Gentiles illius mortis auctores fuerunt. 4. Iudæi magis. 5. Iudas eum prodidit. 6. Petrus eum negavit. 7. cæteri omnes defecerunt, atque ita totus mundus in mortem Christi conspirasse videtur.

Artic. 4. Num. 2. Quid impulit Christum, vt supplicium Crucis subiret? Resp. peccata hominum.

Indem. Qui fuerunt auctores, & ministri mortis Christi? Resp. Illimet peccatores, pro quorum salute Christus patiebatur.

De forma, seu modo Passionis Christi. Num. 10.

Artic. 4. Num. 2. &c. QVot possunt considerari circa formam, & modum, quo Christus passus est? Resp. Multa: Primò, acerbitas Passionis: 2. indignitas respectu ejus qui patiebatur: 3. indignitas respectu illorum qui ministra illius fuerunt: 4. immensa charitas, qua Christus passus est: 5. infinitus valor dictæ passionis: 6. quod hæc passio omnium virtutum perfectissimum est exemplum.

De acerbitate Passionis Christi. Num. 11.

Artic. 4. Num. 13. QVomodo potest considerari quanta fuerit acerbitas Passionis Christi? Resp. Examinando extensionem, & intensionem dolorum, & passionum illius.

Num. 2. & 23. Artic. 4. Quomodo extensio? Resp. Primò cum corpus, tum anima passa sunt. In corpore quælibet pars passa est: pedes, & manus clavis cruci affixæ, caput spinis compunctum, & arundine percussum, facies sputis fœdata, & alapis cæsa, totum corpus flagellis verberatum est: Secundò anima, & quoad omnes sensus passa est, visus vidit horribilia, auditus audivit ignominias, gustus experius est fellis amaritudinem, tactus vbique perpessus est: Tertiò passio fuit diuturna, & mors crucis prolixæ passionis Christi extenditur. Quartò, hæc passio ad multa loca, ad varios Iudices, Reges, & ministros extensa est

Artic. 4. Quid possit considerari: circa intensionem? Resp. potest probari quod factis maximè ex effectu, quia si sola cogitatio, & passionis repræsentatio adeo Christum afflixit, vt factus sit in illo sudor, velut guttæ sanguinis decurrentis in terram, quid fiet in reali passione? Secundò corpus Christi fuit perfectius, & temperantius quàm aliorum hominum corpora, ideo acriorem quoque sentiendi vim habuit: Tertiò anima Christi fuit omnium nobilissima, & innocentissima, item & passionum corpus illius; ideo ignominias, & irritiones cum maiori afflictione patiebatur. Quartò cæteris sanctis in tormentis sæpissimè Deus solacium, & lætitiam immittebat: at Christus Calicem amarissimæ passionis nulla suavitate permixta temperavit.

De circumstantiis, quæ passionis acerbitatem augebant. Num. 12.

Ar. 4. n. 15 11. 12. 13. QVæ circumstantiæ augebant passionis acerbitatem? Resp. Primò personæ, quæ patiebatur, Creator Dominus, Rex gloriæ, Filius Dei, Propheta, Sacerdos, Rex: Secundò, pro quibus patiebatur, pro servis, inimicis, peccatoribus: Tertiò, à quibus patiebatur, nempe ab omni genere, & ordine hominum; demùm ab illis pro quorum salute patiebatur: Quartò, cum modis, & circonstantiis loci, temporis, sociorum, & similium, summam ignominiam præ se ferentibus: & quis ista posset explicare?

Quomodo passio Christi omnium virtutum magistra sit. Num. 13.

Ar. 4. n. 13. PAssio Christi esse magistra omnium virtutum? Resp. est, nam patientiam, & humilitatem, & charitatem eximiam, & mansuetudinem, & obedientiam, & summam nulli constantiam, paupertatem etiam, & alia ita in summo gradu opere ipso declaravit, vt talis passio summa Christi prædicationis ad vivum relata dicenda videatur.

De valore passionis Christi, Num. 14.

Ar. 4. n. 14. & 15. PAssio Christi quanti valoris fuit? Resp. Infiniti.

Cur tanti? Resp. Primò, quia persona Christi erat infinita, tota autem passio dictæ personæ tribuenda est, ideò ab illa recipit infinitatem: secundò, in Christo quadam ratione erat gratia infinita, per quem passio ipsa in infinitum grata Deo reddebatur; ideo valoris erat infiniti: tantus est enim valor rei, quanti res æstimatur, & grata existit: Passio autem Christi in infinitum Deo gratissima fuit.

xit, vt factus sit in illo sudor, velut guttæ sanguinis decurrentis in terram, quid fiet in reali passione? Secundò corpus Christi fuit perfectius, & temperantius quàm aliorum hominum corpora, ideo acriorem quoque sentiendi vim habuit: Tertiò anima Christi fuit omnium nobilissima, & innocentissima, item & passionum corpus illius; ideo ignominias, & irritiones cum maiori afflictione patiebatur. Quartò cæteris sanctis in tormentis sæpissimè Deus solacium, & lætitiam immittebat: at Christus Calicem amarissimæ passionis nulla suavitate permixta temperavit.

Ar.4.n.11. Passio Christi esne sufficiens ad integrè, & perfectè, & cum summo rigore justitiæ satisfaciendum pro peccatis totius mundi? Resp. omninò.

Ibidem. Esne sufficiens meretì pro omnibus hominibus vitam æternam? Resp. Ita est.

Ibidem. Quomodo potest simul satisfacere, & meretì? Resp. pretium, quod Christus in cruce pro nobis obtulit debitis nostris, non solùm par, & æquale fuit, verùm etiam eà longè superavit; ideò provt debitum solvit, convenit illi satisfactio: provt plus dedit, meritum illi conveniens est.

De fine passionis Christi. Num. 15.

Ar.4.n.11. QVis est finis passionis Christi? Resp. est producere illos effectus, ad quos passio est ordinata.

Ibidem. Ad quos effectus est ordinata? Resp. alliqui sunt respectu Dei, alij respectu hominum, & alij respectu diaboli, mortis, atque peccati.

Ar.4.n.11. 12.14.15. Quos effectus facit respectu Dei? Resp. Primò dat summam laudem, & gloriam illi. Secundò, satisfacit pro peccatis, & offensis illi illatis. Tertiò reddit gratias pro collatis beneficijs. Quartò nova impetrat ab illo beneficia.

Quid facit contra peccatum, mortem, & diabolum? Resp. destruit illa, & tyrannidem illorum.

De fructu passionis Christi erga homines. Num.16.

Ar.4.n.4. QVæ commoda ex passione Christi hominibus proveniunt? Resp. Primò liberat nos à peccatis. Secundò eripit à dæmonis servitute, atque tyrannide. Tertiò pœnam peccatis nostris debitam præsolvit. Quartò Deo Patri nos reconciliavit, illique pro peccatis nostris satisfecit, & illum placatum nobis reddidit. Quartò meruit nobis vitam æternam, & paradisi januæ per illam nobis apertæ sunt.

De applicatione passionis Christi, & ejus necessitate. Num.17.

Sess.6.c.3. CHristusne pro omnibus hominibus mortuus est? Resp. pro omnibus.

Omnesne homines per Christi mortem salvi fient? Resp. non; infideles enim, hæretici, & mali Christiani, per illam salvem non consequentur.

Ibidem. Cur hoc? Resp. quia beneficium passionis Christi dictis non communicatur.

Cur non communicatur? Resp. quia meritum passionis illis non applicatur. *Ibidem.*

Hæc applicatio estne omnino necessaria? Resp. omnino, de illa enim ita ait Concilium: Verùm etsi ille pro omnibus mortuus est, non tamen omnes beneficium mortis eius accipiunt, sed ij tantùm, quibus meritum passionis ejus communicatur. *Ibidem.*

Cur Deus vult hanc applicationem esse necessariam? Resp. quia rei natura ita requirit: Medicina enim non debet prodesse infimo, nisi non applicatur. *Ar. ibid.*

Deus estne paratus illam omnibus applicare? Resp. non solùm paratus, sed rogat. *Sess.6. c.5.*

Cur tot hominibus non applicatur? Resp. ex culpa ipsorum sit. *Ibidem.*

In quot est hæc culpa? Resp. quia nolunt facere quod debent, vt illis applicetur.

De modo obtinendi applicationem passionis. Num. 18.

QVid debet fieri, vt dicta obtineatur applicatio? Resp. Duo, quum est accedere ad Sacramenta: aliud est præparare seipsum, tum ad sacramenta, tum ad dictam applicationem suscipiendam. *Sess.6. c.5. & 6.*

Quare oportet accedere ad sacramenta? Resp. quia sunt media, per quæ passio Christi hominibus applicatur. *Ib. & 14.*

In quo consistit præparatio, quæ dicta est? Resp. in fide, spe, charitate, & pœnitentia.

Qui estne? Resp. Primò oportet credere, quod passio Christi habeat vim, si sit applicata, faciendi quod dictum est; & credere quod applicetur per sacramenta? Secundò spectare quod talem applicationem obtinebit, si cum Dei auxilio præparatus accedat? Tertiò velle diligere Deum, & odio habere peccatum. *Ar.4.n.14. Sess.6. c.6.*

Hæc præparatio estne necessaria? Resp. In adultis omnino necessaria est. *Sess.6. c.5.*

De exercitatione circa passionem Christi. Num. 19.

QVid debent facere Parochi, confessores, & concionatores circa passionem Christi? Resp. debent summa diligentia conari, vt inducant fideles ad id exercendum circa passionem Christi ut, modò dicetur. *Ar.4.n.9. & 10.*

Fideles quid facere debent? Resp. aliquid debent præ-

stare: primò in intellectu: secundò in voluntate: tertiò in corpore, ac sensu.

Art. 4. n. 2. 3. Quid in intellectu? Resp. primò, intuenti infinitam vim peccati, & inexplicabiles miserias ex illo emanantes: secundò, certò sibi persuadere, quod meritum passionis Christi est unicum remedium peccati, & miseriarum illius: tertiò, contemplari qualitatem, acerbitatem, & circumstantias passionis, & præcipuè quis est ille, qui patitur: quartò, considerare necessitatem, & modum applicationis: quintò, necessitatem præparationis ad illam: sextò, in his omnibus infinitam Dei misericordiam, & bonitatem admirari.

Art. 4. n. 3. 10. 11. 12. 13. 14. 15. & 16. Quid debet facere voluntas? Resp. primò, debet summo odio prosequi peccatum: secundò, summo amore diligere Christum, à quo tantum, & tale remedium nobis collatum est: tertiò, procurare applicationem dicti remedii: ideo ad Sacramenta cum præparatione accedere: quartò, quotidie frequentiùs in corde memoriam passionis retinere: quintò, meditando passionem, omnes virtutes in illa addiscere: sextò, in tentationibus recurrere ad illam, vt illius virtute victor evadere possit.

Art. 5. n. 1. Quid debet facere sensus? Resp. aliquid quotidie pati in memoriam passionis Christi, veluti in sumendo cibo, potu, vestitu, labore, & similibus.

Explicatio Articuli quinti.

De descensu Christi ad Inferos. Num. 1.

Ibidem. QVid per inferos significatur? Resp. Non sepulchrum, vt quidam impiè opinati sunt, sed loca, & receptacula animarum, quæ infra terram abdita sunt.

Ibid. n. 3. Quæ, & quot sunt dicta loca? Resp. Primò datur infimus, & teterrimus, & obscurissimus carcer, qui infernus, & abyssus, & gehenna appellatur, vbi dæmones, & damnati igne cruciati sunt: Secundò, purgatorium, in quo per ignem animæ piorum ad definitum tempus expiantur, & de hoc Scriptura, Apostolica Traditio, & Concilia fidem faciunt. Tertiò, Sinus Abrahæ, vbi ante Christi Adventum animæ sanctorum excipiebantur, ibique sine vllo doloris sensu quieta habitatione propter spem futuræ redemptionis fruebantur. Aliqui Doctores addunt quartum, *id est*, locum vbi pueri sine baptismo ante vsum rationis

decedentes excipiuntur; sed de hoc Catechismus nihil proponit.

Ad quem locum Christus descendit? Resp. Ad sinum Abrahæ. Be. tom. 2. cont. 3. lib. 2. c. 6. ar. 6.

Quid descendit, anima, an corpus, an divinitas? Resp. non descendit corpus, quia mansit in sepulchro: non descendit propriè loquendo divinitas, quia hæc vbique est: Anima autem Christi est illa, quæ descendit. N. 3. art. 5. n. 4. & n. 1.

Hæc anima descenditne tantùm virtute, seu potentia, an potius verè, & realiter? Respond. Reali præsentia descendit. Ibidem.

Potest dici, quod Christus ad inferos descendit? Resp. potest, quia quidquid animæ, vel corpori Christi tribuitur, illud personæ ipsius tribuendum est. Art. 5. n. 1.

Dum corpus Christi fuit in sepulchro, & anima in sinu Abrahæ, potest dici, quod eadem Christi persona apud inferos fuerit, & in sepulchro jacuerit? Resp. potest, quia persona Christi nunquam ab anima, vel corpore etiam in triduo mortis separata est. Ibidem

Divinitas fuit separata ab anima, vel corpore in triduo mortis? Resp. non. Ibid.

Minuitne de sanctitate, vel potestate Christi quod ad inferos descenderit? Resp. non minuit, sed auxit: Christus enim non vt captivus, sed vt victor, ac inter mortuos liber, aliosque liberaturus descendit. Art. 5. n. 5.

Quando anima Christi descendit? Resp. postquam à corpore egressa est. N. 5. art. 1.

Quandiu ibi mansit? Resp. Deum corpus eiusdem in sepulchro fuit. N. 5. art. 6.

Propter quid Christus ad inferos descendit? Respond. Primò vt ereptis dæmonum spoliis animas SS. Patrum è sinu Abrahæ liberaret, vt secum in cœlum perduceret: secundò vt suam etiam apud inferos ostenderet potestatem.

Quid apud inferos fecit Christus? Resp. præter dicta sic ait Catechismus: statim illius aspectus clarissimam lucem captivis attulit, eorumque animas immensa lætitia, gaudioque implevit: quibus etiam optatissimam beatitudinem, quæ in Dei visione consistit, impertitus fuit: quo facto id comprobatum est, quod latroni promiserat illis verbis: *Hodie mecum eris in Paradiso.* Art. 5. n. 5.

Ibidem. Portæ Paradisi fuerunne apertæ alicui antequam Christus moreretur, ac resurgeret? Resp. Non, sed omnes vel in sinu Abrahæ, vel in purgatorio detinebantur.

De Resurrectione Christi. Num. 2.

Art. 1. n. 1. QVid est resurrectio? Resp. est reditus animæ ad corpus, à quo illa fuerat separata.

Ibidem. Resurrectio dicitur de anima, an de Corpore Christi?

& art. 11. num. 2. Resp. de corpore, quia hoc solùm fuit mortuum, & ideo per animæ vnionem ad vitam revocatum.

Art. 3. n. 6. Potest dici quod Christus resurrexit? Resp. potest: quia quod tribuitur corpori Christi, & ipsi Christo tribuere opus est.

Ibidem. Quomodo Christus resurrexit? Resp. per hoc quod iterum anima corpori vnita est.

Art. 3. n. 8. Qua virtute resurrexit? Resp. non aliena, vt alij, sed propria virtute, quod in Christo proprium est.

Ibidem. Quomodo Christus potuit seipsum ad vitam revocare? Respond. divina vi tum corpori in sepulchro, tum animæ apud inferos existenti conjuncta fuit, per quam & anima potuit ad corpus redire, & corpus animæ conjungi.

Ibidem. Nonne aliquando Scriptura dicunt, Christum à Patre fuscitatum fuisse? Resp. Catech. ait: Christus vt homo à Patre dicitur fuscitatus, vt verò Deus est, seipsum fuscitavit.

Art. 3. n. 10. Quando Christus resurrexit? Resp. tertia die postquam mortuus est.

Ibid. n. 2. Isti tres dies fuerunne integri, & completi? Resp. secundus fuit completus, alij non.

Ibidem. In quo die resurrexit? Resp. in Dominico, sed summo mane.

Ibidem. Quomodo fuit tertia die, si ante ortum solis die Dominico resurrexit? Resp. Dei computatio incipit à media nocte ad mediam noctem; cum ergo mortuus sit die Veneris hora nona, per reliquum illius diei mortuus mansit, similiter per totum diem Sabbathi, post mediam verò noctem Dominicus dies incipiebat; ideo in tertia die facta est resurrectio.

Ibidem. Cur tertia die resurrexit? Resp. ait Catech. Vt Christus suam divinitatem declararet, Resurrectionem ad finem sæculi differre noluit: vt verò homo crederetur, non statim post mortem, sed tertia die revixit: quod temporis spatium ad veram mortem comprobandam, satis esse videbatur.

Ob quas causas Christus resurrexit? Resp. Primò, quia *Art. 8. n. 11.* justum erat, vt Christus resurrectione exaltaretur, qui morte, & passione fuerat humiliatus. Secundò, vt fides nostra confirmaretur, quod resurrectione potissimùm fit. Tertiò, vt fides nobis resurgendi traderetur. Quartò, vt salutis, & Redemptionis nostræ mysterium absolveretur; Christus enim suo morte nos à peccatis liberavit: resurgens verò præcipua nobis bona restituit, quæ peccando amiseramus.

Quæ utilitates ex Christi resurrectione ad nos provenium? Resp. Primò, intellectus nostet illuminatur, vt *Art. 5. n. 13. & 14.* Christi divinitatem cognoscat, & credat. Secundò, Christi resurrectio nostræ resurrectionis causa fuit. Tertiò, per illam docemur, qua ratione spirituali peccatis morienco, cum Christo ad novam vitam resurgere debeamus. Quartò, docet nos, vt postquam mortui sumus peccatis, in vitæ innocentia perseveremus, quia *Christus resurgens, jam non moritur, & mors illi ultra non dominabitur.* Quintò, non solùm docet perseverantiam, sed vim præbet perseverandi.

Quæ signa sunt spiritualis resurrectionis? Resp. vnum, sapere cœlestia: aliud, despicere terrena.

Explicatio Articuli sexti. De Ascensione Christi.

Num. 1.

CHristus antequam ascendit in cœlum, completne *Art. 6. n. 2.* corpus, & mysterium nostræ Redemptionis? Respond. complevit, quia in passione pro nobis plenè emisit.

Completa fuitne executio dictæ redemptionis? Resp. *Ibidem.* non, sed multa tum à Christo, tum à nobis supererant ut. *Art. 3. n. 1.* essent, vt hominis redemptio perficeretur.

Quid faciendum erat Christo? Resp. officium tum in- *Art. 6. n. 2.* dicis, tum advocati: hoc ascendit in cœlum, vt advocati munus pro nobis adimpleret.

Qua virtute Christus ascendit? Resp. non aliena, vt *Art. 7. n. 2.* Hebat, & alij, sed propria virtute ascendit.

Hæc virtus fuitne Christi, vt Deus est, an vt homo? *Ibidem.* Resp. fuit etiam vt homo.

nam humanam, vt habent alij homines? Resp. Ve dicatur homo, sufficit habere naturam hominis.

De duplici natura in Christo, divina, & humana.

Num. 4.

Ar.3.n.4. Ibidem.

CHristus habetne naturam, & personam? Resp. Vtrumque habet, vt iisdem est.

Sicut habet vnam personam, habetne vnam naturam? Resp. Esset hæreticum in Christo vnam tantùm naturam affirmare.

Sym. Ath. Cat. Ar.3. Num.9.

Quot habet naturas? Resp. Duas, divinam, & humanam.

Quomodo Christus est vnus, si habet duas naturas? Resp. Est vnus, quia unam habet personam; nam sicut anima rationalis & caro vnus est homo: ita Deus, & homo vnus est Christus.

Sym. Ath.

Quomodo natura divina in Christo est? Resp. Essentia, seu natura divina in tribus personis divinis, & ites personæ divinæ in essentia, & Deitate sunt: cùm ergo persona Christi sit divina, in illo natura divina erit.

Ar.1.n.1.2 Sym. Ath. Ibidem.

Quomodo in Christo natura humana est? Resp. Quia persona divina Christi illam assumpsit.

Quonam ratione assumpsit? Respond. Persona Filij Dei in Christo facta est persona illius naturæ humanæ, quæ in eodem Christo est: *id est*, illud quod facit persona humana in natura hominis apud omnes homines, illud facit persona Filij in natura hominis, quæ ab illo assumpta est.

Ex Sym. Ath. ar.4. n.2. & ar. 2.n.9.

Quomodo Filius assumpsit naturam humanam? Resp. ad personam divinam; *id est*, fecit vt natura humana personam Filij divinam haberet.

De vnione naturarum in Christo.

Num. 5.

Art.2.n.1. 4. art.2. Num.2.

PErsona Filij estne vnita naturæ humanæ ab illo assumptæ? Resp. Ita est, quia persona semper vnita est illi naturæ, cujus persona est.

In Christo natura humana, & divina sunne simul vnitæ? Resp. Ita est.

Ar.3 n.2. 4.n.1.n.9. & art.3 n.2. & 3.

Qua ratione? Resp. Hæc unio duplici modo potest considerari; primò sic, quia simul sunt natura divina & humana in persona Christi, efficitur vt in eadem persona unitæ sint; secundò sic, vt intelligatur, quod in Christo natura

divina, naturæ humanæ quodammodo unita sit. Exemplum sit in homine, anima & corpus duplicem habent *Ex Sym. Athan.* unionem, una unio est in persona hominis, alia est inter animam & corpus, quia anima ipsi corpori modo quodam particulari communicata est.

Catechismus docet: naturam divinam, & humanam in Christo esse unitas, quia vtraque in unam convenit personam? Resp. docet. *Ar.2.n.9. & ar.3. Num. 2.*

Explicetne plenitudinem spiritus Dei speciali ratione, in natura humana à Christo assumpta ineffe, reperiri, communicari? Resp. Explicat, ideò ait, Christo non est datus spiritus ad mensuram, sicut aliis hominibus: sed data est illi plenitudo spiritus, ita vt nos de ejus plenitudine accipiemus. *Art.3.n.4.*

De proprietatibus naturarum in Christo. Num. 6.

NAturæ divina in Christo sinsne retinuit proprietates, & operationes? Resp. Retinuit. *Art.3.n.1.*

Idemne dicendum est de humana? Resp. Idem. *Ibidem.*

Quæ sunt proprietates naturæ divinæ? Resp. Quod sit æterna, increata, infinita, immortalis, creatrix, gubernatrix, & alia multa. *Ar.1.n.11.*

Quænam sunt proprietates naturæ humanæ? Respond. Quod sit finita, creata, mortalis, &c.

Potestne dici, quod natura divina in Christo sit creata, vel finita? Resp. Non. *Ibidem. Art. 4.*

Potestne dici quod in illo natura humana sit infinita, & increata? Resp. Non. *Num. 2. Ibidem.*

Cur non? Resp. Quia unio naturarum in Christo proprietates illarum non confundit.

De communicatione proprietatum in persona Christi. Num. 7.

OMnes proprietates, & actiones naturæ divinæ convenitne personæ Christi? Resp. conveniunt. *Art. 2. Num. 11.*

Omnes proprietates, & actiones naturæ humanæ à Christo assumptæ, conveniuntne personæ Christi? Resp. Ita est.

Omnia attributa naturæ divinæ & humanæ possuntne attribui personæ Christi? Resp. Possunt. *Ibidem.*

Christus potestne dici Deus homo, Creator, mortuus, & alia? Resp. Potest. *Ibidem.*

Quomodo est hoc? Resp. Quidquid convenit naturæ, *Art.ibid.*

Ibidem. Cur dicitur *Patris, & omnipotentis?* Respond. Vt significetur causa tantæ gloriæ, tum quia est Filius, tum quia est illius Patris, qui sustinam potestatem, & majestatem habet, cùm enim sit Filius hæres universorum, causa est gloria Patris, tanta & Filij majestas confitenda est.

Explicatio Articuli septimi. De judicio Christi. Num. 1.

Art.7.n.1. CHristus exercet officium Judicis? Resp. non solùm Redemptoris, & Advocati, sed etiam judicis officium habet.

Art.7. Quid circa judicium Christi debet considerari? Resp. primò de judice: secundò de judicio: tertiò de fementis judicij: quartò, de utilitate, quæ ex dicto judicio accipi potest.

Ibidem. Quis est judex vivorum, & mortuorum? Resp. Christus.

Christus estne Judex, vt Deus, an vt homo? Resp. ait Catech. Sacræ literæ declarant, quod non solùm vt Deus, sed etiam vt homo, à Deo Judex est constitutus.

Art.7.n.5. Nunne potestas judicandi omnibus personis sanctæ Trinitatis communis est? Resp. Est, sed præcipuè tribuitur Filio, ea ratione, qua ipsi quoque sapientia tributa est.

Art.6.7. Cur potissimùm Christo, etiam vt homo est, officium datum est judicandi? Resp. Primò, decebat vt judex hominum corporeis oculis posset videri, & eius sententia auribus percipi, & omnino quod judicium illud sensibile esset. Secundò, justissimum erat, vt Christus, qui vt homo iniquis hominum sententijs condemnatus fuit, omnium deinde judex ab omnibus conspiceretur.

Art.7.n.1. Quando Christus hoc judicium exercebit? Resp. in secundo adventu, & in fine mundi.

Ibidem. Quotuplex adventus Christi? Resp. duplex, vnus est cùm carnem assumpsit & homo factus est, secundus cùm ad judicandos homines in fine mundi venturus est: primus misericordiæ, secundus justitiæ tribui debet.

Art.6.n.3. Quotuplex est judicium Christi? Resp. duplex, vnum privatum, & sic cùm vnusquisque nostrùm migrat è vita statim enim ad tribunal Christi sistitur, vt de actibus cogitatis, dictis & operatis rationem reddat; alterum publicum, quod in fine mundi, vno die, vno in loco, omnibus hominibus præsentibus, & spectantibus, quid in æternum de singulis sit futurum, determinabit.

Art.7.n.4. Quibus de causis hoc judicium universale futurum est? Resp. Primò, quia exempla, opera, & doctrina multorum vel vtile, vel damnum efficiunt; ideo ante finem mundi præminm, vel pœna illis decerni non poterat: parentes enim filios, doctores liberos, magistri discipulos, & alij alios successivè sui imitatores relinquunt: vnde quadam ratione, vel bona, vel mali futuri causa sunt. Secundò per universale judicium satisfiet famæ multorum piorum, quæ injustè fuit offensa, & à multis auferetur gloria illis injustè data; finis enim publico, & universali hominum conventu hoc fieri posse non videbatur. Tertiò, quia justum est, vt sicut corpora fuerunt consortia laborum, & virtutis ac vitij, ita essent præmij, ac pœnæ: conveniens fuit, vt animæ corpora reassumerent, & post hoc vtrisque præmia, & pœnæ decernerentur. Quartò, quia Deus nunc videtur aliqua permittere, quæ divinæ justitiæ, & providentiæ minùs videntur convenire, veluti quod impij pacificè vivant, & divitijs aliisque bonis abundent; justi verò afflicti & pauperes sint: æquum erat, vt coram omnibus summa Dei justitia atque providentia declaretur, quod in generali judicio optimè fit. Quintò, optima ratione à Deo factum est, vt hominibus finale judicium cum præmijs, & pœnis modò proponeretur, sic enim pij reverentur, impij terrentur, justi in virtute confirmantur, mali à peccato metu pœnæ deterrentur.

Art.7.n.7. Quænam signa generale judicium præcedent? Resp. ex Sacris literis habemus quod hæc tria.

Primò, prædicatio Evangelij per universum orbem.

Secundò, discessio, *id est*, divisio inter gentes, & populos, seu discessio à fide.

Tertiò, Antichristus. Hæc tria cùm fuerint, prope esse generale judicium indicabunt.

Art.7.n.8. Qualem, & quomodo Christus pro justis sententiam feret? Resp. sic. Christus lætis oculis pios à dextris stantes intuens, ita de illis judicium summa cum benignitate pronunciabit: *Venite benedicti Patris mei, possidete ha-*

gnum, quod paratum est vobis à constitutione mundi. Quid hoc jucundius?

Ar.7.n.4. Et quale judicium in impios erit? Resp. ad hos qui à sinistra stabunt, Christus conversus suam justitiam in eos effundet, his verbis: *Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est Diabolo, & Angelis ejus.*

Ibidem. Hæc sententia quidnam mali continet? Resp. Primò pœnam damni. Secundò, pœnam sensus.

Ibidem. Quid est pœna damni? Resp. Est carentia omnis boni, & præcipuè divinæ visionis.

Ibidem. Quæ verba explicant pœnam damni? Resp. Illa, *Discedite à me*; & illa, *Maledicti.* Dum enim ait, *Discedite à me*, ostendit aversionem à Deo, separationem, & carentiam visionis illius; absentia enim non videmus. Cùm verò dicit, *maledicti*, declarat quod Deus non solùm erit illis non amicus, sed inimicus; non solùm non faciet illis bona, sed faciet mala; non solùm non diliget, sed odio habebit: Maledicere enim Dei est malum non solùm dicere, sed facere.

Ar.7.n.10. Quid est pœna sensus? Resp. est illa, quæ corporis percipitur sensu, vel in verberibus, & flagellis contingit: sed præcipuè ignis tormenta summi doloris sensum efficere solent.

Quibus verbis explicatur pœna sensus? Resp. Primò illo verbo, *in ignem*. Secundò illo, *æternum*. Tertiò illo, *qui paratus est Diabolo, & Angelis ejus.*

Primum declarat maximam pœnam. Secundum maximam durationem. Tertium, terrores crudelissimos, & summè infensos.

Ar.7.n.11. Quæ utilitas oritur ex consideratione judicii? Resp. Primò cohibet homines à peccatis, & frenat pravas animi cupiditates. Secundò, justi ad virtutem maximè incitantur, cùm per illam vident tanta bona obtineri, & tanta mala vitari. Tertiò, mirificè juvat ad perferendas miserias, & injurias, & calumnias injustè illatas. Consolatur enim quod in tali judicio omne occultum manifestum coram omnibus fiet. Et unicuique quod suum est, tribuetur.

Explicatio tertia partis Symboli.

DE quanam re agitur in tertia parte Symboli? Resp. Primò, de Spiritu sancto, qui est caput, & fons omnis nostræ sanctitatis. Secundò, de Ecclesia, quæ à Spiritu sancto sanctificatur, & regitur. Tertiò, de quibusdam bonis, quæ per Spiritum sanctum Ecclesiæ collocata sunt. Cat. c.1. post præf. n.5.

Quid debet considerari de Spiritu sancto? Resp. Primò, de nomine ipsius. Secundò, de persona. Tertiò, de processione illius à Patre, & à Filio. Quartò, de effectibus, qui ab ipso procedunt. Art.6.n.1.

Explicatio Articuli Octavi.

De nomine Spiritus sancti. Num. 1.

QVibus convenit hæc vox, *Spiritus?* Resp. convenit præcipuè animabus justorum, Angelis, & Deo. Art.8.n.2.

Singulæ personæ Trinitatis, nempe Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, possunt dici Spiritus, & sanctus? Resp. possunt, quia Deus spiritus est. Item sanctus est. Ibidem.

In articulo octavo quomodo accipitur ista vox, *Spiritus sanctus?* Resp. pro tertia persona Sanctissimæ Trinitatis. Art.8.n.2.

Hoc nomen convenitne illi? Resp. omninò, quia spiritualem vitam in nos infundit, & toti Ecclesiæ fons, & caput est sanctitatis.

Quare Spiritui sancto nomen proprium sicut Patri, & Filio attributum non est? Resp. quia processioni, qua Spiritus sanctus à Patre, & à Filio originem habet, proprium nomen assignatum non est. Ibid. n.3.

Cur non est assignatum? Resp. quia illa actio, qua Pater, & Filius producunt Spiritum sanctum, in humanis non reperitur; ideo à rebus creatis proprium nomen desumi non potest, sed communi vocabulo vti necesse est. Ibidem.

Cur Patri, & Filio proprium nomen est tributum? Resp. quia Pater per generationem producit Filium, generatio autem in humanis reperitur, & generanti nomen Patris, genito nomen Filij impositum est. Ibid.

De persona Spiritus sancti. Num. 2.

SPiritus sanctus estne Deus? Resp. omnino, æquè ac Pater, & Filius: & Cat. per scripturas evidenter quod ita sit probat, & est de fide. Art.1.n.4.

In octavo articulo explicaturne quod Deus sit? Resp. explicatur per illud verbum, *In.* Ar.9.n.11.

Ar.9.n.11 Qua ratione ? Resp. credere *in*, excepto Deo, nulli tel vel personæ creatæ potest convenire ; ideo qui credit in Spiritum sanctum, fatetur illum esse Deum : octavus autem articulus habet, *Credo in Spiritum sanctum.*

Cap.1.n.4. Spiritus sanctus est una ex divinis personis ? Resp. est, nempe tertia : Pater enim est prima, Filius secunda, Spiritus sanctus tertia.

Prof.ar.7. Cur tertia persona est ? Resp. propter originem, quia enim à Patre originem habet Filius, & à Filio ac Patre Spiritus sanctus, propter hanc originem, vt supra dictum est, dicitur quod Pater est prima persona, Filius secunda, Spiritus sanctus tertia.

Art.1.n.4. Propter hoc esse aliqua inæqualitas, ita vt Spiritus
Ar.1.n.10. sanctus sit minor, aut posterior Patre ac Filio ? Resp. nulla est omnino.

De processione Spiritus sancti. Num. 9.

Art.8.n.3. QVid significat hoc nomen, Processio ? Resp. Significat quod aliquid ab alio deductionem, vel emanationem, vel originem habeat.

Ibidem. Quæ sunt in Deo emanationes, vel processiones ? Resp. duæ, vna per intellectum, & dicitur generatio, & per hanc producitur Filius à Patre : alia per voluntatem, & hæc proprium nomen non habet, sed congruo nomine dicitur Spiratio, vel processio, & per hanc Spiritus sanctus à Patre, & à Filio procedit.

Art.8.n.8. Catechismus quid docet de hac processione ? Resp. ait, in hac Deus seipsum totum vi amoris communicat, *id est*, in processione, quæ fit in Deo, per intellectum Deus communicat se totum per modum Verbi : in hac autem communicat se totum per modum Amoris, quia producit Spiritum sanctum qui Amor est.

Ar.8.n.9. Quodnam est principium, à quo ista processio emanat ? Resp. Pater, & filius, qui considerantur tanquam vnum principium illius, non tanquam duo.

Art.8.n.1. Per quam potentiam Pater, & Filius producunt Spiritum sanctum ? Resp. per voluntatem amore inflammatam.

Ibidem. Qua ratione producunt ? Resp. per modum amoris, *id est*, eo modo, quo amor à voluntate productus est, non eo quo Verbum ab intellectu produci solet.

Quis

Quis producitur ? Resp. Spiritus sanctus, qui est idem *Ar.4.n.10* plene & per charitatis amorem à Patre, & Filio procedens, genitorem, & genitum, æterno atque indissolubili vinculo inter se connectens.

De effectibus Spiritus sancti. Num. 4.

SPiritus sanctus producitne aliquos effectus in nos ? *Art.1.n.7.* Resp. producit.

Dicunturne effectus Spiritus sancti ? Resp. Dicuntur, & *Ibidem.* illi ut proprii tribuuntur.

Dicti effectus à tota Trinitate producitne sunt ? Resp. *Ibidem.* est, quia opera omnia, quæ Deus extra se facit, toti Trinitati communia sunt.

Cur ergo præcipuè Spiritui sancto appropriantur ? Resp. *Ibidem.* quia Spiritus sanctus est amor divinus, & bonitas illi à Sacris literis appropriatur, & tanquam perennis fons bonitatis ; ideo effectus qui divina voluntate veluti amore inflammata in nos proficiscuntur, recte Spiritui sancto quadam ratione appropriari debent.

Omnia bona, & beneficia à Deo accepta, tanquam à *Art.8.n.7.* Spiritu sancto data cognoscine debent ? Resp. ita est, vade Spiritus sanctus Donum appellatur.

Cur dicitur Donum ? Resp. quia summus Dei in nos *Ibidem.* amor efficit, ut beneficia nobis collata benignè, & gratuitò, & absque spe renumerationis tribuantur.

Quæ differentia est inter Spiritum sanctum, & effectus *Ibidem.* illius ? Resp. illa quæ est inter creatorem, & creaturam.

Nonne aliquando effectus, vel dona Spiritus sancti di- *Art.9.n.3.* cuntur Spiritus sanctus, veluti dicitur spiritus sapientiæ, &c. Resp. ait Catech. dicuntur, & tamen dona Spiritus sancti ab eodem spiritu tanquam finitum ab infinito sunt distinguenda.

Qui sunt isti effectus ? Resp. primus est vita spiritualis, *Ar.6.n.8.* & 9. ideo in Symbolo Nicæno dicitur Spiritus vivificans : facit enim, vt anima in Deo conjuncta sit, ut quodam modo quod vnitur, vita Dei dici possit.

Secundus est, quod omnia beneficia Dei, gratuitò nobis data munera, dona Spiritus sancti vocari possunt.

Tertius, septem dona Spiritus sancti, nempe charitas, sapientia, &c. maximam cumulum beneficiorum collectum habent.

Quartus, gratia justificans effectus Spiritus sancti est, & hanc sequitur comitatus virtutum, per illam efficimur participes divinæ naturæ; ideo per eandem filii Dei non solùm nominamur, sed verè sumus.

Art. 8. n. 1. Quæ utilitas homini provenit ex hac cognitione? Resp. Primò, humiliatur homo considerando se esse fontem miseriæ, & omnia bona, quæ habet, ab hoc Spiritu sancto obtinuisse. Secundò, excitatur ipse, vt à tam benigno datore omnia bona speret, petat, & obtineat. Tertiò, provocatur ad summum in Deum amorem; tantum enim benefactorem diligere justissimum est.

Explicatio articuli Noni.

De sanctâ Ecclesiâ Catholicâ. Num. 1.

QVæ post articulum de Spiritu sancto, panitur articulus de Ecclesiâ? Resp. quia Ecclesia pendet à Spiritu sancto, à quo regitur, vivificatur, & sanctificatur.

Art. 8. Num. 23. In quot partes dividitur articulus de Ecclesiâ? Resp. in duas, in primâ agitur de Ecclesiâ, in secundâ de communione Sanctorum.

De necessitate cognoscendi Ecclesiam. Num. 2.

ESne necessarium, vt omnes Ecclesiam cognoscant? Resp. ait Cat. cùm Ecclesiæ abominibus prædum sit, necesse est vt à singulis cognoscatur.

Estne necessarium, vt explicetur fidelibus quænam sit vera Ecclesia? Resp. Est, quia hæretici multa mendacia de Ecclesiâ disseminarunt, & ideo vera doctrina de illa tradenda est.

Art. 9. Num. 1. Qui paratus est credere Ecclesiæ, potestne esse hæreticus? Resp. Non potest.

De significatione hujus nominis Ecclesia. Num. 3.

Ibid. n. 2. ECclesia estne nomen Latinum? Resp. Non, sed Græcum est.

Quid significat? Resp. Evocationem, & à scriptoribus accipitur pro consilio, & concione, seu pro multitudine, quæ simul vocata sit.

Ibidem. Ecclesia accipiturne pro bona tantùm, an etiam pro mala hominum multitudine? Resp. Aliquando Scriptura

accipit hanc vocem *Ecclesia*, pro malâ hominum vocatione fidelium multitudine, sed ordinatè, pro populo, & congregatione fidelium, & Christianorum accipi solet.

Ante Christi adventum fidelis populus quomodo vocabatur? Resp. Synagoga. *Art. 9. n. 8*

Cur hoc? Resp. Quia Synagoga, significat multitudinem virtutum. Hæc autem etiam animalibus convenit; ideo ille populus significabatur tanquam pecudum more congregatus. *Ibidem.*

Cur Christianus populus dicitur Ecclesia? Resp. Vt ostendatur, quod à Deo ad cœlestia, & divina vocatus sit. *Ibidem.*

Ecclesiæ vox accipiturne semper in Scripturis pro universâ fidelium multitudine? Resp. Non; sed aliquando accipitur pro sola parte fidelium, veluti vnius civitatis: vnde Apostolus vocat Ecclesiam Corinthi congregationem fidelium, quæ ibi erat. *Art. 9. Num. 10.*

Quando Ecclesia accipitur pro universâ fidelium multitudine? Resp. præcipuè cum apponitur hæc vox, Catholica: veluti, *Credo sanctam Ecclesiam Catholicam.* *Art. 6. Num. 16.*

Quid significat hæc vox *Catholicam*? Resp. Idem quod *ibidem.* universalis.

De variis nominibus Ecclesiæ Catholicæ. Num. 4.

ECclesia habetne plura nomina? Resp. habet: primò enim dicitur domus, & ædificium Dei: secundò, columna, & firmamentum veritatis: tertiò, grex ovium Christi: quartò, sponsa Christi: quintò, corpus Christi mysticum.

De partibus Ecclesiæ. Num. 5.

IN quot partes Ecclesia divisa est? Resp. In duas. Vna dicitur Triumphans, & est Beatorum qui de Mundo, Carne, & Diabolo triumpharunt. Alia dicitur Militans, & est hominum virtorum, qui cum Mundo, Carne, & Diabolo bellum habent. *Num. 5.*

Illi qui sunt in Purgatorio in quanam parte Ecclesiæ, sunt? Resp. Doctores, fideles in Purgatorio pœnas luentes appellant Ecclesiam satisfacientem, & sunt medij inter Ecclesiam Militantem, à qua recedunt, & Triumphantem, ad quam accedunt.

Ecclesia Triumphans, & Militans sintne duæ, an una Ecclesia? Resp. Una tantùm; ex utraque enim tanquam ex duabus partibus una Ecclesia fit. Triumphans enim præcessit, Militans sequitur, vt eam illa conjungatur.

Quid sit Ecclesia militans. Num. 6.

Num. 11. *Num. 2.* ILla pars Ecclesiæ, quæ dicitur Militans, quomodo definiatur? Resp. tic. Est populus fidelis per universum quidem orbem terrarum dispersus, sed tamen sub eodem capite invisibili Christo, & visibili Romano Pontifice coadunatus.

De membris Ecclesiæ. Num. 7.

Num. 7. *Num. 8.* QVænam dicuntur esse membra Ecclesiæ? Resp. Fideles, Boni, & mali homines, modò sint fideles, sunt ne membra Ecclesiæ? Resp. sunt, sed diversa ratione.

Ibidem. Quænam est hæc diversitas? Resp. Boni, *id est*, qui ja gratia Dei sunt, membra viva esse dicuntur: mali in peccato mortali constituti membra mortua appellantur.

Num. 8. Quinam ab Ecclesia excludantur? Resp. primò infideles, qui nunquam fidem Christi susceperunt: secundò, hæretici, & schismatici, qui à suscepta fide defecerunt: tertiò, excommunicati, qui à communione Ecclesiæ excluduntur.

Ibidem. Ministri Ecclesiæ in peccato constituti suam retinent potestatem? Resp. Retinent, quia vere membra Ecclesiæ sunt.

De Capite Ecclesiæ. Num. 8.

Art. 9. *Num. 10.* *Num. 13.* *11. & 13.* ECclesia habet caput? Respond. Habet, tum invisibile, quod est Christus: tum visibile, quod est Romanus Pontifex.

Cur caput visibile à Christo Ecclesiæ traditum est? Respondeo, ob triplicem rationem: primæ est, quia membris visibilibus, *id est*, fidelibus, & corpori visibili, quod est Ecclesia, caput visibile conveniebat: secunda, quia tanta hominum multitudo tam longè, latèque diffusa absque visitate visibilis capitis uniri non valebat: tertia, quia licet Christus est Sacramentorum author, & invisibilis, ac intimus præsidet; & tamen homines externos Sacramentorum ministros instituit, qui in persona sua illa conficerent: ita ipse Ecclesiæ invisibile caput, & intimus rector existens eidem hominem suæ potestatis Vicarium, & Ministrum præfecit.

Quid est esse caput Ecclesiæ? Resp. Est habere potestatem in illam, & esse rectorem illius; talis enim caput habet in membra sua. *Ibidem.*

Quis primus post Christum fuit caput Ecclesiæ? Resp. sanctus Petrus. *Ibidem.*

A quonam fuit institutus in caput illius? Resp. A Christo, cujus Vicarius fuit.

Quando? Resp. cùm illi oves suas pascendas amplissimis verbis commendavit. *num. 11.*

Quare Romanus Pontifex est caput visibile Ecclesiæ? Resp. Quia est successor Petri.

Quare est successor Petri? Resp. Quia sedet in cathedrâ Romana, in qua Petrus usque ad mortem sedit; illic enim succedit Petro, qui succedit in cathedra, in qua Petrus, dum sedebat, mortuus est. Ita etiam Scribæ, & Pharisæi super cathedram Moysi sedere à Christo dicti sunt. *Ar. 9. Ibidem.*

Cur successor Petri est Vicarius Christi, & caput Ecclesiæ? Resp. Quia Christus Petrum reliquit Vicarium suum successoribus. *Ibidem.*

De proprietatibus Ecclesiæ. Num. 9.

QVænam sunt proprietates Ecclesiæ? Resp. Istæ quatuor: prima quod sit una: secunda, quod sit sancta: tertia, quod sit Catholica: quarta, quod sit Apostolica.

De unitate Ecclesiæ. Num. 10.

QVomodo Ecclesia est una? Resp. Primò est una, quia habet unum caput invisibile Christum, visibile Romanum Pontificem: secundò, unus est Spiritus, qui regit, & sanctificat Ecclesiam, & se habet ad illam sicut anima ad corpus, cui vnita est: tertiò quia in Ecclesia est eadem fides, Deus idem, idem Baptisma, eadem lex, & Sacramenta, & Sacrificium idem. *Ibid. &c.*

De sanctitate Ecclesiæ. Num. 12.

QVa ratione Ecclesia dicitur Sancta? Resp. Primò, quia Ecclesia est Deo dedicata, & consecrata: quæ autem divino cultui sunt adscripta, vt vasa, vestes, & altaria, sancta sunt: nec desinit esse sancta, quia multos continet peccatores; quia sicut illi, qui artem aliquam pro- *Ar. 9. n. 15*

sitentur, licèt præcepta artis non servent, tamen artificio retinent nomen: ita illi, qui fide, & Baptismo Christo sunt consecrati, licet in multis offendant, & quæ polliciti sunt, non præstent: tamen fideles, & sancti, quia Christi membra sunt, vocari possunt. Secundò, dicitur sancta respectu capitis sui, *id est*, Christi, qui fons est sanctitatis, & à quo spiritus in Ecclesiam effusus est cum donis suis: ideo quilibet fidelis ut est membrum Christi, sanctus vocari potest. Tertiò, dicitur sancta respectu eorum, quæ in Ecclesia tractantur, ipsa enim est corpus Christi mysticum, ipsa sanguine Christi aspersa est, in ipsa est lex sancta, sanctum Sacrificium, sancta Sacramenta, demùm quicunque sanctus est, extra hanc Ecclesiam esse non potest.

Quomodo Ecclesia sit Apostolica. Num. 12.

Num. 16. QVinam fideles ad Ecclesiam pertinent, & membra illius sunt? Resp. Omnes, qui ab Adam in hanc usque diem fuerunt, quive futuri sunt, quamdiu mundus exabit, veram fidem profitentes, sive illi sint Barbari, aut Scythæ, sive liberi, sive servi.

Ibidem. Qua ratione Ecclesia dicitur Catholica? Resp. Primò quia omnes continet fideles, ut dictum est: Secundò, quia omnes, qui salutem æternam consequi cupiunt, in hanc Ecclesiam, ut ingrediantur necesse est: sicut enim tempore diluvii extra Arcam Noë nulla erat salus, ita extra Ecclesiam nemini salus esse potest.

Quomodo Ecclesia sit Apostolica. Num. 13.

Art. 9. Num. 1. QVomodo dicitur Apostolica? R. Primò, quia fundata est supra fundamenta Apostolorum, & Prophetarum? Secundò, quia doctrina, quam docet Ecclesia, non est recens, neque nunc primùm orta, sed ab Apostolis jam olim tradita, & per orbem terrarum dissemînata usque nunc in Ecclesia est conservata. Tertiò, quia Spiritus sanctus primùm quidem Apostolis tributus est, deinde verò semper in Ecclesia manet, ideo vere Apostolica appellatur.

Quod Ecclesia errare non possit. Num. 14.

Ibid. n. 18. ECclesia potestne errare? R. Ecclesia, cùm à Spiritu sancto gubernetur, in fide, ac morum disciplina tradenda errare non potest: quod idem etiam de Romano Pontifice, ut Christi Vicario, est asserendum.

De obligatione fidelium erga Ecclesiam. Num. 15.

QVam obligationem habent fideles erga Ecclesiam, & Rom. Pontif. qui caput illius est? Resp. dupliceem: unam credendi his, quæ ab illa determinata, vel approbata sunt.

Secundò, obediendi præceptis, quæ ab illa data sunt.

Fideles tenentur credere Ecclesiam esse? Resp. Omninò; est enim articulus fidei.

Art. 8. n. 16. Quomodo est articulus fidei, cùm fides sit eorum quæ non videntur, Ecclesia autem res sit omnibus patens, & manifesta? Resp. Ecclesia quidem, *id est*, fidelium congregatio, res visibilis est; sed mysteria, quæ in illa continentur, sola fide concipi possunt; ideo articulus fidei esse potest.

Ibid. n. 23. Quare in octavo articulo dicitur: *Credo in Spiritum sanctum*, in nono verò, non dicitur: *Credo in sanctam Ecclesiam*, sed *Credo sanctam Ecclesiam*? Resp. *Quia credere in*, soli Deo, & ultimo fini, non autem Ecclesiæ, vel creaturæ alii convenire potest.

Art. 9. n. 12. Quæ mysteria sunt in Ecclesia, quæ credi debent? Resp. Primò, in ea sunt claves Regni cœlorum, nempe potestas remittendi peccata, excommunicandi, corpus Christi consecrandi, & alia.

De figuris, & Prophetiis Ecclesiæ. Num. 16.

Art. 9. n. 19 IN veteri Testamento præcesserunt aliquæ figuræ de Ecclesia? Resp. præcesserunt potissimùm duæ. Una est arca Noë, in qua salus; extra quam mors erat in diluvio: ita qui sunt in Ecclesia baptizati, possunt salvari: extra illam nemini est salus. Altera fuit civitas Hierusalem, in qua sola erat Sacrificium, & Dei veri cultus. Ita etiam in sola Ecclesia est verum Sacrificium, & verus Dei cultus.

Art. 9. n. 3. Prophetæ loquuntne sunt de Ecclesia? Resp. ait Catechiste D. Augustino, Prophetæ planius, & apertius de Ecclesia, quàm de Christo loquuti sunt: cum in eo multò plures errare, ac decipi posse, quàm in Incarnationis Sacramento providerent. Deus enim significabat per Prophetas non defuturos impios, qui ad similæ imitationem hæreticos Catholicos, & falsam Ecclesiam veram assimularent.

De communione Sanctorum. Num. 17.

Art. 9. QVid significat hæc dictio, *Communio*? Resp. Societatem, & participationem quandam.

Num. 25. Ibidem. Quare posit sanctam Ecclesiam ponitur Sanctorum communio? Resp. primò, quia hæc communio ab unitate provenit Ecclesiæ. Secundò, quia per illam quodam modo explicatur quid sit Ecclesia. Tertiò, quia dicta societas est veluti finis Ecclesiæ. Fides enim, & membra Ecclesiæ omnia faciunt, vt in hanc societatem reciplantur, & in illa constantissimè usque in finem perseverent.

Ibidem. Num. 24. Quomodo communio ab unitate Ecclesiæ procedit? Respondemus, ait Catechismus, Vnitas Spiritus, à quo Ecclesia regitur, efficit, vt quidquid in ea collatum est, commune sit.

Ibidem. Quænam est materia hujus communionis? Resp. Bona quæ sunt in Ecclesia: sicut enim bona alicuius familiæ communia sunt, ita cùm Ecclesia sit tanquam vna Christi familia, omnia illius bona communia erunt.

Ar. 9. n. 24. Quæ sunt ista bona communia? Resp. Primò: Sacramenta, quibus veluti sacris vinculis fideles connectuntur Christo vt capiti, & quorum fructus vniversis fidelibus communis est. In Baptismo autem magna est communio, quia omnes fideles illud idem recipiunt: perfectissima autem communio est in Eucharistia, in qua fideles Christo maximè uniti sunt, & ideo ejus sumptio appellatur communio. Secundò, communes sunt omnes bonæ operationes, quæ piè sanctèque à quocumque fideli suscipiuntur, juxta illud: *Particeps ego sum omnium timentium te.* Ideo jejunia, orationes, & alia pia opera fidelium, ad hanc communionem pertinere dicenda sunt. Tertiò, gratiæ gratis datæ, veluti scientia, prophetia, donum linguarum, & miraculorum, ad bonum commune Ecclesiæ concessa sunt. Demùm ait Cat. Nihil verè à Christiano homine possideturi, quod sibi cum cæteris omnibus commune esse existimandum non sit.

Ar. 9. n. 25. Potest hæc communio explicari similitudine? Respondeo, Potest. Corpus enim humanum hanc in membris indicat communicationem, in hoc enim corpore multa sunt membra, quæ tamen vnum corpus efficiunt: secundò, singula membra suum proprium munus habent, suntque differentia in gradu honoris, dignitatis, & vtilitatis; & tamen singula cùm suas exequuntur operationes, non proprium vtilitatem, sed totius corporis commodum propositum habent: tertiò, dicta membra ita sunt inter se connexa, vt si unum dolore afficiatur, cætera ob naturæ cognationem, & consensum condoleant; si verò bene affectum sit, communis sit omnibus ille jucunditatis sensus. Ita igitur se habet Ecclesia; in ista enim quasi diversa membra sunt, non solùm diversæ nationes Iudæorum, & Gentium, diversi status, vt liberi, ac servi, pauperes, ac divites, sed etiam sunt diversa ministeria, vt Apostoli, & Doctores, & Sacerdotes, Superiores & subditi, à quibus tamen omnibus cum jam dicta communione unum corpus sub Christo capite constitutum est.

Quinam fruuntur dictis bonis, & participant de jam explicata communione? Resp. Illi, qui in gratia, & charitate, & amicitia Dei sunt constituti. *Ar. 9. n. 2.*

Cur hoc? Resp. quia sunt membra viva, & in corpore talium membrorum commonio est. *Ibidem.*

Qui sunt in corpore mortali quid habent de hac communione? Respondeo: Tales, cùm sint membra mortua, fructum communionis spiritualem, qui ad pios, & justos homines pervenit, non percipiunt, aliqua tamen illis vtilitas, & commonio concessa est. Primò enim non desinunt esse membra Ecclesiæ, licet mortua sint. Secundò, à justis, qui spiritu vivunt, ad amissam gratiam recuperandam adjuvantur. Tertiò, capiunt aliquos alios fructus, quibus excrent qui ab Ecclesia præcisi sunt, veluti exhortationes, bona exempla, correctiones, & alia. Quartò, Gratiæ gratis datæ peccatoribus quoque communes esse possunt. *Ar. 6. n. 26.*

Explicatio Articuli decimi. De remissione peccatorum. Num. 1.

PArochi debentne docere populos hunc articulum de remissione peccatorum? Resp. ait Catechis. ob duplicem causam illis incumbit necessitas hoc faciendi; prima est, quia talis remissio est res ad salutem maximè necessaria: secunda, quia Christus in particulari dixit, oportere in nomine ipsius prædicari pœnitentiam, & remissionem peccatorum. *Ar. 10. n. 1.*

Quæ debent considerari circa hanc remissionem? Resp. Quatuor: primò, materia, *id est*, illud quod remittitur, scilicet peccatum: secundò, forma, *id est*, modus, quo fit remissio: tertiò, efficiens: quartò, finis.

De peccato, seu materia remissionis. Num. 3.

Ar. 9. n. 2. QVænam est materia remissionis peccatorum? Resp. peccatum, & ipse peccator.

De pœnit. Num. 14. Quomodo peccatum est illius materia? Resp. sicut ligna, quæ ab igne comburuntur, sunt materia combustionis: ita peccata quæ remittuntur, remissionis materia sunt.

Ex Concil. sess. 9. Ar. 1. n. 5. Quomodo peccator materia est? Resp. sicut peccator, qui absolvitur, à peccatis, materia est absolutionis: ita & remissionis peccatorum materia est.

Ibidem. Quandiu peccatum remitti potest? Resp. omne, nullo penitus excepto, etiam gravissimo.

Cui peccatori peccata remitti possunt? Resp. cuicumque quamvis improbo, & scelesto, modò erratorum suorum veræ illum pœniteat.

Ar. 10. n. 3. Ibidem. Quid est peccatum? Resp. est offensa Dei, & mortale est offensa gravis, veniale levis.

Quis est effectus peccati mortalis? Resp. privare hominem merito Christi & gratia Dei.

Ar 10. n. 3. Quænam considerantur in peccato? Resp. primò, culpa: secundò, pœna æterna: tertiò pœna temporalis.

Ex remissione. Num. 4.

Ar. 10. n. 8. Ibidem. Ibidem. & de pœnit. Num. 23. Ar. 1. n. 10. Ar. 10. n. 9. 10 ibid. de pœn. n. 6. Ar. 10. n. 8. & 10. QVid est remissio? Resp. est debiti relaxatio.

Homo qui peccat sine debitor Deo? Resp. sit; qui enim peccat, offendit Deum, qui autem alium injuste offendit, fit debitor ejus, cui injusta offensa facta est.

Quomodo remittitur offensa? Resp. ex parte ejus, qui offendit, deletur satisfactione: ex parte offensi, deletur remissione, vel relaxatione.

Remissio peccatorum sine semper mediante aliqua satisfactione? Resp. ita est.

Quænam sit satisfactio? Resp. merito Christi; sicut enim qui debet pecuniam furto sublatam, si illam non habens ab alio mutuo, vel dono accipiat, & reddat, creditori satisfacit: ita qui Dei gloriam violavit, si meritum Christi pro tali injuria compensanda offerat, Deo offenso satisfaciet.

Quomodo fit remissio ex parte Dei? Resp. sicut creditor *C. T. sess. 6.* accepta pecunia sibi debita debitum remittit atque relaxat, *can. 7.* ita & Deus facit.

Quænam sit formaliter fit remissio peccati? Resp. Gratia Dei.

Qua ratione? Resp. peccatum cùm sit offensa Dei, dicit *Ibidem.* quid Deo molestum, gratia dicit quid illi gratum: ideo contraria sunt: sicut ergo, cùm unum frigida calefit, formaliter à calore frigiditas dissolvi est: ita cum in peccatore recipitur gratia, formaliter peccatum illius deletum est.

Adveniente gratia deletur ne tota culpa, & tota pœna *sess. 14. c. 3.* peccati? Resp. Semper deletur tota culpa, & pœna æterna: temporalis autem pœna non semper tota deleta est: in Baptismo enim semper deletur tota, in pœnitentia verò non.

De causa efficienti remissionis peccatorum. Num. 4.

QVænam efficiunt remissionem peccatorum? Resp. *Ar. 10. n. 3.* primò, Deus: secundò, Christus tertiò, ministri: quar- *5. 6. 7. 8.* tò, sacramenta: quintò, meritum passionis Christi.

Quomodo meritum Christi efficit hanc remissionem? *Ar. 10. n. 10.* Resp. Sicut qui pecunia dono ab aliquo accepta satisfacit *Ar. 10. n. 3.* creditori, & per illam obtinet debiti remissionem, ita & de *4. sess. 6.* merito Christi pro nobis satisfaciente dicendum est. *c. 1. & 4.*

Quænam sacramenta efficiunt hanc remissionem? Resp. *Ar. 10. n. 6.* Baptismus, & Pœnitentia. *9. & 10.*

Quomodo hoc faciunt? Resp. Applicando peccatori meritum passionis Christi, ita ut per talem applicationem virtute etiam Sacramenti gratia in homine efficiatur.

Quis sacramentis dedit talem virtutem? Resp. Christus qui alia instituit.

De potestate remittendi peccata. Num. 5.

SI detur remissio peccatorum, debet dari potestas illa *Ar. 10. n. 2.* remittendi? Resp. Necesse est, semper enim effectus ab aliquo causa produci debet.

Vbinam reperitur dicta potestas? Respondemus, primò *Act. 10.* & principaliter in Deo: secundò, in Christo: Tertiò, in Ec- *n. 1. 8. & 9.* clesia.

Ibid. n.8. Quare principaliter est in Deo? Resp. quia peccatum est offensa Dei: remissio autem offensæ proprie pertinet ad illam, qui fuit offensus, præcipuè si superiorem non habet.

Ibidem. Potestne declarari exemplo? Resp. Potest; solus enim creditor pecuniæ potest remittere debitum illius.

Ibid. n.9. Deus hanc potestatem dedit alicui creatæ naturæ? Resp. nec Christum nemini dedit.

Ibidem. Christus habuit illam? Resp. Primus omnium illam habuit, etiam vt homo; dixit enim, *ut sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata.*

Ibidem. Christus propriane authoritate remittebat peccata? Resp. Ita est.

Ibidem. Christus hanc potestatem tradidit Ecclesiæ? R. tradidit.

Art.10.n.6. Ecclesia absque Sacramentis potest remittere peccata? Resp. nit Cat. per sacramenta solum, si eorum forma servetur, peccata remitti possunt. Aliter enim nullum jus à peccatis solvendi Ecclesiæ datum est.

Ar.10.n.3. Quibus sacramentis fit peccatorum remissio? Resp. Baptismo, & Pœnitentiæ, ut dictum est.

Ibid.n.4. Potestas remittendi peccata per Pœnitentiam quomodo appellatur? Resp. Clavis.

Ibid.n.9. Quibus data est hæc potestas? Resp. Non omnibus fidelibus, sed tantùm Episcopis, & Sacerdotibus.

Ar.10.n.2. Sacerdotes propria authoritate remittunt peccata? Resp. Non, sed tanquam Ministri Christi, *id est*, in persona illius, & tanquam instrumenta ipsius.

Sacerdotes possuntne vti ad libitum hac potestate? Resp. Non, sed secundùm leges à Christo præscriptas vti debent: ideo ait Cat. Si titè, & secundum leges à Christo Domino præscriptas Sacerdotes tali potestate vtantur, verè peccata remitti credendum est.

Ibidem. Hæc Ecclesiæ potestas enile aliquibus terminis circumscripta, vel definita? Resp. Hæc potestas se extendit ad omnia peccata, nullo excepto, ad omnes omnino peccatores, & nullum circa vsum illius tempus præfinitum est.

Num.5.

De fine huius potestatis, seu remissionis peccatorum.

Num. 6.

Artic.10. QVis est finis hujus remissionis peccatorum? Resp. Alius est respectu Dei, & Christi, alius respectu Ecclesiæ, alius respectu peccatorum.

Quis finis est respectu Dei? Resp. Manifestare suam infinitam bonitatem; posse enim sua bonitate malum infinitum, quale est peccatum, à tota sua malitia evacuare, infinitæ bonitatis signum est. *Ibid.n.8.*

Quis respectu Christi? Resp. declarare infinitum valorem meriti ipsius. Cùm enim possit satisfacere pro offensa, & debito infinito, quod infinitum valorem contineat necesse est. *Ibid.n.10.*

Quis respectu Ecclesiæ? Resp. decorare illam vti sponsam Christi amplissima dignitate, potestate, beneficio: secundò illam sine macula, & ruge, Deo puram, & sanctam dedicare. *Ibid.n.2.*

Quis respectu Ecclesiæ? Resp. salus, & vita ipsorum per vsum tanti beneficij. *Ibid.n.10.*

De vsu dictæ potestatis. Num. 7.

QVid debent facere fideles, ut rectè se habeant erga hanc potestatem? Resp. Primò, debent æstimare, quod concessio tantæ potestatis maximum, & divinum beneficium sit; ideo & pro illo gratias agere debent. Secundo, studendum illis est, ut religiosè effectum tantæ potestatis ad suam vtilitatem convertant, hoc est frequenter ad sacramentum Pœnitentiæ accedant; ait enim Catech. Deus hanc potestatem dedit Ecclesiæ, ut omnes tali remedio vterentur, & vix fieri potest, ut qui illo non vtitur, illud contemnere non existimetur. Tertiò cavendum maximè est, ne ex tam ampla veniæ facultate, fideles vel ad peccandum faciliores, vel ad resipiscendum tardiores reddantur; hoc enim esset maximum beneficium maxima ingratitudine compensare. *Art.10.*

De indulgentiis. Num. 8.

INdulgentiæ pertinentne ad remissionem peccatorum? Resp. Pertinent, non tamen quoad culpam, vel pœnam æternam, sed tantùm quoad pœnam peccati temporalem. *D.T.2.p. q.25. n.1. & 5.*

Quid debet considerari circa Indulgentias? Resp. Primò, ipsæ Indulgentiæ. Secundò consequutio illarum. *Ibidem.*

Quid circa Indulgentias considerandum? Resp. Materia, forma, efficiens, & finis.

Quænam est materia Indulgentiarum? Resp. Ex una parte est thesaurus Ecclesiæ, ex alia est pœna temporalis debita peccato.

D.T.3.p.q. 25.art.1. & 5. Quonam modo est hoc? Resp. In indulgentiis duo sunt: primò, applicatur thesaurus Ecclesiæ facienti hoc, vel illud, & respectu hujus materia est thesaurus applicatus: secundò, per talem applicationem fit remissio pœnæ, & tunc illud quod remittitur, pœna est.

Ibidem. Quænam pœna remittitur per illas? Resp. Temporalis tantùm.

De Thesauris Ecclesiæ. Num. 9.

D.T.3.p.q. 25.art.1. QVid est thesaurus? Resp. est copiosissima collectio rerum pretiosissimarum.

Ibidem. Quænam res in Ecclesia sunt pretiosissimæ? Resp. opera, seu merita Christi, Beatissimæ Virginis, & omnium Sanctorum.

Ibidem. Quid est thesaurus Ecclesiæ? Resp. est collectio dictorum operum, seu meritorum, seu satisfactionum.

Quid sit Indulgentia. Num. 10.

Bellar. de Indulg. QVid est Indulgentia? Resp. est applicatio thesauri Ecclesiæ pro remissione pœnæ temporalis debitæ peccato.

In quacumque remissione peccatorum, sitne applicatio thesauri Ecclesiæ, tam quoad culpam, quàm quoad pœnam æternam, vel temporalem? Resp. Solum meritum Christi applicatur ad remissionem culpæ, & pœnæ æternæ: ad remissionem autem pœnæ temporalis potest fieri applicatio etiam meritorum Beatissimæ Virginis, & Sanctorum.

De efficiente Indulgentiarum. Num. 11.

D.T.3.p.q. 26. art.1. QVis potest facere Indulgentias? Resp. Ille qui thesaurum Ecclesiæ dispensare potest.

Ibidem. Quis potest illum dispensare? Resp. Ille, qui habet claves, & est custos illius.

Ibidem. Quis habet dictas claves? Resp. Summus Pontifex, & ij quibus ipse illas committit.

Art.1.2.3. Fideles possuntne sibi authoritativè applicare thesaurum Ecclesiæ? Resp. possunt per bona opera mereri sibi hanc applicationem, non tamen possunt authoritativè sibi applicare.

Summus Pontifex potestne applicare thesaurum Ecclesiæ vivis, & defunctis? Resp. potest.

Bellar. de Indulg. Potestne relaxare pœnas temporales per dictam applicationem vivis, & defunctis? Resp. Vivis potest relaxare

authoritativè, defunctis autem per modum suffragij.

Quomodo est hoc? Resp. Christus suo Vicario dedit potestatem super terram, ligandi, & solvendi: illis ergo, *id est*, vivis, qui sunt super terram. Pontifex potest applicare thesaurum Ecclesiæ, potestve relaxare pœnas temporales. Defunctis verò, qui non sunt super terram, potest applicare thesaurum Ecclesiæ, & per talem applicationem satisfacere pro pœnis temporalibus, ita ut Deus misericorditer per talem applicationem relaxet pœnas, & hoc est per modum suffragij. Ibidem.

De consequutione Indulgentiarum. Num. 11.

QVid requiritur ad hoc, vt aliquis indulgentias consequatur? Resp. Primò, debet esse in gratia, quia existens in peccato mortali, velut membrum mortuum, non participat communioni Sanctorum. Secundò debet facere omnia, quæ à concedente Indulgentias præscripta sunt. D.T.3.p.q. 27.ar.1. & 3.

Explicatio Articuli XI.

De Resurrectione carnis. Num. 1.

QVid proponitur in hoc articulo? Resp. Vt credatur corporum resurrectio, quæ erit in fine mundi. Art.11.n.2.

Cur dicitur carnis resurrectio? Resp. vt ostendatur, quod anima est immortalis; & ideò sola caro, *id est*, solum corpus dicitur ressuscitandum. Ibidem.

Cur ista resurrectio fiet? Resp. ne anima perpetuò separetur à corpore, cui secundùm naturam vnita esse debet: quæ autem naturæ adversantur, perpetua esse debent. Secundò ut corpora, quæ fuerunt consortia meritorum, vel demeritorum, participent etiam de præmiis, vel pœnis. Tertiò, ut homo, & ejus anima plenam habeant fœlicitatem, quæ non potest haberi nisi animæ corpus vnitum sit: cùm enim pars à parte separata imperfecta sit, anima à corpore divisa perfecta esse non potest, neque plenè beata. Ibid.n.5. & 8.

Quinam resurgent? Resp. Omnes omnino homines: ante judicium enim omnes moriturì sunt. Artic. 2. Num.6.

Eademne erit conditio resurgentium? Resp. Non, sed alia erit bonorum, alia malorum. Ar.2.n.11.

Vnusquisque in resurrectione recipietne idem proprium & idem numero corpus suum? Ita est, quia unusquisque Artic. 2. n.7.

reddere debet rationem de eo quod fecit, non in illo corpore, sed in suo.

Ibid. n.12. Corpora etiam damnatorum resurgentne incorruptibilia? Resp. Resurgent.

Ar.31.n.9. Habebuntne omnia, quæ ad integritatem, & decentiam pertinent corporis humani? Resp. Habebunt.

Ibid. n.9. Corpora resurgentne cum defectibus, quos habuerunt, ita ut alia sint claudi, alia gibbosa, alia pueri, alia senis, alia grossiora, alia graciliora, & similia? Resp. Non, sed omnia erunt perfecta, quia opera Dei perfecta sunt.

Ar.13. Num. 13. Corpora Martyrum resurgentne mutilata, sicut per Martyrium facta sunt? Resp. Non, sed tantum remanebunt vulnerum fulgentissimæ cicatrices.

Ibidem. Quæ erunt dotes corporum beatorum? Resp. primò, impassibilitas: secundò, claritas: tertiò, agilitas: quartò, subtilitas.

Quæ utilitas ex consideratione provenit articuli hujus? Resp. Primò, valet consolari fideles de morte eorum qui charì sunt, cogitando quod in fine mundi illa corpora mortua reviviscent, & cum illis etiam, si ejusdem meriti sunt. Secundò, consolabimur justos, qui castigant corpus suum, vel infirmitates, miserias, labores, & mala patiuntur in illis. Tertiò, inducit vt corpora pura, & sine macula conserventur, ne inter damnata existant, quibus gravissima, & æterna mala parata sunt.

Explicatio Articuli XII.

De vita æterna, seu de Beatitudine.

Num. 1.

Num. 1. QVid continetur in vltimo articulo? Resp. Doctrina de Beatitudine.

Ibidem. Ad quid prodest hæc doctrina? Resp. Ad excitandos fideles, ut integrè opera bona efficiant; pro tanto enim præmio obtinendo quilibet magnus labor parvus videri debet.

Ibidem. Quare post carnis resurrectionem vita æterna posita est? Resp. Quia post dictam resurrectionem statim justi Beatitudinem obtinebunt.

Ibidem. Cur vltimo loco in Symbolo Beatitudo relicta est? Resp. Quia vltimatè est expetenda, & omnia propter illam consequendam sunt assumenda.

De nomine Beatitudinis. Num. 2.

Num. 2. & 4. BEatitudo habetne plura nomina? Resp. Habet, quia uno nomine explicari non potest.

Ibidem. Quæ sunt illa nomina? Resp. Regnum Dei, Regnum Christi, Regnum Cœlorum, Paradisus, sancta Civitas, Nova Hierusalem, Domus Pacis, & Beatitudo, & vita Æterna.

Num. 2. Cur Apostoli hoc potissimùm nomine, *Vita æterna*, uti voluerunt? Respond. Quia sub hoc nomine maxima mysteria reposita sunt.

Num. 2. & 3. Hæc verba quid significant? Resp. Sicut sunt duo, ita duo significant: nempe, tum vitam, tum qualitatem vitæ.

Ar.3. & 4. Quid significat hoc nomen, *Vita*? Resp. Vita est maximum bonum, imò fundamentum omnium bonorum, & sine quo nullum bonum habetur, si de vera vita sermo sit præsens enim vita, quæ miseriis plena est, quodam modo mors dici potest.

Ibidem. In quo consistit perfectio vitæ? Resp. In hoc, quod homo perfectè operetur, sanitas enim in qua posita est vis bene operandi, aliquo modo perfectio vitæ dici videtur.

Ibidem. Vbi habetur hæc facultas perfectissimè operandi? Resp. In cœlo, & Paradiso.

Num. 3. Beatitudo dicitne vitam, & operationem perfectam? Resp. Perfectissimam.

Cur opponitur vox, *æterna*? Resp. Primò, ad denotandum quod interbus terrenis, & caducis hæc vita habeti non potest, in caduco enim æternum fundamentum non habet. Secundò, ad declarandum, quod præsens vita, quæ mortem expectat, beata dici non potest, quia æterna non est; & Ideo semper timorem conjunctum habet. Tertiò, ut ostendatur, quod in sæculo, qui temporis deficit, & cœlestia diligit, beatus est. Quartò, æternitas beatæ vitæ declaratur.

De Beatitudine, quid, & quotuplex sit? Num. 3.

Num. 3. BEatitudo quomodo definitur? Resp. hic: *Est desideriorum omnium plena, & æterna satietas*; & hæc definitur à parte cordis nostri, qui enim beatus est, plenam habet cordis, & appetitus satietatem. Secunda sic: *Est omnium bonorum plena, & stabilis possessio, & omnium malorum perpetua liberatio.* Qui enim beatus est, debet ea-

rere omni malo, & abundare omni bono, & hæc diffinitio desumitur ab obiecto.

Num. 6. Quotuplex est beatitudo? Resp. Duplex, una dicitur essentialis, alia accidentalis, & in Beatis vtraque reperitur.

De Beatitudine essentiali. Num. 4.

Num. 7. QVid est Beatitudo essentialis? Resp. Est clara visio, & plena fruitio divinæ Essentiæ.

Quomodo est hoc? Resp. Deus est fons omnis bonitatis, & perfectionis; & ideo in Deo omnia bona collecta sunt, omnia mala ab eo longissimè absunt. Item in Deo est vita fœlicissima, ac beatissima, propterea qui Deum videt, & illi inseparabiliter vnitur, omni bono abundat, & omni malo caret, ideo beatus est.

Num. 5. Quæ differentia est inter visionem, & fruitionem Dei? R. Visio pertinet ad intellectum, fruitio ad voluntatem.

Totum cor hominis continetur ne in intellectu, & voluntate? Resp. Ita est.

Totum desiderium intellectus satiatúrne in visione Divinæ essentiæ? Resp. Totum: tum quia omnis pulchritudo in Deo collecta est, tum quia prima, & summa veritas est.

Ibidem. Voluntas satiaturne plenè in fruitione Dei? Resp. Plenissimè, quia omnem fontem possidet bonitatis.

Num. 10. Beatitudo potestne dici æterna Dei possessio? Respon. Potest, Beatus enim possidet Deum.

Num. 7. In quo potissimùm consistit beatitudo essentialis? Resp. Ex D. Ioanne epist. 1. c. 3. habetur, quod in duobus potissimùm posita est, nempe primò quod Deum videamus sicuti est; secundò quod ita simus illi coniuncti, & in illum transformati, ut veluti Dij, ac similes illi simus.

De visione Divinæ essentiæ. Num. 4.

Num. 8. DIvina Essentia potest ab intellectu creato videri? Resp. Naturali virtute non potest.

Deus videturne eodem modo, quo cætera entia? Resp. Non, sed diverso.

Ibidem. Quænam est diversitas? Resp. Creaturæ videntur per species, ut vocant Philosophi: Deus autem per dictas species videri non potest.

Ibidem. Quid sunt istæ species? Resp. Sunt quædam similitudines

rerum, quæ cognoscenti immediatè repræsentant rem, & sunt magis spirituales, & immateriales, quàm ipsæ res, & istæ ab obiectis delatæ ad cognoscentem efficiunt visionem.

Potestne declarari exemplo? Resp. Potest. Pictura leonis est quædam similitudo leonis, ideo, qui nunquam vidit leonem, si inspicit picturam ejus, aliquam obtinet cognitionem illius. Ita cùm quis in speculo videtur inspicere rem, ideo hoc obtinet, non quia res sit in speculo, sed quia adest similitudo illius: si ergo mediante luce solis, similitudo equi per aërem deferatur ad oculum, tunc species equi dicitur deferri, & oculus illam videbit. Ibidem.

Cur Deus non potest videri per speciem? Resp. Quia similitudo Dei non esset Deus; ideo non esset ens increatum & infinitum, sed creatum, & finitum; ens autem infinitum non potest adæquatè repræsentare infinitum. Deinde Deo nihil potest esse purius, ac simplicius, ob hoc de eo non potest dari species, quæ illo purior sit. Quod si nihil extra Deum potest illum repræsentare, sequitur quod per speciem Deus videri non potest.

Quid requiritur ad hoc, ut intellectus beati Deum videre possit? Resp. Duo. Primò, lumen gloriæ. Secundò, communicatio, seu coniunctio divinæ Essentiæ in anima Beati. Num. 9. & 10.

Quid est lumen gloriæ? Respondeo: Est quoddam lumen supernaturale infusum in intellectu Beati, quo corroboratur, & habilitatur, ut divinam Essentiam videre possit. Ibidem.

Omnibus Beatis datur hoc lumen? Resp. omnibus.

Vbi de eo loquitur Scriptura? Respond. Propheta ait, *In lumine tuo videbimus lumen.*

Deus quomodo conjungitur spiritibus beatis? Resp. Cat. explicat tali exemplo: quemadmodum, ait, ferrum admotum igni, ignem concipit, ita ut ignitum fiat, & ignis videatur, habeatque qualitates ignis communicatas, ut calorem, & lucem; talesque existens simile igni sit, illique coniunctissimum, tamen cum tale existat, ferrum esse non desinit. Ita cùm Deus, ad modum quo ignis ferro, se beato communicet, efficitur, ut spiritus beatus Deum habeat summè coniunctum, illique similis efficiamur: & tamen quod est, esse non desinit.

Quomodo ex hac coniunctione Beatus videt Dei essentiam ? Resp. Si intellectus, per hoc quod similitudo rei illi coniungitur, ipsam rem cognoscit: cur non magis cognoscit si res eadem illi coniungitur ? Et si ferrum cognosceret ignem, quando magis hoc faceret, quàm cùm ferrum ignitum est. Ita Beati, cum Deum coniunctissimum habeant, illum cognoscunt, non per speciem, sed per ipsummet Deum illis coniunctum.

De fruitione divinæ essentiæ.

Num. 6.

Num. 7. QVid est fruitio ? Resp. Est actus voluntatis, quo summa delectatione, & plena satietate in aliquo obiecto conquiescit.

Num. 8. Hæc fruitio potestne reperiri in rebus terrenis ? Resp. Non, talis enim voluntatem sistere non possunt.

Num. 8. & 10. In Deo reperitur ? Resp. Omninò ; Deus enim non tantùm Beatos, sed etiam seipsum plenissimè satiat.

Quid requiritur ad hoc, ut homo Deo fruatur ? Resp. quod illi coniunctissimus sit ; & per hanc coniunctionem ei similimus fiat.

Omnes Beati fruuntur ne Deo ? Respond. Fruuntur in æternum.

De beatitudine accidentali. Num. 7.

Num. 11. QVid est Beatitudo accidentalis ? Resp. Sunt quædam bona creata, quæ beatitudinem essentialem consequuntur.

Ibidem. Quæ sunt ista bona accidentalia ? Resp. Primò æterna exemptia omnium malorum & miseriarum : ibi enim non est neque mors, neque luctus, neque clamor. Secundò, ma-

Num. 12. xima, & inexplicabilis gloria Beatorum ; Beati enim maximo invicem honore se afficient. Gloriosum etiam nimis est regnare cum Christo, & vocari à Deo non servi, sed amici, fratres ac filii. Tertiò, corpus ibi non affligetur fame : sed anima cœlesti convivio summa cum voluptate saturabitur. Quartò, in corpore erunt præclarissimæ dotes, quæ suprà dictæ sunt, nempe impassibilitas, agilitas, subtilitas, claritas. Quintò, si de vestibus agatur, omnes immortalitate, & splendore amicti, & sempiternæ gloriæ corona ornati erunt. Sextò quid autem de amplis, & magnificis domibus dicendum, cùm in cœlo ipso, quod à Deo

claritate undique illustratur, illorum sit habitatio ? Demùm alia multa, quæ explicari non possunt.

Cur dicta bona non pertineant ad beatitudinem essentialem ? Resp. quia hæc in solo Deo posita est Quantùm enim ab essentia distant accidentia, tantùm & magis distant bona creata à Deo, qui bonum est increatum.

De merito. Num. 8.

QVibus datur hæc vita beata ? Respond. Illis, qui illam meruerunt.

Omnes Beati æqualèmne habebunt beatitudinis gradum ? Resp. non, sed ubi majus fuit meritum, ibi & majus præmium adesse debet : ideo Christus dixit, *in domo Patris mei mansiones multæ sunt.*

Quomodo quis tantam beatitudinem mereri potest ? Resp qui fide, spe & aliis bonis operibus perseveraverit, tantum bonum à Deo per ejus misericordiam consequetur.

FINIS.

Quomodo ex hac coniunctione Beatus videt Dei essentiam ? Resp. Si intellectus, per hoc quod similitudo rei illi coniungitur, ipsam rem cognoscit: cur non magis cognoscit si res eadem illi coniungitur ? Et si ferrum cognosceret ignem, quando magis hoc faceret, quàm cùm ferrum ignitum est. Ita Beati, cum Deum coniunctissimum habeant, illum cognoscunt, non per speciem, sed per ipsummet Deum illis coniunctum.

De fruitione divinæ essentiæ.

Num. 6.

Num. 7. QVid est fruitio ? Resp. Est actus voluntatis, quo summa delectatione, & plena satietate in aliquo obiecto conquiescit.

Num. 8. Hæc fruitio potestne reperiri in rebus terrenis ? Resp. Non, talis enim voluntatem sistere non possunt.

Num. 8. & 10. In Deo reperitur ? Resp. Omninò ; Deus enim non tantùm Beatos, sed etiam seipsum plenissimè satiat.

Quid requiritur ad hoc, ut homo Deo fruatur ? Resp. quod illi coniunctissimus sit ; & per hanc coniunctionem ei similimus fiat.

Omnes Beati fruuntur ne Deo ? Respond. Fruuntur in æternum.

De beatitudine accidentali. Num. 7.

Num. 11. QVid est Beatitudo accidentalis ? Resp. Sunt quædam bona creata, quæ beatitudinem essentialem consequuntur.

Ibidem. Quæ sunt ista bona accidentalia ? Resp. Primò æterna exemptia omnium malorum & miseriarum : ibi enim non est neque mors, neque luctus, neque clamor. Secundò, ma-

Num. 12. xima, & inexplicabilis gloria Beatorum ; Beati enim maximo invicem honore se afficient. Gloriosum etiam nimis est regnare cum Christo, & vocari à Deo non servi, sed amici, fratres ac filii. Tertiò, corpus ibi non affligetur fame : sed anima cœlesti convivio summa cum voluptate saturabitur. Quartò, in corpore erunt præclarissimæ dotes, quæ suprà dictæ sunt, nempe impassibilitas, agilitas, subtilitas, claritas. Quintò, si de vestibus agatur, omnes immortalitate, & splendore amicti, & sempiternæ gloriæ corona ornati erunt. Sextò quid autem de amplis, & magnificis domibus dicendum, cùm in cœlo ipso, quod à Deo

claritate undique illustratur, illorum sit habitatio ? Demùm alia multa, quæ explicari non possunt.

Cur dicta bona non pertineant ad beatitudinem essentialem ? Resp. quia hæc in solo Deo posita est Quantùm enim ab essentia distant accidentia, tantùm & magis distant bona creata à Deo, qui bonum est increatum.

De merito. Num. 8.

QVibus datur hæc vita beata ? Respond. Illis, qui illam meruerunt.

Omnes Beati æqualèmne habebunt beatitudinis gradum ? Resp. non, sed ubi majus fuit meritum, ibi & majus præmium adesse debet : ideo Christus dixit, *in domo Patris mei mansiones multæ sunt.*

Quomodo quis tantam beatitudinem mereri potest ? Resp qui fide, spe & aliis bonis operibus perseveraverit, tantum bonum à Deo per ejus misericordiam consequetur.

FINIS.

communem peritiam retinet. Et quoad literas Concilium videtur hunc Ordinem servare. In prima tonsura dicit: Qui ignorent. In Minoribus: Qui saltem Latinam linguam intelligant. In Majoribus, Qui literis sint instructi. Concilium autem Prov. videtur illos judicare literis Latinis instructos, qui construendo aliquem librum Latinum sciunt omnes partes orationis rectè colligere, & explicare; & non solum hoc, sed etiam sensum ex verbis aliquo tantùm excipere norunt. Solet ergo tradi aliquis libet examinato, ut illum construat & de sensu aliquid dicat: aliqui tradunt Catechismum: alii lectiones Breviarii de Sanctis: alii alios. Romæ, dum ibi fui, tradebatur una ex homiliis Breviarii, quæ non esset ex difficilioribus: & hoc fiebat, ut haberetur experimentum in literis Latinis, & in Ecclesiasticis. In homiliis enim ordinarie aliqua continentur, quæ ad Ecclesiasticam eruditionem reducuntur. *5. de Ord.*

De Sacr. Ord. n. 19. & 25.

Secundò, Ex Catech. Rom. colligitur, quod debeant scire, quid significet nomen Diaconi, & Subdiaconi? Quæ sit materia, & forma, & cur tales, & quid significent? Qui, quot & quales effectus. Quæ onera, præcipue Subdiaconi. Quæ munera, & functiones. Qui ritus in collatione serventur, & quare. Et hæc omnia habentur in Catech. & in Doctr. de Sacram. Ord.

Conc. Prov. Viennense. 5. de Ordin.

Tertiò, Conc. Prov. ait debere inquiri, quænam sit Majorum, & Minorum Ordinum differentia. Quæ sint onera Subdiaconatus, & de voto continentiæ. Item de officio recitando, in quo, ait, experimentum fiat. Idem de functionibus ab illis exercendis, de Sacramentorum doctrina, saltem generatim, *id est*, de Sacramentis in genere, & hoc forte ait, quia promoventur ad Ordines Minores, & sacros: item quia illi Ministri serviunt administrationi Sacramentorum, magis tamen remotè Subdiaconus; ideo etiam ait exactius de illis Diaconos examinandos. De Diacono etiam ait, experimentum fiat de concionibus habendis, & hoc quia aliquando illi permissum est verbum Dei annunciare: non tamen, ait Cat. de superiori loco: neque enim proprium illius officium est: Veltium quoque differentias, & significationem cognoscere debent. Ante omnia autem Conc. Trid. requirit, ut distinctè, & propriè quod sit illorum officium, & quæ ad illud rectè exercendum pertinent, cognoscant. De censuris ergo, & irregularitate summariè aliquid tangi potest. Hæc in Catec. & in doct. de Ord. & de Sacram. in genere habebitur. Expediret ergo, ut illi promovendi studerent diligenter doceri de Sacramentis in genere, & de Ordine in particulari, nec non in doctr. Catech. de Symbolo, & aliis. *Sess. 23. c. 3. de Ref.*

De scientia, & examine Sacerdotum.

Num. 7.

PRimò, Conc. Trid. de hoc ita statuit. Ad Presbyteratus Ordinem assumantur, qui ad populum docendum ea, quæ scitu omnibus necessarium est ad salutem, ac administranda Sacramenta, diligenti examine præcedenti, idonei comprobentur. Vbi requirit diligens examen, & quod hoc sit circa duo, nempe ad docendum populum, & administranda Sacramenta. Inter hæc autem sacramenta dubium non est, quod maior in Sacerdotibus Ordinandis, circa Ordinem suscipiendum, & Eucharistiam conficiendam, & administrandam, instructio desideretur. Patet ergo ex Conc. quod examen debet esse circa ea, quæ quilibet Christianus scire tenetur, quæ sit Catechesi, quatuor esse. *Sess. 23. c. 14.*

Primò, Mysteria fidei contenta in Symbolo. Vbi de mysterio SS. Trinitatis, & Incarnationis, de Ecclesia, & aliis habetur. Et de his Catech. in Symbolo. *In Præf. num. 12.*

Secundò, bonus usus Sacramentorum. De quo Catech. & Doctr. de Sacram.

Tertiò, observantia divinæ legis, de quo Catechism. in Dec.

Quartò, modus orandi, qui in Orat. Dominicali proponitur est. De quo Catech. in Orat. Dom. Super his ergo ad mentem Concil. aliquod examen fieri deberet.

Secundò, de sacramentis habendæ essent interrogationes. Iudicetur est autem ab Examinatoribus Romæ, quod sufficiat si promovendi ad Sacerdotium compendiosum habeant Sacramentorum cognitionem, veluti quæ sit materia, forma, Minister, & intentio singulorum. Hæc enim videntur esse præcipua in administratione illorum, quæ sunt de substantia Sacramenti. Hæc autem compendiosa tractatio in fine Doct. habetur. *Sess. 23. c. 3.*

AD STVDIOSOS LECTORES AVTHOR.

VM tradidissem hoc Opusculum de Examine, Sacerdotibus, & Clericis Collegii, & Seminarii Novariensis, ea ratione, qua illu vtile futurum existimabam; illa scilicet omittendo, quæ ad illorum institutionem non pertinebant. Nunc à multis persuasus, ut permitterem illud edi, illa quæ omissa fuerant, nempe quæ ad Examinatores pertinebant, addenda existimavi. Sciet autem Lector, quod hoc Opusculum non minus in praxi, quàm in doctrina fundatum est. Cùm enim tum Romæ, tum alibi fuerim Examinator, sæpè & cum Examinatoribus, & cum examinatis necesse fuit differe-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

re, & disputare, super quibus examen habendum esset, audiuique super hoc multorum examinatorum sententias, & eorum, qui examinati erant, querelas: unde mihi non difficile fuit stabili authoritate, & firma ratione, & grauissimorum virorum sententia de recta examinandi ratione, primò mecum, deinde in scriptura determinare: quod tamen non nisi post multos annos effectum est. Sciant etiam tum examinatores, tum examinandi, quod hoc Opusculum utilissimum illis futurum est: Cum enim examinatores voluerint se tueri à querelis eorum, quos examinarunt, qui ut suam excusent ignorantiam, sæpè rigorosum fuisse examen proclamant, hoc Opusculum, tanquam scutum, eorum querelis opponere possunt. Similiter si examinandi cupiunt, ut omnium est, scire super quibus illorum examen habendum sit, statim ex hoc Opusculo intelligere possunt: magna est autem consolatio examinandi, si cognoscat ad quem finem suum studium sit destinandum. Benignè igitur hoc Opusculum Lectores accipere debent, & si Doctores aliquid addendum, vel detrahendum existiment, si firma authoritas, vel ratio ita suadeat, facere possunt.

DECRETVM SAC. CONCILII TRIDENTINI DE EXAMINATORIBVS,

Et de Officio illorum fideliter, & sincerè exercendo.

EXAMINATORES singulis annis in Diœcesana Synodo ab Episcopo, vel ejus Vicario ad minus sex proponantur, qui Synodo satisfaciant, & ab ea probentur. Advenientéque vacatione cujuslibet Ecclesiæ, tres ex illis eligat Episcopus, qui cum eo examen perficiant. Indéque succedente alia vacatione, aut eosdem, aut alios tres, quos maluerit, ex prædictis illis sex eligat. Sint verò hi Examinatores

Magistri, seu Doctores, aut Licentiati in Theologia, aut Jure Canonico, vel alii Clerici, seu Regulares, etiam ex Ordine Mendicantium, aut etiam sæculares, qui ad id videbuntur magis idonei. Jurentque omnes ad sancta Dei Evangelia, se quacumque humanâ affectione postpositâ, fideliter munus executuros. Caveántque ne quidquam prorsus occasione hujus examinis, nec ante, nec post accipiant: alioquin simoniæ vitium, tam ipsi, quàm alii dantes incurrant, à qua absolvi nequeant nisi dimissis beneficiis, quæ quomodocumque etiam antea obtinebant, & ad alia in posterum inhabiles reddantur. Et de his omnibus non solùm coram Deo, sed etiam in Synodo Provinciali, si opus erit, rationem reddere teneantur, à qua si quid contra officiũ eos feciſſe cõpertũ fuerit, graviter ejus arbitrio puniri possint.

IN OPVSCVLVM DE EXAMINE,

Ad Sacerdotes, & Clericos Collegii, & Seminarii Novarienſis,

PRÆFATIO.

De fine hujus Opuſculi.

INTENTIO mea est (Reverendiſſ. Sacerdotes, ac Fratres) vobis omnem scientiam tradere, quæ in promovendis ad Ordines, ad Beneficia, & ad Conciones, seu ad Sermonem populis habendum, juxta sacrorum Canonum, & Conciliorum decreta necessaria existimatur. Cùm enim vos ad hæc munera, Deo (ut credo,) vocante, assumpti sitis; ego autem ad vos erudiendos in gratiam harum functionum vocatus sim, meas arbitror esse partes, scientiam dictam colligere, collectamque cum brevitate, & facilitate vobis subministrare. Cùm itaque ad hoc præstandum, & studium, & labor, & diligentia ex parte mea partes sint, quod idem etiam ex parte vestra esse mihi compertum est, reliquum erit ut finem mihi, vobisque communem proponam, nempe omnem illam scientiam, quæ ad dicta munera obeunda necessaria sit. Ad hunc enim finem & vos vestra studia,

& ego mea dirigere debemus. Ante omnia igitur opus erat ut hanc scientiam vobis, quasi digito demonstrarem. Duabus porrò de causis hoc Opusculum non de scientia, sed de de examine inscriptum est. Et prima quidem erit, quia sacra Concilia catenus de scientia statuunt examinandorum, quatenus decernunt, super quibus examen illorum habendum sit. Altera verò est, quia tractatio de scientia & de examine omninò eadem ratione se habet. Cum itaque animaduerterem, Ecclesiam ob duplicem finem examen instituisse, nempe ut Clerum impelleret ad discendum, necnon ut experimentum fieret, an scientiam requisitam quis obtineret; existimavi summoperè expedire, ut non de scientia, sed de examine tractationem haberem; sic enim futurum mihi videbatur, ut ex una parte scientiam vobis necessariam demonstrarem, ex alia verò ad illam obtinendam, acquirendam, appetendamque inducerem, incitarem, impellerem. Talis itaque in hoc Opusculo scopus mihi propositus est.

De necessitate, & vtilitate examinis.
Num. 1.

Ex Conc. Tr. sess. 5. 6. & 2. R. & sess. 24. c. 18. & alibi.

INitium autem hujus operis ab vtilitate, & necessitate examinis sumere decens est. Est igitur examen necessarium in Ecclesia Dei. Cum enim in ipsa sint plurimæ functiones, & munera quibus digni, & idonei Ministri sunt destinandi; nec possunt destinari, nisi constituantur; nec constitui, nisi eligantur; & non possunt eligi, nisi cognoscantur; nec habetur cognitio, nisi experimentum fiat: hoc autem experimentum examen est; patet, quod in Ecclesia Dei, examen necessarium erit. Non solùm autem necessarium, sed etiam vtilissimum est, si tamen recta ratione habeatur. Vbi enim examen rectè instituitur, ibi Ministri boni eliguntur, quibus bene constitutis, omnes Ecclesiasticæ functiones, & ministeria rectè exercentur: hoc autem est omnia in Ecclesia benè, & se rectè habere. Quis autem poterit explicare, quanta mala in populo fideli sequantur, si examen malè sit constitutum? Hoc enim malè disposito, Ministri mali eliguntur qui malè ministeria Ecclesiastica exercentes, aut etiam illa in totum omittentes, omnia perturbant, atque confundunt; & quod deberet esse initium ordinis, principium est confusionis.

Examen igitur in Ecclesia Dei, & necessarium, & utilissimum est, si recta ratione constituatur.

De necessitate tradendi doctrinam de examine.
Num. 2.

SI itaque examen rectè constitutum immensam vtilitatem; & malè dispositum summam perniciem affert, necesse erit tradere rectam rationem, ut per eam rectè examen constituatur. Ex triplici autem capite potest hæc necessitas demonstrari. Et primò ex parte examinis; hæc enim cùm non sit res, quæ casu, seu ad libitum fiat, sed certam, propriam, & præscriptam rationem habeat, secundùm quam fieri debet, omninò de illo, & cognitio, & doctrina tradenda est. Idem autem respectu examinatorum dicere opus est. Quia enim multi ad examinandum electi egent directione ad rectè munus suum exercendum: neque enim cuilibet examinatori concessum est, vel otium, vel ingenium, vel facultas, ut possit per seipsum colligere, quæ ad tantum suum munus exercendum sunt necessaria: dicere oportet quod summopere expediat, ut in tanta re constituenda examinatorum labor, & opera adjuvetur. Sed & eadem ratio est respectu eorum, qui examinandi sunt: Debent enim scire quæ scientia in illis desideretur; si enim hoc ignorent, neque ad requisitam scientiam se præparare valebunt. Et si quis objiciat, quod examinandi scientes, super quibus debent interrogari, otiosi, & negligentes fient in addiscendo, dum cætera omnia omittentes curabunt addiscere tantùm ea, super quibus credunt debere examinari: Respondebo quibusdam ita visum esse, sed re melius consideram, plurimis, & magis eruditis probatur expedire, ut examinandi sciant, super quibus debeant examinari: tum quia debent scire, quæ scientia ad munus suum requiratur; hoc autem est cognoscere, super quibus debeant examinari: tum quia hoc maximè illos excitat ad studiosè addiscendum, quod scire debent. Multi enim, ut experientia docet, hoc ignorantes, vel nihil addiscunt, vel inutilibus tantùm incumbunt, vel omnia, etiam scitu necessaria, confusè, & superficialiter attingunt, quod à vera scientia alienum est. Demùm talis scientia requiritur in promovendis,

Arg. ibid.

quæ vt benè acquirantur, non parvum studium, ac diligentiam expostulat. Neque etiam deerunt Examinatoribus modi ad excitandos desides in discendo. Videtur itaque expedire, vt examinandi sciant, super quibus debeant examinari, & hoc multò antequam fiat examen, vt requisitam scientiam suo muneri valeant obtinere.

Divisio Tractationis. Num. 3.

IN sex capita debet dividi ista Tractatio.

Primum erit de examine in generali.

2. De examine ad Ordines.

3. De examine ad Confessiones.

4. De examine ad Curam animarum.

5. De examine ad Beneficia.

6. De examine ad Conciones.

De examine in generali.

Caput 1.

HÆc de examine in generali considerandæ sunt.

Primò, tradenda est examinis definitio.

Secundò, causæ illius sunt explicandæ.

Tertiò, danda est regula generalis, qua cognoscatur qualenam in singulis examen habendum sit.

De definitione examinis. Num. 2.

Ex Sess. 5. c. 1. & Ex Sess. 24 cap. 3.

EXamen à fine sic definitur. *Est medium ad idoneos ministros in Ecclesia, tum eligendos, tum constituendos.* Vel sic, *Est janua, per quam Ministri ad Ecclesiasticas functiones, & gradus introducuntur.* Magis autem stringit naturam examinis hæc definitio. *Est apta inquisitio ad judicandam de scientia, & idoneitate alicujus, de quo consulatur, an debeat ad aliquod ministerium deputari.*

De fine examinis. Num. 3.

Ex Concil. ibidem.

FInis examinis aliter debet considerari respectu Ecclesiæ, quæ illud instituit; aliter respectu examinatorum, qui illud exercent: Finis Ecclesiæ est, vt idonei Ministri eligantur, non idonei repellantur, & ut Cletus hac ratione ad discendum impellatur. Finis examinatorum est cognoscere, & judicare, an examinatus sit idoneus ad aliquod munus obeundum, vel si plures examinati idonei sint, quis magis idoneus sit. Potest etiam dici finis, approbare, vel reprobare; judicare enim an sit, vel non sit idoneus

nens ordinatus ad hoc, ut iuxta judicium approbetur, vel reprobetur.

De materia Examinis. Num. 4.

Ex Conc. ibidem.

MAteria remota examinis est examinandus; scientia & idoneitas illius, proxima materia erit. Est autem differentia inter scientiam, & idoneitatem, quia scientia dicit cognitionem, idoneitas verò, præter cognitionem dicit etiam alias habilitates, veluti legitimam ætatem, bonos mores, & similia. Debet autem examen esse de utraque.

De forma examinis. Num. 5.

Conc. ibid. & sess. 23. c. 5. & alibi.

FOrma examinis est apta inquisitio, ut possit fieri judicium de scientia, & idoneitate alicujus. Et hæc inquisitio non sit eadem ratione de scientia, & idoneitate. Quoad scientiam enim interrogantur promovendus, quoad idoneitatem sæpè alii ab ipso examinantur. De vita enim, moribus, & ætate ab aliis fit interrogatio.

De efficiente examinis. Num. 6.

Sess. 13. c. 3. & 7. R.

EFficiens examinis, quoad institutionem, est Ecclesia. Quoad exercitationem Episcopus, & alij ab ipso deputati. Sæpe autem contingit, quoad alij de scientia, alij de idoneitate examinent: ideo quadam ratione duplex examen est; nunc autem de examine tantùm quod ad scientiam pertinet, est dicendum.

De regula generali ad qualibet examen distinguendum. Num. 7.

Ex Conc. sess. 5. c. 2. & 3. & sess. 23. c. 7. & sess. 24. c. 12.

REgula generalis pro qualibet examine constituendo talis est.

Primò, debet considerari munus, vel officium, vel ministerium, vel ordo, vel gradus ad quem examinandus petit promoveri.

Secundò, quæ actiones debeant fieri circa ipsum tum suscipiendum, tum exercendum.

Tertiò quæ scientia requiratur ad dictas actiones rectè obeundas, & de illa quid à facris Conc. & Canonibus statuatur.

Quandò, faciendæ sunt tales interrogationes, ut per illas cognosci possit de scientia, quæ dicta est.

Quintò debent observari responsiones interrogati, an judicetur, an habeat illam scientiam, & si habeat, idoneus

est, & debet approbari; si non habet, non est idoneus, & debet reprobari. Hæc ad omnia examina regula generalissima est.

De divisione examinis. Num. 8.

Ex Conc. multis in locis.

EXamen ad quinque capita solet reduci. Primum est, examen ad Ordines: secundum, ad Confessiones: tertium, ad curam animarum: quartum, ad Beneficia: quintum, ad Conciones. Et ut reddatur ratio talis divisionis, præmittere opus est, quod finis Evangelij, ut habetur ex Conc. Trident. est hominis justificatio: finis autem justificationis est gloria Dei, & Christi, & vita beata hominum. Ad hunc finem obtinendum duæ principales in Ecclesia functiones introductæ sunt. Vna est verus Dei cultus, & hæc ad gloriam Dei principaliter destinatur: alia est recta directio populorum in æternam Beatitudinem, & hæc salutem, & vitam beatam hominum prætendit. Ad has verò operationes exercendas Ministri eliguntur, quorum aliqui ad Dei cultum, alij ad hominum directionem, alij ad vtrumque sunt destinati. Qui ad Ordines promoventur, cultui Dei incumbere debent: Directioni verò populorum operam dant Prædicatores in generali, Confessores in particulali. Illi verbo, & doctrina: isti opere, & authoritate: Parochi verò vtrumque præstant. Et Beneficiatorum aliqui cultui Dei, alij populorum directioni sunt assignati. Quia ergo diversum ministerium diversam scientiam, & hæc differens examen requirit, factum est ut in quinque capita examen, ut dictum fuit, reducatur.

Sess. 6. c. 7.

De examine ad Ordines.

Caput II.

Potis infra cit. Sess. 4. c. 7. R.

EXamen ad ordines ita describi potest: *Est apta inquisitio ad iudicandum de scientia alicuius ad Ordines promovendi.* De illo autem primò in generali, secundò in particulari dicere opus est.

De examine ad Ordines in generali. Num. 1.

EX Conc. Tr. & Cat. Rom. & Conc. Prou. Med. & ex rationabili consuetudine habetur, quod hæc tria in quocunque Ordinando in examine sunt quærenda.

Primò, quæ pertinent ad rectè suscipiendum Ordinem: Concilium enim expressè docet, vnumquenque fidelem debere scire ea, quæ pertinent ad bonum vsum illius Sacramenti quod suscipere debet.

Secundò, quæ pertinent ad illum rectè exercendum, ita Conc. docet, & ratio suadet. *Sess. 23. c. 13.*

Tertiò, an spes sit scientiæ, quod ad maiores Ordines valeat promoveri, & hoc tertium in Ordinibus, qui infra Sacerdotium sunt, locum habet, & à Conc. Tr. manifestè propositum est. *Ibidem. cap. 11.*

Notanda pro intelligentia eorum, quæ de examine sunt dicenda. Num. 2.

ANtequam proponam ea, quæ in quocumque examine sunt inquirenda, lectorem de sequentibus præmonere vtile visum est.

Et primò quod circa promovendos sex possunt considerari, nempe gradus seu Ordo, veluti Sacerdotium: secundò, functiones, seu officium illius: tertiò, scientia ad illas functiones requisita: quartò, examen de tali scientia: quintò, studium accommodatum, vt talis scientia acquiratur: sextò, libri qui ad dictam scientiam, & studium sint opportuni.

Secundò, quod ista sex ita se invicem consequuntur, vt quale sit primum, tale sit secundum: & quale hoc, ita & tertium, sicque de aliis. Qualis enim gradus est, talis & functio; qualis functio, talis scientia; juxta scientiam examen se habet; & his studium, & libri conformes esse debent. Amplius, duo primi gradus, & functio sunt veluti finis: duo sequentia, *id est*, scientia & examen, sunt veluti media ad hunc finem: duo vltima, studium, & libri sunt veluti efficiens mediorum, quæ dicta sunt. Ex his igitur sex licet intexere totum negotium, quod circa promovendos agere opus est. Gradus enim & functio erunt regula ad cognoscendum quæ scientia, & quod examen requiratur. Scientia, & examen indicabunt, quod studium faciendum, & quibus libris vtendum sit.

Tertiò, notandum, quod sicut stella differt à stella in claritate, ita scientia differens est à scientia in puritate. Scientia autem, quæ à Conc. Tr. & Cat. Romano traditur, purissima est. Concilium enim ait, quod sibi perpetuò ante oculos proposuit, ut sublatis erroribus puritas ipsa Evangelij in Ecclesia conservetur. Et Catechismus idem in Præfatione dicit. Hæc igitur scientia possimùm in pro- *Sess. c. 11.*

movendis desiderantur: & ab illis examinatores talem scientiam requirere vilissimum est. In singulis enim civitatibus qualis scientia quæritur in examine, talis à Clerico & obtinetur, & explicatur. Cum itaque finis huius Opusculi sit, non tantum scientiam in promovendis requisitam judicare, sed etiam pusillimos fontes, unde illa possit haurire, manifestare; vilissimum visum est illa præterire. Quapropter, ut cum examine, & scientia, studium, & libros coniungam, ita Primò doctrinam requisitam proponam. Secundò, in margine notabo authoritatem, ex qua habetur quod talis doctrina requisita sit. Tertiò, in fine talis propositæ doctrinæ locum apponam, ubi doctrina illa reperiri possit. Præcipue autem notabo locum Concil. vel Catec. ut si possites locum dicti libri, qui instituitur, Doctrina, &c. quod si in his non reperiatur, alterius gravis authoris locum proponam. Sic igitur fiet, ut promovendi non possint excusari, si non addiscant quod debent, & si doctrinam Concil. & Catec. non acquirant.

Nota rerum quæ in singulis Ordinibus sunt inquirendæ.

Num. 3.

c. de exam. ord. sess. 14. c. 9 & 5.

COncilium Provinciale Med. ait in singulis Ordinibus ista inquirenda.

Primò, An vim & naturam, ministeriique Ordinis eorum susceptores sit, norint, *id est*, an cognoscat, quæ sit materia, quæ forma, cum illarum significatione: & quis effectus Ordinis suscipiendi; veluti quis character imprimatur, quæ gratia conferatur. Fundatur quod dictum est in Conc. Tr. quod ait, de his etiam seculares eruditi debere. De hoc habetur in Catech. de Sacram. Ord. & in Doctrinis ibidem.

Secundò, an item ritus, & cæremonias, quæ ex lib. Pontificali adhibentur, cùm initiantur. Fundatur in Concil. à quo de Clericis in Seminario educatis dicitur, quod rituum, & cæremoniarum formas addiscant: item ex sess. 22. cap. 5. & 8. ubi ait quod cæremoniæ magnam habent eruditionem, & quod fidelibus debent explicari. Fundatur etiam in Cat. de Sacr. in gen. num. 18 Dicta ex parte in Cat. de Sacr. Ord. habentur omnia in Doctr. collecta ex Pontificali. *sess. 23. c. 4. & 5.*

Tertiò, an eorum rituum, & cæremoniarum significationes sanctiores noverit. Fundatur in Conc. & Catech. ubi supra. Habentur ex parte in Catech. de Ord. Omnia in Doct. ibi.

Quartò, an Sacrarum vestium, quibus induuntur, mysteria item, & significata. De his eadem est ratio, quæ de ritibus. In Doctr. de Sacr. Ordin. habetur numerus, & significatio vestium collecta ex D. Thom.

Quintò. An functionum notitiam habeant Ordinis, quo quisque initiandus est. Fundatur in Conc. Trid. sess. 23. n. 11. 13. & 14. & alibi: item in Catec. de Sacram. Ord. Semper enim requiritur ut habeatur notitia functionum, quæ debent exerceri. De his functionibus habetur in Cat. de Ord. & in Doctr.

Sextò, An earum functionum usum, exercitationemque rectè teneat, cùm in literis, tum etiam in cantu, in quo experimento adhibeantur cantus pertli. Hoc videtur fundari in illis verbis Concilij, ubi de Subdiacono, & Diacono loquitur, dicens: Sint literis & iis quæ ad Ordinem exercendum pertinent, instructi. Instructio enim videtur quandam notitiam practicam denotare. *sess. 23. c. 13. & 8.*

Septimò, idem Conc. Prov. ait, Examinatores pro prudentia sua ratione, quæ in Ordinis inferioris examine, exhortationève requirantur, aliquando etiam perquirant ab iis, qui superiori Ordine initiantur. Hoc videtur fundari in ratione: quia superior gradus non debet ignorare ea, quæ ab inferiori cognosci debent. Et hæc sunt super quibus in singulis Ordinibus præter ea quæ illis propria sunt, examinatores debent interrogare.

movendis desideratur: & ab illis examinatores talem scientiam requirere vtilissimum est. In singulis enim civitatibus qualis scientia quæritur in examine, talis à Clerico & obtinetur, & explicatur. Cum itaque finis huius Opusculi sit, non tantùm scientiam in promovendis requisitam judicare, sed etiam purissimos fontes, vnde illa possit hauriri, manifestare; vtilissimum visum est esse, si postquam dictum est, quæ scientia in aliquo promovendo requiratur, simul etiam dicatur, an ex Concil. & Catec. & in quo loco accipi possit. Verùm quia sæpe in concilio talis doctrina variis in locis dispersa est, & à Catechismo difficiliori quadam ratione traditam fuisse quibusdam videtur, expedire mihi visum est, ut in aliquo libro breviter doctrina Concilij, & Catech. colligeretur, distingueretur, & ad faciliorem rationem reduceretur. Hoc igitur feci in libro, qui etiam inscribitur, Doctrina Sacr. Conc. Trid. & Catech. Romani de Sacramentis. Quapropter, ut cum examine, & scientia, studium, & libros coniungam, ita Primò doctrinam requisitam proponam. Secundò, in margine notabo authoritatem, ex qua habetur quod talis doctrina requisita sit. Tertiò, in fine talis propositæ doctrinæ locus apponetur vbi doctrina illa reperiri possit. Præcipuè autem notabo locum Concil. vel Catec. si sit: postea locum dicti libri, qui inscribitur, Doctrina, &c. quod si in his non reperiatur, alterius gravis authoris locum proponam. Sic igitur fiet, ut promovendi non possint excusari, si non addiscant quod debent, & si doctrinam Concil. & Catec. non acquirant.

Nota eorum quæ in singulis Ordinibus sunt inquirenda.

Num. 3.

5. de exam. Sess. 24. c. 9 Ref.

CONcilium Provinciale Med. ait in singulis Ordinibus ista inquirenda.

Primò, An vim & naturam, ministeriáque Ordinis quem susceptores est, norit, *id est*, an cognoscat, quæ sit materia, quæ forma, cum illarum significatione: & quis effectus Ordinis suscipiendi; veluti quis character imprimatur, quæ gratia conferatur. Fundatur quod dictum est in Conc. Tr. quod ait, de his etiam seculares erudiri debere. De hoc habetur in Catech. de Sacram. Ord. & in Doctrina ibidem.

Secundò, an item ritus, & ceremonias, quæ ex lib. Pontificali adhibentur, cùm initiantur. Fundatur in Concil. à quo de Clericis in Seminario educatis dicitur, quod rituum, & ceremoniarum formas addiscant: item ex sess. 22. cap. 5. & 8. vbi ait quod ceremoniæ magnam habent eruditionem, & quod fidelibus debent explicari. Fundatur etiam in Cat. de Sacr. in gen. num. 18 Dicta ex parte in Cat. de Sacr. Ord. habentur omnia in Doctr. collecta ex Pontificali. Sess. 15. c. 4. Ref.

Tertiò, an eorum rituum, & ceremoniarum significationes sanctiores norint. Fundatur in Conc. & Catech. vbi supra. Habentur ex parte in Catech. de Ord. Omnia in Doct. ibi.

Quartò, an Sacrarum vestium, quibus induuntur, mysteria item, & significata. De his eadem est ratio, quæ de ritibus. In Doctr. de Sacr. Ordin. habetur numerus, & significatio vestium collecta ex D. Thom.

Quintò. An functionum notitiam habeant Ordinis, quo quisque initiandus est. Fundatur in Conc. Trid. sess. 23. n. 11. 13. & 14. & alibi: item in Catec. de Sacram. Ord. Semper enim requirunt ut habeatur notitia functionum, quæ debent exerceri. De his functionibus habetur in Cat. de Ord. & in Doctr.

Sextò, An earum functionum vsum, exercitationémque rectè teneat, cùm in literis, tum etiam in cantu, in quo experimento adhibeantur cantûs periti. Hoc videtur fundari in illis verbis Concilij, vbi de Subdiacono, & Diacono loquitur, dicens: Sint literis & iis quæ ad Ordinem exercendum pertinent, instructi. Instructio enim videtur quandam notitiam practicam denotare. Sess. 23. c. 13. R.

Septimò, idem Conc. Prov. ait, Examinatores pro prudentiæ suæ ratione, quæ in Ordinis inferioris examine, explorationéve requiruntur, aliquando etiam perquirant ab iis, qui superiori Ordine initiantur. Hoc videtur fundari in ratione: quia superior gradus non debet ignorare ea, quæ ab inferiori cognosci debent. Et hæc sunt super quibus in singulis Ordinibus præter ea quæ illis propria sunt, examinatores debent interrogare.

Nota eorum quæ debent sciri ab examinandis ad primam Tonsuram. Num. 4.

Sess. 23. c. 3. PRimò Conc. Trid. ita statuit. Prima Tonsura non initientur, qui legere, & scribere nesciant. Ideo proponitur examinandis, vt aliquem librum legant, & aliquid scribant.

Ibidem. Secundò ait: Qui fidei rudimenta edocti non fuerint, non initientur. Vbi patet debere examinari de doctrina Christiana, & præcipuè de his, quæ scire omnibus necessarium est ad salutem, veluti mysterium SS. Trinitatis, Incarnationis, & similium: & de his in Doctrina Christiana habentur.

Ibidem. Tertiò ait: De quibus probabilis conjectura sit eos non sæcularis judicii fugiendi fraude, sed vt Deo fideliùs cultum præstent, hoc vitæ genus elegisse. Ob hoc Conc. Provinc. ait, quærantur ob quem finem se Clericos fieri velint. *Conc. Pr.* De hoc fine habetur in Catech. de Sacram. Ord. n. 4. & in Doct. de Ord.

Catech. de Sacr. Ord. Quartò requiritur, vt sciant, cur dicatur Tonsura, & prima: Quid significet hoc nomen, Clericus? Cur tonsurati dicantur Clerici? Quid significet tonso capillorum Corona, quæ in capite sit, tunica talaris, biretum in modum cruris, supertpelliceum: fundatur in dictis supr. num. 1. Catech. qui hæc explicat. (Habentur in Catech. de Ord. num. 13. & 14. in Doct. de Ord. vbi de Tonf.)

Conc. Trid. 5. de ref. Quintò, Conc. Prou. Med. air inquirendum, An Epactæ intelligentiam habeant: est autem Epacta ratio quædem ad inueniendum quando luna fiat, & quòd dies habeant fundatur in Cone. quod ait, Clericos in Seminario educatos debere edoceri de computo Ecclesiastico, in quo Epacta præcipuè contenta est: fundatur etiam in ratione. Ad

5. De Sac. Ord. Clericum enim spectat recitare Martyrologium in Choro, hoc autem non potest fieri rectè ab eo, qui nescit Epactam, & diem Lunæ. Qui ergo debent colligi ait aliquando, vel ordinatiè inservire, & ut Clerici, possunt de hoc interrogari. Habetur de hoc in Martyrologio, & in Breviariis multis.

Sess. 23. c. 18. Refor.

Nota eorum quæ debent sciri ab examinandis ad Minores. Num. 5.

PRimò Conc. Trid. ita ait. Minores Ordines iis, qui saltem Latinam linguam intelligant conferantur: Vbi *d. Reform.* soler notari illud verbum, saltem. Et Conc. Prou. quasi *Conc. Pro.* explicando dictum Concilii ait: Debere primordia, seu *5. de Ord.* regulas Grammaticæ intelligere. Vnde fit, quod aliqui examinatores tradunt aliquem librum facilioris sermonis, veluti Evangelia, ut examinatus construat, & voces Latinas lingua vulgari explicet. Alii faciunt Latinas interrogationes, ut ex responsionibus cognoscant si linguam Latinam intelligant. Alisuper regulas Grammaticæ quæ primò explicantur, interrogant: primus autem modus magis in vsu est.

Secundò, idem Conc. Trid. ait, Nemo minoribus Ordinibus initietur, quem non scientiæ spes maioribus Ordinibus dignum ostendat. Vbi notatur illud verbum, spes; innuit enim non solùm sciendum, sed etiam capacitatem, & habilitatem ingenii esse perpendendam. Indicat etiam quod examen de doct. Christiana exactius faciendum sit.

Tertiò, debet examinandos scire, quid significet nomen Ordinis suscipiendi, quæ sit materia, & forma illius, cum significatione vtriusque. Quis effectus, & quotuplex, & quid vterque, nempe gratia, & character. Quæ requirantur ad dignam susceptionem, & quæ impediant: quod proprium officium Ordinati, & hoc distinctè, & rectè scire debet: qui ritus, & cæremoniæ in illius collatione fiant, & quid significent: quæ impediant Ordinis suscepti executionem, vbi leviter de irregularitate; & censuris tangere aliqui solent. Fundatur in his, quæ dicta sunt supra n. 1. (Hæc omnia habentur in Catec. & in Doct. de Ordin. Sacrament.)

Ex Sess. 21. cap. 1. & Sess. 22. c. 7. Ex Cat. de Sacr. Ord. Conc. Prou.

Nota eorum, quæ ab examinandis ad Subdiaconatum, & Diaconatum sunt inquirenda. Num. 6.

PRimò, Conc. ita ait: Subdiaconi & Diaconi ordinetur, qui literis, & iis, quæ ad Ordinem exercendum *1. De Ord.* pertinent, sint instructi. Vbi notatur illud verbum, instructi. Ille enim videtur instructus, qui aliquius rei saltem

OPVSCVLVM
DE EXAMINE
AD ORDINES,

Ad Confessiones, ad Curam animarum, ad Beneficia, & ad Conciones.

Fundatum in sacro Concil. Trid. nt. Catech. Rom. Conciliis Prov. Med. & aliis graviss. Authoribus;

Nec-non in praxi, quam Author Romæ, & alibi vidit observari.

Per R. D. IOANNEM BELLARINVM,
Clericum Reg. Congreg. S. Pauli.

LVGDVNI,
Apud BENEDICTVM VIGNIEV, in Magno vico Hospitalis, ad insigne Rubi Coronati.

M. DC. LXXXIII.
DE LICENTIA SVPERIORVM.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Tertiò, de Ordine Sacerdotali, nemon de sacramento Eucharistiæ, & de sacrificio Missæ potissimùm examinari debere, & visus, & ratio, & authoritas docet. Hæc enim præsiptè ad officium pertinent sacerdotis.

Porrò Catech. hoc ita ait: Præterea in sacerdote non solùm ea cognitio requirenda est, quæ ad sacramentorum vim, & tractationem pertinet, sed etiam sacrarum literarum scientia ita instructum esse oportet, ut populo Christiano fidei mysteria, & divinæ legis præcepta tradere, ad virtutem, & pietatem excitare, à vitiis revocare fideles possit. Sacerdotis enim duo sunt munera, quorum alterum est, ut Sacramenta ritè conficiat, & administret: Alterum, ut populum fidei suæ commissum iis tebus, & institutis, quæ ad salutem necessaria sunt, erudiat: Malachias enim ita testatur: *Labia Sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore ejus, quia Angelus Domini exercituum est.* Vt igitur in horum altero, si mediocri cognitione cernè non vulgatem, sed exquisitam potiùs doctrinam desiderat. Quamvis æquè ab omnibus Sacerdotibus summa reconditarum rerum scientia non exigatur, sed quæ ad suscepti officii, & ministerii functionem unicuique satis esse possit. Hæc Catech. Vbi apparet quod talis scientia in Sacerdote desideratur.

1. Vt mysteria fidei cognoscat. Cat. in Symb.

2. Vt scrat præcepta divinæ legis. Cat. in Decal.

3. Virtutum, & vitiorum notitiam habeat, dictâque docere sciat. Ibid.

4. Ea, quæ pertinent ad visum, & administrationem sacramentorum cognoscat. Cat. de Sacr.

5. Vt specialem notitiam habeat Eucharistiæ, & Sacrificii Missæ, quæ conficere, administrare, & Deo offerre debet. (Cat. de Sacr. Doct. ibid.)

Denium Conc. Prou. inhærendo statutis à Conc. Tr. & ita tutis à Cat. Rom. de hoc examine ita proponit.

Primò, sacerdotem scire debere, quid sit Sacrificium Missæ (Conc. Trid. sess. 22. c. 2. Cat. de Euch. n. 70. Doct. de Euc. part. 3. c. 1.)

Secundò, quis sit illius Sacrificii effectus, Conc. sess. 22. &c. Cat. de Euch. n. 78. &c. Doct. de Euch. 3. part. c. 3.

Tertiò, quæ partes. (Doct. de Euch. part. 3. cap. 4. ex D. Thoma.)

Quartò, quæ mysteria in eo sint. (Doct. de Euch. 3. part. cap. 4 & 5.)

Quintò quæ sacrarum vestium significationes. (Doctr. cap. 6. n. 6 de Euch. part 3.)

Sextò, quæ in eo sacrificio offerendo requirantur. (Doctr. de Euch. 3. part. per totam.

Septimò, ubi, & quando illud fieri non licet. (Doctr. ibid. cap. 5. n. 7 & 8.

Octavò, quæ dubia aliquando incidere possint, (Ibid. Doct. cap. 7.)

Nonò, Qua explicatione opus habeat, vt rectè illud fiat.

Existimo de Canonis explicatione, sed multò magis de verbis consecrationis loqui (Doct. de Euch. par. 1. c. 1. & 3. part. c. 1 Conc. & Cat. ubi notatur.)

Decimò, An sacræ Confessionis aliquam peritiam habeant.

Vndecimò, An ad alia item sacramenta rectè, citéque ministranda idoneus sit.

Duodecimò, An eorum cognitionem & explicationem habeat. (Doct. in fine Comp. de Sacr.)

Decimotertiò, An doctrinam item teneat, quia verbum Dei debet rectè tractare, concionem vt habere possit.

Decimoquartò, An de re sacra, de Christianarum virtutum officiis, imprè de omni re ad salutem necessaria apiè populum instituere, aut docere possit. (in Cat. per totum.)

Ex his omnibus colligitur, quod promovendus ad sacerdotium super his debet examinari.

Primò, circa literas Latinas ea ratione, qua de Subdiacono, & Diacono dictum est.

Secundò circa Sacramenta, sufficit compendiosa cognitio, ut in fine Doctrinæ habetur. De Pœnitentia in particulari, quoad quatuor causas summatim inquiri potest.

Tertiò, De sacra Eucharistiæ, tum conficienda, tum administranda. Doct. de Eucharist. part. 1. In hoc examen diligens esse debet. Ideo opus est inquirere quæ sit apta materia Eucharistiæ, quæ forma Consecrationis corporis & sanguinis: quæ sint de necessitate sacramenti, quæ de necessitate præcepti, quid sit consecratio, & transubstan-

, tiatio. De contento sub speciebus panis, & vini, antè, & post consecrationem, & quid ex vi sacramenti, vel per realem concomitantiam, & similia. (Hæc habentur in Concil. Trident. sess. 13. Catech. de Euchar. Doct. de Euch. part. 2.

Quartò, de Sacrificio Missæ : Diligenter, ut in Concil. Prou. propositum est. (De hoc Conc. sess. 22. Catec. de Euc. in fine. Doctr. in 3 part. de Euchar.)

Quintò debet interrogari de his, quæ pertinent ad receptam susceptionem, & executionem ordinis sacerdotalis; Quæ susceptionem, vel executionem impediant, ut scilicet & irregularitates. Item quæ sit materia ordinis Sacerdotalis & quotuplex, & quid significet ? Quæ, & quotuplex forma, quis character, & effectus : vestium significationes, & Cæremoniæ, quæ in ejus collatione fiunt. Quod illius officium. Quæ, & quotuplex potestas illi detur, & quando ? Quæ claves illi tradantur : Quis illarum legitimus usus. (De his Conc. sess. 23. Cat. de Ord. Pontif. de ordinatione. in Doct. omnia collecta, vbi de Ord.)

Conclusio de congruentia examinis constituti.

Num. 8.

DEclarare quod examen de Ordinibus constitutum, etiam seclusa Conc. & Catech. authoritate, congruum, & rationabile sit, utilissimum esse videtur. Itaque in duas partes examen divisum est, nempe tum circa literas latinas, tum circa literas Ecclesiasticas.

Quod attinet ad latinas, ita statutum est : Clerici primæ tonsuræ non ignorent legere, & scribere. Minores intelligant linguam latinam. Ordines sacri requirunt, ut sint literati latinis instructi. Quid hoc ordine facilius, & congruentius ? Cùm enim scientia, & eruditio Ecclesiastica literis latinis tradita sit, & illi, qui ad ordines promoventur, talem doctrinam scire, & populis explicare debeant, erat summè conveniens, ut paulatim & per gradus, & cum tali ordine requirerentur.

Portò circa literas Ecclesiasticas, in prima Tonsura requiritur cognitio doctrinæ Christianæ, & ipsius tonsuræ. In minoribus, cognitio magis exacta eiusdem doctrinæ, & notitia eorum, quæ ad ordinem pertinent suscipiendum : In Subdiaconatu, cognitio de sacramentis in genere, & de ordine suscipiendo, & exactius de doctrina Christiana. In Diaconatu idem, sed majori quadam ratione. Demùm in sacerdotio requiritur scientia de sacramento Ordinis suscipiendi. De Eucharistia ab illo conficienda, & administranda. De sacrificio Missæ celebrando. De Sacramentis ab illo administrandis : & demùm notitia eorum, de quibus omnes fideles docere debent. Quid hoc ordine convenientius ? Studere enim sacramento Ordinis, & Eucharistiæ, in quo etiam agitur de sacrificio Missæ ; Compendio item doctrinæ Sacramentorum, & his, quæ ab omnibus sciri debent, quis nimis difficile esse dicet ? Cur sacerdos non debet scire ea, quæ omnes scire tenentur. Quæ difficultas, ut quis studeat his tribus, sacramento Ordinis, sacramento Eucharistiæ, & Compendio aliorum sacramentorum. Ad hæc enim quatuor, summa eorum, quæ à sacerdote, & ab aliis sciri debent, reduci potest. Neque igitur conqueri debent ordinandi, si super his interrogentur. Neque examinantes debent illeciuare à ratione examinandi, quæ proposita est. Unum est tamen quod hoc loco admonere congruum est, nempe explicare, ut aliqui examinatores antequam ad examen ordinandorum accedant, videant Primò, quid à Concilijs de quolibet genere examinis sit statutum. Secundò, ut perscrutent materias super quibus examen ab illis faciendum sit : Si enim materiam, super qua debent examinare, familiarem non habeant, neque sciant opportunas de illa facere interrogationes, & consequenter neque de scientia examinati judicare. Similiter examinandi multò antè, quàm illis ad examen accedendum sit, debent studere his, quæ ab illis discenda sunt. Examen igitur propositum, & difficile non est, & recta ratione est constitutum.

De Examine ad Confessiones.

Caput II.

NEgotium de examine Confessariorum statuendo difficillimum est, & magnam requirit indaginem, & in illo errare non sine magno periculo est : exactius ergo discuti debet, ideo hæc tris examinanda sunt.

Primò de officio, & munere confessarij.

Secundò, De scientia, quæ ad tale munus obeundum necessaria est.

Tertiò, de modo examinandi, & de judicio in hoc examine faciendo.

De munere Confessarij. Num. 2.

C.T.ses.14. cap.5. Catech. de pœnit. 57. QVod attinet ad munus Confessarii, ex Navar. D.Th. Cat. & Conc. Tr. habetur quod illius officium duplex est, nempe Iudicis, & Medici, & ad hæc duo omnes actus Confessarij reduci possunt.

D.T.1.p.q. 17.sup. Na. can.5. num.1. Ex D.T. Ibid. Sess.14.c.5. locis cit. Ad munus quidem judicis quatuor actus requiruntur, & duo primi pertinent ad clavem scientiæ, duo vltimi ad clavem potestatis.

Primus actus est examinare conscientiam pœnitentis, seu, ut ait Conc. Trident. causam illius: ita aiunt Navar. D. Thomas, Cat. & alii, qui fatentur aliquando sub peccato mortali ad hoc teneri. Ratio est, quia confessor tenetur, antequam judicet causam pœnitentis, cognoscere illam: sæpissimè autem evenit, ut hanc cognitionem habere non possit, nisi examinet pœnitentem; ideo hoc examen aliquando necessarium est: & hæc ratio in Conc. Trid. fundata existit.

Conc.Trid. Catechism. D.Thom. Nau. ibid. Secundus actus est judicare de examinatis, seu de conscientia, & causa pœnitentis: veluti an possit absolui, vel non: & si potest absolui, qua ratione sit absoluendus: debet ergo judicare, quæ peccata sint mortalia, quæ habeant annexam excommunicationem, vel reservationem, vel obligationem restituendi. Ratio est, quia judex, ut justè judicet, prius omnino debet cognoscere causam judicandam, & hæc quoque ratio in Conc. Tr. fundata est, sicut etiam ipsa conclusio.

C.T. Ibid. ibid. can. 9. & 15. Tertius est absolvere à peccatis.

Quartus est ligare, *id est*, obligare ad aliquam pœnam luendam, vel satisfactionem, aut restitutionem faciendam, vel ad aliquam occasionem vitandam, & similia. Ita Conc. & omnes.

Ses.14.c.5. & 8. Cat. de pœnit. Num.57. Quod attinet verò ad Confessarii munus, prout Medicus est, Catechismus & alii docent pertinere ad ipsum, quod det remedia peccatis: quæ remedia sunt in duplici differentia: quædam sunt curativa, nempe quæ sanant à peccato commisso: alia sunt præservativa, quæ præservant pœnitentem, ne iterum incidat in peccata: ita Cat. & alii Doctores affirmant.

De scientia Confessarii. Num. 3.

Dicto de munere confessarii, dicendum de illius scientia: ex illo enim istud cognosci potest. Est autem, ut ait Navarrus, duplex scientia confessarii: una perfecta, alia sufficiens, & necessaria: perfecta est, ut prætet illa quæ pertinent ad casus conscientiæ, calleat partem Theologiæ, quæ est de sacramentis, & de moribus, *id est*, virtutibus, & vitiis, & habeat petitiam vtriusque juris, & notit Constitutiones Synodales regionis, vbi debet audire confessiones. Sufficiens est, quæ sufficit ad hoc, ut confessor actus, qui dicti sunt, rectè, & sine errore exercere possit: Et quænam sit hæc, (modò enim de perfecta dicendum non est) determinare oportet. Itaque de illa sententias Doctorum proponere opus est. *Nau.c.4. Num. 8.*

Sententia Navarri de scientia Confessarii. Num. 4.

NAvarrus ait, Confessarium debere ista scire.

Primò, Quam habeat jurisdictionem, & facultatem absolvendi. *Cap.4. & 5.*

Secundò, Quomodo conscientiam pœnitentis, juxta statum sibi subditorum, debeat examinare. *Nau.c.4. & 5. nu.*

Tertiò, Quæ peccata sunt mortalia, quæ venialia, ex his, quæ à suis pœnitentibus committi solent. *C.4.n.8. Ibidem.*

Quartò, Quæ circunstantiæ sint necessariò confitendæ, & quod confiteri numerum mortalium est necesse. *Ibidem. Ibidem.*

Quintò, Quibus criminibus annexa sit excommunicatio. *Ibidem.*

Sextò, Quæ sint peccata reservata. *Ibidem.*

Septimò, Quæ peccata restitutionem expostulent, vel saltem dubitare. *Ibidem.*

Octavò, Quomodo incurratur irregularitas, si clericos auditurus sit, vel saltem dubitare. *Ibidem.*

Nonò, Quando septem vitia capitalia sint mortalia, & quando non. *Num.11.*

Decimò, Quomodo differant major, & minor excommunicatio. *Ibid.n.9. Ibidem.*

Vndecimò, Quod voluntas deliberata peccandi mortaliter, sit peccatum mortale, etiamsi opus non sequatur. *Ibidem.*

Duodecimò, Quod sciat dubitare circa suspectos contractus: & circa ea, quæ alij mediocriter versati rectè intel- *Ibidem.*

ligant, ut cùm opus est, alios consulant.

Num. 8. Demum, quando possit, vel non possit absolvere: Hæc ex Navarro.

Sententia D. Thomæ de scientia Confessarii.
Num. 9.

S. p. q. 17. art. 3. Divus Thomas loquitur in generali de scientia confessarii, & ait opus esse, ut sciat

Primò examinare conscientiam pœnitentis.

Secundò, judicare an pœnitens possit, vel non possit absolvi: & quomodo sit absolvendus, & in his duobus virtualiter continetur quidquid à Navarra dictum est.

Doctrina Catechismi de scientia Confessarii.
Num. 6.

De p. n. 35. Catechismus ait, Confessarium scire debere.

1. Quod jurisdictio ordinaria, vel delegata omnino illi necessaria sit.

2. Quomodo peccata investigare possit, juxta cujusque statum.

3. Quomodo debeat judicare inter varia genera peccatorum, quæ magis gravia, vel levia sint.

4. Quæ cuique peccato pœna conveniat.

5. Quæ remedia respectu tum præteriti, tum futuri danda sint.

6. Quando debeat absolvere, quando ligare.

7. Quid sciat, quantum in suo officio ponderis, ac momenti sit.

Doctrina Concilii Trident. de scientia Confessarij.
Num. 7.

9 ss. 13 c. 5. Concilium Trid. de scientia Confessarij ponit quatuor sequentes conclusiones.

Ibidem. Prima est, Confessarius debet cognoscere causam pœnitentis; ait enim, constat Sacerdotes judicium hoc incognita causa exercere non posse: si ergo debet cognoscere causam, ergo debet habere scientiam, ut dictam causam cognoscere possit.

Ibidem. Secunda est, nunc sacerdos cognoscit causam pœnitentis, cùm cognoscit omnia peccata mortalia, non solùm in genere, sed etiam in specie, nec non circumstantias mutantes speciem, cum numero tum peccatorum, tum circumstan

cumstantiarum, quæ dictæ sunt. Hoc Concilium apertè docet declarando etiam esse de jure divino. *Ibidem.*

Tertia est, Confessarius debet cognoscere quas pœnas æquum sit imponere cuilibet pœnitenti, juxta cognitionem habitam de causa sua.

Quarta est, Necessarium esse quod Confessarius sciat, qua ratione utendum sit clavibus sibi traditis ad retinenda, vel remittenda peccata; ait enim, quod pro potestate clavium, remissionis, aut retentionis peccatorum tenentiam pronuntiet. *Ibidem.*

Decretum Conc. Provinc. Mediolan. de sententia, & examine Confessarii. Num. 8.

Concilium Provinc. Mediol. ex Summistis, Theologis, Canonistis, Catech. Rom. & sacro Conc. Trident. colligit, & explicat, qualis scientia, & quod examen ad confessiones requiratur. Et quia forma examinandi ab illo tradita ferè ubique, sed præcipuè in hac Provincia servatur: ideo distinctè proponam interrogationes, quæ in eo explicantur, & postea ubi dicta doctrina possit inveniri subjungam. Doctrinam autem Conc. Trid. & Catech. Rom. cum certum sit aliis debere proponi, ideo ubi in dictis libris possit reperiri admonebo. Quod si locum, ubi in libro à me edito, qui inscribitur, ut dixi, Doctr. Conc. &c. apponam, hoc ideo factum esse lectores intelligent, ut doctrina simul collecta, & magis explicata, ad examen magis accommodata proposita sit. *C. Prov. 5. de exam.*

Verùm & hoc loco lectorem admonere optimum visum est, quod cùm scientia Confessarij ad duo potissimùm capita reduci possit, nempe ad Sacramentum Pœnitentiæ, & ad casus conscientiæ: De Sacramento autem Pœnitentiæ à Sacro Concilio, & à Catechismo doctrina sufficiens, imò completa tradita sit; de casibus verò conscientiæ non item, exemit ut necessariò apponi debeat, in quo alio libro doctrina de casibus valeat inveniri: Sed qualis oriretur confusio, si Doctorum, & librorum varietas & multitudo huic lectori proposita sit? Melius itaque mihi visum est, si in aliquo parvo libro tota hæc de casibus materia facili quadam ratione collecta, atque distinctè proposita sit. Sic enim fiet, ut ex duobus non magnis libris

scientia, quæ in confessario desideratur, haberi possit. Sicut ergo ex Sacro Conc. & Catechismo in vno libro doctrinam de Sacramentis collegi: ita & materiam de casibus conscientiæ ex Summistis, & Theologis in alio libro colligendam curavi. Quod quidem duplici ratione factum est: in vno enim libro, qui inscribitur, *Memoriale per li Confessori*, summatim, & compendiosè doctrinam quæ Confessario necessaria est, colligere studui. In alio verò, qui inscribitur, *Compartimento di tutta la conscienza*, magis distincte eadem scientia collecta esse videretur: in vtroque autem libro notatur in margine vbi doctrina in illis proposita apud alios Doctores valeat reperiri. Vtrobique declaratur, quod doctrina, quæ in Confessario requiritur, non est adeo vasta, seu difficilis, vt in pauris, & non admodum magnis libris valeat reperiri, nec non mediocri quodam studio obtineri, vbi in dictis libris reperiatur, hic annotatum erit. Quod si quis in alio libro versatus, velit in illo invenire, quod dictum est; consideret de qua materia sit sermo, veluti an de Vsura, vel Restitutione, vel alio: & vbi de dictis in illo agitur, quærat, & invenier. Nunc agitur quod à Concilio Prou. de examine Confessarii statutum est, proponetur. Ait itaque Confessarium debere examinari.

Primò, De Sacramenti Pœnitentiæ necessitate. De hoc Conc. Trid. sess. 14. cap. 21 Cat. de pœn. n. 1. Doct. de pœn. num. 1.

Secundò, Quare sit institutum, & à quo.

De hoc Conc Trid. sess. 14. cap. 1. Cat. de pœn. n. 11. Doct. de Pœn. cap. 2. num. 2.

Tertiò, Quæ hujus Sacramenti materia, & forma.

De hac Concil. Trid. sess. 14. c. 3. Catec. de pœn. n. 14. 15. Doct. de pœn. cap. 2.

Quartò, Quis illius effectus.

Conc. sess. 14. c. 3. Catec. de pœn. n. 19. 20. 21. Doct. de pœn. c. 2. n. 7. 8.

Quintò, Quis minister.

Conc. sess. 14. c. 6. Catec. de pœn. n. 55. &c. Doct. de pœn. cap. 4.

Sextò, Quæ conditiones in eo requirantur. Conc. Cat. Doct. ibid.

Septimò, Quæ regulæ ad discognoscendum, & distinguendum peccatum mortale à veniali.

Tolet. Inst. de mort. c. 1. &c. Nau. præliud. 9. Com. p. part. 2. Instr. cap. 3. n 3.

Octavò, Quæ pœnitentiæ partes.

Conc. Trid. sess. 4. cap. 3. Catech. de pœn. num. 22. 23. Doct. de pœn. cap. 2. num. 3. & 4.

Nonò, Quæ earum partium ratio. Catec. & Doct. ibid.

Decimò, Quid contritio. Conc. sess. 14 cap. 3. Catec. de pœn. n. 14 &c. Doct. de pœn. c. 3. & 4.

Vndecimò, Quæ ad veram contritionem sint necessaria. Conc. Catec. Doct ibid.

Duodecimò, Qui contritionis effectus & vtilitas.

Conc. sess. 14. cap. 4. Catech. de pœn. num. 33. Doct. pœn cap 3. num. 13.

Decimotertiò, Qua quisque ratione se ad contritionem exercere possit.

Conc. sess. 6. cap. 6. Catec. de pœn. num. 9 & 36. Doct. de pœn. cap. 2. n. 2. & cap. 3. n. 14. & 15.

Decimoquartò, Quæ signa sint veræ contritionis.

Catec. de pœn. n. 18. Doct. de pœn. cap. 2. n. 5.

Decimoquintò, Quæ confessionis natura sit, atque substantia.

Conc. sess. 14. cap. 5. Cat. de pœn. n. 37. Doct. de pœn. cap. 4.

Decimosextò, An diligenter inquirere sciat, & peccatoris circumstantias, & peccati item. His paucis verbis multa, & magna proponuntur de scientia, & examine Confessoris.

De hoc distincte Memoriale Confess. cap. 3. & 4. & Comp. part. 2. per totam.

Decimoseptimò, Quæ circumstantiæ mutent speciem peccati, & quæ in confessione explicandæ sint.

Conc. sess. 14. cap. 5. Catec. de pœn. num. 43. Doct. de pœn. cap. 4. n. 9. Compar. part. 2. per totam.

Decimooctavò, Quæ restitutionem exposcant, Quæ radices, vel causæ restitutionis.

Doct. vbi de restitutione, Compart. par. 1. cap. 7. & par. 2 practica 7.

Decimonono, An dubios, suspectósve contractus no-

Doctores vbi de contractibus. Comp. part. 1. c. 7. & part. 2. practica 7.

Vigesimò, Quibus criminibus annexæ sint censuræ. Doctor. vbi de censuris, Comp. part. 2. pract. 1. c. 3. &c.

Vigesimoprimò, an item illarum peritiam teneant. Doctores, Memor. Compart. ibid.

Vigesimosecundò, an casus in quibus irregularitatis macula contrahitur.

Doctor. vbi de irregul. Comp. 2. part. practica 3. Memor. Confess. cap. 6.

Vigesimotertiò, an saltem de iis omnibus, & aliis, quæ ad verum, perfectumve hujus sacramenti pœnitentiæ ministrum pertinent, sciant dubitare, & noverint consulere peritos, quomodo agendum sit id, quod in dubitationem adducunt.

Vigesimoquartò, Qui item ritus, & sacræ cæremoniæ confessionis. Catech. de pœn. num. 43. doct. de pœn. cap. 4. num. 6.

Vigesimoquintò, Quæ conditiones ad confessionem veræ pœnitentiæ necessariæ.

Conc. sess. 14. cap. 5. Catech. de pœn. n. 47. &c. Doct. de pœn. cap. 1. n. 10.

Vigesimosextò, Quis ordo confitendi: quando quis statim confiteri debeat: quando item confessionem iterare.

Catec. de pœn. n. 45. 46. &c. Doct. de pœn. c. 4. Mem. confess. cap. 1. n. 14.

Vigesimoseptimò, De satisfactione, quæ tertia pars pœnitentiæ est, quæratur.

Vigesimooctavò, Quæ satisfactionis partes.

Concil. sess. 14. c. 9. Catech. de pœnit. n. 64. &c. Doct. de pœn. cap. 6. num. 7.

Vigesimononò, Quis satisfactionis finis.

Conc. sess. 14. c. 8. Catech. de pœn. num. 63. &c. Doct. de pœn. c. 6. nu. 5.

Trigesimò, Qui fructus, quæve utilitates satisfactionis. Conc. sess. 14. cap. 8 Catech. & Doct. ibi.

Trigesimoprimò, Quæ in satisfactione requirantur.

Conc. ibid. Catech. de pœnit. n. 74. Doct. de pœnit. c. 4. num. 6.

Trigesimosecundò. Qualis ac quanta pœnitentia pœnitenti imponi debeat.

Conc. sess. 14. cap. 8. Catech. de pœn. n. 80. &c. Doct. de pœn. cap. 6. num. 9.

Trigesimotertiò. An sabbatares, & convenientes satisfactiones pro gravitate criminum, & pœnitentium facultate injungere sciant.

Ex Conc. sess. 14. cap. 8. ex Catech. de pœn. n. 64. &c. Doct. de pœn. cap. 6.

Trigesimoquartò, An item ex Innocentii III. præscripto, more periti Medici sciant infundere vinum, & oleum vulneribus fluentibus, & quale debeant præbere remedium, aut consilium.

Ex Conc. ibid. Catech. de pœn. num. 53. &. per tot. Doct. de pœn. cap. 5. & 6.

Trigesimoquintò, An præterea Canones pœnitentiales recte teneant.

Ibi canones in Rituali habentur, & de illis aliqua Doct. de pœn. cap. 6. num. 9.

Trigesimosextò. Quæ differentia sit satisfactionum, atque pœnitentiarum.

Ex Conc. sess. 14. cap. 9. ex Catech. de pœn. n. 46. 75. 76. &c. Doct de pœn. cap. 6.

Trigesimoseptimò, de absolutione indagetur.

Conc. sess. 14. c. 3. Cat. de pœn. n. 15. 46. &c. Doct. de pœn. cap. 5.

Trigesimooctavò, quæ verborum formula requiratur.

Conc. ibid. Catech. de pœnit. n. 154. Doct. de pœnit. num. 6.

Trigesimononò, quæ preces, orationesve præterea adhibeantur.

Conc. ibid. Catech. de pœnit. num. 16.

Quadragesimò, Quis ordo observandus in absolvendo tam à peccatis, quàm ab excommunicatione, suspensione. Nav. cap. 26. n. 7. &c.

Quadragesimoprimò, de sigillo item confessionis plura quæruntur, ac præsertim quæ vis, & quanta sigilli. Cat. de pœn. n. 51. doct. de pœn. c. 5. n. 5.

Quadragesimosecundò, quæ sub illud cadant. Cat. de pœn. n. 58. Doct. de pœnit. ibidem.

Ex dictis autem apparet, quod omnis scientia in confessore requisita ad illud spectat, vt rectè sacramentum pœnitentiæ administretur. Patet etiam, quod examen à Conc. Trid. propositum, in firmissima sit fundatum & auctoritate, & ratione: cùm enim confessarius debeat sacramentum Pœnitentiæ administrare, omninò debet illa scire, quæ ad rectam illius administrationem sunt requisita: Hæc autem & nihil aliud in proposito examine continentur; ideo recta ratione constitutum esse dicendum est.

Conclusio de scientia Confessarii. Num. 9.

HActenus propositæ sunt authorum sententiæ de scientia Confessarii. Existimo autem quàm maximè expedire, vt dictis conclusiones quædam determinatæ de scientia, & examine confessarii proponantur: nisi enim examen recta, & distincta & ordinata ratione habeatur, maxima confusio in examinando, & major in iudicando oriri potest: quatuor igitur conclusiones ex dictis Authoribus acceptas de examine, & scientia confessariorum subiungam.

Ex Aut. relatis.

Prima est hæc: Confessarius debet scire omnia, quæ pertinent ad substantiam sacramenti Pœnitentiæ, qualia sunt ea quæ pertinent ad integram, & præcisam rationem materiæ, formæ, efficientis & finis: patet ratione, quia est minister huius sacramenti: cui si desit aliquid essentiale, non rectè confessus. Patet ex Conc. Trou. à quo omnis scientia Confessarii reducitur ad ea, quæ pertinent ad Sacramentum Pœnitentiæ: demum est Conc. Trid. & Catech. & omnium Doctorum hæc conclusio.

Secunda est talis, Confessor debet cognoscere omnes modos principales, & magis ordinatos, quibus potest peccati contra præcepta Dei, & Ecclesiæ, & hoc tali ratione cognoscere debet, vt habeat certas regulas quibus in singulis modis distinguat, quando peccatum mortale sit, & quando illi annexa sit reservatio, vel causa, vel irregularitas, vel obligatio restituendi, aut aliquid aliud faciendi. Non dixi autem omnes casus, quia innumerabiles sunt, Dixi autem modos principales, quia isti ad summum circa triginta sunt, & ex illorum cognitione pendet notitia omnium peccatorum, & circumstantiarum

quæ mortalia sunt. Hæc conclusio probatur ratione, quia sicut iudex non potest cognoscere causas accusatorum, seu reorum, nisi sciat ram leges, tum transgressiones illarum: neque enim scit, quod iste transgressus sit legem, nisi sciat quod datur talis lex, & quinà tali actione sit contra illam: ità confessarius non potest scire, quod iste, vel ille transgressus sit legem Dei, nisi sciat legem, & transgressionem illius: si enim ignoret, quod furtum vel perjurium, vel odium sit mortalis transgressio legis, neque sciet, an iste, qui furatus est, & perjeravit, peccaverit contra legem. Cùm ergo Conc. Trid. dicat oportere, quod confessarius cognoscat causam pœnitentis, distinguendo omnia peccata mortalia, & circumstantias mutantes speciem, & hoc esse dicat de jure divino, & cùm appareat, quod confessarius non posset omnia peccata mortalia, & circumstantias illorum cognoscere, nisi sciat modos jam dictos cum regulis suis, manifestè sequitur, quod istos modos scire omninò debet.

Tertia Conclusio est: Non sufficere, quod confessarius cognoscat omnes modos jam dictos, sed etiam oportere, vt sciat investigare, & examinare latitudinem, & profunditatem conscientiæ pœnitentis, juxta illius statum, ad hoc, vt cognoscat, quæ, qualia, quot & quanta peccata contra Dei legem ab illo commissa sint. Per latitudinem autem conscientiæ intelligo, quod inquisitio fiat super omnia præcepta, quatenus opus est. Per profunditatem intelligo, vt ingnoratur, an furtit consensus rationis, an peccatum sit ex malitia, habitu, consuetudine, vel ex ignorantia, & infirmitate & alijs, quæ pertinent ad cognoscendam, an peccatum fuerit mortale, & quàm grave. *Ex citatis.*

Hæc conclusio probatur authoritate, vt supra, Navarri, D. Thomæ, Concilii Provincialis, Catech. & aliorum multorum Doctorum. Patet etiam ratione fundata in facto Conc. Trident. Ait enim, Confessarius debet cognoscere causam pœnitentis, *id est*, crimina illius: ergo peccata debet inuieri non tantum in lege, sed etiam in conscientia pœnitentis: Sicut enim iudex non judicat leges, sed reos, & Medicus non sanat infirmitates, sed infirmos: ita confessarius judicat peccata, non legis, sed pœnitentis. Quod verò debeat cognoscere profunditatem conscientiæ, patet: quia Concilium Trid. sit debere cognoscere, an

peccata sint mortalia, & quàm gravia: de latitudine etiam appater, dum dicit omnia mortalia, non solùm in genere, sed etiam in specie, & numero cognosci debere. Demùm Concil. Trid. de pœnitente ait, ipsum debere explicare omnes sinus, & latebras conscientiæ: per quæ profunditas intelligi potest. Hoc autem ad Confessarium transferri posse, dubium non est. Conclusio igitur posita vera erit.

Sess. 14. c. 5.

Ex eisdem.

Quarta Conclusio est. Confessarius debet scire omnia impedimenta matrimonii, tum non dirimentia, in quibus committitur peccatum mortale, ut votum simplex, sponsalia, & interdictum; tum ea, quæ dirimunt, & præcipuè ea, quæ frequenter contingunt, veluti *cognatio, crimen, ligamen, honestas, si sit affinis*. Probatur primò ex communi usu, quia vbique super his examinatores interrogant: deinde ratione, cum plerique homines in statu vivant coniugali, dicta autem impedimenta sæpe in hoc statu contingant, & contingunt, si secum plurima afferunt inconvenientia, quibus provideri non potest, nisi confessarius sciat quid fieri debeat, omnino videtur rationabile ut dicta ab illis cognoscantur. Ad hæc quatuor ergo omnis scientia confessarii reduci potest.

De scientia quæ requiritur in Confessario circa Sacramentum Matrimonii. Num. 10.

NVnc magis distinctè juxta quatuor positas conclusiones, de scientia Confessarii est proponendum. Et quod attinet ad Sacramentum Matrimonii, Confessarius debet scire præcipuè ea, quæ sequuntur.

Primò, debet cognoscere impedimenta non dirimentia, in quibus committitur peccatum mortale, sicut in quarta conclusione dictum est.

De his habetur in Doctr. de Sac. Matrim. c. 9. n. 2. Comp. part. 4. c. 7. Mem. consc. cap. 8.

Summistæ vbi de Matrimonio.

Secundò debet scire, ut dictum est, impedimenta dirimentia, & præcipuè iam dicta, quæ frequentiùs contingere solent.

De his agitur in Doct. de Matrim. cap. 9. num. 3. &c. Compar. parct. 2. prat. 4. c. 7. Mem. conf. c. 8.

Summistæ vbi de Matrimonio.

Tertiò debet scire, quæ peccata possint committi ante contractum Matrimonium, in contrahendo, & post contractum.

De scientia, quæ requiritur in Confessario circa Sacramentum Pœnitentiæ. Num. 1.

QVod attinet ad Sacramentum pœnitentiæ, Confessarius debet scire ea, quæ pertinent ad quatuor causas illius, nempe efficiens, materiam, formam, & finem, & hæc à Conc. prout supra, distinctè sunt explicata, summatim autem modò hæc eadem proponentur.

Primò igitur debet scire, quis sit huius sacramenti minister, quod illius officium, quæ ejusdem conditiones: Hæc enim pertinent ad causam efficientem.

De hoc Doct. de pœn. c. 5. Mem. conf. c. 2.

Secundò debet habere notitiam de peccato, & de circunstantiis illius, quæ hæc est materia remota. Item de contritione, attritione, confessione, & illius circumstantiis, præcipuè necessariis, & de satisfactione, quia materia proxima sunt.

De his in Doct. de pœn. Memor. cap. 1. & 5.

Tertiò de forma absolutionis, Mem. cap. 1.

Quartò, de fine, effectu, & necessitate hujus Sacramenti. Item de intentione ministri. Mem. cap. 1.)

Ratio cur ista debent sciri, est quia ad productionem cujuscumque rei quatuor causæ omninò necessariæ sunt: & si quid desit in aliqua illarum, impossibile est quod res illa bene produci possit. Cùm ergo Confessarius debeat rectè administrare Sacramentum Pœnitentiæ, omninò dictarum causarum notitiam habere debet: & de his summatim in Memoriali confess. traditum est.

De scientia quæ requiritur in Confessario circa modos peccandi contra legem Dei. Num. 12.

FOrtassis nimis vastum, & nimis arduum cuipiam videri potest, quod Confessarius teneatur scire omnes modos peccandi contra legem Dei, cum regulis, de quibus suprà dictum est: unde etiam examen de tali scientia constitutum, ut nimis rigorosum à multis poterit judicari: Si enim casus conscientiæ sunt innumerabiles, & penè infiniti: si de illis etiam doctrina admodum diffusè,

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

& nimis sparsim tradita est, prosecto videtur ferè impossibile, ut confessarij de omnibus cum regulis dictis notitiam habere possint. Et revera prima facie res ita esse videtur. Sed rè melius considerata apparet, quod dicta scientia non solùm possibilis, sed etiam facilis sit. Est enim casus conscientiæ innumerabiles sint, & de singulis distinctam habere notitiam multis impossibile sit, non tamen modi peccandi in tanto numero sunt, sed ad paucos, illosque distinctos, & ordinatos reduci possunt. Sicut enim omnia præcepta, ut ait Catec. Rom. cum D. August. ad Decalogum reducuntur: ita omnes modi peccandi ad illud reduci debent. Omnes autem modi peccandi contra decem præcepta, & præcipuè qui principales sunt, circa trigintà constituti possunt: qui numerus non adeo excessivus est. Si quis ergo ita affirmet: Omnia præcepta ad Decalogum reducuntur: Hujus Decalogi decem præcepta sunt, quæ tamen ad octo reduci possunt: Contra unumquodque dictorum octo præceptorum quatuor modis, & non pluribus, nisi paucioribus peccare contingit, unde ad summum trigintà duos modos enumerare continget: Quod si dicti modi colligantur, & recto ordine juxta præcepta distinguantur, & de singulis regulæ propriæ tradantur, quis dicet, quod illos addiscere, vel memoria retinere, aut impossibile, aut nimis difficile sit? Hos igitur omnes modos cum regulis suis ut colligerem, distinguerem, ad ordinem redigerem, summo studio curavi. Sicque collectos, & ordinatos magis diffusè in libro inscripto, (*Compartimento di tutta la Conscienza*) & compendiosè in alio, qui inscribitur (*Memoriale per li Confessori*,) explicare curavi: idque lingua vernacula, ut etiam pœnitentibus deservire. Hoc autem à me ideo factum est, ut scientia de modis peccandi, quæ dicta est, & possibilis, & facilis, vobis non solùm ostendatur, sed etiam exhibeatur. Nunc igitur modos magis communes, & vitatos peccandi contra legem Dei proponam, & ubi in dictis libris de illis agatur annotabo.

Circa itaque primum præceptum Confessarius debet scire.

Primò, De Doctrina Christiana, *id est*, quænam sint ea quæ quilibet Christianus tenetur scire cum obligatione ad mortale, & qua regula cognoscatur, quando ignorantia dictorum mortalis sit. Materia hæc quotidiana est.

De hoc Compar. 1. cap. casu 1.

Secundò. De superstitione, cum regula cognoscendi quando mortale. Materia quotidiana.

De hoc Comp part. 1. cap. 1 casu 5.

Tertiò, De hæresi, de dubiis fidei, de libris hæreticis, de denunciandis suspectis de hæresi, cum regulis.

De hoc Comp. part 1. cap 1. casu 3.

Circa secundum præceptum quilibet Confessarius debet scire tres materias valdè frequentes.

De blasphemia, & verbis contra Deum, &c. cum regulis, & an sit casus reservatus.

De hoc Compar. 1 p. cap 2. casu 6 &c.

De juramento, quid, & quotuplex sit. Qui comites illius. Cum regulis quando mortale sit? An sit casus reservatus, cùm est in judicio. De hoc Compar. 1. p. & cap. 1. casu 11. & part. 2. cap. 7.

De voto, quid, & quotuplex sit. Quibus regulis cognoscatur. Quando mortaliter peccetur contra illud. Quæ causæ excusent ab observantia voti. Quomodo tollatur irritatione, commutatione, dispensatione, & quæ ad ista requirantur.

De hoc Compart. parte 1. capit. 2. cas. 3. 4. 5. & parte 2. pract. 1. capite 8.

Circa tertium præceptum debet scire.

Quæ sint generalia præcepta Ecclesiæ, quando mortaliter peccetur contra illa, quæ causæ excusent ab illorum observatione.

De hoc Comparr. part. 1 capite 3 cas. 3. &c.

De sacramentis Ecclesiæ, quando mortaliter peccetur male administrando, vel suscipiendo. Item de injuriis, & offensis contra res, loca, & personas sacras: Item contra bona Ecclesiastica, vel contra libertatem, immunitatem, & jurisdictionem Ecclesiasticam; cum regulis, quando mortale, & si sit excommunicatio, vel obligatio satisfaciendi. De hoc Comp. part 2. cap. 3. cas. 6. & seq. part. 2. pract 3.

De censuris, & irregularitate. Quid sint. Quomodo pec-

cetur mort. circa illas. Quæ pœnæ transgredienti appositæ & in quibus casibus incurrantur.

De hoc Comp. part. 1. c. 1. cal. 16. &c. & 2. part. pract. 3. c. 7. Mem. conf. c. 1. n. 10. & c. 6. n. 1. &c.

Circa quartum præceptum, quod datur superioribus, & inferioribus, debet sciri, quando excessus amoris, vel timoris inter illos sit mortale. Idem de defectu amoris, *id est*, cum invicem non faciunt, quæ facere debent. Similiter de offensis contra eosdem, cum regula quando adsit circumstantia mutans speciem, relicti est, si filius patrem percutiat. De hoc Comp. part. 1. c. 4. part. 1. pract. 4.

Ad quartum præceptum reducitur status conjugatorum, de quo supra dictum est.

Quintum præceptum habet hunc sensum: Non occidas animam, neque corpus, sive tuum, sive proximi. Ideo circa illud debet sciri, quomodo peccetur: primò, contra animam: secundò, contra corpus suum, & proximorum.

Contra animam proximi peccatur, non faciendo opera misericordiæ spiritualia: ideo debet sciri quando illorum omissio sit mortalis. Item dando illi scandalum: ideo debet cognosci quando est mortale, vel adsit obligatio satisfaciendi: & de hoc ubi infrà.

Contra animam suam peccatur, non faciendo illi dicta opera, & permittendo illi occasionem proximam peccati. Ideo de illis cognitio haberi debet.

Peccata in Spiritum sanctum, quia sunt contra animam, ad hoc præceptum reduci possunt, sed ista raro contingunt.

De his Compar. part. 1. cap. 1. & part. 2. pract. 2.

Contra corpus suum, & proximi peccatur, non faciendo opera misericordiæ corporalia; ideo cognoscendum, quando illarum omissio, sit mortalis. Item inferendo in corpus offensam, quod contingit Primò, *ore*. Secundò, *lingua*. Tertiò, *opere*; Ideo habendæ sunt regulæ, quibus cognoscatur non solùm peccatum, sed etiam obligatio restituendi, pacem petendi, offensam remittendi, cum aliis, quæ debet facere Confessarius cum his qui inimicitias habent.

De his habetur Comp. part. 1. c. 6. & part. 2. pract. 8.

Sextum præceptum prohibet peccata luxuriæ, ideo debet sciri,

Primò, Quomodo peccetur corde, sive desiderio, sive delectatione morosa, cum regula, quando sit mortale. Secundò, quomodo lingua, legendo, loquendo, audiendo, canendo turpia, & inhonesta, cum eadem regula. Tertiò, quomodo sensibus, ut visu, tactu, conversatione, colloquio, & similibus. Quartò, quomodo opere ipso, & in hoc species luxuriæ sunt distinguendæ. Quintò, quomodo quis in hoc peccato det scandalum aliis, vel sibi accipiat occasionem proximam peccandi, cum regula de peccato, & de obligatione satisfaciendi.

De his omnibus Compar. part. 1. c. 6. & part. 2. pract.

Septimum præceptum prohibet peccata circa bona fortunæ.

Modi autem, quibus circa dicta bona peccatur, sunt quatuor. Primus excessus amoris, veluti avaritia. Secundus defectus amoris, ut prodigalitas, vel non impedire iniustum damnum facultatis alterius. Tertius, iniusta offensa, ut furtum, vel rapina. Quartus omissio debitæ satisfactionis, vel restitutionis. De his modis debet haberi cognitio cum regulis, quando adsit peccatum mortale, vel obligatio restituendi.

De his Compar. part. 1. c. 7. & part. 2. pract. 7. Memor. conf. cap. 7.

Octavum præceptum prohibet peccata circa famam.

Quatuor modis peccatur circa illam. Primus est, excessus amoris, ut superbia, vel ambitio. Secundus, defectus amoris, ut non tueri justam famam alterius. Tertiò, offensa, ut detractio, calumniæ, iniuria. Quartò, non satisfacere offensæ jam factæ. De his modis habenda est cognitio cum regulis de peccato mortali, & satisfactione.

De his modis Compar. part. 1. cap. 8. & part. 2. pract. 8.

Nonum præceptum reducitur ad sextum, & decimum ad septimum.

Ad hos modos omnia peccata reduci possunt, saltem quæ magis communia sunt, & de his omnibus summatim in Memoriali, & magis distincte in Compar. dictum est.

De scientia, qua requiritur in Confessario pro examine conscientia. Num. 13.

IN hoc particulari, dum fui examinator, inveni plures Confessarios non recte sentientes, imò graviter errantes. Multi enim solummodo audiebant peccata, quæ à pœnitentibus dicebantur: & illis auditis, passim nullo facto examine absolvebant. Alii de modo examinandi conscientiam pœnitentis nullam penitus peritiam habebant. Nonnulli Confessarii ad hoc examen faciendum non teneri arbitrabantur. In multis quoque Civitatibus competi, ab examinatoribus Confessarios super hoc examine nihil interrogari: Hinc fiebat ut dictum examen, & ignoraretur & omitteretur: illoque omisso, multa indiscussa in confessione repertirentur, quod à recte sentientibus meritò error maximus judicatur. Confessarios igitur teneri ad habendam de illo peritiam, pro certo tenendum est. Quod si quis de hoc dubitet, legat ea quæ in Comp. 2. p. in initio proposita sunt, nempe in instructione pro Confessario. Hanc igitur cognitionem confessarius debet habere, & ideo scire.

Primò, Quid sit conscientia, & hoc explicat Comp. in præf. & Memor. Conf. cap. 3. n. 2.

2. Quid sit latitudo conscientiæ. Quod explicat Compar. in præf. & Memor. conf. cap. 3. n. 4.

3. De modo examinandi latitudinem conscientiæ super decem præceptis juxta statum pœnitentis, ita ut sciat in singulis præceptis judicare de quanam re hic, vel ille debeat interrogari: veluti circa præceptum non furandi, quomodo examinabit servum, filium, agricolam, mercatorem, & ita de aliis: De hoc autem data est theoria, & praxis, in Compar. part. prima & secunda. Item in memoriali, capite tertio.

4. De modo examinandi profunditatem conscientiæ, propter quod debet scire quomodo cognoscatur, an quis habeat usum rationis. Item quomodo ratio consentiat, vel non consentiat peccato, quando quis peccet ex ignorantia, vel infirmitate, vel consuetudine, vel malitia. Item quæ conscientia dicitur cæca vel erronea, vel scrupulosa. Item de causis, & radicibus peccatorum, & aliis hujusmodi.

De quibus in Memor. conf. c. 4. & Compar. parte secunda, præfat. capite tertio. Et hæc de scientia Confessarii dicta sint.

De ratione examinandi ad Confessiones. Num. 14.

Dicto de officio, & de scientia Confessarii, dicendum de examine illius: quatuor autem sunt attingenda.

Primò, de fine examinatorum. Secundò de materia examinis. Tertiò, de modo examinandi. Quartò, de judicio.

Finis examinatorum debet esse investigare an examinandus habeat convenientem scientiam aliorum quatuor quæ dicta sunt, nempe Sacramenti Pœnitentiæ & Matrimonij, modorum peccandi contra legem Dei, & modi examinandi conscientiam pœnitentis. Ad hæc enim quatuor examen est dirigendum.

Materia examinis erunt quatuor iam dicta.

Modus examinandi erit facere opportunas interrogationes supra iam dictas: Et primò examinare de pœnitentia conveniens est, nisi aliud melius judicetur. Non est autem necesse interrogare omnia, quæ de singulis dicta sunt, sed sufficit inquirere de his, quæ magis communia, vel necessaria judicantur: demum in quacumque materia debent fieri interrogationes, donec possit fieri judicium, an interrogatus sciat, vel ignoret materiam illam: facto judicio, ad aliam materiam, si in illa approbetur, transire esse debet, si reprobetur, examen dimitti potest. Qui enim notabiliter ignorat unam ex quatuor dictis materiis, nullatione admittendus esse videtur.

Hinc autem apparet, non rectè facere illos examinatores, qui super una tantum materia, veluti usura, restitutione, aut alia interrogant, & ex illa judicium ferunt de scientia examinati: ad hoc enim ut quis habeat scientiam in confessario requisitam, requisitus ut sciat, quæ dicta sunt; examen autem dictum non indicavit, quod dictorum habeat cognitionem.

Apparet etiam, non rectè fieri, si casus aliqui proponantur, & nulla fiat inquisitio de regulis, quibus peccata dijudicantur. Ut enim confessarius habeat scientiam de peccatis, non satis est, ut naturali judicio sciat casibus respondere: hoc enim multi illiterati faciunt: sed opus est, ut teneat

regulas, & illas sciat casibus applicare: scientia enim confessarii in hoc potissimùm sita est, ut habeat regulas generales, & quod sciat applicationem illarum, ita ut aptus sit transire à regulis ad casus, & ab istis ad illas. Sicut enim aromatarius potest metiri, & ponderare merces, tum libra & ponderibus, tum sine illa, & solo judicio naturali, cùm vtitur libra, cum certitudine judicat: cùm facit sine illa, probabiliter tantùm credit, & potest errare: ita si confessarius velit sine regulis, quæ sunt veluti pondera aromatarii, resolvere casus, probabiliter tantùm, & cum periculo erroris hoc facies. In ordine ergo ad regulas examen fieri debet.

Quod attinet verò ad judicium, quod in examine fieri debet, examinatores rectè facient, si cum tali syllogismo procedant. Ille qui est sufficienter instructus in quatuor iam dictis, potest admitti ad Confessiones. Iste est, vel non est sufficienter instructus in dictis materiis: ergo iste potest, vel non potest ad Confessiones approbari. Maior est clara ex dictis: minor potest fieri evidens ab examine sic. Iste interrogatus super dictis quatuor, non erravit in re notabili, & convenienter ad interrogata dedit responsa: ergo sufficienter instructus est. Vel è contra sic. Iste in tali materia tortes erravit, multa ignoravit, ergo non est instructus: ergo nec admittendus.

De modo studendi ad confessiones accommodato.

Num. 15.

Circa studium Confessariorum quatuor sunt consideranda, finis, materia, libri, & studendi modus.

Finis debet esse addiscere rectè quatuor illa, quæ dicta sunt.

Materia studii Confessariorum debent esse eadem quatuor modò explicata.

De libris determinate magnum negotium est. An multis, an paucis, an istis, vel illis sit studendum, difficile dictu est. Nec brevitas tractationis permittit discussionem: sufficiat itaque dicere hoc, quod si parum quis viget ingenio, & modicum sibi est otium, vel tempus ad studendum, & non habet eruditionem aliàs comparatam, tamen necesse est illi, ut ad confessiones audiendas se præparet, tunc paucis libris vti debet, & illis qui dictas materias

materias breviter colligunt, & resolutivè pertractant, omittendo ea, quæ minus necessaria sunt. Inter hos libros videntur valde ad hoc accommodati illi qui dicti sunt, nempè Doctr. Sacr. Concil. Compart. consc. & Memor. Confess. In his ergo vel similibus magna diligentia videndum. Primò, de Pœnitentia. Secundò, de Matrimonio. Tertiò, de modis peccandi contra legem Dei. Quartò, de modo conscientiam pœnitentis examinandi: in hisque quatuor materiis juxta contenta in illis libris diligenter se exercebit, donec saltem mediocrem illorum obtineat cognitionem. Si verò quis ingenio pollet, & otium, ac tempus habet, poterit in quocumque voluerit libro addiscere, quæ ad dictas materias pertinent; modò tamen nihil de scitu necessariis omittat: sunt autem necessaria, quæ antea dicta sunt. Rectiùs tamen fiet, si doctrina sacri Conc. Trid. & Catech. Rom. de Sacramento Pœnitentiæ, vel ex ipso fonte hauriatur, vel Doctrina dicta ab ipsis collecta accipiatur. Existimo etiam vtilissimum fore, si modus examinandi conscientiam pœnitentis à libris dictis acceptus sit: ibi enim speciali quadam ratione ad praxim accommodata traditus est. Et hæc de examine ad confessiones dicta sufficiant.

De examine ad curam animarum.

Cap. VI.

NVnc de examine ad curam animarum dicendum est. Finis autem illius, ait Conc. Trident. est, ut populis digni, & idonei Ministri præficiantur: Quod autem sit magnæ vtilitatis, ut digni Parochi eligantur, Concil. Trident. ita declarat. Expedit maximè animarum saluti, à dignis, & idoneis parochiis gubernari: Vbi illud verbum Expedit maximè, summum designat gradum vtilitatis. Primò agitur de officio, & scientia Parochi; deinde de illius examine est dicendum. Sess. 14. cap. 18. R.

De officio, & scientia Parochi.

Num. 2.

COncilium Trident. ait ad officium Parochi quatuor pertinegre. Sess. 23. cap. 1. R.

Primò, Sacrificium offerre pro animabus sibi commissis.

Secundò, Ministrare Sacramentum Pœnitentiæ.

Tertiò, Conferre alia Sacramenta, Baptismum, Eucha-

zillium, Matrimonium, Extremam Vnctionem.

Quarto, docere populum ea quæ sunt de necessitate salutis.

Ex his autem, quæ ad illius officium pertinent, manifestè colligitur, quòd talis scientia in illo desideretur, nempe.

Primò, ut sit Sacerdos, & habeat scientiam, quæ tali ordini necessaria est.

2. Vt instructus sit de his, quæ ad audiendas pertinent confessiones.

3. Vt sciat ea, quæ animent ad visum & administrationem aliorum Sacramentorum.

4. Vt apta sit docere Populum ea, quæ scire omnibus necessarium est ad salutem.

Hinc fit, ut examen Parochiorum in tres partes divisum sit. Prima est de examine pro officio Sacerdotis: secunda, pro administratione Sacramentorum: tertia, pro sermone ad populos habendo.

De examine pro officio Sacerdotis.

Num. 3.

Ex Sess. 22. cap. 4.

PRomovendus ad Curam animarum, vel est Sacerdos, vel non est Sacerdos. Si non est, debet fieri illud examen, quod fieret, si deberet ad Sacerdotium promoveri. Cum enim non possit esse Parochus, nisi Sacerdos, & non possit esse Sacerdos, nisi habeat scientiam, tali ordini requisitam, omninò necesse est, ut de dicta scientia examen habeatur. Si verò Sacerdos sit, sufficit ab eo investigare an sciat obligationem, quam habet offerendi Sacrificium Deo pro ovibus sibi commissis, seu suppeditandi officio mediatoris inter Deum & populum sibi datum.

De examine pro administratione Sacramentorum.

Num. 4.

Ex Sess. 23. c. 1. & Sess. 22. c. 4. R.

EXamen pro administratione Sacramentorum dividitur in duas partes. In una fit circa administrationem Sacramenti Pœnitentiæ, & est illud idem quod de Confessariis dictum fuit. In alia fit circa administrationem aliorum Sacramentorum, & in hac secunda parte Conc. Tridentinum, ait ista debere inquiri.

Conc. Trid. Prouinc. 3. in exam. 1ud.

Primò, quæ vniuscujusque sacramentorum materia, quæ forma: ita Catech. & Doctr. de sacram.

2. Quæ eorum efficiens causa, & principalis. Catech. ibid.

3. Quæ causa efficiens instrumentalis, ibid.

4. Quæ causa finalis, ibid.

5. Quæ eorum differentia, ibid.

6. Qui effectus, quive fructus, ibid.

7. An maximè omnium peritiam teneant audiendæ sacræ confessionis.

9. Quos huius generis libros, atque adeo summas habeant.

Ex Sess. 24. c. 4. & Sess. 14. c. 4.

Ratio, cur à Parochis ista debeant quæri, est quia cùm isti debeant conficere Sacramenta, illaque administrare, & populos de illorum bono vsu docere, quæ dicta tanguntur illos cognoscere opus est. Authoritate etiam Conc. Trid. probatur. Si enim vult, quòd promovendi ad Sacerdotium ista sciant, cur non magis Parochos, quorum officium esse administrare Sacramenta Conc. Trid. affirmat.

De examine pro sermone ad populos habendo.

Num. 1.

DVo in hoc examine requiruntur. Primò, inquisitio circa materiam sermonis. Secundò circa modum, & formam illius.

Sess. 5. c. 8.

Conc. Trid. de materia sermonis à Parochis habendi ista proponit.

Sess. 24. c. 4. R.

Primò, Ea quæ scire omnibus necessarium est ad salutem, materiam illius esse debere. De his Catechismus in Symbolo.

Sess. 5. c. 2. R.

2 Legem Dei. Catech. in Decalogo.

3 Virtutes, ac vitia, ibid.

4 Mysteria Sacrificij Missæ. Catech. & Doctr. de Eucharistia.

Sess 22. c. 8.

5 Vim, & vsum Sacramentorum. Cat. & Doct. de Sacramen. in gen.

Sess. 24. c. 7. R.

6. Præmium virtutum, & pœnam vitiorum. Catech. in primum præc.

Sess. 5. c. 2.

Catech. ad quatuor capita reducit ea, quæ à Parochis sunt explicanda, nempe.

In Præfat. Num. 12. seqq.

Primò, Mysteria fidei, quæ in Symbolo sunt contenta. Catech. in Symb.

2 Bonum vsum Sacramentorum, & de ipsis Sacramentis. Catech. Doct. de Sacr.

Ibidem. 3. Observantiam divinæ legis, seu virtutes, & vitia, Catech. in Decal.

Ibidem. 4. Modum orandi. De quo in Oratione Dominicali.

Ibidem. sess. 23. c. 8. R. Quod attinet ad modum docendi, Conc. Trid. in sermone Parochi ista requirit.

Primò, Quod Parochi finis, & intentio sit pascere oves suas divini verbi prædicatione.

Ibidem. sess. 5. c. 2. R. 2. Quod cogitet, ac sciat se teneri ad hoc ex divino præcepto.

3. Quod accommodet se ad captum audientium, *id est*, pro sua, & illorum capacitate loquatur.

4. Quod inutiles quæstiones postponat.

Ibidem. sess. 25. c. 2. R. 5. Ve studeat tali modo loqui, ut in omnium cordibus verba inserat salutaria.

6. Quod sermo sit brevis.

Ibidem. 7. Quod vtatur facilitate sermonis.

Ibidem. 8. Quod pro materia sermonis magis necessaria, & vtiliora eligat.

Ibidem. 9. Quod frequenter hoc officio fungatur, nempe saltem Dominicis diebus, & festis solennibus.

sess. 24. c. 4. R. Ex dictis ergo apparet, quod examinatores possunt reducere quærenda de hoc sermone ad quatuor causas illius: nempe, de intentione, & obligatione Parochi, quod pertinet ad finem & ad efficiens. Deinde de materia, tum de forma, & modo: Circa autem materiam, in qua magis examen debet immorari, sciendum est, quod cùm illa ad quatuor capita Catech. tota reducatur, ut brevius fiat examen, possunt examinatores, cùm interrogabunt Parochum de Sacramentis, & de modis peccandi contra legem Dei, habere animum etiam ad investigandum an sciat dictas materias in sermone accommodare: duo enim capita in illis continentur. Sufficit ergo in materia sermonis attingere aliquid de mysteriis fidei, & de oratione, quæ alia duo capita respiciunt. Ita Parochi ex hoc possunt intelligere quam materiam pro sermone habendo sibi debeant comparare: primò enim de Sacramentis: secundò, de vitiis, & peccatis contra legem, necnon de virtutibus, seu de actibus qui in illa præcipiuntur: tertiò de mysteriis fidei: quartò, de oratione. Duo autem prima quoti-

die Parochi in manibus habent: ideo sufficit illi considerare, quomodo in sermone rectè de illis loquatur, quod difficile non est: loqui enim de contritione, attritione, confessione, odio, superstitione, invidia, juramento, & aliis, non difficile est. In Sacramento etiam ordinariè tria explicari possunt. Primò, quid sint, veluti quid contritio, & similia. Secundò, quæ vis illorum, *id est*, quem effectum producant. Tertiò, quis vsus, veluti quomodo contritio acquirenda, & exercenda. Ita ex Concil. Trid. habetur. De virtutibus quoque, & vitiis ordinariè tria possunt declarari, nempe. Primò, quid sint, veluti quid sit temperantia, & quid intemperantia. Secundò, meritum, & peccatum, veluti quanti meriti sit temperantia, & quando intemperantia peccatum mortale sit. Tertiò, motiva ad sequendam virtutem, & fugiendum peccatum: veluti præmium, & pœna, passio Christi, vtilitas virtutis, damna vitii, mors, & similia. Quoad reliqua verò de mysteriis fidei, & oratione Dominicali, ex Catechismo addiscere possunt quæ ad materiam reducentur, si tria fiant. Primò, explicetur mysterium, vel actus orationis. Secundò, si erga tale mysterium proponatur aliqua virtus exercenda, vel vitium fugiendum. Tertiò, si motiva ad hoc afferantur. Et hæc de examine ad curam animarum dicta sint. Sess. 4. c. 7. R.

De examine ad beneficia.
Cap. V.

PRo constituendo examine ad Beneficia. Primò debet considerari, quale si beneficium. Secundò, quæ scientia requiratur ad illud. Et hinc de examine apparebit.

De quadruplici genere Beneficiorum.
Num. 2.

PRimò, Aliqua beneficia dicuntur simplicia, & sunt ea, quæ non requirunt residentiam personalem, vel non habent annexam aliquam obligationem, vel si habent, veluti quod tot Missæ celebrentur, huic obligationi per aliam personam satisfacere licet. Vt sess. 5. c. 1. R. & sess. 25. cap. 19. R. sess. 6. c. 2. R. & sess. 22. c. 4. R.

2. Aliqua beneficia requirunt residentiam personalem, ita ut beneficiatus per seipsum debeat obligationi, quæ beneficio annexa est, satisfacere, & hæc sunt in duplici differentia. Quædam enim habet annexum aliquem ordinem, vel sa-

crum, vel non sacrum, veluti teneantur canere Epistolam, vel Evangelium, vel in clericali ministerio deservire. Alia habent annexum non ordinem, sed aliquod onus, veluti cantandi, Grammaticam docendi, sacram Scripturam, vel casus conscientiæ legendi, officium pœnitentiarij exercendi. Alia habent annexum utrumque, ut in præbendis Theologalibus ordinarie contingit.

Sess. 24. c. 18. ff. 3. Aliqua habent annexam curam animarum.

Sess. 24. cap. 12. 4. Aliqua habent annexam aliquam dignitatem, veluti Archidiaconatus, vel Archipresbyteratus, vel alia juxta consuetudinem Ecclesiarum; Et hæc est præcipua differentia beneficiorum, quibus aliquando adiungitur, quod sint in Cathedrali, vel Collegiata insigni, vel quod habeant vocem in Capitulo, & similia. Et ex his colligi potest, quid de examine, & scientia statuendum sit.

De examine ad Beneficia.
Num. 3.

Cap. præ. PRimò, Examen ad curam animarum se habet ut dictum est.

Arg. ex sess. 22. c. 4. 2. In examinando ad beneficium simplex requiritur peritia recitandi divinum Officium, ad quod obligatus est, & ex consequenti videtur requiri, ut linguam Latinam intelligat, talem tantum, ut cognoscere possit, quæ in rubricis Breviarij continentur. Debet etiam scire, in quod peccatum, & in quam pœnam satisfaciendi juxta Bullam Pij V. incurrat, si Officium dicere omittat.

Ex Conc. Prov. 5. de extrab.

Sess. 22. c. 4. ff. 3. Ad beneficium habens ordinem annexum, ad minus requiritur eadem scientia, quæ ad ordinem illum opus est, & si esset in Cathedrali, vel haberet vocem in Capitulo, videtur desiderari aliquid amplius.

Ibidem. 4. Ad beneficium habens onus legendi, vel canendi, &c. requiritur scientia, & peritia, quæ ad illud munus obeundum sit necessaria.

Conc. ibid. 5. In beneficio habente annexam dignitatem regula examinandi desumi potest ex cap. 12. Concil. Trid. sess. 22. de Reform.

Sess. 22. c. 4 In his autem omnibus examinatores scire debent quod gravissimo Decreto Conc. Tr. prohibetur, ne sub spe futuræ scientiæ, aut habilitatis aliquis inhabilis ad beneficium cui annexus sit ordo, vel aliud, admittatur. Ita enim sit lo-

quendo de tali provisione; Nec aliis in posterum fiat provisio, nisi ii, qui iam aderant, & exteras habilitates integre habere dignoscantur; alias irrita sit provisio. Et hæc de examine ad beneficia.

De examine ad Conciones. Caput VI.

Conc. Provinc. 5. DUplex est scientia, quæ requiritur in Concionatore. Alia perfecta, alia sufficiens. Perfecta notatur in Concilio Provinciali, & est ut sit versatus in Theologia, tum Scholastica, tum Mystica; In jure Canonum, in Conc. Provin. Diœcesanis, & Generalibus. In Decretis Pontificum. In sacra Scriptura, & expositionibus: In traditionibus Apostolicis, & Ecclesiasticis: In scriptis sanctorum Patrum: In casibus conscientiæ. Sufficiens verò explicatur à Conc. Trident. & Catech. Rom. sicut de Parocho dictum est: Nunc igitur de examine iuxta scientiam sufficientem dicendum est.

Cap. Prælat.

De regula constituendi examen Concionatoris.
Num. 1.

FInis ob quem examen Concionatorum est introductum, optima regula est ad determinandum, quale examen illorum faciendum sit. Habetur autem ex Concilio Trident. quod ob triplicem finem est introductum. Et primus est, ne errores in doctrina disseminentur, & hoc manifestè declarat in sess. 5. cap. 2. de Refor. Secundus est, ut doceantur, quæ debent doceri, & ob hunc finem examen fieri de scientia Sacerdotis ad populos docendos, Concilium ait sess. 23. cap. 14. Tertius finis est ut modus Concionandi sit cum fructu, & ædificatione populorum, hoc in sess. 5. cap. 2. statuit, ut fiat examen non solùm circa doctrinam, sed etiam quoad vitam, & mores Concionatorum, ac iudicetur an cum pietate munus suum sint exercituri. Ex quo manifestè sequitur circa tria examen esse debere.

Primò, circa ea in quibus Concionator, habita ratione temporis, & loci, posset errare.

2. Circa ea, quæ Concionator debet docere.

3. Circa modum docendi.

De examine circa ea in quibus possit errari.

Num. 3.

Conc. Prou. vinc. 5.

QVia his temporibus multæ hæreses suscitatæ sunt, quas sacrum Concil. Trid. damnavit, & veritates illis contrarias determinavit, à cujus determinatione Concionator deviare non debet, meritò Concil. Prou. statuit, vt de sequentibus Concionatores interrogentur, vtpotè à Concil. Trid. determinatis.

Primò, de Canone sacræ Scripturæ, sess. 4. cap. 1.

2. De peccato originali, sess. 5. cap. 1.

3. De justificatione, sess. 6. per totam.

4. De Sacramentis, sess. 7. per totam.

5. De Sacrificio Missæ generatim, sess. 22. ex magna parte.

6. De Purgatorio, sess. 25. in initio, cap. 1.

7. De invocatione, & veneratione Sanctorum, sess. 25. cap. 2. in initio.

8. De sacris Reliquiis, ibid.

9. De imaginibus Sanctorum, ibid.

10. De Indulgentiis, sess. 25. in fine, id est, continuatio sess. cap. 1.

11. De potestate, & authoritate Papæ, sess. 24. cap. 7. & sess. 25. in fine.

Hæc & similia, veluti de Ecclesia, de membris illius, vivis, mortuis, & abscissis. De capite Ecclesiæ visibili & invisibili. De communione Sanctorum. De thesauro Ecclesiæ. De primatu Romanæ Ecclesiæ, & aliis, inquirenda esse videntur.

De examine circa ea, quæ debent doceri.

Num. 4.

Ex sess. 4. c. 2. ibid. & sess. 5. c. 1. & 2. R.

PRimò, quid sit Evangelium: Hoc enim illis est explicandum, sess. 5. cap. 1.

2. Qui, & quot sint libri S. Scripturæ, & quomodo differant. In his enim explicatio Evangelii potissimùm est. D. Th. part. 2. q. 1. art. 10.

Ex sess. 5. cap. 2. Ex sess. 5. cap. 2. &.

3. Quænam sint ea, quæ quilibet fidelis teneatur scire. Talia enim omninò docere debent (per Catechism. in Symbol.)

4. De peccato originali, & actuali, & de pœnis, ac damnis illorum. A peccato enim retrahere debet fideles, munus con-

cionatoris est, Conc. Trid. sess. 5.

5. De remedio peccati, seu de merito, vita, passione *Ex 13. Ibid.* Christi, & illius applicatione. Ad hoc enim remedium adhibendum inducere fideles, Concionatoris est. Conc. Trid. sess. 5. & 6.

6. De conversione peccatoris: Quomodo fiat, hanc *Ibidem.* enim concionator prætendere debet, sess. 6. cap. 6.

7. De justificatione illius, quomodo fiat: hæc enim *Ibidem.* perfectio est conversionis, sess. 6. cap. 7.

8. De gratia & libero arbitrio. Moraliter enim de his loqui debet, declarando quid à Deo petendum, & quid à nobis faciendum, sess. 6. multis in locis *Ibidem.*

9. De Sacramentis, & illorum vi, effectu, & usu, sunt enim media constitæ salutis, sess. 7. *Ibidem.*

10. De contritione. Ad illam enim concionator inducere debet, sess. 14. cap. 4. *Ibidem.*

11. De virtutibus, tum Theologicis, tum moralibus, & illarum præmio. Conc. Trid. ait sess. 5. c. 2. ista docere debere. Catech. in Decalog.

12. De vitiis, & illorum pœna. De hoc Catech. in Decalogo. *Ibidem.*

13. De mysteriis fidei, seu de his, quæ omnes fideles scire debent. Catech. in Symb. *Ibidem.*

14. De præceptis Dei, & Ecclesiæ, & de obligatione illa obediendi. Concil. sess. 6. cap. 11. & cap. 20. & Catech. in Decalogo. *Ibidem.*

15. De merito, & de differentia operum quæ dicuntur mortua, mortifera, mortificata, & viva; populi enim sunt ditti gendi ad meritum vitæ æternæ. *Ibidem.*

De hoc sess. 6. cap. 15. 16. Doct. de just. cap. 4.

Super his, & similibus debet fieri examen, ut cognoscatur, an aptus sit docere ea, de quibus fideles sunt erudiendi. Habetur ex Concilio docente necessaria ad salutem debere explicari.

De examine circa modum concionandi.

Num. 5.

Ex sess. 5. c. 2. R. & ex Conc. Prou. habetur

VT cognoscatur de modo concionandi, super quatuor causas præfationis aliquid debet interrogari: ita *S. sess. 24. c. 4. R. & 17. R.*

Primò igitur potest quæri de fide & intentione concio- *alibi.*

De examine circa ea in quibus possit errari.

Num. 3.

Conc. Prou. vinc. 5.

QVia his temporibus multæ hæreses suscitatæ sunt, quas sacrum Concil. Trid. damnavit, & veritates illis contrarias determinavit, à cujus determinatione Concionator deviare non debet, meritò Concil. Prou. statuit, vt de sequentibus Concionatores interrogentur, vtpotè à Concil. Trid. determinatis.

Primò, de Canone sacræ Scripturæ, sess. 4. cap. 1.

2. De peccato originali, sess. 5. cap. 1.

3. De justificatione, sess. 6. per totam.

4. De Sacramentis, sess. 7. per totam.

5. De Sacrificio Missæ generatim, sess. 22. ex magna parte.

6. De Purgatorio, sess. 25. in initio, cap. 1.

7. De invocatione, & veneratione Sanctorum, sess. 25. cap. 2. in initio.

8. De sacris Reliquiis, ibid.

9. De imaginibus Sanctorum, ibid.

10. De Indulgentiis, sess. 25. in fine, id est, continuatio sess. cap. 1.

11. De potestate, & authoritate Papæ, sess. 24. cap. 7. & sess. 25. in fine.

Hæc & similia, veluti de Ecclesia, de membris illius, vivis, mortuis, & abscissis. De capite Ecclesiæ visibili & invisibili. De communione Sanctorum. De thesauro Ecclesiæ. De primatu Romanæ Ecclesiæ, & aliis, inquirenda esse videntur.

De examine circa ea, quæ debent doceri.

Num. 4.

Ex sess. 4. c. 2. ibid. & sess. 5. c. 1. & 2. R.

PRimò, quid sit Evangelium: Hoc enim illis est explicandum, sess. 5. cap. 1.

2. Qui, & quot sint libri S. Scripturæ, & quomodo differant. In his enim explicatio Evangelii potissimùm est. D. Th. part. 2. q. 1. art. 10.

Ex sess. 5. cap. 2. Ex sess. 5. cap. 2. &.

3. Quænam sint ea, quæ quilibet fidelis teneatur scire. Talia enim omninò docere debent (per Catechism. in Symbol.)

4. De peccato originali, & actuali, & de pœnis, ac damnis illorum. A peccato enim retrahere debet fideles, munus con-

cionatoris est, Conc. Trid. sess. 5.

5. De remedio peccati, seu de merito, vita, passione *Ex 13. Ibid.* Christi, & illius applicatione. Ad hoc enim remedium adhibendum inducere fideles, Concionatoris est. Conc. Trid. sess. 5. & 6.

6. De conversione peccatoris: Quomodo fiat, hanc *Ibidem.* enim concionator prætendere debet, sess. 6. cap. 6.

7. De justificatione illius, quomodo fiat: hæc enim *Ibidem.* perfectio est conversionis, sess. 6. cap. 7.

8. De gratia & libero arbitrio. Moraliter enim de his loqui debet, declarando quid à Deo petendum, & quid à nobis faciendum, sess. 6. multis in locis *Ibidem.*

9. De Sacramentis, & illorum vi, effectu, & usu, sunt enim media constitæ salutis, sess. 7. *Ibidem.*

10. De contritione. Ad illam enim concionator inducere debet, sess. 14. cap. 4. *Ibidem.*

11. De virtutibus, tum Theologicis, tum moralibus, & illarum præmio. Conc. Trid. ait sess. 5. c. 2. ista docere debere. Catech. in Decalog.

12. De vitiis, & illorum pœna. De hoc Catech. in Decalogo. *Ibidem.*

13. De mysteriis fidei, seu de his, quæ omnes fideles scire debent. Catech. in Symb. *Ibidem.*

14. De præceptis Dei, & Ecclesiæ, & de obligatione illa obediendi. Concil. sess. 6. cap. 11. & cap. 20. & Catech. in Decalogo. *Ibidem.*

15. De merito, & de differentia operum quæ dicuntur mortua, mortifera, mortificata, & viva; populi enim sunt ditti gendi ad meritum vitæ æternæ. *Ibidem.*

De hoc sess. 6. cap. 15. 16. Doct. de just. cap. 4.

Super his, & similibus debet fieri examen, ut cognoscatur, an aptus sit docere ea, de quibus fideles sunt erudiendi. Habetur ex Concilio docente necessaria ad salutem debere explicari.

De examine circa modum concionandi.

Num. 5.

Ex sess. 5. c. 2. R. & ex Conc. Prou. habetur

VT cognoscatur de modo concionandi, super quatuor causas præfationis aliquid debet interrogari: ita *S. sess. 24. c. 4. R. & 17. R.*

Primò igitur potest quæri de fide & intentione concio- *alibi.*

parochi est inquisitio de scientia in parocho requisita, & dicta scientia requiritur in parocho: ergo debet fieri examen de illa. Hoc autem in multis aliis intelligi debet.

Quartò notandum, quod in singulis examinibus tria possunt, ut dictum est, considerari: primò, institutio examinis: secundò, conclusiones generales: tertiò, ampliatio, & extensio conclusionum. Et modò intentio est probare, quod hæc tria in sacro Concilio Tridentino fundata sunt. Primò igitur de examine ad ordines hoc præstatur.

Quomodo ad ordines hic propositum in S. Conc. Trident. fundatum sit. Num. 1.

QVod institutio huius examinis sit à Conc. Tr. apertè habetur sess. 23. c. 11. &c.

Quatuor conclusiones generales propositæ sunt.

Sess. 24. c. 4. 11. 13. R. Prima est hæc: initiandi ad primam Tonsuram, sciant legere & scribere: Ad minores intelligant saltem linguam Latinam; Ad maiores literis Latinis sint instructi. Est apertè Concilij.

Sess. 13. c. 11. R. Secunda est: Promovendi ad Ordines, qui infra Sacerdotium sunt, debent ita examinari, ut cognoscatur, an spes sit scientiæ, quod ad vlteriores, & maiores Ordines valeant promoveri. Est aperta in Concilio quoad minores: quo verò ad Subdiaconum, & Diaconum, ad mentem Concilij debeat transferri, ipsamet verba declarant; loquitur enim in plurali ad maiores, qui tres sunt: Demum si in minoribus debet esse spes, ut possint ad Sacerdotium ascendere, cur non magis in Subdiacono, & Diacono.

Hanc conclusionem Conc. Trid. non extendit: Extenditur autem, ut exactiùs de doctrina Christiana interrogentur. Ab aliqua enim re debet desumi iudicium dictæ scientiæ. Igitur vel circa literas Latinas: ut hoc Concilium iam determinavit, nec aliud de hoc repetere opus erat; vel circa literas Ecclesiasticas, & quid mitius dici poterat, quàm ut de doctrina Christiana interrogentur. Si Concil. hoc requirit in prima Tonsura, & quid amplius, ut in minoribus: ergo exactiùs vult in Doctrina Christiana

interrogari.

Quod si in minoribus locum habet, multò magis in Subdiacono, & Diacono. Quid igitur magis esse videtur ad mentem Concilii Trid. quàm ut in maiori gradu, & ordine maior cognitio doctrinæ Christianæ, nempe illius, quæ à Catechismo tradita est, requiratur? Hanc enim doctrinam aliqui compendiosè, alii magis diffusè addiscere possunt.

Tertia conclusio est: Quilibet promovendus debet esse instructus in iis quæ ad ordinem exercendum pertinent. Sess. 13. c. 23. R. Hæc de Subdiacono, & Diacono apertè habentur in Concilio: Quod etiam de aliis intelligi debeat, & ratio suadet, & Concilium declarat. Præcipit enim ut omnes se exerceant in minoribus susceptis: ergo vult ut omnes sint instructi officio, & functionibus suis. Hac autem re quid rationabilius esse potest.

Hæc conclusio extenditur, ut cognoscantur omnia, quæ pertinent ad quatuor causas illius functionis, quæ est exercenda: *id est*, ut cognoscatur, quæ sit materia illius, quæ forma, sive modus illam producendi. Quæ in Ministro requirantur, ut dignè exerceat illam. Quem habeat finem illa actio, & quæ intentio in Ministro requiratur. Exemplum functionis Subdiaconi est legere Epistolam: sic debet esse instructus de his quæ ad hanc functionem rectè exercendam pertinent, necesse est, ut sciat, quæ materia talis actionis, quis finis, quis modus legendi aut canendi, quæ in ipso ad hoc requirantur, ut rectè ministret. Igitur potest interrogari de vestibus, & illarum significatione, de his quæ impediunt exercitium huius functionis. An peccatum mortale, an cultura, & irregularitas. Ad quid legatur Epistola, an ad instructionem corporis mystici Christi, *id est* Ecclesiæ, & similia. Probatur, quod extensio sit ad mentem Concilii. Nihil magis pertinet ad aliquam actionem producendam, quàm causæ illius, ut Philosophi dicunt: ergo si Concilium vult ut sciantur ea, quæ pertinent ad exercendas functiones ordinis, omninò vult, ut sciantur ea, quæ ad quatuor illius causas pertinebunt. Sess. 13. c. 1. Arg. ibid. Sess. 13. c. 13. R.

Quarta conclusio est: Promovendus debet scire omnia quæ ad rectam susceptionem Ordinis sunt pertinentia. Hæc fundatur in Concilio: Ait enim sess. 13. capite 7.

APPENDIX
AD PROBANDVM

Quod examen hic propositum, in sacro Concilio Trid. & Catech. Rom. fundatum sit.

INEXPLICABILE est, quantæ sit vtilitatis in Ecclesia Dei, si in singulis Civitatibus examen rectè sit constitutum. Impossibile est autem, vt rectè constituatur, nisi Episcopi, & Examinatores, in quorum manibus positum est, de recta illius ratione persuadeantur. Et quia aliqui sunt, qui examen à Conc. Provinc. Mediol. propositum nimis exquisitum, & rigorosum judicant: nec in Concilio Tridentino aut Catechismo Romano fundatum putant; unde fit, quod magnam partem illarum interrogationum, quæ ab ipso proponuntur, omittant; & cum aliquid ad examen pertinens illius authoritate confirmatur, sibi parum persuaderi patiuntur. Existimavi maximè expedire, ut clariùs & fusiùs probetur, ac declaretur, quomodo examen hic propositum, non solùm super Conciliis Provincialibus, sed etiam super Sacro Concilio Tridentino firmatum sit: Antea verò aliqua sunt explicanda.

Ex Cath. in Præf. num. 7.

Et primum est, quod tam magnæ Concilij generalis, ut Trident. dignitati non conveniebat ut notam contexeret earum interrogationum, quæ ab Examinatoribus essent

habendæ: Graviora enim tantum, ait Catech. Roman. in Conciliis Generalibus, & præcipuè Tridentino, proposita sunt.

Secundò sciendum est, quod in examine tria consideratur: primò quidem illius institutio, veluti à quo, & quare sit institutum: secundò quædam conclusiones generales, à quibus instituti examinis ratio desumenda sit. Et hæc duo ad Concilium generale quadam ratione pertinere videntur: Tertium est extensio, & ampliatio illarum conclusionum generalium, ita ut explicetur distinctè, quid in illis virtualiter sit contentum, & hoc in Concilio generali præstare conveniens non erat. In Catechismo autem, & in Concilio Provinciali, rectè admodum fieri debuit; ita tamen, ut dictæ extensiones, & ampliationes in Concilio Tridentino fundamentum haberent, & rationem.

Arg. sess. 32. c. 4. 1. 12. 13. R. & Sess. 22. c. 4. 6. R.

Tertium est, quod extensio conclusionum, & ratio examinis, ad hoc ut dicantur fundari super doctrina Concilij Tridentini, non est necesse, quod fundetur super his tantùm, quæ Concilium de ipsomet examine expressè dicit; sed sufficit etiam, si firmetur super his, quæ docet: non quidem de examine, sed tamen ad examen pertinent, & ad examen rectè transferri possunt. Quod ut rectiùs intelligatur, repetendum est quod suprà dictum fuit. Hæc quatuor inter se adæquatè convenire, nempe primò, gradus, vel ordo; secundò functiones; tertiò, scientia; quartò, examen: qualis enim ordo, talis functio: qualis functio, talis scientia: qualis scientia, tale examen. Quidquid ergo dicitur de vno horum, omninò ad aliud transferri potest. Vnde si Concil. aliquid dicat de gradu, vel de actione, vel de scientia, omninò de examine idem intelligere opus erit. Sit exemplum: Conc. Trident. statuit, quod parochi doceant ea, quæ scire omnibus necessarium est ad salutem. Hic loquitur de functione parochi, de scientia verò, & examine nihil dicit. Si itaque ego affirmem, parochum debere examinari super his, quæ necessariò debet docere, & asseram meum dictum in Concil. Trident. fundari, verum dicam; si enim debet facere, ergo scire; nemo enim rectè facit, quod ignorat: si tenetur scire, ergo de his debet examinari; si enim examen

Arg. sess. 22. c. 4. & sess. 13. c. 13. & c. 14. R.

natoris: nempe quem finem sibi proposuerit in concionando. An conciones accommodaverit ad captum audientium? An intendat tantùm docere intellectum, vel etiam movere voluntatem. Demùm quid in tota sua prædicatione facere intendat.

Ex Conc. Prou. 5.

Ibidem. 2. Circa materiam: An explicet Evangelium, an de virtutibus, & vitiis loquatur. An illas laudet, ista reprehendat, & in qua parte, vel in prima, vel in secunda. An doctrinam scholasticam, vel moralem proponat. Item ubi, & qua ratione doceat mysteria fidei, quæ ab omnibus sciri debent.

Ibidem. 3. Circa formam, & modum concionandi, veluti quibus motivis, vel locis vtatur, ut auditorum animos excitet ad Dei amorem, vel ad cœlestis Patriæ desiderium, vel ad virtutum studium, vel ad detestationem, vel contritionem peccatorum, vel ad fugam vitiorum: quomodo sciat vti memoria extremorum, mortis, judicii, inferni, Paradisi, ad has affectiones inducendas. Quomodo item exemplo vitæ, & passionis Christi, & Sanctissimæ Virginis, & aliorum Sanctorum ad idem. Quomodo item incipiat, sequatur, & terminet concionem. Quomodo totam Concionem ordinet, atque disponat.

Quartò circa efficiens, velut an remissè, vel nimia agitatione concionetur? An bene pronunciet? An dilucidè, distinctèque narret. An in tota concione pro cujusque rei, de qua agit, ratione, cum decore, & congruentia agat? An affectuosè loquatur, & accommodatè ad animos excitandos. Et hæc de examine ad Conciones.

Conclusio de vsu hujus Opusculi.

PRo conclusione dictorum de examine dicendum aliquid de vsu huius Opusculi. Talis ergo erit Promovendus: primò considerabit, ad quid debeat promoveri: secundò inveniet caput in hoc Opusculo, vbi agitur de examine ad illud munus, ibique notabit, quæ scientia ad illud requiratur; tertiò, de scientia, de libris, & studio cogitabit; inspiciat autem quænam sit sua capacitas, & habilitas, an ad multa, vel ad pauca addiscenda: Item an longum, vel breve tempus, an multum, vel parum otii illi concessum sit: & si inveniat tenue ingenium, & tempus

breve esse, statuet librum accipere, in quo necessaria scientia cum brevitate, facilitate, & ordine collecta sit, illique studium diligens & assiduum adhibebit.

Quod si per studium contingat omnem illius scientiam obtinere, poterit ad majores libros se conferre, ut ampliet doctrinam jam acquisitam. Si verò ingenium sit excellens, & tempus longum, libris qui fusiùs illam scientiam tractant, studendum erit; & tamen ex parte libris, qui collectam scientiam tradunt, operam dare vtilissimum est. Concil. item Tridentino, & Catechismo Romano studere optimum erit. Demùm admonendi sunt Lectores, quod aliud est videre scientiam in libro, aliud in mente illam collocare: sicut aliud est videre aquam in fonte, aliud illam vase, & ore haurire, & in ventre reponere. Qui studet ergo, debet curare, vt scientiam in libro scriptam hauriat ex illo, & in sua mente reponat. Hoc dictum sit, quia plurimos observavi non approbatos in examine, quia multa quidem legerant, pauca autem addiscerant. Ideo maximè expediet studentibus dare illud monitum Divi Thomæ: Non multa, sed multum. Hæc de examine dicta sufficiant.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Non decet ad sacras vilas actiones accedere, nisi sanctè: & in festione vigilia aquata, cap. 7. ordinat, & præcipit ut teculares, cùm suscepturi sunt Sacramenta, eruditur de iis quæ ad digna susceptionem disponunt: ideo vult, ut explicetur vis, & vtus illorum Sacramentorum: ergo talem cognitionem in regularibus desiderat, manifestum omnino est, quod multo magis in promovendis hoc debet requiri. In hac enim promotione Concilium magnam requirit præparationem, ideo statuit examina ordinum, interstitia, examen de vita, & moribus, & hæreticis. Demum in ordinandis maior scientia & probitas desiderarur.

Sess. 23. c. 7. & 4. 7.
Ref. sess. 22. c. 1. & 8.
Ref. sess. 23. c. 18. R.

Extenso quoque hujus conclusionis à Concilio accipi potest: ait enim, fideles de si, & vtu Sacramentorum docentur. Ait, Clerici qui in Seminario eruditur, de ritibus, & cæremoniis Ecclesiasticis instruantur. Ait, ritibus & cæremoniis elevati menres fidelium in altissimarum rerum contemplationem, & vult à Parochis explicari, & de hoc multa in Catechis. Ergo apparet ex Concilio, quod promovendi debent scire: Quæ sit materia, & forma ordinis suscipiendi: Quæ illarum significatio, Quæ vis, Quis effectus, Quid gratia, Quid character, & qualis. Hæc enim omnia ad naturam, & vim Sacramenti pertinent. Similiter quæ munditia, & probitas, & devotio, & intentio, & finis, & præparatio in promovendo requiratur. Item vestium qualitas & significatio. Item quæ cæremoniæ in collatione ordinis adhibeantur, & quid significent. Item, quæ impediant susceptionem gratiæ, & characteris. An peccatum mortale. An censuræ, & similia. Hæc enim ad bonum rium, *idest*, bonam susceptionem ordinis pertinere dubium non est.

Cùm itaque ex his quatuor conclusionibus ita extensis nota eorum accipiatur, de quibus examinandi ad ordines debent interrogari, & ipsæ conclusiones cum suis extensionibus in Concilio Tridentino fundatæ sint, manifestum erit, quod examen hic propositum de ordinibus, in sacro Conc. Trident. fundatum sit.

Quomodo

Quomodo examen ad Confessiones à Concilio Tridentino acceptum habeatur.

Num. 3.

DE institutione hujus examinis aperte habetur sess. 23. cap. 15.

Conclusiones generales quatuor sunt.

Prima est, Confessarius tenetur scire omnia, quæ pertinent ad rectam administrationem Sacramenti Pœnitentiæ, & de illis debet examinari. Habetur ex Concilio ubi loquitur de Sacerdote, qui debet ministrare hoc Sacramentum, ut sess. 14. cap. quinto, & sexto. Ait etiam in sess. 23. cap. 14. quod Sacerdos examinetur circa administrationem Sacramentorum hac de causa, quia illa debet administrare: ergo sequitur tale examen à Concil. in confessore requirithic enim Sacramenti Pœnitentiæ ab illo dicitur esse minister.

Hæc quoque conclusio debet extendi ad quatuor causas Pœnitentiæ, ut facit Concilium Provinciale, sicuti dictum est suprà: quia administratio cujuscumque Sacramenti in eo posita est, ut quatuor causæ rectè adhibeantur: ideo dicitur, tria esse de necessitate Sacramenti, materia, forma, & interitio ministri: & hoc tertium illo verbo, *interitio*, explicat finem illo, *ministri*, efficientem, extensio igitur ad mentem Concilij esse dicitur, quæ à Concilio Provinciali tradita est.

Secunda conclusio est, Confessarius debet scire impedimenta Matrimonij tum non dirimentia, in quibus potest committi peccatum mortale; tum dirimentia percipue, quæ magis frequentia sunt. Hæc ex Concilio deducitur. Ait enim, Confessarios teneri cognoscere causam pœnitentis, & scire, quæ sint peccata mortalia, & circumstantiæ, & occasiones illorum: & debet discernere quando opus sit absolvere, vel ligare: Cùm itaque circa dicta impedimenta sint speciales difficultates; & sæpe respectu illorum opus est non solvere, sed ligare, & plurimi in statu Matrimoniali viuant; & sæpissimè circa dicta impedimenta peccetur, & detur occasio peccandi: ad mentem Concilij esse videtur (ut communiter Examinatores judicant) quod Confessarius talia debeat scire.

Sess. 14. c. 5.

Ibidem, Tertia erit, Confessarius tenetur scire omnes modos magis ordinarios peccandi contra præcepta Dei,& Ecclesiæ, cum regulis cognoscendi, quando in illis sit culpa mortalis, vel circumstantia mutans speciem, vel censura, vel reservatio,vel obligatio restituendi.Fundatur in Concilio : Ait enim, Confessarius sit judex, & in Pœnitentiæ Sacramento sententiam ferat. Et hæc sententia debet esse justa, & Confessarius non potest dare sententiam justam nisi cognoscat causam pœnitentis:*id est*,omnia peccata,& circumstantias mutantes speciem, quæ mortalia sint, & hoc non solùm in genere,sed etiam in specie. At hæc non potest cognoscere,nisi prius dictorum modorum, & regularum notitiam teneat : ergo ad mentem Concilij talem cognitionem debet habere.

Ibidem, Quarta conclusio est magni momenti,nempè hæc:Confessarius tenetur scire examinare tum latitudinem, tum profunditatem conscientiæ pœnitentis : fundatur in Concilio ; Ait enim, Confessarius tenetur cognoscere causam pœnitentis, sed cognoscere hanc causam est cognoscere latitudinem, & profunditatem conscientiæ illius quoad peccata mortalia,& circumstantias, & numerum : sæpissimè autem Confessarius non potest ista cognoscere, nisi examinem si ergo tenetur cognoscere causam,& non potest sæpè illam cognoscere sine examine, sicut nec Medicus infirmitatem ægroti, nec judex delicta rei sine examine cognoscere valent:tenebitur omnino scire examinare totam conscientiam pœnitentis, & hoc ad mentem Concilij.Ergo totum examen Confessarij in authoritate Concilij fundatum est.

Quomodo examen ad Curam animarum à Concilio desumptum sit ?
Num. 4.

Sess.13.ca. 1.R. INstitutio hujus examinis habetur in Concilio sess. 24. cap.18.

Conclusiones genetales quatuor sunt.

Prima est : Promovendus ad Curam animarum, si non est Sacerdos, tenetur habere illam scientiam, quæ in Sacerdote necessaria est : si est Sacerdos, tenetur scire obligationem quam habet offerendi Sacrificium pro animabus suæ curæ commissis. Hæc conclusio fundatur in Con-

cilio. Ait enim parochum debere Sacerdotis officium exercere;ergo tenetur esse Sacerdos, & habere scientiam illi necessariam : præcipuè cùm Concilium dicat sessione vigesima secunda,cap.4. quòd nulli beneficium conferatur, nisi habeat integrè habilitates,quæ ad onera illius requiruntur.

Secunda conclusio est. Parochus debet examinari super *Ibidem.* his,de quibus quæritur à Confessario. Est Concilij quod ait parochum esse Ministrum pœnitentiæ ovibus suis:ergo illam scientiam tenetur habere, quæ in Confessario necessaria est.

Tertia est. Debet examinari super administratione Sa- *Ibidem, sess.24.c.* eramentorum. Est Concilij dicentis Parochum illa administrare,& populos docere de vi,& usu illorum,ideo tene- *7. R.* tur scire naturam, vim, & usum Sacramentorum,sicut requirit Cone. Prov.

Quarta conclusio est. Examen debet fieri super iis, quæ scire omnibus necessarium est ad salutem : Est Concilij di- *sess.5.c.1.* centis,talia à parocho explicari debere. Totum igitur exa- *R.* men Parochi in Concilio fundatum est.

Quomodo examen ad beneficia à Concilio desumptum sit. Num. 5.

DE institutione hujus examinis habetur in Concilio sess. 22. cap.4.

Conclusio unica est talis. In beneficijs debet considerari, an habeant annexum vel ordinem,vel aliquod munus, vel dignitatem;& si habent,examen juxta scientiam requisitam in ordine,vel munere, vel dignitate fieri debet.Hæc conclusio expressè habetur in Concilio sess. 22. cap.4. & sess. 24. cap.12.

De examine Concionatorum.
Num. 6.

INstitutum est sess.5. cap. 2.& de illo tres sunt conclusiones.

Prima est, Concionator debet examinari super iis, in quibus potest errare; patet ex fine examinis proposito à Concilio sess.5. cap.2. errenditur, ut fiat de dogmatibus à Conc. Trid. determinatis, ratio fundatur in Concilio, à quo judicatum est opus esse, talia, ne erretur, determinare.

Ibidem, Tertia erit, Confessarius tenetur scire omnes modos magis ordinarios peccandi contra præcepta Dei,& Ecclesiæ, cum regulis cognoscendi, quando in illis sit culpa mortalis, vel circumstantia mutans speciem, vel censura, vel reservatio,vel obligatio restituendi.Fundatur in Concilio : Ait enim, Confessarius sit judex, & in Pœnitentiæ Sacramento sententiam ferat. Et hæc sententia debet esse justa, & Confessarius non potest dare sententiam justam nisi cognoscat causam pœnitentis:*id est*,omnia peccata,& circumstantias mutantes speciem, quæ mortalia sint, & hoc non solùm in genere,sed etiam in specie. At hæc non potest cognoscere,nisi prius dictorum modorum, & regularum notitiam teneat : ergo ad mentem Concilij talem cognitionem debet habere.

Ibidem, Quarta conclusio est magni momenti,nempè hæc:Confessarius tenetur scire examinare tum latitudinem, tum profunditatem conscientiæ pœnitentis : fundatur in Concilio ; Ait enim, Confessarius tenetur cognoscere causam pœnitentis, sed cognoscere hanc causam est cognoscere latitudinem, & profunditatem conscientiæ illius quoad peccata mortalia,& circumstantias, & numerum : sæpissimè autem Confessarius non potest ista cognoscere, nisi examinem si ergo tenetur cognoscere causam,& non potest sæpè illam cognoscere sine examine, sicut nec Medicus infirmitatem ægroti, nec judex delicta rei sine examine cognoscere valent:tenebitur omnino scire examinare totam conscientiam pœnitentis, & hoc ad mentem Concilij.Ergo totum examen Confessarij in authoritate Concilij fundatum est.

Quomodo examen ad Curam animarum à Concilio desumptum sit ?
Num. 4.

Sess.13.ca. 1.R. INstitutio hujus examinis habetur in Concilio sess. 24. cap.18.

Conclusiones genetales quatuor sunt.

Prima est : Promovendus ad Curam animarum, si non est Sacerdos, tenetur habere illam scientiam, quæ in Sacerdote necessaria est : si est Sacerdos, tenetur scire obligationem quam habet offerendi Sacrificium pro animabus suæ curæ commissis. Hæc conclusio fundatur in Con-

cilio. Ait enim parochum debere Sacerdotis officium exercere;ergo tenetur esse Sacerdos, & habere scientiam illi necessariam : præcipuè cùm Concilium dicat sessione vigesima secunda,cap.4. quòd nulli beneficium conferatur, nisi habeat integrè habilitates,quæ ad onera illius requiruntur.

Secunda conclusio est. Parochus debet examinari super *Ibidem.* his,de quibus quæritur à Confessario. Est Concilij quod ait parochum esse Ministrum pœnitentiæ ovibus suis:ergo illam scientiam tenetur habere, quæ in Confessario necessaria est.

Tertia est. Debet examinari super administratione Sa- *Ibidem, sess.24.c.* eramentorum. Est Concilij dicentis Parochum illa administrare,& populos docere de vi,& usu illorum,ideo tene- *7. R.* tur scire naturam, vim, & usum Sacramentorum,sicut requirit Cone. Prov.

Quarta conclusio est. Examen debet fieri super iis, quæ scire omnibus necessarium est ad salutem : Est Concilij di- *sess.5.c.1.* centis,talia à parocho explicari debere. Totum igitur exa- *R.* men Parochi in Concilio fundatum est.

Quomodo examen ad beneficia à Concilio desumptum sit. Num. 5.

DE institutione hujus examinis habetur in Concilio sess. 22. cap.4.

Conclusio unica est talis. In beneficijs debet considerari, an habeant annexum vel ordinem,vel aliquod munus, vel dignitatem;& si habent,examen juxta scientiam requisitam in ordine,vel munere, vel dignitate fieri debet.Hæc conclusio expressè habetur in Concilio sess. 22. cap.4. & sess. 24. cap.12.

De examine Concionatorum.
Num. 6.

INstitutum est sess.5. cap. 2.& de illo tres sunt conclusiones.

Prima est, Concionator debet examinari super iis, in quibus potest errare; patet ex fine examinis proposito à Concilio sess.5. cap.2. errenditur, ut fiat de dogmatibus à Conc. Trid. determinatis, ratio fundatur in Concilio, à quo judicatum est opus esse, talia, ne erretur, determinare.

tam spiritualia, quàm corporalia, tam præsentia, quàm futura, tam nostra, quàm omnium proximorum; hic postulantur, & idem est de liberatione ab omnibus malis.

Ibid. & 2. Quare petitio perfecta est? Resp. Quia omnino nihil omittitur, quod peti possit.

Quæ perfectio est in verbis? Ref. Singula verba orationis Dominicalis fuerunt in corde, & in ore Christi, Idem in mundo nihil illis dignius esse potest.

De forma & efficiente orationis Dominicalis.

Num. 4.

QUænam est forma orationis Dominicalis? Respond. Forma est illa, quæ dat esse rebus; & quæ determinat materiam sub tali oratione particulari, ideo forma orationis Dominicalis est ille modus, quo materia illius disposita est.

Quo modo fit hæc determinatio? Resp. Hæc dispositio explicatur his quinque verbis, collectio, divisio, ordo, brevitas, facilitas.

Quid facit collectio? Ref. Colligit perfectissimè omnia petenda nullo penitus omisso.

Quænam efficit divisio? Respondemus. Primò, Oratio Dominicalis dividitur in Proœmium, Orationem, & Conclusionem. Secundò ipsam orationem dividit in septem petitiones.

Quis ordo? Resp. Primò ponitur proœmium. Secundò petitiones. Tertiò conclusio: Inter petitiones talis ordo servatur, tres primæ pertinent ad gloriam Dei, quatuor ultimæ ad utilitatem hominum.

Qualis est brevitas, & facilitas? Ref. Sunt septem verba ideo magna brevitas, ac facilitas est.

Quodnam est efficiens hujus orationis? Respondemus Christus.

Qua occasione illam composuit? Resp. Rogatus à Discipulis ut doceret illos orare.

Hoc confert illi magnam dignitatem? Resp. Maximam, ideo summè Deo gratissima est.

De perfectione, & usu hujus orationis.

Num. 5.

HÆc oratio, est perfectissima? Resp. Omninò, quia habet materiam, formam, efficiens, & finem, nempe omnes causas suas perfectissimè constituras, ut dictum est.

Quinam debent uti hac oratione? Resp. Omnes homines, quia omnes Dei auxilio egent. *Cap. 1. n. 1. & 2.*

Quando debent uti? Respond. Quotidie, quia continuò debent Deo gratias agere & ab illo impetrare: Ideo Christus dixit, *Oportet semper orare.* *Cap. 1. n. 2.*

Quo affecta, dicenda? Ref. Maximo affecta, quia Deus maximè est glorificandus, & nos Dei beneficiis maximè egemus. *Cap. 9. n. 1.*

Quis modus in usu illius servandus? Resp. Ille qui antea dictus est nempe eam fide, spe, charitate, religione, & aliis jam dictis virtutibus. *Cap. 8.*

Quæ intentio habenda? Resp. Gloriæ Dei, & hominum utilitatis. *Caput. 2.*

Quo nomine dici debet? Ref. In nomine Christi, ac etiam Ecclesiæ. *Cap. 7. n. 4.*

Quinam fructus ex illius usu proveniunt? Resp. Omnes, qui suprà dicti sunt. *Cap. 2.*

Verba hujus orationis debent memoria comprehendi? Resp. Omnino ut dici possint. *Cap. 1. n. 1.*

Sufficit verba memoriâ retinere? Resp. Non, sed opus est etiam sententiis, seu sensum verborum animo, & intellectu percipere. *Ibidem.*

De salutatione Angelica, & de illius usu.

Num. 6.

QUis est finis salutationis Angelicæ? Resp. Honorare B. Virginem, & nobis illius intercessionem impetrare. *Cap. 5. n. 7. & 8.*

Cur dicitur Salutatio Angelica? Ref. Quia continet salutationem quam Angelus B. Virgini fecit.

In quot partes dividitur? Respondemus. In duas, & in prima laudamus Beatam Virginem, & Deo gratias agimus, quod illam omnium cœlestium donorum munere cumulaverint, ipsique Virgini singulatem illam gratulamur felicitatem: In secunda rogamus ut apud Deum pro nobis intercedat. *Cap. 5. n. 2.*

A quo facta est? Ref. Ab Angelo Gabriele, & à S. Elisabeth, & à Matre Ecclesia.

Quando dicenda? Ref. Præcipuè post orationem Dominicalem.

Die prima Augusti 1651.

Attenta Approbatione D. Leonardi Griphij, Imprimatur.

F. Desiderius Inquisitor Generalis Mediolani.

Guillelmus Vidonus Theologus S. Nazarii, pro Illustrissimo D. Cardinali Archiepiscopo.

Vidit Saccus pro excellentiss. Senatu.

DOCTRINA CATECH. ROMANI IN ORATIONEM DOMINICALEM.

De ordine, materia, & fine huius tractationis.

SUMMA sancti Evangelij in quot partes divisa est? Respond. Aut Catechis. in quatuor, nempè in Symbolum Apostolorum, in Sacramenta, in Decalogum, & in Orationem Dominicalem. *In præfat. Num 11.*

Quare Catechismus tractationem de oratione ultimo loco ponit? Respond. Quia perfectio Christiani hominis præcipuè in oratione quæ nos unit Deo posita est: perfectionem autem res non in principio, sed in fine accipere solent. *Ex Cat. part. 4. c. 1. Num 4.*

Quis finis hujus tractationis? Resp. Dirigere Parochos, ut veram, & populis accomodatam, de ordine doctrinam tradant. *Cat part. 4 cap. 1. n. 2.*

Quænam materia illius? Respond. Vera, & Catholica Doctrina, & explicatio de Oratione, præcipuè Dominicali. *Ibidem.*

In quot partes dividitur hæc tractatio? Resp. in duas principales, quarum prima est de Oratione in genere, secunda de oratione Dominicali. *Part. 4. c. 1. & seqn.*

Quid considerat Catec. de oratione in generali? Resp. primò, agit de oratione: secundò, de usu illius. *Ibidem.*

In quot capita potest dividi tract. de oratione in communi? Resp. in sequentia.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

1. Erit de nomine, deffinitione, & divisione orationis.
2. De fine, necessitate, utilitate, & fructu orationis.
3. De materia orationis & de partibus illius.
4. De forma & modo orandi.
5. De efficiente, & motivis ad orandum.
6. De usu orationis, atque præparatione.
7. De oratione Dominicali, & salutatione Angelica.

De Oratione in generali. Cap. 1.

QVid significat hoc nomen Oratio? Resp. Idem quod oris actio, seu oratoris actio.

Quot modis accipitur Oratio? Resp. Multis: Aliter enim à Grammatico, aliter à Rhetore, aliter à Philosopho, aliter in sacra Scriptura oratio accipi solet.

Par. 4. c. 8. Quomodo accipitur à sacra Scriptura? Resp. Accipitur pro illa loquutione: quam homo sive corde, sive ore cum Deo habet.

De deffinitione Orationis. Num. 2.

QVomodo deffinitur oratio pro ut modò accepta est? Resp. Habet plures deffinitiones, sed præcipuè sequentes.

Cap. 2. Num. 4. Prima est hæc: *Oratio est elevatio, vel ascensus mentis in Deum.* In oratione enim homo per mentem in Deum est elevatus. Et hæc deffinitio à materia, & forma desumpta est. Illud enim quod elevatur, est mens, vel homo per mentem. Illud, quo elevatur, est ipsa elevatio: sequentes verò deffinitiones à fine & ab effectu orationis acceptæ sunt.

Catech. c. 1. n. 3. de Or. 2. Est hæc: *Oratio est instrumentum necessarium ad id quod optamus, à Deo consequendum.*

Ibidem. 3. Est hæc: *Oratio est optima indigentiæ nostræ apud Deum interpres.*

Ibidem. 4. Est talis: *Oratio est optima apud Deum conciliatrix eorum, quibus egemus.*

Ex Præf. n. 12. & hic de Or. c. 1. 5. Sic: *Oratio est Evangelica actio ad miseriam hominis sublevandam ordinata:* Est enim una ex quatuor rebus vel actionibus, in quibus summa sancti Evangelij posita est.

De divisione Orationis. Num. 3.

Catech. hic c. 3. & seq. QVomodo dividitur Oratio? Resp. Habet plures divisiones, nempè ex parte efficientis, materiæ, formæ, & finis.

Quomodo dividitur ex parte efficientis? Res. Sic, alia est mentalis, alia vocalis.

Quomodo ex parte materiæ? Res. Sic, Oratio alia est laudis, alia gratiarum actionis: alia impetrationis, alia humiliationis, & similium. *Catec. c. 8. Cap. 3.*

Qua ratione, ex forma? Sic, alia est devota, vel assidua, vel grata Deo, vel publica, vel privata: item alia est meditatio, alia contemplatio, & similia. *Cat. de Or. c. 2. & seq.*

Quo pacto ex fine? Resp. Sic, Oratio alia intendit laudare Deum, alia Sanctos, alia studet impetrare, alia gratias agere, alia veniam peccatorum obtinere, pro illisque Deo satisfacere. *Cat. de or. c. 3. & seq.*

De fine Orationis. Caput II. *Argum. in præf. gen. Num. 12.*

QVis est finis Orationis? Resp. illud idem, quod est finis Evangelii.

Quare hoc? Respond. Quia Oratio est una ex quatuor partibus, ut sic dicam, sancti Evangelij, est enim unum ex quatuor contentis in ipso. *Sess. 6. c. 7.*

Quis est finis Evangelij? Res. Ex sacro Conc. Trid. colligitur, quòd sit gloria Dei, & Christi, ac vita æterna, *id est*, Evangelium habet pro fine, ut Deus, & Christus glorificentur, & homines vitam æternam consequantur. Ideo hoc erit finis Orationis.

Quomodo per Orationem datur gloria Deo? Res. In Oratione homines meditantur, contemplantur divinam bonitatem, vitam Christi, beneficia Dei, humanam miseriam, propterea peccata, & sic ad Deum glorificandum, orandum, laudandum excitantur. *Cat. de or. Cap. 3 n. 1. 2. 3. &c.*

Quo pacto oratio deservit ad vitam beatam hominum? Resp. In Oratione petimus à Deo, ut auferat à nobis omnia mala, & concedat omnia bona tum in præsenti, tum in futura vita: in hoc autem beata vita posita est. *De Orat. c. 1. 2. &c.*

Quis sit orandus. Num. 2. *Catech. de Orat. c. 6. Cap. 6. n. 1*

QVis est orandus? Res. Primò, & principaliter, Deus: secundò, Beata Virgo & Angeli, atque Sancti.

Vnde habetur, quod Deus sit orandus? Resp. ait Catec. primò, ipsa naturæ vis insita in hominum mentibus ita esse suadet: secundò Deus hoc præcipit dicens: *Invoca me in die tribulationis:* tertiò, Quia Deus est primus, & peren- *Psal. 49. c. 1. num. 1.*

nis fons omnium bonorum, & in quo solo vera felicitas reperitur? quartò, quia oratio est argumentum honoris, & religionis, ideo cum Deus maximè sit colendus, ad illum præcipuè oratio est dirigenda.

Cap. 2. n. 2. Ob quem finem, & qua intentione orandus est Deus? Resp. Primò, ut de eius gloriam illi: secundò, ut omnia nobis opportuna per orationem obtineamus.

Capit. 6. Num. 2. 3. & 4. & 5. num. 7. 8. Debemus in oratione recurrere ad B. Virginem? Resp. Omnino, quia ipsa est mater misericordiæ, & fidelis populi advocata.

Cap. 5. Num. 8. Qua confidentia ad illam est confugiendum? Resp. Maximè ob multas causas: ipsa enim cùm sit mater Dei, plurimum potest apud ipsum: illa ob præstantissima sua merita Deo gratissima est, illa est mater gratiæ, mater misericordiæ, & summam voluntatem juvandi humanum genus habet.

Capit. 6. Num. 2. Ibid. n. 3. Debemus confugere ad auxilia Sanctorum, qui in cœlo sunt, & illis effundere preces? Resp. ait Cat. Pijs nulla de hoc est dubitatio.

Ibidem. Eodemne modo Deum, & Sanctos imploramus? Resp. Non, ait Catec. sed diversè.

Quænam est hæc diversitas? Respondeo, Ait Catec. Deum precamur, ut ipse vel bona det, vel liberet à malis: à Sanctis autem petimus, ut nostri patrocinium suscipiant, ut nobis à Deo impetrent ea, quorum indigemus.

Ibid. nu. 3. & 4. Possumus eadem formula uti precando Deum, & Sanctos? Resp. ait Cat. Duæ sunt formulæ differentes; id Deum enim propriè dicimus: *Miserere nobis*: *Adjuva nos*. Ad Sanctos: *Orate pro nobis*.

Cap. 6. n. 4. Possumus petere à Sanctis, ut nostri misereantur? Resp. ait Cat. cùm sint maximè misericordes, possumus precari eos, ut conditionis nostræ miseri, sua nos apud Deum gratia, & deprecatione juvent.

Ibidem. Esset error tribuere Sanctis quod proprium est Dei? Respond. Esset: ideo Catech. ait, Maximè cavendum est omnibus, ne quod Dei proprium est, cuipiam præterea tribuatur.

Ibidem. Licet ad imaginem alicujus Sancti orationem Dominicam pronunciare? Resp. Ait. Cat. Licet cum hoc sensu ut

petatur ab illo Sancto, ut secum oret, sibique postulet ea, quæ in Dominica oratione continentur; & demum ut sui sit interpres, & deprecator apud Deum. *Cap. 5. Num. 7.*

Quid potissimum in oratione erga B. Virginem, & Sanctos facere debemus? Resp. Duo, primò quidem laudibus afficere Sanctos, *id est* merita, victorias, & triumphos illorum celebrare; secundò, petere, ut pro nobis apud Deum intercedant. Primum dat illis honorem, secundum nostram respicit utilitatem. *& 8. & 9. n. 3. & 4. Cap. 5. n. 7.*

Per orationem factam Sanctis datur ne laus, & gloria Deo? Resp. Ita est, juxta illud: *Laudate Dominum in Sanctis ejus*. Sancti enim victorias de hostibus suis Dei beneficio reportarunt.

Pro quibus orandum sit. Num. 1.

FInis orationis respicitne tantum propriam orantis utilitatem? Resp. Non, sed ad utilitatem multorum se extendere debet oratio. *Cap. 5. n. 1.*

Pro quibus orandum est? Resp. Ait Cat. Pro omnibus sine ulla exceptione, vel inimicitiarum, vel religionis, vel gentis, *id est* etiam pro inimicis, & Hæreticis, Turcis, Judæis & infidelibus est orandum. *Ibidem.*

Cur hoc? Resp. Quia omnes dicti proximi sunt, & quia Deus jubet ut proximos diligamus; orare autem pro aliquo officium amoris est. Sequitur quod pro illis orandum *sit*, juxta illud Apostoli, obsecro fieri orationes pro omnibus hominibus. *Ibidem.*

Quid debemus petere proximis nostris? Resp. Primò salutem animæ, secundò bona corporis. *Ibidem.*

Debemus æqualiter orare pro omnibus? Resp. Ait Cat. Apostolus docet, quod primò orandum est pro Pastoribus animarum, secundò, pro Principibus: tertiò, pro justis: quartò, pro peccatoribus, sive amicis, sive inimicis etiam infidelibus. *Cap. 5. n. 2. 3. 4.*

Orandum est pro mortuis, ut ab igne Purgatorii liberentur? Resp. ait Catech. Apostoli docuerunt quod ita faciendum sit. *Ibidem.*

Cur primò pro Pastoribus est orandum? Resp. Quia gerunt earum animarum, & maximè expedit hominum salus, ut ipsi in eorum ministerio à Deo dirigantur. *Ibidem. Num. 2.*

Quare secùndus locus Principibus datur? Resp. Quare ma- *Ibidem.*

ximè expellit publico bono, ut Principes justi & pij habeantur.

Ibidem. Cur pro bonis, & piis orandum? Resp. Quia etiam ipsi egent precibus aliorum, Deo sic disponente, ne superbia efferantur dum intelligunt, se inferiorum, & aliorum precibus indigere.

Ibidem. Num. 3. Quare precari debemus pro calumniantibus, & persequentibus nos? Resp. Quia Christus nos ita docuit, & est opus perfectissimum, & Deo gratissimum.

Ibidem. Cur preces faciendæ pro iis, qui ab Ecclesia alieni sunt, nempe infideles, Idololatræ, Iudæi, Hæretici, atque Schismatici? Resp. Ait Car. Quia ex multis Sacræ Scripturæ exemplis habetur, quod preces pro illis factæ maximam vim, si fiant ex animo, habent, ad hoc ut à suis erroribus liberentur, & ad lumen veritatis reducantur.

Ibidem. Num. 5. Debetne fieri Oratio etiam pro iis, qui peccant ad mortem? Resp. Ait Car. In istis vix quidquam precibus, votisque proficitur: Verumtamen est Christianæ charitatis & precari pro illis, & lacrymis conari, ut Deus illis reddatur placatus.

Ibid. n. 6. Si etiam pro peccatoribus est rogandum, cur ergo sancti homines in scripturis contra impios utuntur gravibus execrationibus & malorum imprecationibus? Resp. Ait Catec. Tales imprecationes ex Patrum sententia adhibentur vel contra peccatum, ut salvis hominibus peccati vis intereat; vel ut prædictiones eorum, quæ peccatoribus eventura sunt non eveniant.

De necessitate Orationis. Num. 4.

Cap. n. 1. Ibidem, Ibidem. ORatio est actio necessaria ad salutem? Resp. Est.

Vnde provenit hæc necessitas? Resp. Car. affert plures rationes.

Prima est, quia de Oratione à Christo præceptum datum fuit, cum dixit: *Oportet semper orare*: & Ecclesia cum in illo proœmio orationis Dominicalis ait, *Præceptis salutaribus moniti*: ostendit orationem cum necessitate præcepti à Christo Domino institutam esse. Quod recta ratione factum est, cum inter primas partes S. Evangelij connumeratur.

Cap. 1. n. 1. & n. 2. Secunda, Apostoli docuerunt orationem, ut rem saluti necessariam à Christo traditam esse: & tum ipsi, tum Christus omnes tum verbo, tum exemplo ad orandi necessitatem assiduitatem adhortati sunt.

Tertia, tali ratione probatur: Deus nihil cuiquam debet, ergo si quid à Deo est obtinendum, illud non ex debito justitiæ, sed ex humilitate precum est impetrandum: Multa autem obtinere à Deo nobis necessarium est, ideo & ipsa oratio necessaria dicenda etit. *Cap. de or. Cap. 1. n. 5.*

Quarta ratio est, quia homo non potest fugere infernum, & obtinere Paradisum, nisi diabolum vincat: sed quidam Dæmones non possunt vinci, & expelli sine jejunio, & oratione, ideo oratio necessaria est. *Ibid. n. 4.*

De effectibus Orationis. Num. 5.

QUi sunt effectus Orationis? Respon. Innumeri, sed principales sunt duo, primus, honorare, secundus impetrare. *Cap. de or. c. 3. n. 2. Ex cap. 2. & 3. Et ex Conc. sess. 6. c. 21. c. 2. n. 1. Ibid. n. 2. c. 2. n. 1.*

Quare sunt duo? Resp. Quia duæ res sunt finis orationis, nempe gloria Dei, & utilitas hominum.

Quis effectus correspondet gloriæ Dei? Resp. Honorare.

Quis utilitati hominum? Resp. Impetrare.

Quomodo honorare est effectus Orationis? Resp. Ait Catech. Oratio est quoddam Religionis, & honoris argumentum: ideo in sacris litteris incensio comparatur.

Quomodo oratione Deum honoramus? Resp. Per orationem primò nos Deo subjectos esse profitemur: secundò, bonorum omnium illum auctorem esse agnoscimus, & prædicamus: tertiò, declaramus non illum solum unicum incolumitatis, salutisque nostræ præsidium, atque perfugium habere. *Cap. 2. n.*

Quare effectus orationis est impetrare? Resp. Quia ut ait D. August. Oratio justi clavis est Cœli: Nam ascendit, inquit, oratio, & descendit Dei misericordia: Licet alta sit terra, altum Cœlum, audit tamen Deus hominis linguam, si mundam habeat conscientiam. *Cat. de orat. n. 2. Num. 2.*

Quid imperamus in oratione? Resp. Omnia bona, tum animæ, tum corporis: imò imperamus, ut Deus nobis Spiritum sanctum ducem, & adjutorem adhibeat: obtinemus Fidei conservationem, incolumitatem, vitationem pœna- *Cap. 2. n. 2. & c. 3. n. 2.*

rum, divinum patrocinium in tentationibus, & ex diabolo victotiam.

Cap. 2. n. 3. Benignitas Dei estne prompta, ut occurrat hominum petitioni? Resp. Ait Catec. Nullus est dubitandi locus. Quia Deus in sacris litteris sæpissimè hoc testatur, ita ut dicat, *Antequam clament, ego exaudiam; adhuc illis loquentibus, ego audiam.* Quod etiam innumeris ex scriptura exemplis manifestè apparet.

Ibidem. Nonne interdum fit, ut quæ petimus à Deo non impetremus? Respondi. Ita est, sed sæpè hoc Deus facit ob
Num. 4. nostram utilitatem, nempè

Ibidem. Primò, ut alia bona majora, & ampliora nobis concedat.

Ibidem. Secundò, quia quod petimus nec necessarium, nec utile nobis est.

Ibidem. Tertiò quia res postulata supervacanea, & pestifera fortasse nobis sit, juxta illud S. Augustin. *Quadam negat Deus propitius, quæ concedit iratus.*

Ibidem. Quartò, indebitus modus orandi causa esse potest, ut petita non obtineantur. Si quis enim nociva petat, vel ita remisse, & negligenter oret, ut ipsemet non attendat quid dicat; ille verborum sonitus, quia à mente non dirigitur in Deum, oratio dici non potest: ideo nec impetrare dignus erit.

Cap. 2. n. 3. Deus est liberalis in concedendo, quæ diligenter & debito modo postulantur? Respond. ait Catech. Deus justè petentibus multò plus tribuit, quàm ipsi petant: Quod testatur Apostolus in Epist. ad Ephesios; & exemplo filij prodigi demonstratur, cui humiliter pauca petenti multa concessa sunt.

Ibidem. Deus est ne liberalis tantùm in copiosè dando, an etiam in celeriter tribuendo? Resp. ait Catec. Etiam celeriter tribuit, si ita expedit; juxta illud. *Desiderium pauperum exaudivit Dominus, præparationem cordis eorum audivit auris tua, id est* antequam peterent ore, exaudisti.

Cap. 2. Nonne Deus aliquando differt concedere, quod po-
Num. 4. stulamus? Respon. Differt ob rationes, quæ antea dictæ sunt.

De utilitate, & de fructibus Orationis.
Num. 6.

Cap. 2. n. 1. ORatio affert aliquam utilitatem? Resp. ait Catec. jucundissimam utilitatem, & ex se fructus parit ubertimos: præcipuè autem qui sequuntur.

Cap. 2. n. 2. Primus fructus est, quia Deo, ut dictum fuit, cultum, & honorem exhibemus, & oratio est medium, quo Deum colimus, & honoramus.

Ibidem. 2. Fructus amplissimus, & jucundissimus est postulata impetrare, ut dictum est.

Ibidem. 3. Est, per orationem obtinemus adjutorium Spiritus sancti.

Ibidem. 4. Per illam diaboli victores evadimus, ut enim ait S. Hilarius, *contra illum orationum nostrarum hostem certandum est.*

Ibidem. 5. Oratio maximum cumulum gaudij nobis affert: necesse est enim illum valde lætari, qui per orationem in Deum, qui est pater omnis gaudij & consolationis, elevatur, illique unitur: ita enim Magi, invento Christo, valde lætati sunt.

Ibid. nu. 6. 6. Orando virtutes animi non solùm exercemus, sed etiam augemus, ita ut oratio quodammodo omnium virtutum mater, & nutrix sit: virtus enim in eo posita est, ut quis divinæ legi subdatur, oratio autem hominem Deo subdirum facit.

Ibidem. 7. Per illam augetur fides, quia cum Deus sit veluti animæ lux, & sol, qui per Orationem in illum elevatur, majore lumine ad veritates fidei cognoscendas illustratur, & quò propius accedimus ad Deum, eò perfectius cognoscimus illum.

Cap. 2. n. 6. 7. & 9. 8. Augetur spes, quia impetratis iis, quæ postulamus, discimus posse non omnia à Deo per humilem orationem obtinere, ob magnam ejus erga nos benignitatem, curam, & providentiam.

Ibid. n. 8. 9. 9. Augetur etiam charitas, tum quia per orationem elevati in Deum unimur illi, ejusque bonitatem, & beneficentiam gustamus & experimur, ideo ejus beneficijs affecti magis ad illum amandum incitamur.

Ibid. n. 9. 10. Animus noster jejunus, & angustus per exercitationem, & assiduitatem Orationis in desiderio ejus, quod

petitur, dilatatur, unde fit capax, & dignus ut ampliora à Deo bona obtineantur.

Ibidem. 11. Humilitas per operationem ampliatur: quia per illam cognoscimus, quod ex nobis nihil possumus, omnia autem ex Dei benignitate sperare debemus.

12. Per orationem meremur vitam æternam.

Sess. 6. c. 31. 13. Per illam possumus satisfacere pro peccatis, & pro
Sess. 14. c. pœnis debitis illis.

13. pen. 14. In Oratione cùm relinquentes terrena ad Deum ac-
Ca. 2. n. 10. cedamus, obtinemus innocentiæ voluntatem, ut omni labe delictorum nostrorum amputatione purgemur,

Ibidem. 15. Iræ divinæ resistit Oratio: Nihil enim est, quod
Num. 11. æquè Deum leniat iratum, aut etiam paratum ad plagas sceleratis inferendas retardet, & revocet à furore, ac preces piorum hominum, ut de Moyse sacræ litteræ testantur.

De materia, & objecto Orationis.
Cap. III.

QVid est materia orationis? Resp. Materia illius sunt primò subiectum Orationis: *id est*, illud, in quo recipitur Oratio: secundò obiectum illius, id est, illud, circa quod versatur Oratio.

Ex c. 2. n. 4. Quodnam est subiectum Orationis? Resp. Mens, hæc enim in Oratione elevatur.

Quid per mentem intelligendum est? Potissimum debent intelligi tres potentiæ animæ rationalis, nempè intellectus, memoria, & voluntas: aliquo tamen modo etiam phantasia, & sensus interior, & irascibilis, & concupiscibilis quia à mente regulantur, & illi deserviunt, intelligi possunt.

Quomodo dictæ potentiæ sunt materia, seu subiectum Orationis? Resp. In Oratione intellectus cogitat de Deo, & de rebus ad illum pertinentibus: memoria recordatur illius: voluntas diligit illum: irascibilis odit peccata contra Deum: concupiscibilis delectatur in rebus divinis: phantasia cogitat de vita Christi & de beneficijs Dei: sicque elevatur in Deum, quod est esse subiectum dictæ elevationis, quæ est Oratio.

De

De partibus Orationis. Num. 2.

QUot sunt partes Orationis? Resp. Oratio potest dividi,

Primò, in tres partes quasi integrales, sic, prima præparatio, seu initium Orationis: secunda Oratio, seu medium Orationis: tertia conclusio seu finis illius. *Ex c. 79. & 17.*

Secundò, potest dividi ex sancto Paulo in quatuor partes, quæ sunt, Obsecratio, Oratio, Postulatio, Gratiarum actio; quæ à Catechismo ad duas reducuntur sequentes. *Cap. 3. n. 1.*

Tertiò ex Catech. potest dividi in duas partes principales quæ sunt petitio, & gratiarum actio, & istæ sunt præcipuæ, partes Orationis. *Ibid. nu. 2.*

Petitio & gratiarum actio habent eandem materiam? Resp. non, sed diversam, quia gratiarum actio respicit præterita, petitio verò futura. *Ex cap. 3.*

De objecto Orationis. Num. 3.

QUid est objectum Orationis? Resp. Est illud, circa quod occupatur oratio.

Objectum potest dici materia? Resp. Objectum aliud est materiale, aliud formale, & materiale potest dici materia, formale verò aliquo modo ad finem pertinere videtur.

Quodnam est objectum materiale orationis? Resp. Objectum remotum sunt personæ, objectum proximum sunt res vel bona, quæ illis personis considerantur. *Ex ca. 4. 5*

Quod est objectum formale orationis? Resp. Ista duo, gloria Dei, & vita beata hominum: omnia etiam considerata in oratione ad hæc duo reduci debent. *Arg. ex c. 3*

Quænam personæ sunt objectum materiale orationis? Res. Primò, Deus: Secundò, B. Virgo, Angeli, & Beati, qui sunt in Cœlo: Tertiò, nosipsi: quartò, proximi nostri tum vivi, tum mortui qui in Purgatorio sunt. *Cap. 5. & 6.*

Quid de Deo considerandum? Resp. Primò, debet considerari ipse Deus cum suis attributis, nempè infinita bonitas, sapientia, potentia, majestas, misericordia, benignitas, providentia, amor, justitia, & alia multa, quæ illi conveniunt; secundò, consideranda ejus immensa opera, mundi creatio, gubernatio, conservatio, & alia: tertiò, illius infinita beneficia erga genus humanum. *Cap. 5. n. 7 & cap. 7. nu. 3. & 4.*

Cap.7.n.4. Quid de Christo? Resp. Tota vita Christi, & singula illius mysteria, passio, mors, resurrectio, meritum, redemptio, demum omnia beneficia in nos collata.

Ex cap. 5. nu.7. & 8. Quid de B. Virgine, & Angelis, & Sanctis? Resp. Primò illorum sanctissimas operationes, merita, virtutes, præmia, victorias, triumphos, & alia honorificè ab illis gesta; secundo, beneficia, patrocinia, intercessiones, auxilia, & alia nobis, ab illis, vel per illos collata.

Ibidem. Num. 9. &c. Ad quos homines oratio nostra se debet extendere? Resp. ex S. Paulo ad omnes homines, nempè qui proximi sunt, sive vivi, sive defuncti; ideo orandum est pro omnibus, sed præcipuè ait Cat. ex sancto Paulo pro Prælatis, Principibus, justis inimicis, & aliis, ut dictum est.

Ibidem. Quid considerandum de illis? Resp. Sua, & nostra indigentia, ut petamus à Deo, quæ illis, & nobis necessaria, & opportuna sunt.

Pro quibus gratia agenda sunt.
Num. 4.

De tra. c.6 & cap.5. Num. 7. QUænam est materia gratiarum actionis? Resp. Quod pertinet ad personas, sunt Deus, humanitas Christi, B. Virgo, Angeli, & Sancti. Quod pertinet ad res de illis considerandas, materia erunt illa omnia, quæ aliquo modo ad illorum gloriam, & honorem valeant pertinere.

Hymnus Angelico. Arg. ibid. c.2.n.1. & cap.5.n.7.8. & cap.6. Ibidem. Ecclesia censuit-ne gratias agere Deo de gloria ipsius? Resp. Ita est, juxta illud: *Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam.*

Gratiæ nonne agentur tantùm de beneficiis? Resp. Gloria Dei manifestata hominibus maximum beneficium est.

Omnia, quæ pertinent ad laudem Dei, possunt esse materia orationis, & gratiarum actionis? Resp. possunt.

Cap.5.n.7. Arg.c.5.n. Idem dicendum de B. Virgine, Angelis, & Sanctis? Resp. Idem.

7& 8. Arg. ibid. Habetur-ne specialis obligatio gratias agendi pro beneficiis acceptis? Respon. Habetur.

Quid est beneficium? Resp. Est benefactum, ideo omnia facta à Deo, & à Sanctis ex quibus nostra prodeat utilitas, beneficia sunt.

Quæ sunt ista beneficia? Resp. Gloria Dei nobis manifestata, imo ipsemet Deus nobis revelatus, creatio, gubernatio, conservatio mundi, & eorum omnium, quæ in ipso sunt

omnia mysteria & merita vitæ Christi, vita, merita, virtutes, præmia, victoriæ, triumphi, orationes, intercessiones, patrocinia: B. Virginis, Angelorum, atque Sanctorum; Anima, corpus: Demum omnia bona, quæ à Deo, etiam per sanctos, accepta fuerunt. Hæc, & alia hujusmodi beneficia dicenda sunt.

De iis quæ petenda sunt. Num. 5.

Cap.4. QUænam est materia petitionis? Resp. Illa, quæ in oratione petuntur, item illi pro quibus aliquid petere dum est.

Quænam in oratione petenda sunt? Resp. Catec. ait loquendo in generali, sequentia.

Cap.4.n.1. Primò ait, justa, & honesta petenda sunt, ne orantibus dicatur: *Nescitis quid petatis.* Quidquid autem rectè optari, & desiderari potest, petere licet, ideo ubi desiderium sit justum, ibi petitio justa esse potest.

Cap.4.n.2. Secundò, ait, primum optatum, & desiderium nostrum debet esse de summo, & maximo bono, nempè Deo, qui summè, & maximè optari, & diligi debet: ideo supra omnia gloria Dei, & desiderari & peti debet.

Ibidem. Tertiò ait Catec. post summi boni desiderium, debent optari illa omnia quæ cum Deo maximè nos conjungunt, & omnis nostra cupiditas debet se abstinere ab iis, quæ nos separant à Deo: vel aliquam causam afferunt disjunctionis ab illo.

Ibidem. Quarto ait, illa tantùm sunt bona, quæ nos Deo conjungunt: illa mala, quæ nos à Deo disjungunt: ideo ex hac conjunctione, ac disjunctione, omnis regula optandi, atque petendi accipi debet.

Ibid. nu.2. Quintò ait, bona corporalia, quæ vocantur externa, ut sanitas, robur, pulchritudo, divitiæ, honores, & gloria, quia facultatem, ac materiam sæpe dant peccato, non omnino piè & salutariter sine aliqua conditione peti possunt, ideo illorum petitio his finibus præscribenda est, ut necessitatis causa postulentur: Sic enim Iacob, & Salomon postularunt. *Si dederis mihi panem ad vescendum, & vestimentum ad induendum:* & Salomon, *Tribue tantum victui meo necessaria.*

Ibid.n.4. Sextò ait, cùm Deus benignè suppeditat temporalia

homo debet curare, & studere, ne cor suum ad illa nimium collocet, sed recordari quod ab Apostolo dictum est. *Qui emunt tanquam non possidentes, & qui utuntur hoc mundo tanquam non utantur: præterit enim figura huius mundi.* Item illud, *Divitiæ si affluant nolite cor apponere.*

Ibidem.

Septimò, ait, Homo debet cogitare, quod fructus tantummodo, & usus bonorum temporalium illi concessus sit: Deus enim illorum omnium Dominus est. Item quod Deus illa nobis concessit, ut nos quoque eadem aliis communicemus, proximis nostris opera misericordiæ impertiendo.

Ibidem.

Octavò, ait, si valemus, si reliquis externis & corporis bonis abundamus, cogitare debemus, ad eum finem illa nobis esse tributa, primò, ut facilius servire possimus; secundò, ut proximis dicta bona commodemus.

Cap. 4. Num. 5. Ibidem.

Nonò ait bona, & ornamenta ingenij, ut artes, atque doctrinam petere licet, sed ea tantum conditione si nobis ad Dei gloriam, & ad nostram salutem profutura sunt.

Decimò ait, Quod omnino, & sine ulla conditione orandum, quærendum, & postulandum est, illud est Dei gloria: postea illa omnia, quæ nos Deo conjungere valent, ut fides, timor Dei, amor illius, & alia de quibus in particulari, cùm explicabuntur petitiones, dicetur.

De forma Orationis. Cap. VI.

Cap. 8.

QVid est forma Orationis? Resp. Est *recta ratio, vel modus, quo in oratione uti debemus.*

Cap. 8. n. 1.

Expedit habere cognitionem hujusmodi? Res. ait Cat. maxime refert, ut cognoscatur.

Ibid. nu. 5.

Cur ita expedit? Respond. ait, Quia etsi oratio bonum sit salutare, tamen nisi rectè adhibeatur, minimè prodest: ideo sæpe homo non consequitur quod petit, quia non benè petit.

Ibidem.

Parochi debentur docere populum hanc optimam orandi rationem? Resp. ait Cat. Debent.

Ibidem.

Quis docuit hanc veram orandi rationem? Resp. Ipsemet Christus.

Ibidem.

Quænam est illa? Resp. Hæc, Orandum in spiritu, & veritate. Ioan 4.

Ibidem. Num. 1.

Cur hæc oratio optima est? Resp. Quia, ut Christus docuit, placet Deo. Ait enim: *Pater cælestis tales quærit qui adorent eum in spiritu, & veritate.* Adorare autem, & orare eodem modo fieri debent. Ioan. 4.

Ibidem.

Quinam orant in spiritu, & veritate? Res. Illi qui orando intimum, & flagrans animi studium adhibent, *id est*, illi, qui magno cordis affectu orant.

Ibidem. Cap. 7. Num. 5.

Quid est orare spiritu? Resp. Est orare non tantùm labiis corporis, sed etiam mente, spiritu, animo & affectu: in oratione enim mens ad Deum levari debet. Item orare spiritu est in oratione sequi impulsum Spiritus sancti, qui ad orandum inducit.

Ibidem.

Quid est orare in veritate? Res. Est orare non tantùm apparenter, vel externè, vel superficialiter, vel solis labiis sed etiam ex animo, & intimo cordis affectu. Item orare in veritate, est orando verum, & optimum modum adhibere orando pro quibus, quando, & quomodo oportet.

Hæc forma orationis potest convenire vocali, & mentali? Resp. Verique convenit.

Cap. 8. Num. 1. Ibidem.

Quæ oratio melior? Resp. Mentalis primum locum tenet, quia primò convenit illi, ut fiat in spiritu, & veritate: vocalis enim à mentali hoc obtinere solet.

Ibidem. Cap. 1. n. 4.

Deus magis audit orationem cordis, vel oris? Resp. ait Cat. cordis, Quia Deus conqueritur de illis qui labiis illum honorant, corde autem longè ab illo sunt.

De virtutibus ad orandum requisitis. Num. 2.

Ex cap. 7.

IN quo consistit principaliter forma orationis? Respond. In virtutibus, quæ ad orandum sunt requisitæ, virtutes enim sunt regula, & modus cuiusque bonæ operationis.

Ibidem. Ibid. nu. 3. & Cap. 1. n. 4.

Quæ virtutes principaliter in oratione requiruntur? Res. Istæ quatuor, Fides, Spes, Charitas, & Religio, per has enim mens hominis, & ipse homo in Deum elevatur.

Quomodo Fides adjuvat orationem? Resp. Primò intellectus lumine fidei illustratur, & corroboratur, ut possit Dei cognitionem obtinere sine qua impossibile est orare: secundò, Fides dirigit nos, ut cognoscamus ex una parte

nostram miseriam, & infirmitatem, & indulgentiam, ex alia infinitam Dei potentiam, bonitatem, & benignitatem erga nos, unde fit, ut animus cupiat, ficut contigit filio prodigo, recedere à fuis miseriis, & ad Deum elevari, ut divina benignitate consoletur. Demum per fidem homo de Deo, de Christi humanitate, de B. Virgine & Sanctis cognoscit ea, sine quibus oratio esse non potest, ideo ad formam orationis maximè spectat.

Cap. 3. n. 4. Cap. 7. n. 3. & 4. Spes quomodo perficit orationem? Resp. In oratione quinque sunt gradus: primus est, cognitio boni: secundus desiderium illius: tertius, spes obtinendi: quartus, petitio: quintus, impetratio, post quos debet sequi laus, & gratiarum actio. Fides ergo dat cognitionem boni: Charitas excitat desiderium: spes producit fiduciam obtinendi; & ideo inducit ad petendam, & impetrandam. Demum charitas excitat ad laudandum, & gratias agendum. Hic est primus effectus spei: alius est effectus adjuvare meritem ut in Deo possit elevari: cùm enim ferri in altum difficile, ac laboriosum sit, efficitur, ut humana infirmitas non possit sine auxilio Dei in Deum elevari, quia habitat in altissimis; per spem autem homo divino auxilio innixi potest.

Ibidem. Quid facit charitas? Resp. Facit ut diligamus Deum, Sanctos, nos ipsos, & proximos: ideo per talem dilectionem impellit, ut Deo, ac Sanctis laudem & honorem, & gratiarum actionem tribuamus, nobis verò, ac proximis bona à Deo petamus.

Cap. 2. n. 1. Religio virtus quid facit? Resp. Præscribit, & determinat, & regulat actum ipsum orationis dirigendo, ut cum devotione, humilitate, reverentia, assiduitate oremus tum publicè, tum privatè, tum ore, tum corde; Oratio enim propriè religionis actus est.

Quomodo istæ quatuor virtutes perficiunt actum orandi? Respond. Quatuor ad orandum requiruntur, sicut & in aliis actionibus: primò, scire orare, nempe quid orandum, quando, pro quibus, quomodo, & similia: secundò posse sic orare: tertiò velle orare: quartò ipsa actualis oratio. Fides ergo dat scire; Spes dat posse; Charitas dat velle: Religio ipsam dirigit orationem: Amplius fides elevat intellectum in Deum: Spes adjuvat sensum, & carnem, & humanæ naturæ infirmitatem per memoriam & recordationem divini auxilij: Charitas adjuvat & relevat voluntatem; Religio totum hominem dirigit in Deum.

Gratia pertinet ad formam orationis? Resp. Pertinet, sed reducitur ad charitatem. *Cap. 3. n. 4.*

De gradibus Orationis. Num. 3.

ORatio habet ne plures gradus? Resp. Cat. distinguit Orationem in partes, & gradus. *Cap. 3.*

Quæ sunt partes? Resp. Petitio, & gratiarum actio, ad quas aliæ partes reducentur. *Cap. 3. n. 2.*

Quæ reducuntur ad petitionem? Resp. Obsecratio, postulatio, & oratio. Et obsecratio est petitio per invocationem rei sactæ, velati si per meritæ Christi peratur, Oratio dicit petitionem pro seipso; postulatio potest dici petitio pro alijs. *Arg. cap. 3. Num. 1. & 2.*

Quæ partes orationis reducuntur ad gratiarum actionem? Resp. Laus, adoratio, benedictio, contemplatio, meditatio, & similia. *Cap. 3. Num. 2.*

Quinam sunt gradus Orationis? Ref. ait Cat. quatuor sequentes.

Primus, & optimus, & summus precationis modus, & gradus est ille, quo utuntur homines pij, & justi, & perfecti, nempe qui prædicti sunt fide, spe, charitate, & religione, & cum his virtutibus orant; & quò perfectiores habent has virtutes, eò perfectior illorum oratio erit. *Cap. 3. Num. 4.*

Secundus gradus est illorum, qui non habent gratiam, sed suat in peccato mortali, & ideo in oratione adhibent fidem, spem, & religionem, sed non charitatem. *Ibid. n. 5.*

Tertius est illorum, qui nondum fidei lucem acceperunt, ideo sine fide, & gratia orant. *Ibid. n. 6. Ibid. n. 7.*

Quartus est eorum, qui sunt impœnitentes, & sceleribus scelera cumulant, & tamen eos non pudet petere à Deo veniam peccatorum, in quibus volunt perseverare.

Justi homines quomodo elevantur in Deum? Resp. Primò firmantur in vera fidei stabili fundamento, ut Dei potentiam, & bonitatem contemplari possunt. Secundò aliud ponunt spei certissimum fundamentum, & existimantes ex divina promissione se consecuturos divinum auxilium, & alia bona à Deo promissa, si piè, & ex animo à Deo petant. Tertiò, Anima per fidem elevata ad Dei cognitionem, per spem in fiduciam divinæ misericor- *Ibid. n. 5.*

diæ quasi duabus alis ardentis studio se movet in Deum, ad quem perveniens intimæ charitatis affectu, Deum colit, adorat, veneratur: De acceptis beneficijs gratias agit, & quasi unicus filius charissimo parenti, quid sibi fit opus, non dubitanter exponit. Qui modus orandi. & petendi à sacris litteris dicitur effusio, juxta illud, Effundite coram illo corda vestra.

Cap. 3. n. 4.

Quid significat hæc cordis effusio? Resp. Nihil reticere, nihil occultare, sed omnia, quæ in corde sunt magna fiducia, & pietate Deo aperire.

Ibidem.

A quo provenit hæc cordis fiducialis effusio? Resp. A Fide, Spe & Charitate, juxta illud S. Augustini, Quod fides credit, spes & charitas orat.

Ibid. & 5.

Qui sunt mortiferis peccatis oppressi, possunt in Deum mente, & oratione levari? Resp. Ait Catec. Tales ea fide, quæ dicitur mortua nituntur se erigere, & ad Deum ascendere; sed propter intermortuas vires, summamque fidei imbecillitatem se altius à terra tollere non possunt. Verum tamen, sua peccata recognoscentes, & eorum conscientia, ac dolore cruciati, humiliter, ac demisse ex illo maxime longinquo loco pœnitentes, scelerum à Deo veniam, & pacem implorent.

Ibidem.

Oratio dictorum apud Deum obtinetne locum? Resp. Ait Cat. Eorum preces à Deo audiuntur, imò verò hujusmodi homines liberalissimè misericors Deus invitat. *Venite*, inquiens, *ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.* De horum numero fuit ille Publicanus à Deo justificatus.

Cap. 3. n. 6.

Orationes infidelium, cùm sine fide, & charitate fiant à Deo adjuvantur, & exaudiantur? Resp. Ita est, ut exemplo Cornelij Centurionis apparet.

Ibidem.

Qualis debet esse illorum oratio? Resp. Ait Cate. Si naturæ exiguo lumine vehementer ad studium cupiditatemque veritatis excitati, in illaque permanentes summis precibus, ut illam veritatem doceantur, petatur, Dei clementia illorum studium non repudiatur.

Cap. 3. n. 7.

Oratio illorum qui in voluntate peccandi perseverant à Deo exauditur? Resp. Ait Catec. Nonlicèo vehementer tales adhortandi sunt, ut verè, & ex animo pœniteant, atque ad Deum se convertant.

De causa efficiente Orationis.

Cap. V.

Ex cap. 1. num. 2.

QVodnam est efficiens orationis? Respondemus, Illud quod producit actum orationis, vel quod adjuvat ad productionem.

Cap. 8. n. 1.

Quænam producunt orationem? Resp. Cor, & lingua, unde oratio mentalis, & vocalis.

Ex cap. 5.

Quomodo cor? Resp. Cùm intellectus cogitat de Deo, de vita Christi, & aliis: ita memoria recordatur; voluntas delectatur in Deo ut laudet illum, tunc cor dicitur in Deum elevari, & ideo orare.

n. 7. & 8.

Quomodo lingua? Ref. Cùm homo ore, & verbis laudat Deum, vel deprecatur illum.

Cap. 8. n. 1.

De vocali oratione. Num. 2.

Cap. 8. n. 2.

ORatio vocalis est utilis, & necessaria? Respondemus, Ait Catech. Habet vocalis oratio propriam utilitatem & necessitatem.

Ibidem.

Quænam est orationis vocalis utilitas? Resp. Inflammat animum, & devotionem orantis.

Ibidem.

Expedit addere orationi mentali etiam vocalem? Resp. Ait Catechismus expedit ob triplicem causam. Prima est quia ex S. Augustino verbis & signis exterioribus potest aliquando excitari, & augeri affectus, & desiderium cordis interni. Secunda est, quia cùm in corde excitata est magna pietas, & devotio, æquum est ut ex abundantia cordis os loquatur; & exultante corde lætitia æquum est, ut lingua quoque verba proferat exultationis. Tertia est, quia totus homo debet se in cultum Dei declinare, ideo tum anima, tum corpus in eius laudibus se debet occupare.

Ibid. & 3.

Oratio tàm privata, quàm publica debet esse vocalis? Resp. Privata potest esse vocalis ob rationes jam dictas. Publica autem; quia ad inveniendam fidelis populi religionem instituta est, & hoc quia sine officio linguæ fieri non potest, meritò vocalis esse debet.

De adjuvantibus orationem. Num. 3.

Cap. 3. n. 3.

QVænam adjuvant hominem ad orandum? Respondemus, Omnia, quæcumque sunt in mundo adjuvant hominem, ut rectè oret: præcipuè autem adjuvant illum quæ sequuntur.

Primò, Deus, & Angeli, ac Sancti in cœlo existentes.

Secundò, Ecclesia militans.

Tertiò, Virtutes Theologicæ, Fides, Spes, Charitas.

Quartò. Omnes sensus hominis, visus, auditus, odoratus, gustus, & tactus.

Quintò, Omnia bona, & mala hominis, tum animæ, tum corporis, externa, & interna.

Sextò, Eleemosyna, & jejunium adjuvant orationem.

Septimò, Lectio Sacræ Scripturæ, & librorum spiritualium.

Octavò, Omnia entia mundi, Paradisus, Terra, Purgatorium & Infernus.

Cap. 7. n. 4. & 5. Quomodo Deus adjuvat orationem? Resp. Ex una parte Deus proponit homini inexplicabiles divitias suæ bonitatis & pulchritudinis ex alia dat Spiritum adoptionis filiorum Dei, nempe Spiritum Sanctum, qui sit dux, author, & promotor nostræ precationis, in quo clamamus, Abba Pater, & sic Deum devotè oramus.

Cap. 1. n. 2. & 4. 7. n. 4. Christus adjuvat nostram precationem? Resp. Quam maximè; Ipse enim ex una parte sua vita, & passione amplissimam meditandi materiam præbet; ex alia dat exemplum assiduè orandi; Præcipit orationem; Invitat; & provocat nos ad postulandum; Vult, ut in nomine suo petamus; Est advocatus in cœlo nostræ petitionis; Docuit nos orare: Adjuvat nos ad bene orandum.

Cap. 5. n. 7. & cap. 6. n. 2. 3. 4. Quid facit Beata Virgo, Angeli, & Sancti? Respondemus, Etiam ipsa sua vita, suis præliis, victoriis, triumphis, dant materiam meditandi, & gratias agendi: Suo exemplo ad orandum nos provocant: Adjuvant nos, ut oremus: Nostras apud Deum offerunt orationes, ut efficaces evadant.

Cap. 1. n. 1. 2. Quid facit Ecclesia militans? Respondemus, Orat pro filiis suis; Continuò publicas, & sæpè solennes proponit orationes, ut excitet filios suos ad orandum: Per Doctores, Concionatores, Scriptores dirigit, & impellit ad orationem: Fideles in persona Ecclesiæ orant: Per Ecclesiam omnium fidelium orationes unitæ sunt: Per eandem, fideles invicem de fructu orationum suarum communicant; ideo per illam oratio maximè adjuvatur.

Articulo 6. Quid possunt orationi, virtutes Theologicæ? Resp. De hoc dictum est capitulo præcedenti.

Jejunium quid confert orationi? Respond. Primò corporali jejunio Deus vitia comprimit, mentem in oratione elevat, virtutem, seu fructum orationis largitur, & præmia. Secundò sicut per crapulam, & cibum homo oneratur, & gravior redditur, unde difficillimè potest in Deum levari: ita jejunio & abstinentia à dicto onere sublevatur, unde facilliorem ascensum ad Deum habet. *Cap. 2. n. 3.*

Quid facit eleemosyna? Resp. Ipsa est amicissima orationis: Oratio enim potissimum à charitate perficitur, eleemosyna autem potest filia dici charitatis? Amplius qui bene facit proximo, dignus est, ut impetret, quod à Deo illi benefiat. *Ibidem.*

Quare ista tria, oratio, jejunium, & eleemosyna adeo inter se amica, & conjuncta sunt? Resp. Quia sunt remedium contra omnia peccata: Oratione enim potissimum satisfit peccatis contra Deum perpetratis: Jejunio eisdem contra nosmetipsos commissi, & eleemosyna redimit peccata, quæ contra proximum facta sunt. *Ibidem.*

Quomodo sensus hominis adjuvant orationem? Resp. Singuli sensus ordinati suo ac utendum maximè Dei beneficiis ideo possunt multis, vel abundare, vel agere, si abundant, occasionem gratias agendi, si egent, hominem impellunt ad petendum: hoc autem est inducere ad orandum: Et idem de corpore dici potest. Si enim caro potitur sanitate, divitiis, cibis, vestibus, filiis, amicis, honoribus, & aliis, debet stimulare ad agendum gratias. Si privatur dictis: debet provocare ad petendum. Ita cum oculus videt res corporea à Deo propter hominem creata. Auditus percipit sonos, vel audit verba, quæ de Deo, & ejus operibus dicuntur. Gustus, & tactus utuntur cibis, & aliis à Deo datis, debent hominis mentem ad orationem levare: Et idem fieri debet, cùm quis legit factam scripturam, in qua Dei mirabilia proponuntur. *Cap. 3. n. 5.*

Quomodo mala miseriæ nostræ ad orationem nos inducunt? Respondemus, Mala, quæ nos hic premunt, ad Deum nos ire compellunt, ut ab illis obtineamus liberationem. *Cap. 1. n. 3.*

Quomodo bona faciunt, ut oremus? Resp. Beneficia beneficiato, ut gratias agat, suadent. *Cap. 5. n. 5.*

Cap.3.n.3. Quo pacto omnia entia mundi excitant ad orandum? Respondemus. Quia infernus prædicat Dei justitiam, & potestatem; Purgatorium tum misericordiam, tum justitiam. Terra hæc nostra, tum misericordiam, tum sapientiam: Paradisus bonitatem, & majestatem efficitur, ut ab illis provocetur homo, ut se erigat ad timendum, laudandum & deprecandum ipsum Deum. Item cum singula entia mundi sint quædam Dei beneficia, ut cælum, Sol, Luna, astra, aër, nubes, pluviæ, venti, aqua & pisces, terra & arbores, herbæ & animalia, oculi, os, aures, manus, & pedes, divitiæ, fanitas, honor, filii, & alia beneficia autem postulant, ut gratiæ agantur benefactori; evenit, ut dicta omnia ad Deum laudandum de præteritis, deprecandum de futuris, nos inducant: hoc autem orare est.

De motivis ad orandum. Num. 4.

PArochi debent eniti, ut inducant populos ad orandum? Resp. omnino.

Quomodo hoc præstabunt? Resp. Primò docebunt populos, ea quæ pertinent ad orationem: Secundò proponent motiva, quibus populi ad orandum induci possunt.

Quænam sunt ista motiva? Resp. Præcipua sunt quæ sequuntur.

Cap.1. Primò, necessitas orationis, sicut antea dictum est.

Cap.2. Secundò, Vtilitas, & fructus iam explicati.

Tertio facultas, cùm tot auxilia ad orandum homini data sint.

Cap.1.n.1. & C.2.n.1. Quartò, Justitia, quia justum est, ut in oratione homo

Cap.2.n.2. Deum colat, illi subiiciatur & gratias agat.

Quintò, Iucunditas, quia res jucundissima est Deo uniri, illi adhærere, illo frui.

Sextò, Honestas, qua oratio est actio honestissima dignissima, angelica, & ideo maximè experenda.

Cap.1.2.& *ma.* *Cap.1.n.1.* Septimò, Præceptum Dei nos obligat ad orandum.

Ibidem. Octavò, Exempla Christi, & Sanctorum ad illam nos provocant.

Cap.1.n.4. Nonò Oratio, dæmones fugat, fugetat tentationes.

Cap.2.n.6. Decimò, Oratio omnes virtutes fovet, ac nutrit, vitiaque contundit, ac reprimit.

Vndecimò, Oratio fores Cœli aperit, & potest mereri vitam æternam. *Cap.2.n.2. Cap.2.n.1. & 13.*

Duodecimò. Est res Deo gratissima, & quæ Deum propitiam nobis reddere valet. Hæc & alia multa motiva sunt.

De usu orationis. Cap. VI.

VSus orationis distinguitur ab oratione? Resp. Sicut aliud est panis, aliud usus illius, ita aliud est oratio, aliud usus orationis.

Quid est usus rei? Resp. Est applicatio illius ad debitum finem.

Visus potest esse bonus, & malus? Resp. Potest.

Quando usus est bonus? Resp. Quando res applicatur ad legitimum, & verum finem, & dicta applicatio fit debito modo.

Quando usus est malus? Resp. Quando res vel non applicatur ab debitum finem, vel si applicatur ad illum, non fit debito modo.

Ad quem finem dirigenda est oratio? Resp. Primò ad gloriam Dei. Secundò ad virtuosam hominum utilitatem, ut antea dictum est. *Cap.2.*

Quinam est debitus modus dirigendi orationem ad dictum finem? Respond. Hic modus à quibusdam virtutibus determinatur.

De virtutibus ad usum orationis requisitis. Num. 2.

QVibus virtutibus dirigitur homo ad bonum usum orationis? Resp. Sicut per fidem, spem, & charitatem forma & essentia perficitur oratio: sita per justitiam, temperantiam, fortitudinem, & prudentiam, dirigitur bonus usus illius.

Quid determinat justitia de usu orationis? Resp. Determinat justissimum esse, ut homo frequentissimè per orationem Deum colat, illi gratias agat, sæpè Dei beneficia, vitam Christi, B. Virginis, & Sanctorum consideret, atque meditetur. Sterorret pro omnibus proximis suis, tàm vivis quàm defunctis. *Cap.1.n. Ca. 11. Cap.3.4. & 7. Cap.15. &c. Cap.8.15*

Quid docet temperantia: Respond. Abstinendum esse à vitiis, à voluptatibus, à crapula, vel ebrietate, ab otio, à nimio somno à superfluis occupationibus, & aliis, quæ hominem ab orando retrahere: vel certè difficiliorem

illi reddere orationem valent.

Cap.3.n.4. Quid facit fortitudo? Resp. proponit inaitendum esse divino auxilio, ut illo adjuti possimus omnes tentationes, difficultates, remitentias, quæ in orando reperiuntur superare.

Ex cap.1. & 4. Quid facit prudentia? Resp. Determinat tempus, locum, & modum orandi: docet quis orandus, quid, & pro quibus orandum: Demum omnia, quæ ad orandum pertinent rectè disponit.

Dictæ quatuor virtutes quomodò disponunt usum orationis? Resp. Duæ, nempe justitia, & prudentia dirigunt orationem: Justitia enim antecedit illamut illi orationis finem, & obiectum ostendat: Prudentia sequitur, ut tanquam gubernator navis, vel auriga cursum orationis regat, ac moderetur: Duæ removent impedimenta: temperantia enim quasi à sinistris removet voluptuosa: quæ impediunt: Fortitudo quasi à dextris superat laboriosa, atque ita dictis virtutibus usus orationis perficitur, & completur.

De bono, & malo usu orationis. Num.3.

QUis est bonus usus orationis? Resp. Ille, quo consequimur finem illius, *id est* gloriam Dei, & virtuosam horum utilitatem.

Quando erit hic bonus usus? Resp. Cùm jam dictis virtutibus oratio fiet.

Quando erit malus usus? Resp. Quando aliqua dictarú virtutum abest.

In quot partes potest dividi usus orationis? Resp. In tres, quarum prima dicitur initium, seu præparatio: Secunda medium, seu oratio: Tertia finis, seu conclusio.

Valde expedit, ut oratio bonum habeat initium? Resp. Ita est, juxta illud, *Dimidium facti, qui benè cœpit habet*, & prudentia ita faciendum docet.

Præparatio requiritur ad orationem? Resp. Omninò. Actiones enim eminentes, dignissimæ, & nobilissimæ, qualis est oratio, sine præparatione esse non debent: ideo in Eccl. habetur. *Ante orationem præpara animam tuam, & noli esse quasi homo, qui tentat Deum.* Eccl.18.

Quando quis in oratione dicitur tentare Deum? Resp. Ait Catech. Tentat Deum, qui cùm bene orat, male agit, & cum loquatur cum Deo, à precibus animus ejus aberrat, præcipuè si voluntariè, & ex negligentia id fiat.

De præparatione ad orationem. Num.4.

IN quo consistit præparatio ad orationem? Respond. in duobus, quorum primum est, ut amoveantur ea quæ impediunt orationem, vel fructus, & effectus illius: Secundum est ut illa procurentur, quæ orationem adjuvant, & fructuosam reddunt. Ex cap.7.

Quænam sunt impedimenta orationis, vel fructus illius? Respond. Ait Catech. Sequentia scelera maximè obstare, quominus postulationi nostræ concedantur, quæ petimus. Cap.7.nu. 2.

Primò cædes, crudelitas, violentia manuum; Deus enim ait, *Averte oculos meos ab oratione illorum, quorum manus sanguine plenæ sunt.* Isaiæ.1. & 59.

Secundò, ira, dissidium seu contentio, & rixa, magopere impediunt, ne preces audiantur: Ideò Apostolus ait: *Volo vos orare in omni loco levantes puras manus sine ira, & disceptatione.* Cat.c.7. num.2. 1.Tim.2.

Tertiò, qui nolunt injurias remittere, & reconciliari proximo suo: sicut nolunt remittere hominibus, sic nec Deus illis remittere, vel beneficere vult. Cap.7.n.3.

Quartò, illis, qui sunt duri & inhumani egentibus, quique obturant aurem suam ad clamorem pauperis, & ipsi clamabunt & non exaudientur. Ibidem.

Quintò superbia maximum impedimentum est, juxta illud, *Superbis Deus resistit, humilibus autem dat gratiã.* Ibidem.

Sextò, si quis contemnat audire verbum Dei, Deus contemnet audire verbum illius, quia scriptum est, *Qui declinat aures suas, ne audiat legem, oratio ejus erit execrabilis.* Hæc vitia, & impedimenta ab oratione sunt removenda.

Quænam adjuvant orantem, ut eum fructu, & utiliter oret? Resp. Ait Catech. Sequentia: Cap.7.

Primus gradus ad orationem erit verè humilis ac demissus animus. Cap.7.n.1.

Secundus, suorum scelerum recognitio, ita ut quis Ibidem.

intelligat, se non solùm non esse dignum, ut impetret: Sed neque, ut in conspectum Dei veniat oraturus: Quod ex Publicano, & Magdalena, & Filio prodigo apparet; Et idem sacræ literæ testantur juxta illud *Respexit in orationem humilium, & Oratio humiliantis se nubis penetrabit.*

Cap.7.n.1. Tertiò, Est dolor, & contritio peccatorum: vel saltem dolor, & displicentia, quod quis non possit de peccatis dolere: & hoc in oranre valde desideratur, quia peccatum impedit fructum orationis. Contritio autem tollit peccatum.

Cap.2.n.7. Quartò, Maximè disponit ad orandum cognitio, & consideratio, tum potentiæ, tum misericordiæ Dei: Potentiæ ut sciamus, quòd potest nobis benefacere: Misericordiæ, quòd sit propensus ad benefaciendum: & fides ad hanc cognitionem adjuvat nos.

Cap.1.n.3. Quintò, Valde adjuvat orationem cognitio, & consideratio nostræ infirmitatis, miseriæ, & indigentiæ: Miseriæ, ut sciamus quibus malis abundemus: Infirmitatis, ut cognoscamus non esse in nostra potestate, ut nos à dictis malis liberemus.

Cap.7.n.3. Sextò, Maximè præparat ad orandum, & ad impetrandum quod petimus, stabilis, ac firma fides, certâque spes, quòd Deus semper paratus sit ad præstandum, quod petimus, si ita expediat & si nos quoque rectè petamus.

Cap.7.n.8. Septimò, Filialis affectus erga Deum considerando quod Pater noster vult appellari, multùm prodest, ut mens nostra erigatur in Deum.

Cap.2.n.9. Octavo, Mortificatio carnis, abstinentia, & jejunium præparant ad orationem.

Ibidem. Nonò, Contemptus sui, & rerum temporalium hominem valde liberum & expeditum faciunt, ut in Deum possit elevari.

Cap.7.n.6. Decimò, Oblivio injuriarum, & benevolentia, ac beneficia voluntas in proximos, ait Catech. imprimis est necessaria ad impetrandum. Hæc de oratione in generali.

De

De oratione Dominicali & Salutatione Angelica.

Cap. VII.

Cap.9.n.1. QUid considerandum de oratione Dominicali? Resp. Nomen, definitio, causæ, divisio, & usus.

Quod est nomen hujus orationis? Respond. Dicitur *Pater noster*, quia tale est initium ipsius. Vocatur etiam *Oratio Dominicalis*, quia à Domino nostro Jesu Christo facta est.

Quomodo definitur? Resp. Sic. *Est formula Christiana precationis à Christo Domino institua.*

De causa finali orationis Dominicalis.

Num. 2.

Cap.2. QUis est finis orationis Dominicalis? Respon. Summa gloria Dei, & perfecta utilitas hominum.

Cap.2.n.1. Quomodo finis illius est gloria Dei? Resp. Omnis oratio, ut dictum est, habet pro fine gloriam Dei: ideo etiam hæc; sed additur quod in hac gloria Dei postulatur.

Pet.1.n.3. Unde habetur quod summa Dei gloria sit finis illius? Resp. Ex tribus potissimum primis petitionibus, in quibus ante omnia petitur gloria Dei, sed præcipuè hoc habetur ex illis verbis, *Sicut in cœlo & in terra*, ubi petimus talem Dei gloriam in terra, qualis in cœlo est: Ibi autem perfectissima gloria est.

Ibidem. Quomodo habet pro fine perfectam hominum utilitatem? Resp. Quia petit, non uni tantum homini, sed omnibus hominibus concessionem omnium bonorum & liberationem ab omnibus malis animæ, & corporis in hac, & alia vita.

Cap. 3. Quis effectus hujus orationis? Ref. Primò gratias agere ex una parte, & petere ex alia. Item honorare, & impetrare, ut antea dictum est.

De causa materiali orationis Dominicalis.

Num. 3.

Cap.1.n.2. QUxnam est materia hujus orationis? Resp. Tria petitionem ad materiam illius: Primò res ipsæ, quas petimus: Secundò ipsæ petitiones: Tertiò verba quibus petimus: quæ omnia supra quam dici potest dignissima, & amplissima sunt.

Quam perfectionem habet hæc oratio respecta eorum quæ petimus? Ref. Omnia bona tam divina quàm humana,

Secunda, Concionator debet examinari super doctrina, de qua populi sunt erudiendi, & præcipuè de illa, quæ à Concil. Trident. proposita est. Habetur ex Concilio, ut modò dictum est.

Tertia, Examen debet fieri circa modum docendi. Ex Concilio habetur ibidem.

Conclusio.

TOtum igitur examen à Concilio Provinciali Mediolanensi propositum, & hic explicatum in Sacro Concilio Tridentino fundatum est: ideo secundum hanc formulam ab examinatoribus fieri debet. Et Examinandi, cum ad aliquod munus promoveri debent, ante omnia opus est, ut scientiam, quæ hic proposita est, studeant obtinere. quòd si cognoverint se illam non habere, etiamsi alia multa sciant, tamen sibi debent persuadere, non posse tuta conscientia ad illud munus promoveri, existimabuntque rectius fieri, si scientiam à sacro Concilio requisitam plenè possideant quam si non solùm hanc, sed alia multa superficialiter attingant. Et hæc de examine dicta sufficiant.

DOCTRINA CATECHISMI ROMANI IN ORATIONEM DOMINICALEM;

FIDELITER COLLECTA, DISTINCTA, & ubi opus est explicata

PER IOANNEM BELLARINVM, Clericum Reg. Congreg. S. Pauli.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Ibidem. Cur fiet? Ref. Quia oratio Dominicalis est veluti supplicatio, qua à Deo petimus beneficia: & B. Virgo nostra est advocata: ideo talis supplicatio in manibus ejus est porrigenda, ut facilius quod petitur obtineatur.

Ibidem. Homines debent sæpe recurrere ad intercessionem B. Virginis? Ref. Ait Cat. Assiduè misericordiæ matrem invocare debemus, cujus & præstantissima merita apud Deum esse, & summam voluntatem juvandi humanum genus: nemo nisi impiè & nefariè dubitare potest.

De virtute sui in oratione Dominicali considerata. Num. 7.

In præf. n. 12. AD quam virtutem præcipuè pertinet oratio Dominicalis? Resp. Ad spem.

Ibid. Arg. Debet nis aliqua considerari de spe? Ref. Expedit gratiam de ea orationis.

Quid est spes? Ref. Potest habere varias descriptiones, sed præcipuè sequentes.

Prima Spes *est virtus elevans affectum hominis ad Deum ut summum bonum adipiscendum.*

Ex cap. 3. Num. 4. Secunda, Spes *est virtus, qua innititur auxilio Dei, ut ad Deum accedamus.*

Ibidem. Arg. ibid. Tertia, Spes *est quasi dextera ala orationis,* Fides enim est veluti sinistra, his enim duabus alis mens hominis elevatur in Deum.

Quarta, Spes *est veluti manus utens clave cæli,* id est, oratione ad aperiendum illud.

Ibidem. & cap. 2. n. 2. Quinta, Spes *est veluti nutrix justi desiderii:* Desiderium enim maximè spe nutritur.

Sexta, Spes *est veluti mater petitionis:* Illa enim tantum petimus quæ obtinere speramus.

Septima. Spes *est veluti magistra orationis Dominicalis,* quia per spem docemur, qua ratione nos in dicta oratione exerceamus.

Octava, Spes *est verum refugium humanæ miseriæ, & infirmitatis.*

Quis est finis spei? Respond. Gloria Dei, utilitas hominum.

Quomodo gloria Dei? Resp. Quia per spem glorificatur Dei potentia, & misericordia.

Qua ratione? Respond. Homo per spem sperat. Primò

quod Deus possit illum adjuvare, & sic potentiam honorat: Secundò quod velit, & sic Dei misericordia glorificatur.

Quo pacto utilitas hominum? Respond. Per spem homo impetrat à Deo, quæ petit, & sic ejus miseria, & infirmitas sublevatur per Dei potentiam, atque misericordiam.

Fideles debentne magna spe, & fiducia recitare orationem Dominicalem? Resp. Debent maximâ.

Cur hoc? Ref. Quia Christus ita docuit, & præcepit.

De motivis ad usum orationis Dominicalis. Num. 8.

QVibus motivis fideles possunt induci ad devotum, & frequentem usum orationis Dominicalis, & Angelicæ Salutationis? Resp. Sequentibus, *Facilitas.*

Brevissima est, ideo facilis.

In nomine, & persona Christi pronunciatur.

Spiritus sanctus interius nos adjuvat, ut rectè illam proferamus. *Jucunditas*

Ecclesia tum triumphans, tum militans nobiscum unitur, & nos adjuvat.

Res jucundissima est frui Deo? uniri illi, loqui cum illo.

Filio sapienti maximè jucundum est patris erga se experiri benignitatem.

Justum est Deo honorem à Christo institutum exhibere.

Justissimum, Deo pro acceptis beneficiis gratias agere. *Justitia.*

Justissimum, creaturas subdi creatori, & filios patri. *Necessitas.*

Christus hujus orationis præcipit usum.

Sine illa non possumus à multis malis, & miseriis liberari. *Utilitas*

Sine illa plurima beneficia à Deo non licet impetrare.

Hæc Oratio clavis est cæli, quia per illam cælum nobis aperitur.

Hæc Deum iratum placat, nobisque illum propitium reddit,

Ibidem. Cur fiet? Ref. Quia oratio Dominicalis est veluti supplicatio, qua à Deo petimus beneficia: & B. Virgo nostra est advocata: ideo talis supplicatio in manibus ejus est porrigenda, ut facilius quod petitur obtineatur.

Ibidem. Homines debent sæpe recurrere ad intercessionem B. Virginis? Ref. Ait Cat. Assiduè misericordiæ matrem invocare debemus, cujus & præstantissima merita apud Deum esse, & summam voluntatem juvandi humanum genus: nemo nisi impiè & nefariè dubitare potest.

De virtute sui in oratione Dominicali considerata. Num. 7.

In præf. n. 12. AD quam virtutem præcipuè pertinet oratio Dominicalis? Resp. Ad spem.

Ibid. Arg. Debet nis aliqua considerari de spe? Ref. Expedit gratiam de ea orationis.

Quid est spes? Ref. Potest habere varias descriptiones, sed præcipuè sequentes.

Prima Spes *est virtus elevans affectum hominis ad Deum ut summum bonum adipiscendum.*

Ex cap. 3. Num. 4. Secunda, Spes *est virtus, qua innititur auxilio Dei, ut ad Deum accedamus.*

Ibidem. Arg. ibid. Tertia, Spes *est quasi dextera ala orationis,* Fides enim est veluti sinistra, his enim duabus alis mens hominis elevatur in Deum.

Quarta, Spes *est veluti manus utens clave cæli,* id est, oratione ad aperiendum illud.

Ibidem. & cap. 2. n. 2. Quinta, Spes *est veluti nutrix justi desiderii:* Desiderium enim maximè spe nutritur.

Sexta, Spes *est veluti mater petitionis:* Illa enim tantum petimus quæ obtinere speramus.

Septima. Spes *est veluti magistra orationis Dominicalis,* quia per spem docemur, qua ratione nos in dicta oratione exerceamus.

Octava, Spes *est verum refugium humanæ miseriæ, & infirmitatis.*

Quis est finis spei? Respond. Gloria Dei, utilitas hominum.

Quomodo gloria Dei? Resp. Quia per spem glorificatur Dei potentia, & misericordia.

Qua ratione? Respond. Homo per spem sperat. Primò

quod Deus possit illum adjuvare, & sic potentiam honorat: Secundò quod velit, & sic Dei misericordia glorificatur.

Quo pacto utilitas hominum? Respond. Per spem homo impetrat à Deo, quæ petit, & sic ejus miseria, & infirmitas sublevatur per Dei potentiam, atque misericordiam.

Fideles debentne magna spe, & fiducia recitare orationem Dominicalem? Resp. Debent maximâ.

Cur hoc? Ref. Quia Christus ita docuit, & præcepit.

De motivis ad usum orationis Dominicalis. Num. 8.

QVibus motivis fideles possunt induci ad devotum, & frequentem usum orationis Dominicalis, & Angelicæ Salutationis? Resp. Sequentibus, *Facilitas.*

Brevissima est, ideo facilis.

In nomine, & persona Christi pronunciatur.

Spiritus sanctus interius nos adjuvat, ut rectè illam proferamus. *Jucunditas*

Ecclesia tum triumphans, tum militans nobiscum unitur, & nos adjuvat.

Res jucundissima est frui Deo? uniri illi, loqui cum illo.

Filio sapienti maximè jucundum est patris erga se experiri benignitatem.

Justum est Deo honorem à Christo institutum exhibere.

Justissimum, Deo pro acceptis beneficiis gratias agere. *Justitia.*

Justissimum, creaturas subdi creatori, & filios patri. *Necessitas.*

Christus hujus orationis præcipit usum.

Sine illa non possumus à multis malis, & miseriis liberari. *Utilitas*

Sine illa plurima beneficia à Deo non licet impetrare.

Hæc Oratio clavis est cæli, quia per illam cælum nobis aperitur.

Hæc Deum iratum placat, nobisque illum propitium reddit,

homines, quia fratres, & proximi nostri sunt. Secundus est Spei, fiduciæ, filij enim erga Patrem amantissimum, & fratres erga Primogenitum inter fratres dilectissimum, maximam debent habere fiduciam, quæ petierint, obtinendi. Tertius est humilitatis, pietatis, timoris, ac reverentiæ Dei, cælestem considerando majestatem: Hæc tria valdè præparant hominem ad efficaciter orandum.

N. 2. & seq. Quid debet facere volentes? Resp. Primò debet proponere sibi rectam intentionem, nempe se velle summam Dei gloriam, & suam, aliorúmque hominum virtuosam utilitatem, juxta modum à Christo Domino nostro præscriptum, postulare. Secundò debet magna diligentia studere, ut tres dictos affectus charitatis, spei, & humilitatis adipiscatur. Tertiò tali affectu, & intentione debet linguam, & totum corpus ad orandum dirigere, impellere, promovere.

N. 17. & 18. Quid à lingua faciendum erit? Resp. Seipsam præbebit instrumentum intellectûs, & voluntatis ad verba Dominicalis orationis, quæ decet devotione, ac reverentia, non semel, sed quotidie ac sæpissimè, proferenda.

DOCTRINA CATECHISMI ROMANI.

In primam Orationis Dominicæ petitionem.

POst Proœmium debent sequi petitiones? Respond. Justum est, ut proœmium sequatur oratio.

Quænam est materia hujus tractationis? Resp. Prima orationis Dominicæ petitio.

Quis finis? Respondemus, Illam fideliter, & fructuosè explicare.

In quot capita hæc tractatio dividi potest? Resp. In quatuor sequentia.

Primum est, De petitionibus in generali.

Secundum, De prima petitione in particulari.

Tertium, De explicatione verborum primæ petitionis.

Quartum, De usu dictæ petitionis.

De petitionibus in generali. Cap. 1.

QUid est petitio? Resp. Est *interni desiderij manifestatio cum affectu rem impetrandi desideratam*; vel sic etiam definitur: *Petitio est nostri desiderij nuncius, & interpres.* — Petit. 1. Num. 2.

Quænam est materia petitionis? Resp. Res desiderata, seu postulata. — Arg. ibid.

Quæ forma? Resp. Manifestatio desiderij, nec non affectus obtinendi. — Ibidem.

Quis finis? Resp. Impetrare, obtinere, & suo satisfacere desiderio. — Ibidem.

Quod efficiens? Resp. Ille qui petit: Item Christus, qui has petitiones instituit. — Ibidem.

De numero, & causis petitionum. Num. 2.

QVot sunt petitiones in hac oratione? Resp. Septem.

Quænam materia illarum? Resp. Omne bonum desiderabile tam divinum, quàm humanum.

Quid est desiderium? Resp. Est appetitus rei non habitæ. — Arg. ibid.

Petitio semper comitem habet desiderium? Resp. Semper. — Ibidem.

quia non petimus, quæ non desideramus.

Quænam sunt desiderabilia? Resp. Omnia illa bona, quibus caremus, & egemus. — Ibidem.

Quæ sunt ista bona? Resp. Alia sunt divina, nempe gloriam Dei; alia sunt humana, nempè nostra, seu hominum utilitas. — Ibid. num. 2.

Liceret tantùm desiderare, & petere bona nobis, an etiam aliis? Resp. Nobis & aliis.

Liceatne desiderare, & petere aliquæ bona à Deo? Respond. Liceat. — Cap. 9. n. 1.

Deus potestne carere, & egere aliquo bono? Respond. Aut. Catech. Nec verò Deo, *ad se*, ejus naturæ fieri accessio potest, aut augeri ulla divina substantia, quæ inexplica- — Pet. 1. n. 1. & 2. Pet. 1. n. 2.

mio verba spectes, brevissimum est: si res æstimes, gravissimum, mysteriorumque plenissimum: verba igitur sunt ista. *Pater noster, qui es in cœlis.*

Quot sunt ista verba? Respondemus Quatuor. Primum *Pater*, Secundum *Noster*, Tertium *Qui es*, Quartum *in cœlis*.

Quænam mysteria sub illis continentur? Resp. De hoc in explicatione ipsorum dicetur.

Ibidem. *De forma hujus proœmij. Num. 4.*

Quænam est forma hujus proœmij? Resp. Ille modus

Ibid. nu. 1. & seq. quo à Christo propositus est.

Quis est iste modus? Resp. Hic modus explicatur sic: Primò, verba hujus proœmij præcedunt petitiones: proœmium enim semper primum locum obtinere debet: Secundò, Hæc verba paucissima sunt; semper enim proœmium debet esse multo brevius oratione: Tertio, Hoc proœmium est valde accommodatum, ut dicetur, ad finem ipsius obtinendum.

Ibidem. Quod efficiens illius? Resp. Christus ideo sapientissima ratione factum est.

De explicatione primæ particulæ. Patet.

Cap. 11.

Quodnam est primum verbum orationis Dominicalis? Resp. Hoc, *Pater*.

Cap. 9. n. 1. Cur Christus instituit, ut hæc vox prima esset? Respondeamus, Ait Carec. Etsi Salvator noster in principio hujus precationis posuisset aliquod verbum, quod plus majestatis haberet, collocare, exempli causâ Creatoris, aut Domini tamen hæc omisit, quæ timotem simul nobis afferre possent, illud autem adhibuit, quod oratibus & aliquid à Deo petentibus, amorem fiduciamque conciliat: quid enim jucundius est Patris nomine, quod indulgentiam sonat, & charitatem.

Ibidem.

Cap. 9. n. 2. & seq. Quibus rationibus hoc nomen Patris convenit Deo? Ref. Tribus potissimum, nempè, Primò ex creatione, Secundò ex gubernatione, Tertiò ex redemptione.

Ibid. Nu. 2. Deus est Pater omnium creaturarum etiam irrationabilium? Ref. Dicitur Pater hominum, non autem irrationabilium animantium.

Cur hæc differentia? Respon. Quia Deus hominem ad

imaginem suam creavit, nec illam cæteris animantibus impertivit: Pater autem filium semper sibi similem, ut experientia docet, producere solet. *Ibidem.*

Deus dicitur pater omnium hominum etiam infidelium? Respond. Ita est, quia omnibus hominibus suam imaginem impertivit. *Ibidem.*

De providentia Dei. Num. 2.

Quid præcipuè significatur hoc nomine Patris? Resp. Pater na Dei erga homines providentia. *Ibid. n. 3.*

Quid significat hoc nomen *Providentia*? Ref. Providere derivatur, vel à *Pra.* & *videre*, ut significet Deum ante videre: vel à *Pro*, & *videre* ut declaret Deum *Pro*, *id est*, ad utilitatem hominum videre, & vigilare. *Ex S. Th. 1. p. q. 22.*

Quare Providentia dicitur ante videntia? Resp. Quia Providentia semper est de futuris. *Ibid. S. Th.*

Quare dicitur Pro, seu utilis videntia? Ref. Quia semper futurum prospicit utilitatem. *Ibidem.*

Quid est Providentia? Resp. *Est ratio ordinis rerum in proprios fines.*

Qui sunt effectus providentiæ? Resp. Principales sunt duo: Primus est ordinare rem ad aliquem proprium finem: Secundus est tradere, & providere illi rei omnia, quæ ad dictum finem obtinendum non solùm necessaria, sed etiam utilia sint. *Ibidem.* *Ibidem.*

Deus hoc facit erga homines? Resp. Omnino, & maxima benignitate. *Ibidem.*

Quare Providentia Dei dicitur Paterna, vel Patris? Ref. Ad declarandum, quòd maxima sit Patres enim maximam filiorum providentiam habere solent. *Cat. nu. 1. & seq. Ibid. nu. 2.*

De providentia Dei in creatione. Num. 3.

Deus in creatione habuit Paternam hominum Providentiam? Resp. Habuit. *Ibid. nu. 3. & seq.*

Qua ratione? Respon. Primò Sicut pater dat esse filio, ita Deus in creatione dedit esse hominibus. Secundò sicut Pater filium producit similem sibi, ita Deus hominem creavit ad imaginem suam. Tertiò Deus in creatione destinavit homines ad dios, ut sic dicam, altissimos fines, & primus est gloria Dei, secundus hominum in eodem Deo vita beata. Quartò Deus in creatione omnia, tum utilia, tum necessaria ad dictos fines consequendos ho-

mini cumulatè suppeditavit. Ideo in creatione Deus hominum habuit providentiam, & illa vetè paterna fuit.

De providentia Dei in hominis gubernatione.
Num. 4.

Ex Cat. in Symbol.

QUot sunt partes, seu gradus divinæ providentiæ erga humanum genus? Respond. Sunt tres, nempe, Prima *Creatio*, Secunda, *Gubernatio*, Tertia, *Glorificatio*.

Catech. in symbo. art. 10. 15. 21. 22. & art. 12.

Quæ differentia istarum? Respond. Creatio tria circa hominem facit, nempe dat illi esse, seu existentiam; dat finem proprium; & dat media illi fini opportuna: Gubernatio non dat dicta, sed supponit jam data: Superaddit verò duo, nempe conservationem eorum, quæ in creatione data sunt; necnon directionem ad bonum usum mediorum & ad congruam tendentiam in debitum finem: Glorificatio supponit jam dicta, & superaddit consequutionem finis, *id est*, non dat tendentiam in illum, sed realem, & actualem unionem cum illo, & firmâ, ac stabilem possessionem illius: Creatio ergo est initium providentiæ Dei; Gubernatio est progressus, & medium: Glorificatio est ultimum complementum.

Art. 5. n. 15. & seq.

Catechismus hic agit de providentia Creationis? Resp. Non, quia de hoc in prima parte, ubi de Symboli primo articulo, consideravit.

Art. 1. n. 21

Tractat hic de glorificatione? Resp. Non, quia de illa articulo duodecimo egit.

Cat. part. 3. can. 1.

Quid de gubernatione Dei potest considerari? Respondemus: Primò posset considerari de conservatione: & de hoc Catechismus egit articulo primo: Secundò de gubernatione & directione ad finem per legem naturalem, scriptam, & evangelicam: & de hoc consideravit super Decalogum: Tertiò, de custodia Angelorum & hoc modo agitur: Quartò, de redemptione, & hic summariè explicatur.

De custodia Angelorum.
Num. 5.

Cat. 3. 4. c. 9. n. 4. Expar. 1. in Dan. 6. 1.

DEus gubernat-ne tantùm homines per seipsum, an etiam per secundas causas? Ref. Primò per seipsum, deinde per secundas causas illos gubernat.

Quomodo gubernat per seipsum? Resp. Dando illis legem naturalem, scriptam & Evangelicam: Item curam immediatam in illos exercendo.

Cat. ar. 8.

Quomodo per secundas? Respond. Deus utitur Cælis, & astris, & elementis tanquam instrumentis, & secundis causis ad hominum corpora regenda: Utitur Angelis tanquam ministris ad homines custodiendos, & ad rectum finem dirigendos: Utitur magistratibus tum secularibus, tum Ecclesiasticis ad rectam hominum directionem.

& prac. 3. & de sacr. ord.

De sacr. ord. & prac. 4. Ca. hoc n. 4. & seq.

Catechismus tractat hic de regimine magistratuum? Ref. Non, quia de hoc egit in tractatu de Sacramento Ordinis: agit autem hic de custodia Angelorum.

Quænam est materia hujus custodiæ? Ref. Res custodita nempe homines, & res ad illos pertinentes, anima, corpus, fama, & facultates.

Num. 4. & 9.

Custoditurne tantùm humanum genus in generali: an singuli homines in particulari? Ref. Custodiuntur & in generali, & in particulari.

Ibid. Num.

Quis finis hujus custodiæ? Ref. Virtuosa hominum utilitas, nempe ut per hanc custodiam ab homine amoveantur mala, nec non bona illi collata sint.

Ibd. & seq. Arg. Ibid.

Quæ mala per hanc custodiam removentur? Respond. Ait Catechismus, Per illam fit, ne homines gravius aliquod detrimentum accipiant: Per illam sursum parati ab hostibus laqueos vitamus, & factos in nos à Dæmonibus horribiles impetus repellimus, & errores à fallaci adversario objectos, ut nos de recta via deducat, deregimus, & vitamus: Demum innumerabilia mala per hanc custodiam Angelorum quotidie ab hominibus removentur.

Ibidem.

Quorum bonorum hæc custodia nobis causa est? Ref. pond. Ait Catechismus Angeli custodiunt humanum genus, & singulos homines: Singulis hominibus præsto sunt, illisque assistunt: si infesta, & periculosa sit hujus vitæ via, nostri sunt adjutores: In periculis sunt defensores: Illorum ope, ac diligentia regimur, ut tuti in hoc itinere ad cœlestem patriam contendamus: Per illos ad reportandam victoriam de inimicis nostris nunquam, cernere, diabolo habiles reddimur: Ipsi sunt nostri duces, ut rectam virtutis semitam à vitio declinantes teneamus: illi

Num. 4. & 6.

sunt interpretes, & internuncij inter Deum, & nos; atque innumerabilia bona per illos nobis conferri ex historia Tobiæ, & liberatione S. Petri è carcere patere potest.

Quæ forma hujus custodiæ? Resp. Catech. exprimit illam his verbis? Custodire, præsto esse, adjuvare, tegere, ducere, illuminare, defendere, docere, apud Deum officio interpretis, & internuncij fungi, & hoc ab instanti nativitatis nostræ.

Ibidem. Quod efficiens hujus custodiæ? Resp. Primum efficiens est Deus, ipse enim Angelis suis mandavit de nobis, ipse illes destinavit, hoc est opus paternæ suæ erga nos providentiæ. Secundum verò efficiens sunt Angeli ipsi, qui ut jussa Dei impleant, nos custodiunt.

Dei maxima Dei erga homines cura, & providentia. Num. 6.

Cap. 9. n. 8. QUid præcipuè debet de providentia Dei erga homines explicari? Resp. Ait Catec. Parochus in primis divitias benignitatis Dei in humanum genus declarabit.

Ibidem. Quomodo declarabit? Resp. Ait Catech. Docebit, quod etsi Deum ab initio mundi usque modò innumerabilibus flagitiis, ac sceleribus offenderimus, tetinet tamen in nos charitatem, neque præcipuam & paternam de nobis curam deponit: Quòd si quis existimat Deum hominum oblivisci, amens est, & in Deum jacit indignissimam contumeliam; Et infra. Fideles ait, à nefaria illa opinione detererendi sunt, quod Deum capiat hominum oblivio: Et Cat. hoc authoritate Scripturæ probat, quæ docet Deum sæpius conquestum esse de hominibus, quòd talem de illo aliquando habuerint opinionem: ut Esai. 7. Ezech. 8. Isaiæ 49.

Num. 7. 8. 9. Potest dici quòd propter peccata hominum Deus obliviscatur illorum, ita ut de illis curam, & providentiam deponat: Resp. Air. Catech. Nullo modo.

Ibidem. Nonne Deus irascitur contra peccata, & punit, atque castigat peccatores, veluti de primis parentibus, & aliis hominibus apparet? Respon. Verum est, Sed verissimum etiam est, quòd nulla hominum quantumvis gravissima injuria, aut peccato Dei benignitas, ac providentia evacuatur; quia de illo scriptum est; *Neque continebit in ira*

sua misericordias suas, & de primis parentibus scriptum est, quod cum Deus ictatus ex una parte illos multis pœnis afficeret, ex alia tamen curam illorum retinuit, ideo & tunicas pelliceas illis fecit.

Nonne videtur, quod justi aliquando arbitrantur, quod *Num. 9.* à Deo sint derelicti, adeoque perditi: & Dei præsidio spoliati? Resp. Air. Catechis. Cum perditos nos maximè, & Dei præsidio spoliatos arbitramur, tunc maximè pro immensa sua bonitate nos quærit, & curat Deus: Sustinet enim in ira gladium justitiæ, nec cessat effundere inexhaustos misericordiæ thesauros.

De argumento providentia Dei ex redemptione. Num. 7.

QVodnam est maximum argumentum paternæ Dei er- *Num. 10.* ga homines providentiæ? Resp. Ait Catech. Creatio, & gubernatio præcipuam Dei in amando, tuendóque hominum genere rationem demonstrant, sed opus redemptionis ita eminet inter illas, ut beneficentissimus Deus, Patersque noster summam in nos benignitatem tertio hoc beneficio cumularam illustrarit.

Populi debent de hoc beneficio edoceri? Respond. Ait Catech. Parochi assidue debent auribus fidelium hanc *Num. 9.* nostræ redemptionis præstantissimam Dei charitatem inculcare.

Quænam est materia hujus redemptionis? Respond. *Num. 10.* Omnes homines.

Quod efficiens? Resp. Christus, qui nos pretiosissimo sanguine suo redemit. *Sess. 7. c. 7.*

Quænam forma? Resp. Christus sua passione, & morte *Ibidem.* nos redemit.

Quis finis? Resp. Ex Concil. Trid. Gloria Dei, & Christi ac *Ibidem.* vita æterna sunt ultimus finis redemptionis; sed finis mediatus ex eodem est justificatio, vel regeneratio, vel adoptio filiorum Dei.

Christus pro omnibus hominibus mortuus est? Respon. *Sess. 3. c. 3.* Ita ait sacrum Concilium.

Quare ergo non omnes homines salvi fiunt? Respond. *Ibidem.* Ait Conc. Quia non omnes faciunt quod facere debent, ut meritum passionis Christi illis communicetur.

Ioan. Cap. 1 & Cat nu. 10. Per redemptionem homines filii Dei effecti sunt? Ref. Ait Sanctus Ioannes, *Quotquot receperunt eum dedit eis potestatem filios Dei fieri.*

Ibidem Quinam filij Dei efficiuntur? Resp. Ait S. Ioannes, illis *qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, sed ex Deo nati sunt.*

Cap. art. 2. & hic nu. 16. & 11. Quot modi quis potest ex Deo nasci? Resp. Duobus, vel per naturam, seu per naturalem generationem: & sic Christus solus ex Deo natus est: & ideo dicitur filius Dei naturalis, vel per gratiam, seu per spiritualem generationem, & sic homines iustificati ex Deo nati sunt, & ideo dicuntur filij, non tamen naturales, sed adoptivi.

Cat nu. 10. & num. 11 Cap. 9. Quâ ratione nascimur, vel generamur filij Dei? Respond. Hæc regeneratio duplicem causam habet, unam internam, & occultam, nempè Spiritum sanctum, & gratiam aliam externam, & sensibilem, & hæc est Baptismus, quæ est redemptionis nostræ primum pignus, & monimentum.

Cat. ibid. Vnde hoc habetur? Resp. Ex Evangelio dicente, *Nisi quis renatus fuerit ex aqua*: Ecce sacramentum Baptismi? *Et Spiritu sancto*: Ecce gratia Dei: *Non potest introire in regnum Dei.*

Cat. ibid. Ex hac filiatione Dei, quinam fructus proficiscuntur? Ref. Non potest, explicari, Patres enim omnia bona sua filiis suis liberalissimè communicant, concedunt, donant: Ideo ex illa infinita bona nobis proficiscuntur.

De providentia Dei in castigatione. Num. 8.

Num. 12. & num. 13 Ibidem. DEus fungiturne officio patris peccata hominum castigando? Resp. Proprium officium est Patris filios erudire, corrigere, & castigare.

Ibidem. Quænam est materia divinæ castigationis? Respond. Peccata hominum, quod si Deus dicatur homines, & filios castigare, ideo hoc est, quatenus illi sunt peccatores.

N. 12. & 13 Quibus modis Deus castigat? Ref. Rebus adversis & calamitatibus, veluti peste, fame, bello, grandine, infirmitate, morte charorum, & aliis huiusmodi.

Cùm Deus hæc mala hominibus infligit, estne signum

hostilis animi Dei in nos, & prorsus abalienatæ à nobis divinæ voluntatis? Ref. Ait Catec. nullo modo, & qui ita sentiret, gravissimè contra Deum peccaret & Parochi ut fideles à perversitate talis sententiæ deterreant, summo studio curare debent. N. 12. & 13

Fideles quid in pœnis à Deo infligis, vel in malis ab illo permissis cogitare debent? Resp. Quòd Deus non hostiliter dicta mala vel infligit vel permittit, sed percutiendo sanare, & plagam à Deo venientem non esse plagam sed medicinam: sæpissimè enim quod corporis plaga est, animæ medicina existit.

Ibidem. Quem modum tenet Deus in nostra castigatione? Resp. Ait Catech. *Deus visitat in virga iniquitates nostras, & in verberibus peccata nostra, misericordiam autem suam non aufert à nobis.* Demum in castigando paternam servat charitatem, juxta illud Iob *ipse vulnerat, & medetur: percutit, & manus eius sanabunt*: & idem habetur Hier. 13. & Tob. cap. 12. & Hebr. 12. dicatur: *Deus, quem diligit, castigat. Flagellat autem omnem filium, quem recipit*, idem alibi.

Arg. ibid. Quis est finis divinæ castigationis? Resp. Gloria Dei, & utilitas hominum.

Ibidem. Quomodo gloria Dei? Respond. Quia Deus sic exaltat justitiam & potentiam suam, & exercet dominium, quod in homines habet, & incutit timorem, ut homines illi subditi sint, demum vindictam sumit de offensis in illum collatis.

Ibidem. Quomodo utilitas hominum? Respondemus: Ait Catec. Deus castigat peccatores, ut ea disciplina meliores faciat, & præsenti animadversione redimat ab exitio sempiterno. Num. 13.

Si quis, cum aliqua pœna aut incommodo afficitur, aut aliqua calamitate affligitur, existimet Deum id ignorare, errare? Respondemus: Talis in maximo esset errore, & Parochi summo studio curare debebunt, ne quis ita de Deo existimet.

Nu. 7. 8. 12. 13. & 19. Quod est efficiens divinæ castigationis? Ref. Deus, omnes enim pœnæ, & calamitates à Deo vel propriè, vel permissivè procedunt.

Quænam propriè? Respond. Illæ, quæ à Deo immediatè

Prac.5.cap. 20. & 21. inflictæ sunt, vel de eius mandato à secundis causis prosiscuntur.

Ibidem. Quomodo permissivè? Resp. Cùm Deus videt aliquam secundam causam malum infligere alicui, & cùm possit impedire, non impedit, sed permittit, ut fiat.

Ib, & hic, Num.14. Omnes adversitates à Dei manu sunt accipiendæ? Resp. Ita est, sicut de Iob, & Tobia, & aliis sanctissimis viris apparet.

Ibidem. Hoc habet locum etiam tunc, cùm diabolus, vel aliquis homo mala intentione nos offendit? Resp. Habet. Licet enim Deus non approbet malam intentionem nos offendentis, tamen illam molestiam, & offensionem sua providentia in bonum dirigit, ut patet de malis, quæ à diabolo in Iob collata sunt.

Prac.5.n. 20. & 21 Quid debet cogitare homo cùm injustè ab aliquo offensus est? Resp. Debet considerare, quod offendens Dei instrumentum est ad nostram exercitationem.

Sess.14.c.13 Si quis patienter ferat mala à Deo vel directè, vel permissivè inflicta, poterit ex hoc meteri, vel satisfacere pro peccatis? Respondemus Sacrum Conc. Trid. determinat de fide, quod potest, ut de Iob, atque Tobia manifestè scriptura docet.

De explicatione secundæ particulæ. Noster.

Caput III.

N.1 & seq. Num.14. LIcet-ne hominibus dicere Deo, *Pater noster*? Resp. Licet.

Quare convenit illi dicere, *Noster*? Respond. Quia homines filij Dei vocari possunt, filiis autem convenit dicere eorum Patri *Pater noster*.

N.14.15. 16. Hæc vox *Noster*, quam habet significationem? Resp. Tria significat, nempe primo quod homines sunt filij Dei. Secundò, Quod sint inter se fratres: Tertiò, Quod Christus hominum frater verè dicatur, & sit.

Ibidem. Quare ita significat? Respond. Qui dicit, *Noster*, significat aliquid suum, & aliorum, ideo cùm orans dicit, *Pater noster*, affirmat Deum esse suum patrem, & aliorum hominum: cùm autem illi, qui habent eundem patrem sint fratres, sequitur, quod qui dicit Deo *Pater noster*, affirmet alios homines esse suos fratres, & cùm Christus sit homo, quod ipse *Pater noster* sit.

De

De gradibus filiorum Dei. Num.1.

QVot sunt gradus filiorum Dei? Resp. Ait. Cat. quatuor esse, nempe, *Art. 1.*

Primus & infimus creationis & gubernationis, & sic totus mundus dicitur habere Deum Patrem, & de hoc Catech. egit articulo primo. *Ca 9.n.2. & n.1.n.9.*

Secundus gradus major primo est, quo Deus dicitur Pater hominum, quia illis suam imaginem impertivit: ideo omnes homines, ut supra dictum est, Patrem Deum habere dici possunt.

Tertius gradus est per adoptionem, & per gratiam & hic convenit tantum Christianis, qui in gratia Dei sunt. *Art.1.n.9.*

Quartus est, per naturam, & generationem: & hoc modo solus Christus dicitur filius Dei naturalis, & genitus à Patre ab æterno, unde in secundo Articulo habetur: *Et in Iesum Christum filium eius unicum.* *A°.1.10.*

Quem gradum filiationis, explicat verbum, *Noster*? Resp. Explicat aliquo modo omnes. *Ex n.2. & seq.*

De gradibus fraternitatis. Num.3.

QVot sunt gradus fraternitatis? Respondemus. Hæc tria, *Paternitas, Filiatio & Fraternitas* aliqua ratione eodem modo se habent, ita ut ubi unum est, etiam alia esse possint: Vt enim aliquis possit dici *Pater*, necesse est ut habeat subditos, qui filialem subiectionem illi habeant: ubi autem sub eodem patre plures sunt filij, fraternitas reperitur. Tot igitur quadam ratione sunt gradus fraternitatis, quot filiationis, & ideo primus gradus & infimus est conjunctio, quam omnes creaturæ sub eodem Deo illarum authore habent: secundus est hominum inter se unio: tertius est propinquitas fidelium, quia filij Dei sunt adoptivi: quartus explicat fraternitatem quam habent filii adoptivi cum unico, & naturali filio Dei, *id est* Christo: & hæc fraternitas supra quam dici potest, honorabilissima est. *Catec. art. 1.num.9. seq. & hic Num 4. & seq.*

De triplici Christianorum necessitudine. Num. 4.

QVomodo Catechismus appellat dictam fraternitatem, & filiationem? Resp. Christianam necessitudinem. *Num.14.*

Quid est necessitudo? Respond. Est quædam sortis, & *Num.14. & seq.*

amorosa unio, atque conjunctio. Scriptores enim utuntur hac voce ad significandam earnis propinquitatem, seu consanguinitatem, item valde familiarem inter amicos consuetudinem, atque conversationem.

Ibidem. Quotuplex est hæc necessitudo? Resp. Ait Catech. Triplex; prima est ad Deum tanquam ad Patrem, & hæc dicitur filiatio; secunda est inter fratres adoptivos, & hæc dicetur fraternitas, ut sic dicam minor; tertia est inter filios adoptivos, & filium naturalem, *id est*, inter fideles, & Christum, & hæc maxima fraternitas dici potest.

De effectibus Christianæ necessitudinis.

Num. 5.

Num. 13. *Nu.* 14. 15. *16.* 17. 18. QUænam est causa Christianæ necessitudinis? Ref. Convenientia omnium fidelium in eadem origine, nempe quod ex Deo omnes nati sunt.

Qui sunt effectus, seu fructus dictæ necessitudinis? Ref. Catechismus enumerat multos.

Primus. Est maxima nobilitas, nempè quia sunt Filii Dei, & fratres Christi.

Secundus, Inexplicabilis utilitas, nempè quia sunt hæredes Dei, cohæredes autem Christi.

Num. 15. Tertius. In hac necessitudine fundata est Ecclesia, quæ

Num. 16. per illam omnes fideles in unitate Ecclesiæ veluti membra in corpore sunt congregati.

Art. 9. Quartus. Communio Sanctorum ab eadem dependet, ut articulo nono dictum est.

Num. 16. Quintus. Hæc necessitudo omnes fideles inter se fraterna charitate, & mutuis officiis coniungit, atque connectit.

Ibidem. Sextus. Hæc facit ut fidelis quisque in orando non tantum pro seipso, sed etiã pro aliis petat, & studeat impetrat

Considerationes circa particulam, Noster.

Num. 6.

Num. 14. *& seq.* QUare Christus instituit, ut dicatur, *Pater*, non *meus*, *sed noster*? Respondemus, Quia *meus*, significat quidem filiationem hominis ad Deum, sed non explicat fraternitatem, quam fideles habent invicem, & cum Christo.

Num. 14. Christus fuit-ne frater noster tãtùm dum fuit in hac vita mortali? Respondemus, Non, sed hæc fraternitas etiam post resurrectionem, & ascensionem in cælum durat. Ideo Christus resuscitatus, & in ultimo judicio fideles fratres suos vocat.

Nu. 14. & *seq.* Christianus quid debet cogitare cùm dicit hoc verbum, *Noster*? Resp. Tria. Primò, quòd nemo est sibi, & aliis fidelibus Pater. Secundò, Quod Christum habet Fratrem; Tertio. Quod ipse omnibus fidelibus, & aliis proximis frater est.

Num. 18. Quid prodest cogitare Deum sibi esse Patrem? Ref. Inducit ad filialem affectum erga illum, & ad sperandum, quod benignè sibi postulata concedet.

Num. 19. Quid efficit cogitare quòd aliorum sit Pater? Resp. Dat spem, quod Deo gratissimum erit, si quis pro aliis filius Dei oret, & quod facilliùs pro illis quoque impetrabit.

Prodestne cogitare Christum esse nobis fratrem? Resp. Omninò, tum quia ista fraternitas nos magis dignos, & amabiles in conspectu Dei reddit, unde facilius erit impetrare quod petimus; tum quia hinc licet sperare, quod tam dignus, & amantissimus frater noster nostras maximè poterit orationes adjuvare.

Num. 14. *& seq.*

Quid efficit cogitatio de communi inter fideles fraternitate? Respondemus. Primò impellit, ut orans non tantum pro seipso, sed etiam pro omnibus fratribus suis intendat orare. Secundo facit ut suam orationem cum illa, quam omnes fratres sui Deo offerunt, conjungere velit.

Num. 16.

Deus libenter audit Christianum non solùm pro seipso, sed etiam pro aliis deprecantem? Ref. Ita affirmant Catech. & S. Ioannes Chrysostomus.

Ibidem.

Quare hoc? Ref. Ainat, Quia pro se orare, naturæ est; pro altero, gratiæ: Pro se necessitas cogit, pro altero fraterna charitas hortatur: Ideo jucundior est Deo illa oratio quam fraterna charitas commendat, quàm ea, quæ necessitate pronunciatur.

Ibidem.

Parochi debent explicare populis hanc inter se fidelium fraternitatem? Respon. Ait Catech. debere, & diligenter.

Ibidem.

Quid debent explicare? Respond. Quod omnes fide-

Num. 17.

les inter se fratres sunt: & quòd unus Deus & parens, & Dominus omnium est, tam divitum, & Regum, & Principum, & potentium, & Græcorum, & Iudæorum, quàm pauperum, & subditorum, & infirmorum: Et quòd una est nobilitas omnium, una dignitas, unus splendor generis, & ordinis spiritualis.

Num. 16. Nonne in Ecclesia diversi sunt officiorum, munerum, & dignitatum gradus, unde unus alio major dicendus sit? Respon. Catechismus ait, sunt, sed talis varietas graduum fraternæ, & Christianæ conjunctionis necessitudinem minimè tollit. Sicut enim in hominis corpore varius usus, & diversa functio membrorum non facit, quòd hæc, vel illa corporis pars membri munus, & nomen amittat: ita diversi in Ecclesia gradus fraternam fidelium conjunctionem non tollunt, sed amittunt.

Num. 16. Num. 17. Ad quem finem Parochus hanc ordinabit explicationem? Res. Ait Catechismus, Ad hoc ut fideles hujus necessitudinis memores invicem amanter, & fraternè se gerant, neque alii aliis se præferant insolentius: Item ad confirmandos & sublevandos inopes & abjectos homines: Nec non ad coërcendam, & comprimendam arrogantiam locupletum atque potentum. Cùm enim se invicem considerabunt fratres, eveniet, ut neque infirmi deprimentur, neque potentes indebitè efferantur.

Nu. 18. 19. Hæc consideratio utilis est ad vitia fugienda, & ad virtutes sectandas? Res. Ait Catec. utilissima, Docet enim quod cuilibet fideli danda sit opera, ut talem se præbeat, qualem esse decet Dei filium, *id est*, ut oratio & actiones suæ indignæ non sint divino genere, quo nos dignari voluit beneficentissimus Deus.

De explicatione tertiæ particulæ, Qui es:
Caput. IV.

Num. 18. Ioan. 4. QVid explicat tertia particula *Qui es*? Res. Dei existentiam seu divinum esse, cum enim dicat, *Qui es*, ostendit Deum modo quodam eminentissimo esse.

Esse convenit magis Deo quàm creaturis? Resp. Soli Deo propriè, & per se convenit esse, Deus enim existit & habet vitam in semetipso, cætera omnia ideo sunt quia à Deo producuntur, & conservantur.

Deus vult, ut omnes sciant quod ipse solus Est? Resp. Vult, Ideò cum Moyses interrogavit Deum, quod esset nomen eius. Deus respondit. *Ego sum, qui sum, & hoc est nomen meum*: Et dixit illi Deus, ut diceret populo Hebræo, *Qui est misit me ad vos*. Exod. 3.

Omnes creaturæ accipiunt esse à Deo? Respond. Ait S. Thomas. Esse cujuscumque rei Dei effectus proprius est, ab ipso omnia in esse producuntur, & conservantur, ideo dicitur *per ipsum, cum ipso, & in ipso, sunt omnia, & in ipso vivimus, & movemur, & sumus*. Cat. ar. 1.

De perfectione divinæ existentiæ. num. 2.

EXistentia Dei est perfecta? Resp. Perfectissima. Hic nu. 18.

Quomodo explicatur hæc perfectio? Resp. Christus sic illam explicavit, sicut Pater habet vitam in semetipso, sic dedit & Filio vitam habere in semetipso: ubi apparet: quod solius Dei est existere in semetipso. Ioan. 5.

Quid est vivere, & existere in semetipso? Resp. Est ita habere esse in seipso, & à seipso, ut nulla penitus extrinseca re egeat ad existendum. Cate. ar. 1. Num. 15.

Deus eget hoc mundo ad existendum? Respond. Non eget, Deus enim ab æterno ante mundi creationem sine mundo extitit in seipso. Ibidem.

Deus vivit in seipso? Resp. Vivit & beatissimâ vitâ. Ib. & 10.

Quænam est vita Dei? Resp. Hæc consistit in duplici operatione, & una est intellectus, qua Deus cognoscit, intuetur, & contemplatur suam infinitam pulchritudinem: alia est voluntatis, qua diligit, & fruitur sua immensa bonitate. Cat. art. 1. n. 8. v. 10.

Quare ejus vita est beatissima? Resp. Quia fruitur sua infinita pulchritudine, & bonitate, & ideo infinita semper potitur delectatione. Ibidem.

De æternitate divinæ existentiæ. num. 3.

ESse Dei est in tempore, an in æternitate? Respond. In æternitate. Ibidem.

Quid est Æternitas? Respond. Sic definitur, *Est interminabilis vitæ tota simul, & perfecta possessio*: Dicitur, *Vitæ*, quia in Deo vita est: Est enim fons vitæ. Dicitur *vitæ interminabilis*, quia vita Dei non habet terminum, *id est*, principium, vel finem: Dicitur, *possessio vitæ*, ut significetur vitam à Deo firmiter, & inamissibili- 1. p. 9. Cat. art. 1. Num. 15.

ter possideri,& cum pleno dominio illius. Dicitur, *Perfecta possessio*, quia vita Dei perfectissima & firmissima est. Dicitur, *tota simul*, quia vita Dei non habet illas successiones ætatum, quas habent homines, veluti infantiam pueritiam & alias, sed eius vita semper perfectissima, & absolutissima est.

Ioan. 5. Cat. a. 1. n. 15. Post creationem mundi Deus magis, quàm antea beatus effectus est? Resp. Non, Deus enim non vivit de mundo, sed benè mundus Deo vivit.

Ibidem. & Petit. 1. n. 2. Nonne gloria Dei per creationem mundi augmentum accepit? Resp. Aliud est vita, & beatitudo Dei, aliud gloria ipsius: Creatio mundi auget gloriam Dei, non tamen illius vitam, seu beatitudinem.

Cat. petit. 1. Num. 2. In quo differunt gloria, & beatitudo? Resp. Beatitudo dicit internam felicitatem, gloria verò dicit honorem, qui ab externo exhibitus sit, Ideo pauper ignotus, sed intus felix & contentus beatus erit, sed non gloriosus, Rex verò potens, sed in animo tristis, gloriam sine beatitudine obtinebit.

De ævo & tempore. Num. 4.

QVid est tempus? Resp. *Est duratio rei habentis principium, & finem.*

Quid est Ævum? Res. *Est duratio rei habentis principium, sed non finem.*

Creaturæ sunt æternæ? Res. Nulla creatura est æterna quia omnes à Deo principium habuere.

Omnes creaturæ sunt in tempore? Res. Corruptibiles mensurantur tempore, quia suæ existentiæ, & durationis, principium, & finem habent, incorruptibiles, ut Angeli & animæ hominum non tempore, sed ævo mensurantur.

De imperfectione humanæ existentiæ.

Cat. art. 1. POtestne dici, quod creaturæ vivant in seipsis? Resp. Non: quia earum esse, vel vita, vel existentia est ex Deo, in Deo, & per Deum; Sicut enim fons vivus dicitur habere aquam à semetipso, & in semetipso, rivuli verò dicuntur illam habere à fonte: ita cùm Deus sit fons vitæ & omnis existentiæ, omnis existentia à Deo, ut à primo fonte, derivanda est.

Conc. sef. pe per. arg. Existentia hominis viatoris imperfecta est? Respond. Imperfectissima post peccatum Adæ: tum quia morti

subjacet, & principium, ac finem habet: tum quia parum durat, & dum existit infinitis miseriis, & mutationibus obnoxia est: tum demum, quia potest peccare, & malè operari, & aliis etiam de causis.

De homine potestne dici, *Qui est?* Resp. Verius de illo diceretur, *Qui non est*: Homo enim continuò tendit ad non esse, juxta illud, *Omnes morimur, &c.* Cat. a. 1.

Existentia hominis dependet à Deo? Resp. Dependet in productione, in conservatione, in gubernatione, & demum omninò, & in omnibus.

Considerationes circa particulam, Qui es.

Num. 6.

FIdeles cùm pronunciant illam particulam, *Qui es*, quid debent considerare? Resp. Ex una parte Dei perfectissimam existentiam, ejusque æternitatem; ex alia suam continuam defectibilitatem, mutabilitatem, miseriam atque infirmitatem. Num. 19.

Ad quid proderit hæc consideratio? Res. Inducet infideles, ut ex propriis miseriis tædio affecti ad Deum qui omnis existentiæ vitæ, & felicitatis æternus, & verus fons est, magno animo, & desiderio accedant. Item efficiet, ut cognoscant homines, quãta ex parte sui humilitas, & ex parte Dei reverentia in oratione sit adhibenda: quod erit ad bene orandum illos disponere, & præparare. Ibidem.

De explicatione quartæ particulæ, In Cœlis.

Caput V.

DEus ante creationem mundi ubi erat? Resp. In seipso. Cat. art. 1. n. 15. Ioan. 5.

Post creationem mundi ubi est? Res. In seipso.

Potest dici, quod Deus modò sit in mundo? Resp. Veriùs dicetur mundum esse in Deo, quàm Deum esse in mundo, nihilominus verè dicetur, quod Deus in mundo sit. Ibidem.

Deus est ubique locorum, ubique gentium? Res. Omnibus ita esse constat. Cat. 1. 9. n. 18.

Deus est distributus in partes, ita ut una parte locum unum, & alia alium occupet, ac tueatur? Responden. Non, quia Deus spiritus est, omnis expers divisionis: ideo etiam est in toto mundo, & totus in qualibet parte ipsius Ibidem. Ibidem.

sicut etiam Philosophi de anima dicunt, quod tota est in toto corpore, & tota in qualibet parte illius.

Ibidem. Deus potest loci alicujus fidelibus circumscribi? Respondeo, Theologi dicunt, Deus non est in loco circumscriptivè, *id est*, ita ut à loco circumscriptus sit, quia cùm sit res infinitum circumscribi non potest: dicitur tamen esse in loco definitivè, quia potest dici quod Deus in loco isto, vel illo sit.

Ibidem. Nonne Deus ipse dixit, *Cælum, & terram ego impleo?* Resp. Ait Cat. Deus cælum, & terram ideo implet, quia omnia quæ cælo ac terra comprehensa sunt, vi sua, ac virtute complectitur, non tamen dici debet, quod Deus ullo loco contineatur.

Ibidem. Nonne Deus adest omnibus rebus? Resp. Adest vel creans ipsas, vel conservans creatas, nullà tamen regione, nullis finibus, vel circumscriptus vel ita definitus est, quominus, & naturam, potestatem suam præsens ubique constituat.

Ibidem. Deus est ubique per præsentiam, potentiam, & essentiam? Resp. est, quia omnia Deo nota sunt: ubique etiam Deus suam exercet virtutem, & potestatem, & ipsius essentia in qualibet mundi parte reperitur.

Ibidem. Deus etiam in inferno suam exercet potestatem, ibique est? Respon. Ita ait Scriptura, *si descendero in infernum, adest*: illic enim sua potentia, & justitia Dæmones, atque damnatos punit.

Ibidem. Quare si Deus præsens adest in omnibus rebus, & locis, ita ut nullis terminis sit definitus, sæpe in divinis scripturis dicitur habere domicilium suum in Cælo? Resp. ait Cat. Hoc ideo factum est, quia cæli, quos suscepimus, sit nobilissima mundi pars, ideoque maneant incorrupti, præstantes vi, magnitudine ac pulchritudine cæteris corporibus: cæterisque, ac stabilibus motibus perditi. ideo Deus, ut hominum animos excitaret ad contemplandam infinitam suam potestatem, ac majestatem, quæ maximè elucet in opere cælorum, se in divinis scripturis habitare dicit in cælo, cùm tamen sæpe scriptura declarer, nullam esse mundi partem, cui natura, & potestas præsens non sit.

Cur Christus in hoc proœmio ex una parte propanit

fidelibus paternam Dei benignitatem, ex alia cælestem illius potentiam, ac majestatem? Respondemus. Ait Catechism. Hoc facit. Primò, ut Patris nomine: & fiduciam, oranti afferret, cælestis verò majestas Christianam pietatem & humilitatem erga Deum efficeret. Secundò docuit quod omnis nostra cogitatio, & omne desiderium ad cælum ubi nostra felicitas collocatur, sit dirigenda. Tertiò ostendit, quod nostra postulatio: ut digna sit Christiano, non debet esse tantùm de his terrenis bonis: sed etiam de cælestibus, quia illa verè bona sunt. *Cat. c. 9. n. 3. & n. 18.*

De usu hujus proœmii. Cap. VI.

QUid est usus rei? Resp. Est applicatio illius ad aliquem finem, veluti applicatio medecinæ ad obtinendam sanitatem est usus illius.

Quæ requiruntur ad bonum usum? Resp. Duo, nempè, primò, ut res applicetur ad propium finem. Secundò ut hæc applicatio debito modo fiat.

Quomodo quis bene uterur hoc proœmio? Resp. Applicando illud ad debitum finem, & hoc debito modo, ut dictum est.

Quid debent facere fideles ut bene utantur hoc proœmio? Resp. Primò quædam facienda sunt memoria & intellecta; Secundò quædam voluntate: Tertiò alia ore, & lingua.

Quid debent facere memoriâ Resp. Verba, & illorum sensum addiscere, & retinere.

Quid intellectus? Resp. Primò ex dictis rectè percipere sensum verborum: Secundò finem hujus proœmij rectè intelligere: Tertiò dicta sæpè considerare, contemplari, meditari.

Quis est finis hujus proœmij? Resp. Ultimus, & communis finis est perfecta Dei gloria, & summa, tum sui, tum aliorum hominum utilitas: Proprius finis est præparare ad virtutes, & efficaciter postulandum. *Cat. n. 5. & seq.*

Quam præparationem hoc proœmium efficere intendit? Respondeo. Tres nititur in animis fidelium affectus generare: & primus est charitatis erga Deum, qui cùm sit pater à filiis diligi debet: & erga Christum, quem tanquam Fratrem, & Primogenitum inter fratres summa dilectione prosequi justum est. Demum ejus omne *Ibidem.*

Excellitia. Hæc Dæmones fugat, nosque illorum victores facit.

Hæc oratio à Christo Domino fuit instituta, ideo omnium excellentissima est.

Virtus. Hac Apostoli, & fideles, & Ecclesia semper usi sunt.

Hac uti oratione, actio tum Christiana, tum Angelica examinanda est.

Hac oratione possumus mereri vitam æternam.

Hac oratione, possumus satisfacere Deo pro peccatis.

Per hanc nosipsos in virtutibus exercemus: Ideo hæc oratio res facilis, jucunda, justa, necessaria, utilis excellens & virtuosa erit, & ideo cum reverentia, & devotione frequentanda est.

DOCTRINA CATECHISMI ROMANI.

In Proœmium Orationis Dominicalis.

De fine, utilitate, & divisione hujus tractationis.

Cat. par. 9. an. 9. n. 1. Ibidem. Ibidem. Ibidem.

QVONAM est subiectum hujus tractationis? Ref. Proœmium Orationis Dominicalis.

Quis finis? Resp. Tradere veram, & fructuosam explicationem illius.

Ad quid utilis est tractatio? Ref. Utilissima ad hoc, ut Oratio Dominicalis majori cum devotione dicatur.

Ex Catec. par. 4. c. 6. n. 1. & seq. Parochi itaque populus illud explicare. Ref. Ait Catec. Officium Parochi est illud distincte, dilucidèque declarare.

In quot capita hæc tractatio dividi potest? Resp. Tria facienda sunt: Primò dicendum de hoc proœmio: Secundò verba ipsius sunt explicanda. Tertiò deusu ejusdem aliqua sunt dicenda. Ideo in sex capita dividi potest.

Primum, est de Proœmio.
Secundum, Est de explicatione primæ particulæ, *Pater.*
Tertium, De explicatione secundæ particulæ, *Noster.*
Quartum, De explicatione tertiæ particulæ, *Qui es.*
Quintum, de explicatione quartæ particulæ, *in cœlis.*
Sextum De usu illius proœmij.

De proœmio orationis Dominicalis. Cap. 1.

Arg. ibid. Num. 4. QVid considerandum de hoc proœmio? Ref. Definitio, & causæ illius.

Ibidem. Quinam utuntur proœmio? Ref. Sapientes, cum de re gravi locuturi sunt.

Ibidem. Quis finis proœmij? Resp. Disponere, & præparare, tum oratorem ad dicendum, tum auditorem ad audiendum.

Ibidem. Quæ materia proœmij? Ref. Illa, quæ ad dictum finem consequendum valent deservire.

Ibidem. Quomodo definitur Proœmium? Ref. Sic, *Est præparatio ad sermonem.*

Ibidem. Hoc Proœmium quomodo definitur? Resp. Sic: Est formula Christianæ ad orandum præparationis.

De fine hujus proœmij. Num. 2.

Ibidem. QVis est finis hujus Proœmij? Resp. Præparatio ad orationem Dominicalem.

Hæc præparatio requiritur ex parte Dei audientis, an hominis loquentis? Resp. Ex parte utriusque.

Ibid. n. 2. & seq. ex c. 2. n. 4. Quare ex parte Dei requiritur præparatio? Resp. Quia nisi Deus audiat, non exaudiet, ut autem audiat, opus est curare, ut attendat iis, quæ dicuntur.

Ibidem. Quomodo Deus inducitur ad benignè audiendum? Ref. Si oratio humilem, & devotum affectum præ se ferat.

Cap. 6. n. 1. Quomodo præparatur homo ad orandum? Respond. Si ante orationem dictum humilem, & devotum affectum assumat.

Ex loco citato. In hoc proœmio efficitur præparatio tum Dei, tum hominis. Ref. Efficitur, quia dictus humilis, & devotus affectus in illo proponitur esse.

De materia hujus proœmij. Num 3.

Cap. 6. n. 1. QVænam est materia hujus proœmij? Resp. Sunt primò verba illius. Secundò sententiæ, vel mysteria, vel res, quæ ab illis significata sunt.

Ibidem Quænam sunt verba? Resp. Ait Catech. Si in hoc proœ-

Ibidem. bilem in modum est omni perfectione cumulata.

Quo modo ergo possumus Deo aliquid petere, vel desiderare? Respon. Ait Catech. Ea, quæ petimus à Deo & ipsi Deo, non sunt intrinseca illi, ita ut ejus naturæ, aut substantiæ, aut vitæ, aut felicitati addita sint: Deo enim ad intra nulla accessio, vel augmentum fieri potest. Sunt autem ad extra, *id est*, extra naturam, substantiam & vitam Dei.

Ibidem. Quænam sunt ista extrinseca Deo, quæ nos illi cupimus & postulamus? Resp. Illa quæ ad æternam Dei gloriam pertinent. Gloria enim, ut antea dictum fuit, non intrinseca, sed extrinseca res est.

Quænam ad Dei gloriam pertinent? Resp. Potissimum tria, nempe, Primò cognitio, Secundò subjectio, Tertiò obedientia: his enim tribus gloria Dei continetur, & manifestatur.

Ibidem. Quæ bona nobis possumus desiderare, & petere? Resp. Hæc bona alia sunt animæ, alia corporis, alia famæ, alia facultatum.

Petit. 1. n. 1. Ista omnia bona divina, & humana suntne materia petitionum? Resp. Sunt.

Ibidem. Quænam est forma petitionum? Respond. Hæc forma continet. Primò desiderium bonorum dictorum. Secundò manifestationem dicti desiderij. Tertiò affectum impetrandi. Quartò voluntatem gratias agendi de obtentis & impetratis.

Ibidem. Quis finis harum petitionum? Resp. Finis proximus est impetrare & obtinere, hunc finem sequitur alius, qui est satisfacere desiderio suo. Ultimus finis est summa Dei gloria, & maxima hominum utilitas, ut ante dictum est.

De convenientia, divisione, & ordine petitionum.
Num. 3.

Istæ septem petitiones conveniunt in aliquo? Respond. Omnes conveniunt in causa efficiente, quia omnes à Christo institutæ sunt. Item in causa formali, quia omnes dicunt desiderium, & effectum impetrandi in ultimo etiam fine conveniunt, quia omnes gloriam Dei & hominum utilitatem prætendunt.

Differunt in aliquo? Resp. Differunt in materia, & in fine particulari. *Ibidem.*

Quomodo differunt in fine? Resp. Tres primæ petitiones habent pro fine gloriam Dei conjunctam cum hominum utilitate; quatuor ultimæ aliquo modo habent pro fine utilitatem hominum conjunctam cum Gloria Dei. Item tres primæ habent pro fine gratias agere: quatuor ultimæ impetrare. *Arg. ibid.*

Quomodo distinguuntur ex parte materiæ? Resp. Tres primæ habent pro materia bonum divinum extrinsecum *id est* gloriam Dei, Quatuor ultimæ pro materia habent bona animæ, corporis, famæ, & facultatum, ut dictum est. *Pet. 1. n. 1. & 2.*

Quomodo primæ inter se distinguuntur? Respondeo. Materia primæ petitionis est cognitio Dei: Secundæ est subjectio Deo, ut Regi: Tertiæ est obedientia illi, ut Domino omnium. *ex Petit. 1. Num. 2.*

Quo pacto quatuor ultimæ distinguuntur? Resp. Quarta petitio habet pro materia omnia bona animæ, corporis, famæ, & facultatem, seu possessionem illorum. *ex Petit. 4. §. 6. 7.*

Quinta intendit obtinere liberationem à malis præteritis animæ, quæ sunt peccata. Sexta habet pro materia liberationem à malis animæ futuris, *id est*, à peccatis. Septima petit liberationem ab omnibus malis corporis, famæ, & facultatum.

Quæ ratio ordinis harum petitionum? Respondemus Illa, quæ primò sunt appetenda, prius etiam sunt postulanda. *Petit. 1. n. 1.*

Quid primò est appetendum? Respon. Deus, qui cùm solus sit in seipso summum bonum, jure est præcipuo, ac singulari amore diligendus: ita ut omnibus aliis rebus, ac bonis eius honor, & gloria sit proponenda. *Ibidem.*

Homo debèrne magis diligere Deum, quàm seipsum? Resp. Plus seipso, & omnibus suis. *Ibidem.*

Gloria Dei ante omnia est postulanda? Respond. Ait Christus. *Primum quærite regnum Dei, & justitiam, & hæc omnia adjicientur vobis.* *Ibidem.*

De prima petitione. Caput II.

Quænam est prima petitio? Resp. Hæc, *Sanctificetur nomen tuum sicut in cælo, & in terra.* *Petit. 1. n. 1.*

Ibidem. Cur dicitur prima petitio? Resp. Dicitur petitio, quia in ipsa petimus: dicitur prima, quia primo loco posita est.

Arg. ibid. Quomodo definitur? Resp. Sic, *Est formula petendi Christianam de Deo cognitionem.*

Num. 4. & seq. Quænam est materia illius? Resp. Generalis, & perfecta, & gloriosa cognitio de Deo, & de Ecclesia. Dicitur generalis, ut significetur oportuit, & petij quòd omnes obtineant Dei cognitionem: non quod cognoscat omnia quæ de illo cognoscenda sunt. Dicitur perfecta, ut declaretur optari non qualemcunque, sed perfectam cognitionem cum laude conjunctam, dicitur de Deo, & de Ecclesia, quia de his cognitio habenda est.

Arg. pet. 1. Num. 1. Quænam est forma hujus petitionis? Resp. Optare, sperare, petere, impetrare, gratias agere, sicut antea dictum est.

Num. 12. & seq. Quis finis? Resp. Gloria Dei, & Christi: Item utilitas & salus totius generis humani. Hic enim primus, ut totus mundus de Deo perfectam obtineat cognitionem.

De perfectione Christiana cognitionis. Num. 2.

QUid significat *Perfectio*? Resp. Idem quod plena affectio, & perfectum idem quod plenè factum.

Quomodo definitur *Perfectum*? Respond. Sic ab Aristotele: *Perfectū est cui nihil deest eorum quæ sunt ejus.* Idest quod habet omnia, quæ pertinent ad ipsum: sic enim domus dicitur perfecta, si habet omnia, quæ ad domum sunt pertinentia.

Quando res dicitur habere omnia, quæ pertinent ad ipsam? Respond. Cùm integrè habet omnia, quæ pertinent ad quatuor causas ipsius, nempè materiam, formam, efficiens & fidem.

Conc. sess. 4. Cap. 1. Catec. in præfat. Quænam sunt causæ Christianæ cognitionis? Respondeo: Materia est Sacrum Evangelium: In hoc enim continentur omnia, quæ à Christiano cognosci debent. Forma est modus cognoscendi nempè mediante lumine fidei. Efficiens sunt homines, qui cum auxilio Dei dictam cognitionem elicere debent. Finis est gloria Dei, & Christi.

Quomodo perficitur Christiana cognitio? Respon. Sequentibus conditionibus. *Catec. & Conc.*

Primò debet cognosci totum Evangelium: & singulæ ejus partes, quæ sunt, *Symbolum, Pater noster, Sacramenta & Decalogus*: Si quis enim partem Evangelij ignoraret, tunc aliqua in materia cognitionis Christianæ imperfectio posita esset. *Ibidem,*

Secundò modus cognoscendi debet esse non superficialis & communis, sed eminens, & quoad fieri potest perfectus, quia sic forma perfecta erit. *Cat. pet. 1. Num. 3.*

Tertiò, ad perfectionem Christianæ cognitionis ex parte efficientis requiritur, ut sic dicam, quod omnes homines tam infideles, quàm peccatores & justi hanc obtineant cognitionem in illaque proficiant ad perfectionem. *Ibidem, & seq.*

Quartò, Finis illius debet esse non curiositas, aut vana sui ingenij ostentatio, sed gloria Dei, & Christi, ac vita æterna. *Cap. p. 1. n. 12. & seq. pet. 1. n. 3.*

In hac prima petitione postulamus, ut omnes infideles, & Judæi, & Hæretici de Deo, de Christo, de Evangelio, & de Ecclesia veram obtineant cognitionem? Resp. Ait Cat. Ita est. *Ibid. n. 6.*

Idem petimus pro peccatoribus, qui inter fideles sunt numerati? Respondemus, Ait Catechismus: Duplex est Christiana cognitio: Una est simplicis fidei, & intellectus: & hæc est imperfecta ex parte modi & formæ: Alia tam intellectus, tum voluntatis: est enim affectuosa quædam, & devota, & sancta cognitio una cum fide charitatem conjungens: & hanc pro peccatoribus hic petimus, quia hæc sola perfecta est.

Petimus justis aliquam cognitionem divini nominis? Resp. Postulamus illis augmentum, & perfectionem cognitionis, quam habent: semper enim in hac cognitione proficere licet. *Num. 7.*

In hac petitione postulamus à Deo omnem cognitionē, tum fidei, tum scientiarum, tum facultatum, & artium? Resp. Ita est: Ad Dei enim cognitioni deserviunt, & toto humano generi utilia sunt; licet cuilibet homini cognitio omnium scientiarum necessaria non sit. *Ibidem.*

Petimus, ut Deus nobis concedat cognitionem de seip-

so, id est de Sanctissima Trinitate, de Christi humanitate, de Evangelio, de partibus illius, de Ecclesia, de Sacramentis, demum de ultimo nostro fine, & de mediis ad illum obtinendis ? Resp. Petimus.

Num.7. Postulamus : cognitionem omnium virtutum, ut illas sectemur : & vitiorum, ut illa fugiamus ? Resp. Postulamus.

Num.1. Cur tanta hujus petitionis extensio, & ampliatio facienda est ? Resp. Quia Christus perfecta præcipit : & ita ex verbis dictæ petitionis percipi potest.

De explicatione verborum hujus petitionis.

Cap. II.

QVot particulæ sunt in hac petitione ? Respondeo. Quinque. Prima. *Nomen.* Secunda, *Tuum.* Tertia, *Sanctificetur.* Quarta, *sicut in cœlo.* Quinta, *Et in terra.*

Hæc vox, *Nomen*, hoc loco quid significat ? Resp. Notitiam, & cognitionem.

Nu.4.& seq. Ibidem. Hæc significatione utuntur Scriptores ? Ref. Vtuntur, Veluti dicunt : Nomen Romanorum celebre apud omnes est : Item pervenit ad omnes nationes, & fuerit terræ. Demum proprium nominis est persona, cujus nomen est, indicare.

Nu.5.& 8. Per nomen Dei intelligimne ipse Deus, an nomen ipsius, seu vox ipsum significans ? Resp. Debet intelligi utrumque, quia nomen ordinariè accipitur pro re nominata : ideo nomen Dei significat Deum ipsum prout vox, & nomine aliis notificatur.

Quid potissimum per nomen Dei intelligi potest ? Respondeo, Deus habet plurima nomina. Sed duo potissimum continent magnam de Deo cognitionem : & primum est Sanctissimæ Trinitatis, in qua ultimus finis hominis constiturus est, & in cujus nomine nempe *Patris, & Filij, & Spiritus sancti*, omnes baptizati sumus : Aliud est Christi quod significat Incarnationem, & alia media, quibus ad ultimum finem tendimus, juxta illud, Non est aliud nomen sub cœlo datum hominibus, in quo nos oporteat salvos fieri nisi, nomen Christi : ideo Christus dixit, *Hæc est vita æterna, ut cognoscant te verum Deum, & quem misisti Iesum Christum.*

Nu.4.& seq. Quid significat illa dictio, *tuum* ? Resp. Explicat petitionem

tionem non esse de nomine alicujus rei creaturæ, sed nomine ipsius Dei quod est sanctum, admirabile, excelsum, terribile, dignum omni gloria, & honore in sæcula sæculorum.

N.5.& seq. Quare dicitur, Sanctificetur nomen tuum, & non dicitur cognoscatur ? Resp. quia : sic multo plura, atque digniora de Dei cognitione expressa sunt.

Ibidem. Qua ratione ? Respond. Non sufficit cognoscere Deum, vel Nomen Dei : sed opus est cognoscere quod sit sanctum, & terribile : quia, ipse Deus suapte natura sanctus est : Item quod est fons omnis puritatis, veritatis, justitiæ. Sanctitatis, ideo in nomine Sanctissimæ Trinitatis baptizati sanctificamur, & in nomine Christi salvamur, & à peccatis mundamur, & templum Sanctum Dei efficimur ; Dicitur etiam *Sanctificetur* ad significandum nos desiderare, ut omnes gentes per Sacramentum Baptismi quærant in hoc nomine Sanctitatem : Item quod omnes debent huic nomini dare gloriam, honorem atque benedictionem, abstinentes se ab omni verbo, quod vel levem contra hoc nomen irreverentiam præ se ferre videatur : Demum, hac voce significatur, quod non quælibet cognitio postulatur, sed talis, quæ sit sancta, honorabilis atque tanto, & tali nomine digna.

Num.4. Divinum nomen nonne ex seipso Sanctum, & honorabilissimum est ? Ref. Ita, ait scriptura.

Ibidem. Potestne huic nomini addi aliqua Sanctitas, quam habuerit ab æterno ? Resp. Ait Cat. Non, quia Gloria data est Deo in sæcula sæculorum.

Ibidem. Quo pacto ergo petimus quasi novam divino nomini Sanctificationem ? Respond. Ait Catech. Aliud est, quod Deus in seipsis sanctus sit, aliud quod ab hominibus ejus Sanctitas cognoscatur, & honore afficiatur : quia enim homines longè minori honore, quam par sit Dei nomen benedicuntimò etiam aliquando maledictis, & nefariis vocibus violant, & injuria afficiunt : petimus, ut hoc nomen sicut in se ipso Sanctum est, ita ab hominibus sanctificetur : id est, tanquam sanctum, & divinum honore, & gloria, afficiatur.

Num.4. Quid significat illud verbum : *Sicut in cœlo* ? Respondeo. Repræsentat hominibus illam maximam, & perfectis-

so, id est de Sanctissima Trinitate, de Christi humanitate, de Evangelio, de partibus illius, de Ecclesia, de Sacramentis, demum de ultimo nostro fine, & de mediis ad illum obtinendis ? Resp. Petimus.

Num.7. Postulamus : cognitionem omnium virtutum, ut illas sectemur : & vitiorum, ut illa fugiamus ? Resp. Postulamus.

Num.1. Cur tanta hujus petitionis extensio, & ampliatio facienda est ? Resp. Quia Christus perfecta præcipit : & ita ex verbis dictæ petitionis percipi potest.

De explicatione verborum hujus petitionis.

Cap. II.

QVot particulæ sunt in hac petitione ? Respondeo. Quinque. Prima. *Nomen.* Secunda, *Tuum.* Tertia, *Sanctificetur.* Quarta, *sicut in cœlo.* Quinta, *Et in terra.*

Hæc vox, *Nomen*, hoc loco quid significat ? Resp. Notitiam, & cognitionem.

Nu.4.& seq. Ibidem. Hæc significatione utuntur Scriptores ? Ref. Vtuntur, Veluti dicunt : Nomen Romanorum celebre apud omnes est : Item pervenit ad omnes nationes, & fuerit terræ. Demum proprium nominis est persona, cujus nomen est, indicare.

Nu.5.& 8. Per nomen Dei intelligimne ipse Deus, an nomen ipsius, seu vox ipsum significans ? Resp. Debet intelligi utrumque, quia nomen ordinariè accipitur pro re nominata : ideo nomen Dei significat Deum ipsum prout vox, & nomine aliis notificatur.

Quid potissimum per nomen Dei intelligi potest ? Respondeo, Deus habet plurima nomina. Sed duo potissimum continent magnam de Deo cognitionem : & primum est Sanctissimæ Trinitatis, in qua ultimus finis hominis constiturus est, & in cujus nomine nempe *Patris, & Filij, & Spiritus sancti*, omnes baptizati sumus : Aliud est Christi quod significat Incarnationem, & alia media, quibus ad ultimum finem tendimus, juxta illud, Non est aliud nomen sub cœlo datum hominibus, in quo nos oporteat salvos fieri nisi, nomen Christi : ideo Christus dixit, *Hæc est vita æterna, ut cognoscant te verum Deum, & quem misisti Iesum Christum.*

Nu.4.& seq. Quid significat illa dictio, *tuum* ? Resp. Explicat petitionem

tionem non esse de nomine alicujus rei creaturæ, sed nomine ipsius Dei quod est sanctum, admirabile, excelsum, terribile, dignum omni gloria, & honore in sæcula sæculorum.

N.5.& seq. Quare dicitur, Sanctificetur nomen tuum, & non dicitur cognoscatur ? Resp. quia : sic multo plura, atque digniora de Dei cognitione expressa sunt.

Ibidem. Qua ratione ? Respond. Non sufficit cognoscere Deum, vel Nomen Dei : sed opus est cognoscere quod sit sanctum, & terribile : quia, ipse Deus suapte natura sanctus est : Item quod est fons omnis puritatis, veritatis, justitiæ. Sanctitatis, ideo in nomine Sanctissimæ Trinitatis baptizati sanctificamur, & in nomine Christi salvamur, & à peccatis mundamur, & templum Sanctum Dei efficimur ; Dicitur etiam *Sanctificetur* ad significandum nos desiderare, ut omnes gentes per Sacramentum Baptismi quærant in hoc nomine Sanctitatem : Item quod omnes debent huic nomini dare gloriam, honorem atque benedictionem, abstinentes se ab omni verbo, quod vel levem contra hoc nomen irreverentiam præ se ferre videatur : Demum, hac voce significatur, quod non quælibet cognitio postulatur, sed talis, quæ sit sancta, honorabilis atque tanto, & tali nomine digna.

Num.4. Divinum nomen nonne ex seipso Sanctum, & honorabilissimum est ? Ref. Ita, ait scriptura.

Ibidem. Potestne huic nomini addi aliqua Sanctitas, quam habuerit ab æterno ? Resp. Ait Cat. Non, quia Gloria data est Deo in sæcula sæculorum.

Ibidem. Quo pacto ergo petimus quasi novam divino nomini Sanctificationem ? Respond. Ait Catech. Aliud est, quod Deus in seipsis sanctus sit, aliud quod ab hominibus ejus Sanctitas cognoscatur, & honore afficiatur : quia enim homines longè minori honore, quam par sit Dei nomen benedicuntimò etiam aliquando maledictis, & nefariis vocibus violant, & injuria afficiunt : petimus, ut hoc nomen sicut in se ipso Sanctum est, ita ab hominibus sanctificetur : id est, tanquam sanctum, & divinum honore, & gloria, afficiatur.

Num.4. Quid significat illud verbum : *Sicut in cœlo* ? Respondeo. Repræsentat hominibus illam maximam, & perfectis-

De fine hominis. Num. 2.

12. q. 1. QVid est finis hominis? Resp. Est illud, ad quod homo seipsum & suas res, atque operationes debet ultimatè determinare, & ordinare.

Cat. n. 3. Ad quem spectat hunc hominì statuere finem? Resp. Ad Deum, qui illum creavit; semper enim agens eum quam producit, ad proprium finem debet determinare: unde artifices semper res ordinant productas ad finem illarum.

Ex sess. 6. c. 6. Quem finem Deus homini constituit? Resp. Primò, gloriam Dei, secundò veram hominum beatam.

Arg. ibid. Hic finis est naturalis, an supernaturalis? Resp. Est tum

Ibid. & 2. q. 1. &c. naturalis, tum supernaturalis.

Qua ratione? Resp. Homo in uno gradu per naturam potest dare gloriam Deo & in illo suam obtinere beatitudinem, sicut quidam Philosophorum professi sunt: Sed per gratiam admodum altiori gradu dictam gloriam, & beatitudinem consequi potest, ideo possunt esse finis naturalis & supernaturalis.

De mediis ad dictum finem obtinendum. Num. 3.

Arg. hic. n. 3. QVis debet determinare media ad dictum finem obtinendum? Resp. Deus, quia ad eundem spectat determinatio finis, atque mediorum ad illum.

Quæ sunt ista media? Resp. Alia sunt naturalia, quibus obtineatur finis naturalis, alia supernaturalia ad finem supernaturalem determinata.

Arg. ibid. Quæ media sunt naturalis? Resp. ut sic dicam, Duo, nempe Lex naturalis & ipsa natura.

Ibid. n. Quænam est lex naturalis? Resp. Illa, quæ in decalogo continetur, si de hominibus loquamur.

Par. 3. q. 1. Num. 11. 12. q. 100. art. 2. Quid facit hæc lex? Resp. Distinctè præscribit omnia, quæcumque homo vel facere, vel omittere debet, ut det gloriam Deo, & ab illo sibi obtineat vitam beatam. Demum dicta lex explicat voluntatem Dei, cui se homo conformare tenetur.

Arg. hic. Num. 3. Quid est natura? Resp. Est principium, quo homo impellitur, & dirigitur, & adiuvatur ad integram observantiam legis naturalis homini datæ.

Quomodo natura impellit ad observantiam legis? Respondeo, Natura hominis per Synderesim dat intellectui

cognitionem præceptorum Decalogi, ut in tertia parte dictum est. Per conscientiam verò impellit intellectum & voluntatem. Primò, ad bene consultandum de ultimo fine: & mediis iuxta illud, quod à lege Decalogi præscriptum est: secundò, ad bene eligendum: tertiò ad bonam executionem exercendam. 1. 2. q. 7. art. 12. & 13.

Quænam sunt media supernaturalia? Resp. ut sic dicam, Duo, Evangelium, & gratia Dei.

Quid continet Evangelium? Resp. Primò veram Doctrinam de ultimo fine supernaturali, & de mediis ad illum obtinendum: secundò, tradit, & determinat dicta media nec non bonum usum illorum. Conc. Trid. Sess. 6. cap. 2. &c. Sess. 4. sat.

Quid facit gratia? Resp. Excitat, adiuvat, impellit, movet, dirigit ad omnia illa cognoscenda, eligenda exequenda, quæ in Evangelio contenta sunt.

De libero hominis arbitrio. Num. 4.

DEus omnibus creaturis indidit ne propensionem, inclinationem, & appetitum propri; sui finis, atque mediorum? Resp. indidit. Sess. 6. c. 5. &c.

Creaturæ possunt ab hac naturali propensione declinare? Resp. Ait Catech. Non declinant, nisi obiecto extrinsecus impedimento. Cater. hic. Num. 5.

Hæc vis & natura expetendi finem, & media à Deo ordinata fuit à Deo homini ingenita? Resp. Catech. Fuit, & eò præclarior & præstantior, quod homo esset compos rationis, atque consilii. ibidem.

Creaturæ irrationales hunc appetitum naturaliter ingenitum conservarunt? Resp. Ait Catech. Sicut initio natura bonæ creatæ fuerunt, sic in eo statu, & conditione manserunt hodieque manent. ibidem.

Homo permanet in eo statu, in quo à Deo creatus est? Respon. Ait Catech. Miserum hominum genus cutsam à Deo illi præstitutum non tenuit. ibidem.

Quare solus homo declinat à lege sibi à Deo datæ? Ref. Ob libertum arbitrium ipsius.

Homo habet liberum arbitrium? Ref. Est de fide quod habet, licet post Adæ peccatum in illo sit viribus attenuatum, & inclinatum. Sess. 6. ca. 6. Ibi ca. 3. & Can. 5.

Quid est arbitrium? Resp. Est facultas dissentiendi, si velit, Dei motioni, & ordinationi, & item illi motioni, Ex Sess. 6. Can. 4.

Ibidem. Quæ forma? Resp. Leges, ac magistratus, in quibus forma, & modus gubernandi positus est.

Ibidem. Quod efficiens? Resp. Rex, qui dat leges, instituit magistratus & totam regni gubernationem moderatur.

Quis finis? Resp. Bonum commune totius regni.

De regno Christi. Num. 1.

Num. 1. DEus est ne Rex? Resp. Est, quia omnia regit, ideo Scriptura dicit, *Regi sæculorum, &c.*

Num. 3. Psalm. 8. Christus est-ne Rex? Resp. Est quia regit mundum, & præ quæ Ecclesiam, ideo scripsum est de illo, *Ego autem constitutus sum Rex ab eo.*

Art. 2. 1. &c. Regnum Christi est unum? Resp. Aliquo modo, & unum triplex dici potest.

Num. 7. Quomodo unum? Resp. quia unus est mundus, qui gubernatur, unus Rex, nempe Christus, qui gubernat, & unus finis gubernationis divina gloria.

Num. 8. 9. & 10. Qua ratione triplex? Resp. quia aliud est regnum naturæ, aliud gratiæ, aliud gloriæ.

De regno naturæ. num. 3.

Num. 7. QVid est regnum naturæ? Resp. Est totus mundus, prout legibus naturæ gubernatur.

Cap. 11. Num. 7. Quæ materia hujus regni? Resp. Absolutè totus mundus, & singulæ partes illius, Angeli, homines, animalia, plantæ, cœli, & elementa.

Cap. 11. Num. 5. Num. 7. Cap. 12. n. 3. Quæ forma? Resp. Leges naturales, seu ipsa natura, quæ dirigit omnia entia mundi ad proprios fines naturales consequendos. Item ad hanc formam pertinet coordinatio secundarum causarum: per quam una causa agit lege naturæ in aliam, veluti cœlum in hæc inferiora.

Ex sess. 6. c. 7. Cap. 11. Num. 7. 8. Quis finis? Resp. Gloria Dei, & Christi principalis: utilitas creaturarum secundarius.

Quod efficiens? Respondeo Deus, qui est author naturæ, & Christus etiam ut homo: institutus à Deo Rex super omnia.

De regno naturæ. Num. 4.

Num. 8. 9. 11. & 12. QVid est regnum gratiæ? Resp. Est populorum multitudo legibus gratiæ à Christo institutis gubernata, quæ multitudo Ecclesia Catholica appellatur.

Ibidem. Quæ materia? Resp. Primò, irrationabilia ad hoc regnum primariò non pertinent, Secundò, omnes homines

modo etiam si infideles, vel hæretici sint, ad illud referuntur, quia omnes ad illud vocati sunt, juxta illud, *Euntes in mundum universum prædicate Evangelium omni creaturæ.* Tertiò, propriè loquendo sola Ecclesia Catholica vera materia hujus regni est, quia hæc sola veris gratiæ legis gubernatur.

Quæ forma? Resp. Lex gratiæ, seu Evangelij: Item magistratus à Christo instituti. His enim duobus forma Ecclesiasticæ gubernationis contenta est. *Num. 8. & seq. Ex Sess. 7.*

Quis finis? Resp. Ultimus, gloria Dei, & Christi: Item vita æterna: Mediatus finis sunt hominum conversio, justificatio, & meritum, & vitæ æternæ consequutio. *Cap. 7.*

Quod efficiens? Resp. Christus, qui Ecclesiam ædificavit, leges illi dedit, magistratus instituit, totam denique Ecclesiæ gubernationem moderatur. *Num. 8.*

De Evangelio Christi.

Num. 5.

EVangelium Christi est idem, quòd Regnum gratiæ? Resp. Vno modo idem, alio diversum dici potest.

Quod est Evangelium? Respond. Ait Sacrum Concil. Tridentin. Est tanquam fons omnis, & salutaris veritatis, & morum disciplinæ, quod Christus ore proprio primum promulgavit, deinde per Apostolos omni creaturæ prædicari jussit. *Art. sess. c. 1. sess. 4. c. 1.*

Quot sunt partes Evangelii? Resp. Duæ, una, fides, seu doctrina. Alia lex, seu gratia: prima docet, & illuminat intellectum veritates fidei explicando. Secunda dirigit & regulat voluntatem, leges, & auxilia illi præbendo. *Ibidem.*

Evangelium in quo distinguitur à regno gratiæ? Resp. Præcipuè in parte doctrinæ.

Qua ratione? Resp. Sicut vis medicinæ non est corpus hominis, nec sanitas, nec infirmitas, nec remedia: sed est cognitio, & doctrina dictorum: ita doctrina sancti Evangelij non est regnum Christi, sed doctrina de regno Christi, tum naturæ, tum gratiæ, tum gloriæ: item de Ecclesia, de Magistratibus, de legibus, de ipso Rege Christo. Hæc enim omnia in Evangelio sunt explicata. *Art. hujus. Num. 1. Sess. 4. c. 1. & Cat. Cap. 11. n. 1. & c. hujus part. 4.*

Quomodo Evangelium est idem, quod regnum gratiæ? Resp. Est idè, quia est lex gratiæ, & ipsamet gratia: Chri- *Nu. 8. &c.*

ibus enim in Evangelio ex gratia elegit Ecclesiam sibi sponsam: Illi legem gratiæ, item sacramenta, & Magistratus dedit: ideo aliqua idem esse videntur.

Ex cap. 11. Num. 1.

Evangelium, prædicatio illius idem sunt? Resp. Sicut aliud est lex, aliud promulgatio legis, ita aliud est Evangelium, aliud prædicatio illius.

Art. ibid. n. 1. & 7. &c.

Evangelium potissimum tractat de Regno Dei, tum naturæ, tum gratiæ, tum gloriæ: Resp. ait Catec. S. Ioannes Baptista potissimum de regno Dei suam inchoavit prædicationem: Matth. 3. Idem fecit Dominus noster, Marci 1. Demum ex scripturis apparet, quod in Evangelio de regno Dei potissimum tractatio, & scriptio est.

Catec. in Præfat. Num. 12.

Ad quot capita poterit reduci summa totius Evangelij? Resp. Ait Cat. Ad quatuor, nempe ad sequentia.

Primum est Symbol. Apostolorum in quo veritatis Fidei, *id est*, de ultimo fine hominis, & de mediis ad illum consequendum sunt explicatæ.

2. Sunt Sacramenta in quibus meritum passionis Christi communicatur: Magistratus per Ordinem, & sacrificium per Eucharistiam data sunt.

3. Sunt præcepta Decalogi, præcepta Ecclesiæ, & consilia Evangelica.

4. Et oratio Dominicalis, ad quam omnes aliæ orationes reduci possunt.

Ibid. Cat.

In his quatuor summa, & perfectio regni gratiæ, & Evangelij posita est: Resp. Ita esse pro certo tenendum est.

De regno Ecclesiæ Militantis. Num. 6.

Num. 12.

Ecclesia potest dici regnum Christi? Respondeo Christus sæpe illam regnum Cœlorum vocavit, vel in similitudine segetis, & vineæ, & agri, atque aliarum.

Art. n. 12. hic nu. 12. 13. & ar. 7.

Omnes homines pertinent ad Ecclesiam? Resp. Omnes, sed diversa ratione.

Quænam est hæc diversitas? Resp. Dantur tres gradus hominum primus, & infimus gradus est infidelium: Indoctorum, Hæreticorum, & Schismaticorum. Illi enim extra Ecclesiam sunt, nempe membra illius existunt, sed tamen ad illam vocati sunt Secundus, & major primo est Christianorum fidelium, qui profitentur se velle servare leges

Evangelij, & Ecclesiæ, sed de facto non servant mortalia etiamsi perpetrantes, & hi membra sunt Ecclesiæ, sed mortua, & fluxa in regno gratiæ, & Evangelij, non quia habeant gratiam, sed quia habent fidem & spem, & legem Evangelij, & ac gratiæ profitentur: Tertius, & summus gradus est illorum, qui in gratia sunt justi, & isti vere in regno gratiæ sunt, & membra Ecclesiæ viva existunt, & Christus dominatur illis per fidem, spem, & charitatem, & de hoc articulo nono dictum est.

Hic num. 7

quomodo Christus regnat in membris Ecclesiæ? Resp. Ait Catec. dupliciter, nempe tum in interiori, tum in exteriori.

Ex num. 9. & art. 9.

quo pacto in interiori? Resp. Ait Per virtutes intimas fidem, spem, charitatem, per quas fideles partes quodammodo regni gratiæ efficiuntur, & Deo peculiari quadam ratione subjiciuntur, & ad ejus cultum, & venerationem consecrantur.

Hic nu. 6.

quomodo in exteriori? Resp. Per Sacramenta, per sacrificium, per leges, per Magistratus, per Angelos, quæ exteriora hominum sunt, & per illa homo gubernatur.

Art. 9.

De regno gloriæ. Num. 7.

Sacræ litteræ faciunt mentionem de regno gloriæ? Resp. Faciunt, ut apud S. Matth. Christus vocat justos ad Regnum patris sui, & idem sæpius alibi, ut Lucæ 23. Joan. 1. Ephes. 5. Matth. 13. & 22.

Num. 10.

Regnum gratiæ præcedit regnum gloriæ: Respon. Ait Catech. tempore omnino præcedit, quia in nullo potest regnare Dei gloria, nisi illius gratia prius in eodem regnaverit, dignetur autem eumdem regnum gloriæ.

Num. 11.

quid est gratia? Resp. Ait Catec. Ex Salvatore. *Fons aquæ salientis in vitam æternam.*

quid est gloria? Resp. Ait Gratia quædam perfecta, & absoluta.

Num. 1. Num. 1. 1. Ibidem.

quæ materia hujus regni? Resp. Angeli, & Beati.

Ex nu. 19. Arg. ibid. & ar. 14.

quis finis? Resp. Æterna visio, & fruitio divinæ essentiæ.

quæ forma? Resp. Ex parte beatorum perfectissima Deo subjectio. Ex parte Dei perfectissima sui communicatio. Ex parte utriusque æterna & beatissima unio.

Art. 12.

Vbi Catec. tractat de hoc Regno? Resp. In duodecimo articulo.

In fin. n. 12.

Regnum naturæ, & gratiæ ordinantur ad regnum gloriæ? Resp. Omnino, tanquam minus perfecta ad maximè perfectum.

Num. 11.

De miseriis hominum. Cap. II.

QVæ hoc loco de miseriis consideranda ? Respon. Quia regnum Dei humanarum miseriarum remedium est.

Num. 5. & nu. 1. nu. 4. & 6.

Quid de illis debet examinari? Resp. Primò, ipsæ miseriæ considerandæ: Secundò, causæ illarum: Tertiò, remedium.

Quid est miseria? Resp. Est præsentia mali nocivi, & molesti, vel absentia boni necessarii, seu desiderativeluti infirmo febris est miseria, quia præsentia mali; & pauperi fames, vel nuditas miseria, quæ absentia boni.

Arg. art. 11 & hic.

Ad quos capita reducuntur omnia bona & mala hominum ? Resp. Ad quatuor, nempe. Primò, ad bona animæ: Secundò, corporis & ista dicuntur interna: Tertiò, famæ: Quartò, facultatum, & ista dicuntur externa.

Nu. 4. 5. 6. Ex Cater. in Decal.

Quæ sunt miseriæ animæ ? Resp. Carentia gratiæ, verborum, donorum Dei, item ignorantia, malitia, peccatum, tentatio, peccandi occasio, fomes, concupiscentia, inclinatio, vel habilitas ad peccandum, mali habitus, prava consuetudo, rebellio sensus, aliaque multa.

Quæ corporis ? Resp. Dolores, infirmitates, fames, sitis, nuditas, carcer, & alia.

Quæ famæ? Resp. Injuriæ, calumniæ, superbia, invidia, utilitas, aliaque multa.

Quæ facultatum? Resp. Paupertas, lites forta, solicitudines, curæ, timores, & alia.

Num. 4. 5.

Quænam miseriæ potissimum à Catech. enumerantur? Resp. Sequentes.

Ibidem.

Prima est loci, nempe moramur in hac valle lachrymarum, & miseriis plena.

Idem.

2. Sumus hîc tanquam exules, & in loco pœnæ, atque maledictionis.

Ibidem.

3. Ait: Hic habitant dæmones quorum odium in nos nulla ratione mitigari potest, nam sunt infestissimi, & implacabiles in genus humanum.

Ibidem.

4. Maxima miseria domesticum, & intestinum prælium, quod inter se corpus, & anima, caro, & spiritus assidue gerunt: quod perpetuò timendum est, ne concidamus; imo statim consideremur, nisi propugnaculo divinæ dextræ defenderemur, ita ut Apostolus Rom. 7. *Infelicem hominem in hac corpore* appellaverit.

Num. 3.

5. Ait. Bestiæ agrestes, plantæ, elementa, omnia denique irrationabilia raro à propriis actionibus, item à sensu, vel motu à natura insito ita declinant, ut à proposito, & constituto fine deflectant. Cælum enim ita mota, & perpetua conversione fertur, ut ne minimum quidem à præfinita divinitùs lege discedat; quæ etiam terram, & reliquam universitatem, aut multa, aut exigua ex parte deficere videre licet. At miserrimum hominum genus sæpissimè labitur, raro quæ rectè sunt cogitata persequitur; plerumque susceptas bonas actiones abiicit, atque contemnit; quæ modò placuerat optima sententia, subitò displicet: & illa rejecta ad turpia consilia sibique perniciosa dilabitur.

Hæc, & alia plurima malam, & miseram hominis vitam reddunt.

De causis miseriarum. Num. 2.

QVænam sunt causæ tantarum miseriarum? Resp. Præcipuæ causæ sunt sequentes.

N. 6. & 12.

Prima, & potissima est discessus à Deo, & dominio, seu regno ipsius: quod exemplo filii prodigi maximè apparet: dum enim fuit in domo patris omnibus abundabat: sed profectus in longinquam regionem omnibus miseriis repletus est.

Sess. 5. & hic num. 17.

2. Est peccatum primorum parentum, per quod mors, & mala innumerabilia corporis: item privatio ordinalis justitiæ, item fomes, & concupiscentia, & alia mala illi advenerunt, servus etiam peccati effectus est.

Nu. 5. n. 14 19. Ex sess.

3. Et imperium tyrannicum diaboli, qui homini inimicissimus tyrannidem suam crudelissimè exercet in illos, qui ejus imperio se subdunt.

Cat. c. 12. nu. 3 per. 3.

4. Est infirmitas liberi arbitrii, quod post naturam ex peccato corruptam in peccata facilitèr dilabi solet.

Num. 6.

5. Et nolle Dei præceptis obedire, Deo subditum esse,

Num. 6. ejus justa contemnere, demum discedere à regno Dei, ut peccando in regnum diaboli proficiscatur.

De remedio humanæ miseriæ. Num. 3.

Ibidem. QUodnam est remedium humanæ miseriæ? Resp. Vnicum remedium est recedere à regno peccati, atque diaboli, ut in regum Christi tendatur.

Ibidem. Num. 2. Quare hoc est remedium? Resp. Quia ut Deus regnat ibi omnia bona sunt, sicut etiam omnia mala excludit à regno dicuntur.

Ibidem. Christus promisit hoc? Resp. Promisit, quando dixit: *Primum quærite regnum Dei, & justitiam ejus, & hæc omnia adjicientur vobis.* Ecce ubi est regnum Dei, ibi omnia opportuna tradita sunt.

Ibidem. Potest adferri aliquod exemplum? Resp. Potest, videlicet David, qui dixit: *Dominus regit me, & nihil mihi deerit.* Ecce nihil deest ei, super quem Deus regnat. Item filius prodigus in domum patris reversus non solum abundantiam panis, sed maximum convivium, & alia bona adeptus est.

Ibidem. Potest confirmari ratione? Respondeo. Potest: Si enim Patres, & Reges terreni omni cura student saluti, & incolumitati suæ familiæ vel regni consuleteiquis non videt, Deum, qui totius mundi summam providentiam habet, non permissurum, ut ii, qui in regno suo existunt desint ea, quæ curiæ illius sunt?

Ex cap. 2. Num. 4. Nonne videmus multos justos, & bonis cæteris, & malis abundare? Resp. Si aliqui justi, ut Iob, vel Tobias, vel illi, aliquando miseria repleti esse videntur, existimandum est illas miserias esse illorum divitias, atque felicitatem, quia ex illis meritum, & gratiæ augmentum à Deo justi consequi solent.

De secunda petitione. Cap. 11.

QUænam est secunda petitio? Resp. Hæc. *Adveniat regnum tuum sicut in Cœlo & in terra.*

Cap. 11. n. 1 Cur dicitur, Secunda petitio? Resp. Quia secundo loco posita est.

Ibidem. Cap. 10. n. 1 Quare post primam collocatur? Resp. quia ratio ordinis ita requirit.

Quænam est hæc ordinis ratio? Resp. Ordo petendi ordinem desiderij sequi debet. Primò autem opus est desiderare cognitionem de regno Dei, Secundò, adventum ipsius regni. Tertiò, opere adimplete ea, quæ in tali regno fieri debent. Ideo prima petitio petit, & desiderat cognitionem de regno Dei. Secunda, petit ut veniat dictum regnum. Tertia ut fiat voluntas Regis, quæ in legibus explicata est. *Cap. 10. n. 1. & c. 11. n. 1.*

Quomodo definitur secunda petitio? Resp. Sic. *Est formula petendi Christianam professionem.* *Arg. ibid.*

Quænam est materia illius? Respondeo. Illud quod desideratur, spectatur, & petitur, nempe Christiana professio, *id est*, ut omnes homines profiteantur esse de regno Dei. *C. 10. n. 1.*

Quæ forma? Resp. Ille effectus, vel modus, quo desideramus, speramus, ac petimus Dei regnum, seu Christianam professionem de tali regno. *Arg. ibid.*

Quis finis? Resp. Gloria Dei, & Christi, nec non utilitas, & vita beata hominum. *Ex Sess. 6. cap. 7.*

Quare gloria Dei? Resp. quia regnare actio gloriæ est, ideo quid petit regnum dei? gloriam quoque ipsius postulare dubium non est. *Arg. ibid.*

Quomodo utilitas hominum? Resp. quia regnum dei omnia bona concomitantur, ideo qui petit regnum dei omnia etiam bona cum illo postulare existimandus est. *Hic n. 2.*

Explicatio de materia secundæ petitionis. num. 2.

QUid potissimum de materia hujus petitionis considerandum est? Resp. Eius amplitudo consideranda, nempe quàm multis in ea peramus, quàm magna, & multa petantur, quàm plenè, & perfectè postulemus. *Num. 4. & n. 6.*

Quomodo potest declarari amplitudo eorum, quæ in secunda petitione postulemus? Resp. Sic.

Primò, petimus regnum dei in generali, ideo petimus omne regnum tam naturæ, tam gratiæ, tam gloriæ: & hoc ubique in Angelis, in hominibus, in toto mundo. *Nu. 7. &c.*

Secundò, postulamus augmentum, & perfectionem dicti regni, & singularum partium ipsius, nempe perfectionem naturæ, gratiæ, & gloriæ: velut primus, quod corrupta hominis, & per hominum peccatum elemento- *Arg. n. 10. n. 3. & hic c. 11.*

rum natura a Deo post peccatum maledicta reparetur, ac perficiatur, gratia in habentibus illam augeatur: non habentibus detur, demum per gratiam gloria hominibus conferatur. *Num. 1. & seq.*

Tertiò rogamus, ut deneur nobis ea omnia bona, quæ regnum Dei consequi solentiait autem Catechis. Omnia bona hoc regnum consequuntur, juxta illud Propheræ, *Dominus regit me, & nihil mihi deerit*, & juxta illud Christi, *primùm quærite regnum Dei, & alia omnia adijcientur vobis.* Ideo ait Cat. In hac petitione omnia omnino bona postulantur, quia regnum Dei omnia bona consequi solent. *Num. 5.*

Quartò rogamus, ut omnia illa media, vel instrumenta nobis concedantur, quibus regnum Dei rectè quæritur, & invenitur, juxta illud de Virginibus fatuis, & prudentibus; quarum prudentes quia oleum habuerunt, fatuis excluſis regnum Dei ingressæ sunt. Ideo hîc petimus omnia quæ ad conversionem, & justificationem peccatoris, item ad perseverantiam, & ad meritum, necnon consequutionem vitæ æternæ pertinent. *Num.*

5. Postulamus, ut Deus destruat, evellat, eradicet dominium, tyrannidem diaboli, mortis, atque peccati, liberetque nos à captivitate, & servitute illorum. *Num. 13. 14. 18. 19.*

6. Ait Catec. Petimus, ut regnum Christi, quod est Ecclesia, propagetur, nempe, ut ad illius communionem & gremium convertantur Infideles, Iudæi, Hæretici, & Schismatici, ita ut de illa verificentur dicta per Esaiam c. 54. *Dilata locum tentorij tui*, &c. Item c. 60. *Leva in circuitu oculos tuos, & vide, & omnes isti congregati venerunt tibi*, &c. *Num. 12.*

7. Ait Petimus, ut Deus peccatores, qui per fidem sint in Ecclesia, sed propter peccatum mortum in illis habitet ac dominatur tanquam in propriis domicilijs, radijs divinæ lucis illustrer, ut in gratiam Dei, & pristinam filiorum ipsius restituantur dignitatem. *Num. 13.*

8. Ait, Postulamus, ut Deus aream Ecclesiæ ab offensionibus, & causis errorem purget, quo Deo cultum pie, sanctè que exhibeat, & quieta, ac tranquilla pace perfruatur. *Ibidem.*

Nonò ait, Petimus ut solus in nobis vivat solus regnet Deus, & ut amplius morti locus non sit, sed absorbeatur in victoria Christi qui dissipato omni hostium principatu, potestate, & virtute, suo omnia subiiciat imperio. *Num. 4.*

10. Ait, Petimus, ut Deus hominibus fidem, spem, & charitatem conferat, per quas homines perfectè illiscè Deo subiiciantur, ita ut sensus rationi, & ratio Deo subdita sit, totusque homo ad Dei cultum, ac veneralionem consecretur: Vnde cum Apostolo dicere possit, *regno ego, jam non ego, regnat verò, & vivit in me Christus.* *Nu. 6. & 8.* *Num. 9.*

11. Demum meritum, & consequutionem regni cælestis per gratiam Dei postulamus, orantes, ut de gradu in gradum proficientes ad summum fastigium regni Dei, *id est* ad gloriam æternam perveniamus. Et ex dictis, quàm multa, quàm multis, & quàm perfecta petamus innotescit. *Nu. 10. & seq.*

De explicatione verborum secundæ petitionis.
Caput IV.

QVot sunt verba secundæ Petitionis? Resp. Quinque Primum *Regnum*, Secundum, *Tuum*, Tertium, *Adveniat*. Quartum, *sient in cælo*, Quintum, *& in terra*. *Cap. 11. n. 5 & c. 18. n. 3. Arg. n. 1. & seq.*

Hæc vox *regnum*, quid significat? Respond. Denotat quatuor causas regni nempe efficientem, quæ est Rex qui regat, & gubernet: Materiam, *id est*, populos qui Regi, & ejus legibus, ac magistratibus subditi sint: Formam nempe leges, ac magistratus: Finem, *id est*, bonum commune regno.

Quid significat illa dictio *Tuum*? Respond. Exprimit hic non esse sermonem de regno hominum temporali atque terreno, sed de cælesti atque divino: ideo hic accipiendas esse quatuor causas regni divini, quæ sunt Materia totus mundus, & omnes illius partes. Formas leges tum naturæ, tum gratiæ, tum gloriæ. Item secundæ causæ in regno naturæ: & magistratus à Deo constituti in lege gratiæ. Efficiens Deus ipse, & Christus. Finis summa Dei gloria, & maxima hominum utilitas, ut antea dictum est. *Num. 1. & c.*

Per *Tuum*, intelligitur omne regnum Dei tum naturæ tum gratiæ, tum gloriæ? Resp. Cum in generali dicatur: *Tuum*, de omni regno intelligere justum est. *Quæren. 7. 8. & c.*

Num. 8. Hoc loco, *Tuum*, accipiturne eodem modo, quo de aliis Regibus dicit solet? Respond. Non, sed diverso. Duobus enim modis de aliquo, rege potest dici quod regnum sit suum: Primus est sic. Hoc regnum est suum, non quia illud habeas à te ipso, ab alio enim illud acceperis, empre vel hæreditate, aut successione: vel quia ab hominibus ad illud electus esses dicitur, suum quia in illo tu regis, ac dominaris. Secundò sic hoc regnum dicitur, suum quia tu in illo dominaris, & hoc ius non habes ab alio, sed à teipso: & hoc modo soli Deo convenit, qui solus à seipso summum regendi jus habet.

Ibidem. Illi, qui per vim, & injuriam, & tyrannicè regnant? possuntne dici regnare à seipsis? Resp. Tyrannus nec dominum, nec regnum dici potest habere, ideo nullo modo regnum usurpatum dicitur esse suum.

Num. 12. Quid significat verbum: *Adveniat*? Resp. Idem quod
Nu. 15. Ad nos veniat.
16. & 19. Hoc loco quid per dictum verbum significatur? Resp

Primò, deontat, quod nos magni faciamus, & existimus regnum Dei: & contra vero despicimus, & contemnimus diabolū, & peccati, tyrannidem. Secundò, quod optamus, cupimus, diligimus, hoc Dei regnum aliis contemptis, & neglectis. Tertiò, quod speramus illud obtinere, seu fieri de illo regno. Quarto quòd primus & ut Deus dominetur nobis, & nos subiiciamur ut Regi Deo. Quintò, quod gratias agimus Deo, quòd in nobis aliquo modo regnare dignatus sit.

Arg. ibid. Hoc verbo exprimitur odium regni diaboli? Resp. Exprimitur, etiam enim regnum Christi, & diaboli simul esse non possit, qui optat, & elegit unum, quod aliud contemnat necesse est.

Ca. 10. n. 3. Quid exprimit illud verbum, *Sicut in cœlo*? Resp. Repræ-
& c. 11. n. sentat nobis ex una parte maximam Dei gloriam, & majes-
10. & 11. tatem, qua Deus regnat in cœlo communicando seipsum sanctissimè beatis, quibus visionem, & fruitionem propriæ essentiæ impertitur. Ex alia declarat maximam subiectionem, qua beati Deo felicissimè subduntur, ita ut omnes & semper, & omnino illi uniti, & conjuncti, & subditi sint, & in hoc vita beata est.

ex. 10. n. 3. Quid significat illud verbum, *Et in terra*? Resp. Exprimit,

nos debere toto corde, & affectu desiderare, ut nemo ita regnet in terris sicut regnat in beatis *id est*, ut regnent in omnibus, & semper, & gloriosissimè, & quod omnes homines & semper, & perfectissimè Deo subditi sint. Declarat etiam nos desiderare illud æternum regnum paratum justis, quo Deus regnat in cœlis, & ad quod regna naturæ, & gratiæ sunt ordinata.

De usu hujus petitionis. Cap. V.

QVid parochi debent facere circa hanc petitionem? Num. 1,
Resp. Ait Cat. Primò debent populis explicare, quanta sit in hac petitione vis, ac necessitas, *id est*, quam magna, & quam necessaria petamus. Secundò, debent in populis maximum desiderium excitare de regno Dei. Tertiò, explicandum illis est, quibus cogitationibus, & meditationibus populi has Deo preces pie facere possint. 4. Inducendi sunt ad faciendum ea, quæ opus est, vel ad regnum cœleste valeant pervenire. Num. 4.

Quænam considerationes excitabunt fideles ad desi- Num. 17.
derium regni Dei? Resp. Primò, consideratio nostrarum miseriarum quod sumus infimi, fragiles ad peccata inclinati, miseriis pleni, quòd caro spiritui contrariatur, quod Dæmones, ubi dominantur acerbissima mala inducunt, & alia jam dicta. Secundò, quàm maximum bonum sit regnum Dei, ut patet ex dictis.

Num. 15. Hoc desiderium magnum esse debet? Resp. Maximum: quod à Christo ita traditum est. illa similitudine, qua regnum cœlorum thesauro abscondito in agro comparatur, ubi docet, dignum agrum, & thesaurum tanti faciendum esse, ut summo gaudio omnia debeant vendi, ut illi ematur. Omnia enim in comparatione illius tanquam stercora debent æstimari, atque contemni.

Hoc desiderium valde hominibus prodest? Resp. Ait Cat. Num. 16.
O nos felices si tantum luminis nobis præberet Christus, ut illam videre possemus divinæ gratiæ margaritam! qua ipse regnat in suis, nam & nostra omnia, & nos ipsos venundaremur, ut emptam illam lucremur.

Sufficit si quis cœlorum, regnum desideret? Resp. Non, sed Num. 1.
petere etiam opus est.

Quomodo petendum? Resp. Ait Catech. Demisso, & ab- Num. 17.

iecto animo simus oportet, & nostra oratio debet esse plena Christianæ humilitatis, ita ut more Publicani de nobis diffidentes ad divinam benignitatem confugimus, cogitantes qui simus, nempè Adam progenies, jure à Paradiso electi, & exules, quorum indignitas, ac perversitas summum Dei odium; ac sempiternas pœnas postulavit: Ideo humiliter ad Dei misericordiam est confugiendum.

Num. 5. Num. 18. Sufficit cum desiderio junctæ petitio? Resp. Non, sed opus est, ait Catech. suscipere illam curam, quid agendum, quid contra vitandum sit, ut ad cœleste regnum pervenire possimus. Quid à Deo non ad otium, & ad inertiam vocati simus. Quinimo scriptum est. *Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Et *Si vis ad vitã ingredi, serva mandata.* Deus autem nobis dat maxima auxilia, ut illud regnum obtinere possimus.

DOCTRINA CATECHISMI ROMANI.

In tertiam petitionem

Cap. 12. n. 5 QUænam est materia hujus tractationis Resp. Tertia petitio.

Ibidem. Quis ordo? Resp. In prima petimus cognitionem regni Dei; in secunda postulamus possessionem, & adeuntes jam cogniti regni, in tertia rogamus pro executione eorum, quæ in hoc regno præcepta sunt.

Quodnam est hujus ordinis fundamentum? Resp. Natura hominis in operando talis est, ut ante omnia præcedat cognitio, & consultatio: post hanc sequatur velle seu deliberatio

deliberatio: demum hanc sequi debet executio. Hoc autem in his petitionibus observatur. Primo enim petit veram cognitionem & consultationem de Deo, & de regno illius. 2. postulat plenam deliberationem, quæ dici potest professio de regno Dei. 3. Rogat de opere, & executione quæ in obediendo regi, & legibus eius ponita est.

Hæc tractanda in quot capita dividi possit? Respon. In sequentia.

Primum est, de voluntate Dei.
Secundum de voluntate, & libero arbitrio hominis.
Tertium, de obedientia hominis erga Deum.
Quartum, de ratione petitionis.
Quintum, de explicatione verborum
Sextum, de usu hujus petitionis.

De voluntate Dei. Cap. I.

Psalm. 35. Ieuan. c. 5. IN Deo est vita? Respondeo. Deus est fons omnis vitæ *id est*. Deus tanquam fons vivus habet vitam in semetipso: & à semetipso: cætera omnia habent tanquam rivuli vitam à Deo de vitam, atque communicatam.

Ar. de anima. D. T. 1. P. q. 18. art. 1. Or. 2. 3 qu. 18. 19 Or. Quid est vita? Respon. *Est principium operandi in seipso*, ideo sol, quia nihil operatur in seipso, sed tantum extra seipsum, nempe in res, quas illuminat, non dicitur habere vitam: plantæ vero, & animalia, quia operantur in seipsis vitam habere dicuntur.

Quæ sunt Dei operationes, per quas dicitur vitam habere in seipso? Resp. Sunt duæ tantum, sed nobilissimæ omnium, nempe una intellectus, alia voluntatis.

1. p. qu. 14 Quænam est operatio intellectus? Resp. Scientia, & cognitio, per quam Deus cognoscit se, & omnia, simplici scientia, quæ cum sit, vel fuerit, vel fieri potest.

1. p. qu. 2. Or 2. Quænam est operatio voluntatis? Resp. Amor, & dilectio, per quam Deus diligit primò seipsum, nempe suam essentiam, & bonitatem: secundo omnia bona, quæ ab ipso creata sunt.

Ex. 2. p. q 4. Or. Ad has duas operationes reduuntur omnes attributa, quæ Deo conveniunt? Respondeo. Ita est. Ad cognitionem enim reducuntur, Sapientia, Veritas, Lux, Revelatio, Fides, *id est*, divinæ scientiæ communicatio, & alia hujusmodi. Ad voluntatem pertinent amor, ira, odium, boni-

tas, misericordia, justitia, potentia, punitio, creatio, & alia.

1.p.qu.14. Quid est divinus intellectus? Resp. Est primus fons omnis luminis, scientiæ, & cognitionis, & veritatis.

Cap.pet.3. n.8 & 24. Prima est hæc. Voluntas Dei est primus, & perennis fons omnis bonitatis, justitiæ, & sanctitatis, & charitatis.

1.p.qu.19. ar.6.& q. 2.1.art.1. Secunda est, voluntas Dei est causa universalis omnium rerum juxta illud: *omnia quæcumque voluit fecit.*

Tertia est, voluntas Dei est ipsamet justitia, & bonitas, *id est*, voluntas Dei per seipsum justa est, reliqua omnia ideo justa sunt, quia huic voluntati conformia existunt.

Num.12. n.8.& 2. Quarta est particularis quoad homines sic, voluntas Dei est prima, & summa regula omnium actuum humanorum. Omnes enim actus humani voluntati Dei tanquam primæ regulæ debet conformari.

Num.8.& 2.

Num.11. Quare voluntas Dei est prima regula omnium actuum hominum? Resp. Quia cum Deus sit Dominus omnium utpote, qui omnia ex nihilo creavit: illa etiam conservat, & gubernat; ad Dominum autem spectat servis imperare, qui debent in omnibus justæ voluntati dominorum suorum obtemperare, sequitur, quod omnes homines in suis operationibus voluntati Dei debent conformari, quod est ab illa regulari.

Num.22. Quare voluntas Dei est ipsamet justitia? Resp. Quia quodcunque vult Deus, justissimum est, justè enim Deus quod sibi licet de rebus à se creatis facere potest.

De voluntate Dei beneplaciti, & signi. Num 2.

1.p.q.19. art.11. VOluntas Dei est una? Resp Est una: sed variis modis à nobis considerata in voluntatem beneplaciti, & signi distingui solet.

Ibidem. Quid est voluntas beneplaciti? Resp. Est voluntas Dei considerata absolutè, & in seipsa etiam si hominibus manifesta non sit.

Ibidem. Ibidem. Quid est voluntas signi? Resp. Est voluntas Dei per aliquod signum hominibus declarata.

at.hic nu. 11. Quæ sunt signa, quibus voluntas Dei hominibus manifestatur? Res. Ait S. Tho. quinque, primum præceptum secundum prohibito, tertium, consilium, quartum operatio, quintum promissio: hæc enim divinam indicant voluntatem: quia impossibile est, quod Deus, vel præcipiat, vel prohibeat, vel hortetur, vel permittat, vel operetur, nisi ita ab ejus voluntate determinatum sit.

Lex Dei, & præcepta ipsius possuntne dici voluntas Dei? Resp. Possunt, quia præceptum, seu lex Dei idem est, quod voluntas Dei per legem, vel præceptum manifestata. Ibidem. Ioan.5.

Hoc loco accipitur voluntas pro voluntate beneplaciti, an signi? Respond. Signi, homines enim non possunt facere voluntatem Dei, nisi priùs illis per signum fuerit manifestata.

Accipitur hic voluntas pro præcepto, & consilio? Resp. Accipitur, quia dicere *fiat voluntas tua*, idem est quod dicere fiat *præceptum tuum*. Ibidem.

De voluntate hominis. Cap. II.

QVid est voluntas hominis? Resp. Est potentia, qua homo ad actus, & obiecta, seu ad finem, & ad media moraliter determinatur. D.Th.1.2. q.8. Aristot.3. Ethic.

Quid est determinari moraliter? Res. Est determinari cum liberalitate & subratione virtutis, & vitii, meriti, vel demeriti laudabilis, vel vituperabilis. 1.2.q.74. art.1.& 2. & q.20. a.2.ad.1.

Voluntas est principium omnis virtuosæ & vitiosæ operationis? Resp. Ita est: unde impossibile est? quod homo qui habet bonam voluntatem, sit malus, & qui habet malam voluntatem, sit bonus: juxta illud Salvatoris: *Non potest arbor mala fructus bonos facere, neque arbor bona fructus malos facere.* Per arborem enim Doctores intelligunt voluntatem.

Quod est obiectum voluntatis humanæ? Resp. Finis, & media ad illum. Cat.4.pr.5. n.11.12.q. 8.1.2.q.20 art.1.& 2. ibid.

Quænam est bona voluntas? Resp. Illa quæ rectè se habet ad finem, & ad media: *id est* quæ habet bonum finem & bene utitur mediis ad illum obtinendum.

Quæ dicitur mala voluntas? Res. Illa quæ habet malum finem, vel si finem habet bonum, non rectè tamen utitur mediis ad illum.

simam, & generalem notitiam, & cum laude cognitionem, quam Angeli, & Beati in cælo habent de Deo, & de Sanctissimo nomine ipsius: quod intellabili voce Sanctificantes nunquam desinunt proclamare Sanctus, Sanctus, Sanctus.

Nu. 3 & 4. Quare pronunciatur hoc exemplum? Resp. Vt homines illud imitentur.

Ibidem. Homines possunt in hoc Beatos imitari? Resp. Non in opere, & in effectu: sed bene fieri ex charitate, & animi studio desiderare, ut ita agatur: multo plura enim bono desiderare, quam facere potest.

Nu. 3. & 4. Qualis est sanctificatio, quæ à beatis divino nomini datur? Resp. Explicatur his tribus verbis, generalissima, perfectissima, & continua seu æterna: Omnes enim Beati nullo excepto, hoc nomen Dei sanctificant: idque perfectissima ratione, & in sæcula sæculorum indesinenter faciunt.

Ibidem. Quid significat ultima particula. *Et in terra?* Respond. Explicat desiderium nostrum ut Dei nomen ita cognoscatur, laudetur, & gloria afficiatur in terra, sicut in cælo, *id est*, ut ab omnibus hominibus, & continuo, & perfectissimè, si non actu, saltem desiderio sanctificetur, atque honoretur.

Num. 3. Illa verba, *Sicut in cælo & in terra* addenda sunt Primæ & Secundæ & Tertiæ petitioni? Resp. Ita ait Catech.

Num. 3. Qua ratione & Quia tres primæ petitionis postulant & desiderant gloriam Dei, idem quod in fine dicitur de una justum est, ut de alia intelligatur: præcipuè cum dicta particula rectè singulis petitionibus accommodetur.

De usu hujus petitionis. Cap. V.

Per 1. nu. 1. & seq. QVis est usus hujus petitionis? Respon. Christianus debet. Primò addifcere verba. Secundò considerare, & intelligere significatum, & sensum illorum. Tertiò optare quæ ab illis significatur. Quartò Optata sperare. Quintò Sperata postulare, recitando hâc petitione. Sextò. Humiliter recipere impetrata. Septimò Gratias agere de impetratis. Octavò, Hæc omnia ad Dei gloriam, & totius mundi utilitatè ordinare: Amplius justum est gaudere de omni gloria, quæ in cælo, & in terra divino nomini data est, datur, & in futurum danda est: Denum tristari, & dolere de omni injuria, & irreverentia, quæ huic Sanctissimo nomini ab impiis hominibus dari contingat.

DOCTRINA CATECHISMI ROMANI.

In secundam petitionem

QUÆNAM est materia hujus tractationis? Resp. Secunda petitio. *Cap. 11. n. 1*

Quis Ordo? Resp. Post tractationem de prima, rectè sequitur tractatio de secunda. *Ibidem.*

Quæ utilitas? Resp. Maxima, quia ad ea, quæ in hac petitione postulantur, omnis Evangelii prædicatio refertur, ac terminatur. *Num. 1.*

Quæ divisio? Resp. In capita sequentia.

Primum. Erit de Regno Dei.

Secundum. De miseriis hominum.

Tertium De Secunda petitione.

Quartum. De explicatione verborum.

Quintum. De usu hujus petitionis.

De regno Dei. Cap. I.

VNde sumitur hæc vox *Regnum?* Resp. A rege, vel à regendo, quia regnum habet Regem, à quo regatur. *Ex nu. 11.*

Quid est *Regnum?* Resp. *Est multitudo populorum ab alio Rege legibus, ac magistratibus gubernata.* *Ex nu. 2.*

Quænam est materia Regni? Resp. Populi, qui à Rege sunt gubernati. *Arg. ibid.*

quæ ab objectis, & secundis causis fit.

Quare Deus hanc facultatem dissentiendi non dedit irrationabilibus, homini verò dedit? Resp. Primò ob gloriam suam: secundò propter hominis utilitatem.

Quomodo hoc tendit ad gloriam Dei? Respondeo. Quia sic Deus manifestat, quod in seipso beatissimus est, & ideo non eget hominis honore, vel servitute. Deus enim quasi sic loquitur: Ego, ô homo in meipso beatissimus sum, & non ego hic in aliquo: quod ut ordinavi te ad glorificandum me, hoc fecit quia justitia exigebat: ut autem scias quia non ego, velo in manu, & potestate tua relinquere, ut possis dissentire à mea ordinatione & non solum me honorare, sed etiam contra me peccare, si velis.

Qua ratione tendit ad utilitatem hominis? Resp. Primò est magna dignitas hominis, quod Dominus actuum suorum sit constitutus secundò: Per liberum arbitrium efficitur quod homo in actibus suis potest agere virtuose, & laudabiliter, & meritorie, ubi enim non est libertas, ibi virtus, nec meritum esse potest: utilissimum est autem homini, quod viram æternam mereri possit.

De proclivitate humani arbitrii, ad malum.

Num. 5.

Sess. 5. c. 1. & Can. 3.

ARbitrium hominis modò est proclive ad malum? Resp. De hac proclivitate ad malum multa docent sacrum Conc. Trid. & Catech. Rom. præcipuè autem sequentia.

Num. 3.

Primò sacrum Concil. Primus homo Adam post peccatum statim sanctitatem, & justitiam originalem amisit, quæ justitia præcipuum virtutis studium homini conferebat.

Ibidem.

Secundò ait, per illud peccatum incurrisse iram & indignationem Dei, item mortem, & cum morte captivitatem diaboli, totumque Adam secundum corpus, & animam in detrimis commutatum.

Ibidem, Ibidem.

Tertiò ait, Adam dicta mala in posteros transfudisse.

Quartò ait, Modò in hominibus etiam bapt. ratis, & justificatis manere fomitem, & concupiscentiam, quæ dicuntur esse peccatum, quatenus ex peccato sunt, & ad peccatum inclinant.

Quintò ait, liberum arbitrium post peccatum manisse vitiis attenuatum, & inclinatum. *Sess. 6. c. 1. & ca. 1*

Sextò ait. Impossibile est, quod arbitrium possit per vires naturæ sine gratia Dei ab his malis se liberare. Et Catec. jam dicta fusius explicat sic.

Primo ait, Catech. per peccatum homo non solùm amisit justitiam originalem, quæ erat donum supra naturam, sed etiam naturale virtutis desiderium in illo obscuratum est. *Num. 3.*

Secundò ait, de homine dictum est. *omnes declinaverunt simul inutiles facti sunt, non est, qui faciat bonum, non est usque ad unum.* *Ibidem.*

Tertiò, ait Sensus, & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua, ut inde facilè intelligi possit; nemutem per se salutariter sapere, sed omnes ad malum esse propensos, innumerabilesque esse hominum pravas cupiditates, dum proclives sunt, & flagranti studio feruntur ad iram, ad odium, ad superbiam, ad ambitionem, ad omne ferè malorum genus. *Ibidem.*

Quartò ait, quamquam homo in malis assiduè versetur, tamen tanta est humani generis miseria, ut permulta sint mala, quæ nobis talia non videantur: quod insignem arguit hominum calamitatem: qui cupiditatibus, ac libidinibus obcæcati non vident, quæ salutaria opinantur plerumque esse pestifera: Imo verò ad illa perniciosa mala tanquam ad optabile, & expetendum bonum rapiantur præcipites: & ab iis, quæ vere bona sunt, & honesta tanquam à contrariis rebus abhorreant quam opinionem, corruptumque judicium detestetur Deus illis verbis, *vah qui dicitis malum bonum, & bonum malum* &c. *Num. 4.*

Quintò ait, Divinæ litteræ, ut humanas miseriæ subiciant oculos nostris, comparant nos iis, qui verum gustandi sensum amisernt, quibus contingit, ut à salubri victu, & cibo alieni sint, appetentque contrarium. Item comparant nos ægrotis, qui nisi morbum depellant sanorum hominum officia exercere non possunt. Tertiò, comparant nos stultis, quibus relicti arbitrio, temerè moventur ad omnia judiciis sermonibus, & inanibus actionibus attendentes. *Num. 5.*

Nu. 5 & 6. Sextò ait, Homo actiones, quæ Deo gratæ sunt, suscipere sine divinæ gratiæ auxilio non posse: quod si aliquas exerceamus, illæ sunt leves, & ad consequendam cælestem beatitudinem parum, vel nihil momenti habent.

Num. 6. Septimo ait Deum, ut par est, amare & colere majus quidam & altius esse, quàm ut nos humi sitati humanis viribus assequi possimus: ideo nunquam poterimus, nisi adminiculo divinæ gratiæ sublevemur.

Num. 8. Octavò ait, Si quis discussa divinitus animi caligine has hominum videat miserias, & legem membrorum, nec non sensuum cupiditatis spiritui repugnantes recognoscat: omnemque inspiciat naturæ nostræ propensionem ad malum: non potest facere: quin opportunum tantis malis remedium quærat, desideret, concupiscat.

De obedientia. Cap. III.

Ib dem. REperient aliquod remedium jam dictis tot, tantisque malis? Responsio Reperitur.

Ibidem. Quodnam est illud? Resp. Obedientia divinæ voluntati.

Quare hoc? Resp. Ait Catech. Cujus ob objectam obedientiam, & Dei voluntatem neglectam in has miserias incidimus: unum illud tantorum malorum remedium nobis divinitus impositum est, ut ex Dei voluntate, quam peccando contemnimus, aliquando vivamus: omnesque cogitationes & actiones nostras ea regula metiamur, quæ sola rectas facit nostras operationes, Dei nempe voluntas.

Quid est obedientia? Resp. Hæc potest habere plures definitiones.

2. 2. q. 104. a. 2. ad. Prima est hæc. *Obedientia est voluntatis mater omnium virtutum*, virtus enim est quædam conformitas actus humani cum lege Dei, cujus conformitatis obedientia causa est.

Num. 8. Secunda est. *Obedientia est conformitas*, vel *conformatio voluntatis humanæ cum lege, & voluntate Dei.*

Num. 24. Tertia est *Obedientia est virtus, qua homo in beneplacito Dei sic: in tutissimo portu conquiescit.*

Nu. 8. Quarta est. *Obedientia est optimum remedium humana ad malum proclivitatis.*

Quinta est, Obedientia est via qua homo ad finem, & ad media sibi à Deo præfinita contendit.

Arg. ibid. Quænam est materia obedientiæ? Resp. Totus homo, tota hominis voluntas, omnes hominum operationes.

Nu. 8. & 6. Quæ forma? Resp. Conformatio dictorum cum lege Dei ac superiorum.

Ibidem. Quod efficiens? Resp. Deus, qui sua gratia adjuvat ad obedientiam, item hominis voluntas, quæ divinæ se subjicit voluntati.

Arg. ibid. Quis effectus? Resp. Dirigere hominem ad finem & ad media sibi à Deo præfixa.

Hic per totum. Quis finis? Resp. Primò gloria Dei, Deus enim per obedientiam honoratur: secundò utilitas hominis, quia per obedientiam maxima hominum bona collata sunt.

De gradibus obedientiæ.

Num. 2.

Ex num. 8 OBedientia habet plures gradus? Resp. Habet præcipuè sequentes.

Num. 14. Primus est mortificatio propriæ voluntatis: ut enim homo Dei voluntatem faciunt, opus est, ut suam mortificet, & cohibeat voluntatem in eo quod Deo contraria est.

Num. 12. Secundus est indifferentia voluntatis, *id est*, voluntas debet esse indifferens ad omnia, quæcumque voluerit Deus: si enim magis propenderet in hoc, quam in illud contra Dei voluntatem, esset impedimento, ne promptè Deo obedire valeret.

Num. 12. Tertius est resignatio, *id est*, voluntas nostra debet se totam collocare sub voluntate Dei permittendo, ut voluntas Dei moveat nostram, quandocumque, & quomodocumque voluerit.

Nu. 12. 14 Quartus est, conformitas nostræ volantatis cum voluntate Dei: & est cum nostra voluntas vult omnia illa quæcumque Deus vult, quod illa velit.

Num. 11. Quintus est, actualis obedientia: seu realis exequtio eorum omnium, quæ Deo sive præceptis, sive consiliis, sive per se, sive per Ecclesiam hominì proposita sunt.

De tertia petitione.

Cap. IV.

QUænam est materia tertiæ petitionis? Resp. Illud, quod petimus.

Quæ forma? Respond. Desiderium, spes obtinendi, ipsa petitio.

Quis finis? Resp. Ex una parte impetrare, ex alia gratias agere.

Num. 18. Quid potissimum in hac petitione postulamus? Resp. Ait Catechismus sequentia.

Num. 14. Primò, ut totus orbis terrarum divinæ voluntatis, per Christum manifestatæ cognitionem accipiat.

Secundò, ut Deus det nobis auxilium & præstantem tum per gratiam, tum per naturam, ut per eam possimus cohiberi à pravis cupiditatibus, & ad omnia, quæ Deus vult applicari.

Num. 12. Tertiò, ut Deus det non solùm facultatem ad obediendum, sed etiam actualem, & perfectam obedientiam, *id est*, mortificationem, indifferentiam, resignationem, conformitatem, & veram executionem eorum omnium, quæ à Dei voluntate nobis proposita sunt.

Num. 14. & 15. Quartò, ut Deus faciat nos vere, & ex animo detestari omnia, quæ divinæ voluntati contraria sunt, nempe opera carnis, fornicationem, immunditiam, impuditiam, luxuriam, idolorum servitutem, veneficia, & alia his similia.

Ibidem. Quintò, Petimus, ne sinat Deus ea nos perficere, quæ sensus, quæ cupiditas, quæ imbecillitas nostra suaserit, sed ut nostram voluntatem sua voluntate moderetur.

Num. 16. Sextò, Rogamus, ne concedatur nobis à Deo, quod ip ſi nostra sponte cupimus, confitentes in hac petitione quod studium, & appetitus, & voluntas nostra depravata sunt.

Ibidem. Septimò, Ne Deus concedat nobis ea, quæ ad suasionem, & impulsum dæmonis, qui se fingat Angelum lucis postulamus.

Num. 14. Octavò: Neque solùm precamur, ut Deus concedat malum, aut quod mali speciem habet, sed etiam postulamus, ut fiat voluntas non nostra, sed Dei in iis quæ revera mala non sunt: veluti cum naturali inclinatione appetimus ea quæ naturam conservant, ut cibus, somnus, & alia, aut cum rejicimus illa, quæ naturæ nostræ contraria esse videntur, ut dolores, atque infirmitates.

Nonò petimus, ut Deus nobis concedat, quod omnia peccata fugiamus, quia illa divinæ voluntati contraria sunt. *Num. 14.*

Decimò, ut concedat nobis omnes virtutes, quia Dei voluntati conformes sunt. *Num. 12.*

Undecimò, ut donet nobis in virtute, & obedientia perseverantiam omnibus diebus vitæ nostræ. *Ibidem.*

Duodecimò, ut passiones nostras vitiosas, fomitem quoque, & concupiscentiam comprimat. *Num. 18.*

Decimotertiò, ut appetitum rationi obedientem efficiat. *Ibidem.*

Decimoquartò, ut naturæ nostræ infirmitatem, & corruptionem gratia sua foveat. *Ibidem.*

Decimoquintò, ut nos tutos ad suam conformet voluntatem. Hæque omnia perfectissimo modo, sicut in beatis existunt, nobis quoque concedat. *Ibidem.*

Quare tam paucis verbis tot, tantaque postulamus? Resp. quia qui petit, ut fiat à nobis voluntas Dei: omnino etiam petit, ne fiant ea, quæ divinæ voluntati vel sunt contraria, vel conformia non sunt. Item petit omnia, quæ sunt vel opportuna, vel necessaria ad hoc, ut plenè Deo obediamus. Item postulat, ut illa omnia auferantur, quæ impediunt, vel difficultant obedientiam quæ dicta est, sicque non est mirum, quod hæc postulatio ad tanta se extendat. *Et nu. 19. & cap. 2.*

Justis, & iis, qui in gratia Dei sunt constituti, conscit hæc postulatio? Ref. Ait Cat. etiam ipsius vehementer petentum est, ut ab ipsis Dei voluntas fiat.

Nonne in animis eorum regnat Deus, & gratiæ beneficio Dei obtemperant voluntati? Resp. Ait Catec. verum est, sed tamen ideo hanc debent frequentare petitionem: Primò, quia sine Dei auxilio peccata vitare non possunt; Secundò quia in ipsis propriæ cupiditates adversantur propter proclivitatem admodum insitam in hominum sensibus, unde periculum est, ne abstracti, & illecti à concupiscentiis de via salutis deflectant: neque enim justi ita domitos habent carnis affectus, ut nunquam illi postes excitentur. Gratia enim sanat quidem illorum mentem, non etiam carnem, peccati enim fomes dum vivimus incola nostri corporis est: Unde perseverantia in *Num. 9 & 18.* *Num. 18 nu. 9 & 10.*

justitia, & gratia, ut docet Concilium, speciale donum Dei est.

De explicatione verborum tertiæ petitionis.

Caput V.

QVot voces sunt in tertia petitione? Resp. Quinque: Prima, *voluntas*: Secunda, *tua*: Tertia, *fiat*: quarta, *sicut in cælo*: quinta: *Et in terra*.

Quid significat *voluntas*? Resp. Exprimit voluntatem, quæ in substantiis intellectualibus perfectissima potentia est.

Quid significat illa vox, *Tua*? Respond. significat: Hic esse sermonem, non de voluntate creaturarum, & nostra; quæ ad peccandum proclivis est: sed de Dei voluntate, quæ non solùm justissima existit, sed ipsamet justitia est.

Quid exprimit dictio *Fiat*? Resp. Declarat: nos desiderare & petere: ut in toto mundo ab omnibus, & in omnibus Dei voluntas fiat, ita ut omnium hominum voluntates illi subiciantur, illique obediant.

Num.19. Quid significat illa vox, *Sicut in cælo & in terra*? Resp. Declarat nos desiderare, ut voluntas Dei eodem modo, & eadem animi perfectione, fiat in terra, sicut fit in cælo.

Num.21. Ista verba *sicut in cælo & in terra* habent plures explicationes? Resp. Ait Cat. habent tres.

Num.9. Prima est hæc, quæ est literalis. Ita fiat voluntas Dei in terra, sicut in cælo fit.

Num.21. Secunda est ex S. Cypriano, & est moralis, nempe per cælum intelliguntur homines pii, & justi, qui terrena despicientes, & cælestia diligentes, cælum dici possunt: per terram accipiuntur mali, & impii, qui cum terrena diligant, terra dici possunt: unde petitio erit, ut peccatores ita obediant Deo sicut & justi.

Tertia est moralis, ex eodem S. Cypriano, nempe: quod per cælum intelligatur spiritus, seu ratio, & portio hominis superior; quia cælestia diligere solet: per terram caro, & corpus, & sensus accipiantur, quia ordinatè terram

Num.21. diligant: Vnde erit petitio, quod ita caro obediat Deo,

Num.22. sicut spiritus solet illi obtemperare.

Verba hujus petitionis exprimunt illam partem ora-

tionis, quæ dicitur gratiarum actionis: resp. exprimunt: Quia cum petimus Dei fieri omnibus voluntatem, declaramus nos valde cupere, ut hæc voluntas ab omnibus non solùm colatur, & honoretur, sed etiam, ut adimpleatur. Hoc autem est summis laudibus illam celebrare, nec non omnia illius opera justissima æstimare, illamque omnis bonitatis fontem, à qua non nisi bona proveniunt, confiteri; quod gratiarum actionis officium est.

Quid faciendum, quando justitia divinæ voluntatis nobis ignota est? Respondeo, Ait Catechismus. Omni ambiguitate, & hæsitatione de Dei bonitate rejecta cum humilitate ad illud Apostoli confugiendum, *inscrutabiles viæ ejus.* *Ibidem.*

Petimus hic perfectam obedientiam erga Dei voluntatem? Ref. Petimus quia talis in Cælo est. *Num.19. & Ibidem.*

Qualis est obedientia, & subjectio beatorum divinæ voluntati? Ref. Ait Cat. primò illi sponte, & voluntariè, & summo cum affectu, & voluptate obediunt Deo: secundò obediunt omnes, nullo penitus excepto, tertiò, obediunt semper, & in sæcula sæculorum: & talis obedientia in nobis desideratur.

Voluntas Dei est à nobis facienda propter æternæ vitæ retributionem? Resp. Ait Catechismus. Etiam si possimus in obediendo divinæ voluntati æternam spectare retributionem, tamen, & hæc quoque spes in divinam voluntatem est referenda: nempe, ut nos ideo operemur, quia Dei voluntas est, ut talem spem habeamus, cum amori, & obedientiæ nostræ mercedem æternam beatitudinem proposuerit. *Num.10. & 11.*

Si quis obediat Deo, & diligat illum non propter præmium ab ipso promissum: sed tantùm ex charitate, & pietate nihil spectans nisi divinam bonitatem, atque justitiam, talis obedientia perfectior erit? Respondeo. Ait Catec. Erit perfectior, & talem habent beati, & illam in hac petitione desideramus illis verbis, *Sicut in cælo, & in terra.* *Num.10. & 11.*

De usu huius petitionis. Cap. VI.

Num. 23. FIdeles, quid debent facere, ut bene utantur hac petitione? Resp. Ait Cat. sequentia.

Ibidem. Primò debent sibi continuò ante oculos ponere infinitam bonitatem, atque justitiam divinæ voluntatis.

Secundò considerare vim nostræ cupiditatis divinæ voluntati repugnantem, quæ in natura nostra infita est, per quam in Deo facienda voluntate vincimur à naturis omnibus de quibus scriptum est, *omnia serviunt tibi*. & sumus adeo imbecilles, ut nullum opus Deo gratum non modò non perficere, sed instituere quidem possimus, nisi Dei adjutorio sublevemur.

Ibidem. Tertiò, Ex hac consideratione debemus induci, ut demisso, & humili animo in hac pronuncianda petitione nos frequentissimè exerceamus.

Ibidem. Quartò, debemus summo affectu desiderare, ut Deo perfectissimè obedimus semper in viis Domini ambulantes, cujusque præcepta observantes, nihil animo agitantes, vel actione suscipientes, quod divinæ voluntati contrarie non sit.

Num. 24. Quintò, Debemus in simplici, & absoluta Dei voluntate conquiescere.

Ibidem. Sexto, Nostrum judicium debemus subjicere Dei voluntati, qui nobis melius consulit, quàm ipsi optare possimus.

Ibidem. Septimò, Certo statuendum est, nihil fine Dei voluntate, quæ summa omnium ratio, & regula est, nobis accidere posse: ideoque non debere nos gravius commoveri, sed invicto animo esse, si quid adversum, vel molestum nobis contigere videatur.

Num. 24. Octavò, qui arbitratur, se inferiori loco esse, quam dignitas postulet, debet æquo animo ferre conditionem suam, ut diem suum non deseruerit, manere in ea vocatione, in qua vocatus est, omnia ad beneplacitum divinæ voluntatis referendo.

Ibidem. Nonò, Si angustia rei familiaris, si corporis valetudine, si persequutionibus, si aliis molestiis & langoribus premimur, omnia de manu Domini sunt accipienda, dicentes cum beato Iob *Sicut Domino placuit, ita factum est. sit nomen Domini benedictum.*

Decimò. Si prospera, & optata nobis contingant, omnia à Deo sunt accepranda, & ideo gratiæ illi agendæ, & occasio promptius obediendi, & magis, amandi sumenda est. Num. 12.

Motiva ad obediendum Deo. Num. 2.

QVibus motivis homo potest induci ad obediendum in omnibus Deo? Resp. sequentibus. Num. 22.

Primò. Justissimum est, ut Dei voluntas in omnibus fiat. Num. 23.

Secundò Omnes creaturæ irrationales Deo obediunt, & homo magis ad hoc obligatus est, Sess. 6. c. 20.

Tertiò. Necessarium est, omnino ad salutem obedire præceptis Dei, & Ecclesiæ.

Quarto *Servire Deo, & illi obedire, regnare est.* Num. 13.

quintò. Christus dixit *Quicumque fecerit voluntatem Patris mei, qui in Cœlis est, ipse meus frater, & soror & mater est*: idest cum illo sum omnibus amoris, & benevolentiæ vinculis conjunctissimus. Ibidem, Num. 8.

Sextò. Sola hac obedientia infirmitas arbitrij, & miseria hominis sanari potest. Sess. 6. c. 16.

Septimo. Hæc obedientia meremur vitam æternam. Num. 13.

Octavò. Exempla omnium sanctorum ad illam nos provocant. Num. 8.

Nonò *Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.* Num. 13. Cap. 9.

Decimò. Inobedientia Luciferi, Adam, & aliorum, inexplicabilium malorum causa fuit.

Undecimò voluntas Dei ipsamet justitia, & prima regula omnium actuum nostrorum est.

Duodecimò Deus Pater noster est, ideo ejus voluntas ad benefaciendum nobis promptissima est: Demum S. Augu. ait: *voluntas Dei rectitudo est, nostra autem curva. Illa non est curvanda ad tuam, sed tua corrigenda ad illam.* Num. 24.

DOCTRINA CATECHISMI ROMANI.

In IV. Orat. Dom. petitionem.

Part. 4. c. 13

QVænam est materia hujus tractationis? Resp. Quarta petitio, in qua bona temporalia à Deo postulamus.

Ibidem.

Quis ordo inter hanc, & priores petitiones? Respon. Aut Carec. Habet hunc ordinem precatio Dominica ut postulationem rerum divinarum consequantur earum rerum petitio, quæ ad corpus, & ad hanc vitam tuendam pertinent. Nam ut ad Deum tanquam ad ultimum finem referuntur homines, sic humanæ vitæ bona ad divina eadem ratione distinguntur.

quæ divisio tractationis facienda? Respon. Potest dividi in capita sequentia.

Primum. De vita corporis, & de rebus illis necessariis.

Secundum. De vita animæ, & de bonis ad illam requisitis.

Tertium. De quarta petitione.

Quartum. De explicatione verborum.

Quintum. De usu hujus petitionis.

De vita corporis humani. Cap. I.

QVid de corpore hominis considerandum? Respon. Primò, de fine corporis humani: Secundò, de ritu, & operationibus illius: Tertiò, de bonis ad hanc vitam requisitis: Quartò, de bono usu dictorum bonorum.

De fine, & vi a corporis humani. Num. 1.

QVis est finis corporis humani? Resp. Est esse instrumentum animæ ad serviendum Deo, & ad alia multa virtutum opera exercenda. Num. 1. 2. 3.

Corpus datum est homini, ut in orto vivat? Resp. Non; sed ad laborem est destinatum. Num. 2. 11.

Num. 3.

Homo potestne quiescere in voluptatibus corporis? Resp. Non; sed totus homo, & totum hominis corpus ad Deum, & ad virtutem est referendum. Num. 1. 23.

Homo debet uti corpore ad glorificandum Deum? Resp. Omnino.

Qua ratione hoc debet præstare? Resp. Oculis debet uti ad inspiciendæ opera, & beneficia Dei, ut inde sumat occasionem Deum glorificandi: Item debet oculis inspicere imagines sacras: Item legere sacram scripturam, ut inde Dei obtineat cognitionem: item inspicere illa omnia, quæ ad actionem corporis valent pervenire: Auribus utendum est ad audiendum verbum Dei, quo homo ad cultum Dei directus est: Item ad audienda seniorum, & majorum consilia, & monitiones. Lingua homo debet uti ad laudandum Deum, & proximum in via virtutis diligendum: Manus ad omnia opera virtutum efficienda datæ sunt: Pedes ad peregrinationem, & translationem virtuosam de loco ad locum deservient: Totum corpus jejuniis, abstinentiis, vigiliis, aliisque multis Deo deservit. Cap. 3. n. 5. Cap. 10. Num. 7. Hic art. n. 1. 2. 3. &c. Præcep. 3. Catech.

Quænam debent esse operationes corporis humani? Resp. Exercere se in cultu Dei, & in aliis virtuosis operationibus, secundum quod ab anima illi præscriptum sit. Num. 2.

Potest has operationes præstare sine vita? Resp. Impossibile est. Ioan. 7.

Potest habere, & conservare vitam sine administratione rerum externarum: Resp. Non potest.

De bonis externis ad vitam corporis necessariis. Num. 3.

QVæ bona ad vitam corporis nostri necessaria sunt? Resp. Totus mundus corporeus. Cap. 3. n. 3. & cap. 10.

Quomodo totus mundus vitæ corporis deservit? Respond. Notum omnibus est quòd omnes cæli, omnia elementa, lapides, herbæ, plantæ, & animalia ad vitam Num. 7.

corporis nostri tuendam deserviant.

Ex Sancto Ambr. de Arca Noe, Num. 5. Totus mundus corporeus ad corpus hominis est ordinatus? Respond. Deus totum mundum corporeum ad hominis corpus ordinavit, hoc verò ad Dei cultum, & gloriam est ordinatum.

Corpus humanum eget aliis corporibus ad se ordinatis? Res. Omnino.

De indigentia corporis ante peccatum & post peccatum.

Num. 4.

Ioan. 5. COrpus hominis habet eandem indigentiam post peccatum, quam habuit ante peccatum? Resp. Valde diversa est indigentia.

Ibidem. Quam indigentiam habuit corpus hominis in statu innocentiæ? Resp. Cat. ita ait. Et si in illo statu necesse habuisset adhibere cibum ad reficiendas vires, tamen non ei opus fuisset vestibus ad regumentum, non tecto ad perfugium, non armis ad defensionem, non remediis ad valetudinem, non aliis multis quorum subsidio nos ad hanc naturæ imbecillitatem tuendam egemus: Satis tunc fuisset ad immortalem vitam ille fructus quem, fœlicissima vitæ arbor nullo hominis labore præbuisset.

Ibidem. Homo in tantis paradisi deliciis futurus erat otiosus? Res. Ait Cat. Non, quia Deus hominem ad operandum in eo voluptatis domicilio collocarat: verum nulla opera tunc fuisset molesta, nullum officij genus tunc non jucundum fuisset. Homo etiam perpetuò ex cultura fœlicium hortorum tulisset suavissimos fructus, nec cum unquam opera, aut spes fefellisset.

Num. 3. Modo post peccatum quomodo res se habet? Resp. Cat. ita ait.

Ibidem. Primò, nunc fructu arboris vitæ privati sumus.

2. Nunc contra homines talis sententia prolata est: *Maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ: spinas, & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ: in sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec revertaris in terram, de qua sumptus es, quia pulvis es & in pulverem reverteris.* Itaque versa sunt omnia & mutata in deterrimam partem.

Ibidem. 3. Ait, Illud gravissimum est, quod maximos sumptus, summum laborem, ac sudorem sæpissimè nullos fructus

consequitur; cum fruges datæ in deteriorem segetem vel succrescenti agrestium herbarum asperitate opprimuntur, vel in nobis, vento, grandine, vel, rubigine perculsæ, & prostratæ intereunt: ut omnis anni labor, exiguo tempore aliqua cæli, vel terræ calamitate, recedat ad nihilum.

De difficultate acquirendi bona corpori necessaria.

Num. 5.

MOdò adest magna difficultas obtinendi bona corpori necessaria? Resp. Maxima. *Ibidem.*

In quo hæc difficultas posita est? Resp. Præcipuè in sequentibus.

Primò Nunc homo multò pluribus eget bonis, quàm ante peccatum eguisset, ut dictum est.

2. Modò operari multò difficiliùs homini est, quia sine sudore, & labore non sit necessaria autem corpori sine proprio labore nemo non obtinebit. *Num. 4. 5. & 6.*

3. Terra nunc multò minores, & pauciores fructus reddit, & majori tamen culturâ eget, tribulosque, & spinas germinare consuevit. *Ibidem.* *Ibid. nu. 5.*

4. Fructus à terra datos sæpe aliqua extrinseca causa consumit, & aufert.

Demum sola hominis opera sine Dei favore, atque benedictione vana, & inutilis est. *Ibidem.*

De causa tantæ difficultatis, & de illius remedio.

Num. 6.

QVænam est causa tantæ jam dictæ difficultatis? Res. Ait Cat. Hoc accidit immanitate nostrorum scelerum, nostráque culpa in has miserias, & angustias incidimus, quia Deus justè à nobis aversus nostris minimè benedicit operibus, sed horrenda manet sententia quam de nobis, ut dictum est, provinciavit, *in sudore vultus tui vesceris pane tuo.* *Num. 6.*

Quodnam harum miseriarum remedium? R. Vnicum est quòd Deus benedicat nobis, nostrisque operibus, quia Deus est ille qui dat incrementum, & cùm *aperit manum suam implet omne animal benedictione.* *Ibidem.*

Quonam medio hæc à Deo obtinetur benedictio? Resp. Humili, & devota petitione, ut in filio prodigo apertè significatum est. *Num. 7.*

De bono usu temporalium. Num. 7.

Num. 12. HOmo potest-ne bene & male uti temporalibus? Resp. Ita est,

Petit. 1. Quis est bonus usus? Resp. ex Catechismo talis.

Num. 7. 1. Omnia bona de manu Dei sunt accipienda. Si quid luce sua sol, si quid sidera motu, & cursu prosunt: si circumfuso hoc alimur aëre: si terra frugum, & fructuum ubertate sustinet omnium vitam: si operâ magistratuum quiete, ac tranquillitate fruimur: à Deo ista omnia sunt accipienda, quod si secundę causæ aliquid pro nobis efficiunt, illas tanquam Dei manus quibus nobis sua bona distribuat interpretari debemus.

Num. 3. 2. In bonis temporalibus desiderandis, petendis, utendis maximè curandum est, ne à Dei præscriptione ulla ex parte discedamus.

Ibidem. 3. Ait Cat. Si quis terrena desideret, & petat eo animo, ut illa omnino bona existimet, & in illis tanquam in optato fine conquiescens nihil præterea requirat, neque illorum usum ad Deum referat, iste nec benè desiderat, nec benè petit, nec benè utitur.

Ibidem. Quartò, S. Augustinus ait: *Non petimus temporalia hæc tanquam bona nostra: sed tanquam necessaria nostra*, idest non illa desideramus, ut in illis quiescamus, sed ut per illa ad Deum tendamus, cùm ad hoc nobis necessaria sint.

Ibidem. Quintò, ait Catec. Omnia, quę spectant ad usus vitæ necessarios, ad Dei gloriam referenda sunt ex Apostolo, qui ait: *Sive manducatis, sive bibitis, sive aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.*

Num. 6. Sextò, ait. Si desint temporalia: Si labor requiritur in illis comparandis, homines debent cogitare, sua culpa in has miserias, & angustias incidisse.

Ibidem. Septimò, ait. Homines cogitare debent: Desudandum quidem, & elaborandum nobis esse in parandis iis, quæ ad vivendum sunt necessaria: veruntamen nisi laboribus nostris benedixerit Deus, fallacem, & inanem fore omnem nostrum conatum.

Num. 1[illegible]. Octavò, ait. Ad virtutem pertinere, ut non abundantem, nec exquisitam ciborum, ac vestium copiam, sed necessariam, ac simplicem appetamus, juxta illud Apostoli: *Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus.* 2. Tim. 6.

Nonò, ait bona ad vitam necessaria debent accipi non aliena, sed nostra, *id est*, à nobis sunt acquirenda, non injuria, fraude, aut furto, sed proprio labore, & industria. Num. 12. Ibidem.

Decimò, ait. Quæ nobis malis artibus conciliamus, nō nostra sūt, sed aliena; sæpiùsque illorum calamitosa est vel adeptio, vel possessio, vel certè jactura. Contra verò honestis ab laboriosis piorum hominum lucris tranquillitas inest & magna fœlicitas, juxta illud Prophetæ, *labores manuum tuarum, quia manducabis, beatus es, & benè tibi erit.* Ibidem.

Vndecimò, iis, qui justo labore victum quærunt, fructum suæ benignitatis pollicetur Deus, Deut. 28. *Emittet Dominus benedictionem super cellaria tua, & super omnia opera manuum tuarum, benedicétque tibi.* Ibidem.

Duodecimò, ait. Bona mens à Deo petenda, & desideranda, ut rectè partis, rectè ac prudenter uti possimus.

Decimotertiò, ait, divites meminerint facultates suas & copias Deo acceptas referre; cogitentque, se idcirco illis bonis esse cumulatos, ut illa distribuant indigentibus; ideo discant, non sublime sapere, neque sperare in incerto divitiarum, sed in Deo vivo, qui præstat nobis omnia abundè ad fruendum. Alia de bonis temporalibus, & de usu illorum dicta sunt præcepto septimo. Num. 13. Num. 13. 1. Tim. 6.

De vita animæ. Cap. II.

QVænam de vita animæ consideranda? Respondeo. Primò, quid sit anima. Secundò, finis illius. Tertiò, operationes ad finem. Quartò, vita ad operandum. Quintò, bona necessaria ad vitam. Sextò, usus dictorum bonorum.

Quid est anima? Resp. Est *pars hominis dignior ad serviendum destinata*: vel sic. *Est illud, quo homo vivit, & operatur.* Ex art. 1. 1 Num. 19. Ex sess. 7.

Quis finis animæ? Resp. Gloria Dei, Christi, nec-non vita beata. Cap. 7. Ex Conc. sess. 4. & 6.

Quæ sunt media ad dictum finem obtinendum? Res. Duo. Primum est, debitus cultus Deo. Secundum meritum vitæ

æternæ. Ad hæc autem obtinenda medium necessarium est S. Evangelium, nempe obedire illi, & servare illius præcepta.

Arg. ses. 4. Cap. 1. Quæ sunt animæ operationes? Res. Illæ quæ ab Evangelio præscriptæ sunt, quæ ad quatuor capita reducuntur, nempe ad Symbolum, ad Sacramenta, ad Decalogum, & ad orationem Dominicalem.

Arg. ibid. & ex Cat. in Præfat. Num. 12. Quid est vita animæ? Resp. Est facultas exercendi operationes illas, quæ à S. Evangelio præscriptæ sunt.

Nu. 2. & 3 pet. 3. n. 3. &c.

De bonis animæ ad operandum necessarijs. Num. 2.

ANima potest-ne juxta finem suũ operari absque adminiculo bonorum externorum? Resp. Non potest.

Nonne habet intellectum ad cognoscendum Deum & voluntatem ad illum diligendum: & item naturam, quæ animam dirigit, & impellit ad congruas hominis operationes exercendas? Resp. Habet, sed per peccatum valde deteriora sunt, & homo ad peccandũ proclivis factus est.

Ex nu. 1. &c. Deus providit animæ opportuna ad operandum? Resp. Sapientissimè providit.

Ex S. Amb. de arca, & Noe. Quæ sunt ista? Resp. Potest dici sequentia.

Primò, Omnia corpora ordinavit ad corpus hominis, hoc autem ad animam ordinatum est, ut esset instrumentum, quo illa uteretur ad suas operationes exercendas.

Rom. 1. Ex cap. 3. 2. Totus mundus adjuvat animam ut Dei potentiam, sapientiam, & bonitatem cognoscat. Invisibilia enim Dei per ea, quæ facta sunt intellecta conspiciuntur.

Num. 3. Ex Decal. & sess. 6. 3. Deus dedit animæ legem naturæ, legem scripram, & legem gratiæ, quibus anima completè ad operationes suas dirigeretur.

Ex sess. 4. & Catec. hic n. 18. hic n. 18. hic n. 19. 4. Sacra scriptura proponit, & explicat animæ omnia opera Dei: Item docet illam multis modis omnia opera virtutum, confert illi verbum Dei in suavissimum panem, & animæ cibum.

5. Vita Christi plena inexplicabilibus mysteriis est veluti Paradisus animæ, in quo illa potest meditatione, & contemplatione maximè deliciari, & aliquo modo idem est de vita B. Virginis, atque Sanctorum.

Catec. de, 6. Deus proponit animæ, Septem sacramenta, quibus

vita spiritualis producitur, atque nutritur. Baptismus enim dat nativitatem. Confirmatio augmenta gratiæ. Eucharistia cibum. Pœnitentia medicinam. Extrema unctio, vires debilitatas restaurat. Ordo dat Magistratus. Matrimonium legitimam prolem. *Sacram. in genere. Num. 20.*

7. Deus animæ dedit excellentissimum Missæ Sacrificiũ.

8. Deus per virtutes Theologicas seipsum communicat animæ donans per fidem sapientiam suam, per spem potentiam, per charitatem suam bonitatem. Per virtutes verò morales, & per dona Spiritus sancti animam ornat, perficit, & ad operandum habilem reddit. *De Sacr. Euchar. Sess. 8. c. 7.*

9. Dat Magistratus sæculares, & Ecclesiasticos, item Angelos quibus homo ad benè, & virtuosè, & pacificè, ac iucundè vivendum directus est. *Petit. 1. Num. 7. Art. 1. n. 22.*

10. Dat naturam qua movetur, & impellitur ad operationes naturales. *Sess. 6. c. 7.*

11. Dat gratiam, qua natura sanatur, perficitur, & homo ad finem, & ad operationes supernaturales est elevatus. *Art. 6.*

12. Dat Ecclesiam à Christo ædificatam, inexplicabilibus privilegiis decoratam, in qua homines membra Christi effecta sunt.

13. Merita Christi animæ multis modis communicata sunt. *Sess. 6. c. 3. &c. Art. 9.*

14. In Ecclesia datur Communio Sanctorum, in qua thesaurus inexplicabilis fundatus est.

15. Deus aliunde effudit Spiritum sanctum in Ecclesiam, qui docet illam omnem veritatem, & est principium omnis vitæ & sanctitatis.

Demum inexplicabilia sunt bona, quæ à Deo animæ ad bene, beatéque vivendum data sunt.

De usu horum bonorum. Num. 3.

DEus adjuvatne hominem ad usum horum bonorum? Resp. Adjuvat & impellit.

Homo potestne divinæ motioni dissentire si velit? Res. Ex libero arbitrio potest. *Ex nu. 22. Ses. 6. c. 4.*

Quis est bonus usus dictorum? Resp. Bonus usus consistit in hoc, ut fideles illis utantur ad finem, & ad operationes quæ ab Evangelio illis præscriptæ sunt.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

De quarta petitione. Cap. III.

Num.8. QVænam est quarta petitio? Resp. Hæc: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.*

Quæ materia illius? Resp. Omnia omnino bona tum animæ, tum corporis, quæ ad benè, beatéque vivendum sunt necessaria, vel utilia, vel opportuna, non solùm sibi, sed omnibus hominibus, qui in mundo sunt.

Ibidem. Quare sunt remedia? Res. Quia sunt illud, quod petimus.

Licetne Christianis hominibus à Deo petere terrena hujus vitæ bona? Respondeo. Ait Catechis. Ex communi Patrum sententia, & ex sacris Scripturis licet, si recta ratione fiat.

Num.9.

Num.12. Petimus hoc loco bonum usum dictorum bonorum? Resp. Omnino.

Quæ forma, & qui modus petendi? Resp. Cat. ita illam declarat.

Nu.3.n.22. Primò, ait. Petitio harum rerum ad præscriptum divinæ voluntatis est referenda. Ideò enim statim post illam postulationem, *Fiat voluntas tua*; sequitur hæc: *Panem nostrum*, &c. In qua bona temporalia postulamus.

Nu.1,2.& 3. Secundò, ait, Dicta bona licet petere & desiderare, quatenus sunt necessaria, vel utilia ad gloriam Dei, vel nostram salutem consequendam, & non aliter.

Num.22. Tertiò, ait, Petens hæc bona debet exitum sui desiderij, ac petitionis divinæ committere voluntati, nempè, ut illa si placet, concedat: si non placet, neget. Quod si concedantur, gratias agere: si non dentur, sibi persuadere, nec salutare illud esse, nec utile, quod piis à Deo negatur, cui magis curæ est nostra salus quam nobis ipsis.

Num.11. Quartò, Petitio debet esse cum spe obtinendi, si ita expediat; & cum voluntate, & animo gratias agendi, & bene utendi, si obtineat.

Num.14. Quintò, Hac petitione debemus recognoscere Deum omnium dictorum bonorum benignum authorem, atque datorem.

Num.16. Num.12. Quis finis hujus petitionis? Resp. Primò impetrare sibi, ac toti mundo. Secundò, Deo pro impetratis gratias agere. Tertiò, benè uti bonis à Deo datis.

de explicatione verborum.

Caput IV.

QVot particulæ, sunt in hac petitione? Res. Sex, prima, *Panem. 2. Nostrum. 3. Quotidianum. 4. Da. 5. Nobis. 6. Hodie.*

Quis finis illarum? Resp. Explicare, quid petamus, & quomodo petamus.

Num.8. Quid significat hæc vox, *panis*? Resp ait Cat. in divinis litteris, Panis nomine multa significantur, sed illa duo præcipuè. Primum, quidquid in victu, cæterisque rebus ad corpus vitamque tuendam adhibemus. Deinde quidquid nobis ad spiritus, & animæ vitam, ad salutem Dei munere tributum est.

Num.8. Hæc vox *panis* significat aliquid in particulari? Resp. Ait Catech. significat sequentia.

Primò, Omnia vitæ corporalis subsidia, & vestes ad tegendum & cibum ad vescendum, sive panis is sit, sive caro, sive piscis, sive quodcumque aliud: item domos ad habitandum, medicinam ad sanitatem, arma ad defensionem, & alia his similia.

Num.18. Secundò, ait Panis significat verbum Dei quod est cibus animæ, juxta illud: *Non in solo pane*, scilicet materiali, *vivit homo, sed de omni verbo, quod procedit de ore Dei.*

Num.19. Tertiò, Christus est panis, & cibus animæ, quia intellectus noster pascitur meditando vitam Christi: & merita ipsius, Cœnam, & Conuiuium magnum animæ parant.

Num.20. Quartò, Eucharistia verè animæ panis est, & ita à Christo appellatur, & Christus hunc panem cælestem dedit nobis ad vescendum.

Num.11. Quid significat hæc vox, *Nostrum*? Resp. Ait Catechismus.

Primò dicitur, *Noster*, quia nobis necessarius est: quia ait Propheta, omnia à te expectant, ut des illis escam, &c.

Secundò, dicitur, *Noster*, quia nobis illum opera nostra parare sine Deo possumus.

Num.12. Tertiò ait, dicitur, *Noster*, ad significandum, quod à nobis jure est acquirendus, non injuria, fraude, aut furto parandus: & quod panis alienus est dimittendus & quòd

non in otio, sed in laboribus, bonis actibus vita nostra est transigenda.

Quid explicat hæc vox, *Quotidianum*? Resp. Ait Catechismus.

Num. 4. Primò. Declarat parsimoniam, & frugalitatem circa bona temporalia, dum postulamus non exquisitissima ciborum, & vinorum genera: sed illa, quæ communia, & quotidiana sunt, & quæ necessitati satisfaciant.

Ibidem. 2. Ostendit horum bonorum desiderium moderatum esse debere, dum proviso corporalium bonorum petitur non ad annos, vel menses, sed ad dies, juxta illud, sufficit diei malitia sua.

Ibidem. 3. Dicitur panis quotidianus, quia reficimur eo ad reficiendum viralem humorem, qui quotidie consumitur vi naturali caloris.

Ibidem. 4. Dicitur etiam quotidianus ad declarandum, quod quotidie, assiduè debemus illud petere, ut continuò in hac consuetudine amandi, & colendi Deum reincamur.

Num. 4. Quid significat dictio, *Da*? Resp. Deum recognoscendum authorem omnium bonorum, qui cum aperit manus suas implet omne animal benedictione, in cujus manu sunt omnia. Nam unius Dei nutu cuncta distribuuntur, conservantur, & augentur, & falsissimum est Satanæ dictum cui voto do illa. Item vox, *Da* significat non tantum desiderare panem, sed illum concupiscere de manu Dei, quia sic valde salubris, & salutaris erit ut animæ, & corpori prosit.

Num. 16. Quid declarat vox, *Nobis*? Resp. Ait Catech. Non dicit, *mihi*, sed, *Nobis*, ad significendum, quod panem pro omnibus postulamus. Item, quod panis nobis à Deo concessus ideo nobis datus est, ut illum cum aliis quoque communicemus.

Num. 17. Quid significat verbum *Hodie*? Resp. Ait Catec. Hæc vox admonet nos nostræ infirmitatis, nempe, quòd cum Deus fuerit, ut quotidie panem ab ipso petamus, declarat non esse sine ipso, in nostra potestate, ut saltem per diem panem nobis obtineamus, quanto igitur minus poterimus illum ex nobis ipsis menses & annos comparare? Item ostenditur justa de causa petendus quotidie panis, qua

in singulis diebus illo egemus.

Num. 2. 1. Eucharistia dicitur panis quotidianus? Resp. Ait Catech. Dicitur primò quia ab Ecclesia quotidie in Missa offertur Deo, & datur pie sanctèque postulantibus. Secundò, quia quotidie sumenda est, vel certè ita vivendum, ut quotidie, quoad ejus fieri possit, dignè sumere queamus.

Ibidem. Quid dicendum illis, qui sentiunt longo intervallo saluratibus his animæ epulis vesci oportere? Resp. Ait cum S. Ambrosio opponendum. *Si quotidianus est panis, cur post annum illum sumis: Accipe quotidie quod quotie tibi prosit. Sic vive, ut quotidie merearis accipere.*

De usu & fructu hujus Petitionis. Cap. V.

Num. 5. IN quo consistit bonus usus hujus petitionis? Resp. In hoc, quod per illam desiderium, affectus, spes, postulatio nostra circa bona temporalia secundum virtutem moderata sint.

Num. 7. Qua ratione hæc fiet moderatione? Resp. Catechis. docet sequentibus.

Primò, Persuadendum nobis est, esse penè res innumerabiles, quæ si nobis desint vel vitam amittimus, vel agimus infeliciter.

Num. 4. & 5. 2. Considerandum, quàm maxima sit indigentia nostra post peccatum primi parentis, tam quoad corpus, quàm quoad animum.

Num. 6. 3. Infirmitas nostra examinanda, qui sine Deo nullo modo res ad vitam necessarias parare possimus.

Ib. & n. 7. 4. Quod à solo Deo ista bona sunt expectanda.

Num. 12. 5. Quod Deus est paratissimus dare cum expedit, si debito modo petantur.

Num. 7. 6. Quod solus Deus cognoscit, quando, & quomodo ista bona nobis profutura sint.

Num. 6. 7. Quod est liberalissimus in illis concedendis ex sua paterna providentia.

Ibidem. 8. Quod culpa hominum fit, ut in illis concedendis manus Dei contracta sit.

9. Quod justè Deus munera contrahit, cum homines, vel inordinatè hæc bona diligunt: vel vitiosè, & luxuriosè illis abutuntur: vel illi à Deo non recognos-

eum: aut illi gratias non agant: aut convenienter illa non petunt.

Num.3. 10. Homines debere summa cura studere, ut animum suum juxta præscriptum divinæ voluntatis componant in desiderandis, sperandis, petendis, atque utendis iis bonis quæ à Deo sic postulantur.

Nu.1.2.& 3. 11. Præcipuè recta intentio procuranda, ut omnia ad Dei gloriam referantur.

12. Maxima indigentia horum bonorum nos ad humilitatem inducere debet.

Ibidem. 13. Idem efficere debet infirmitas nostra ad illa ex nobis ipsis comparanda.

Num.7. 14. Nostra indigentia, & infirmitas debet nos impellere, ut dicta à Deo petamus.

15. Iustissimum est, ut de acceptis gratiæ agantur, ac referantur.

16. Exemplum Christi, & Virginis, atque Sanctorum ita faciendum esse docent.

17. Utilissimum est, si ita fiat, quia bona de manu Dei accepta magis jucunda, & salubria, & salutaria sunt.

18. Iustum est, ut cum petitione nostros quoque conjungamus labores, quia ad ortum vitæ homini data non est.

19. Maximè jucundum est, ut bene partis & de paterna Dei manu datis.

20. Facillima res est, tam brevis, & justa, & necessaria & virtuosa petitio: ideo, & quotidie & devotè pro nobis, & pro toto mundo ista bona petenda sunt.

DOCTRINA CATECHISMI ROMANI.

In quintam Orat. Dom. petitionem.

QVid contineat quinta petitio? Ref. Ait Cat. Summam quandam eorum bonorum, quibus per Iesum Christum cumulatum est humanum genus. *Part.4.n. 14.n.2.*

Quæ autem est hæc summa? Resp. Ait Catechis. Inexplicabile mysterium Passionis Christi.

Qua ratione? Respond. Ait. Quia etsi multa infinitam Dei potentiam cum pari sapientia ac bonitate conjunctam significent, ita ut quocunque oculos cogitationemve converteris certissima figea immensæ Dei potestatis, ac benignitatis occurrant: nihil profecto est: quod suum ejus amorem, & admirabilem in nos charitatem declaret, quam Christi passionis mysterium. *Num.1.* *Ibidem.*

Quomodo passio Christi ad hanc petitionem pertineat? Ref. Ait Cat. Quia remissio peccatorum, de qua hic agitur, est proprius effectus passionis Christi: juxta illud Isaiæ: 27. & 53. *Dimittetur iniquitas domûs Iacob, & iste omnis fructus, ut auferatur peccatum ejus.* *Num.1.*

Hæc petitio est accuratè ac diligenter explicanda? Ref. Ait ita est, quia ad cælestem vitam consequendam plurimum valet omnes intelligunt. *Ibidem.*

Hæc tractat in quot capita dividenda? Ref. In sequentia Primum est, de peccato.

2. De remissione peccatorum.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

3. De requisitis ad remissionem peccatorum.
4. De remissione injuriarum.
5. De explicatione hujus petitionis.
6. De usu hujus petitionis.

De peccato. Cap. 1.

Ex Cat. in Praef. n. 12. CAtechismus quibus in locis agit de remissione peccatorum? Res. In tribus potissimum, nempe in Articulo decimo, & in Sacramento Pœnitentiæ, & in hac quinta petitione.

Num. 4. & seq. Qua ratione in illis habet tractationem? Resp. Homo circa hanc peccatorum remissionem tres actus elicere potest, & primus est fidei credendo ipsam remissionem; & de illo tractatur in Symbolo, in quo summa fidei contenta est. Secundus est spei, nempe sperare, & petere illam, & de hoc in præsenti petitione dicendum est. Tertius est efficaciter dictam remissionem obtinere: & de hoc, ubi de Pœnitentia dicendum fuit.

Ibidem. Quænam hoc loco de peccato consideranda? Resp. Illa, quæ fidelem populum ad summoperè desiderandam, & petendam remissionem peccatorum inducere possint.

Quæ sunt ista? Res. Turpitudo culpa, macula, reatus, & damna peccati, item consideratio, recordatio, confessio, & detestatio dictorum.

De turpitudine peccati. Num. 2.

Num. 6. TVrpitudo peccati est magna? Res. Est maxima supra quam dici vel explicari potest.

Ibidem. Parochi debent illam explicare? Res. Omninò quia ad expetendam remissionem peccati deservit.

Qua ratione poterit declarari? Res. Catech. proponit quæ sequuntur.

Ibid. & 7. Primò De Deo considerandum est, quod in ipso est, infinita bonitas digna omni amore, summa majestas dignissima altissimo honore: altum dominium, & potestas cui convenit plena obedientia, atque subjectio demum ipse est, qui creavit nos, & omnia: à quo innumerabilia, & maxima continuò accipimus beneficia.

1. De nobis cogitandum, quod nihil sumus, nisi putida caro, nisi summa fœditas, & ideo summa ignorantia est, si Deum summum bonum, & benefactorem offendamus.

Tertiò. De diabolo considerandum, quod princeps sit tenebrarum, & rex super omnes filios superbiæ, suâque illos opprimat tyrannide, illisque tanquam hostis acerrimus crudelissimè dominetur. *Num. 7.*

4. De peccato, quod sit abalienatio à Deo summo bono, Patre nostro, Creatore, benefactore. *Ibidem.*

5. Peccatum est abjectio divinæ obedientiæ, conformitatis, & resignationis à Dei voluntate. *Num. 11.*

6. Peccatum est contemptus Dei, quia dimittitur, & repudiatur ipse ut alia ab ipso obtineantur. *Nu. 6. 7. & 51.*

7. Est perturbatio ordinis divinæ sapientiæ, quia confundit ordinem rebus à Deo datum, quantum est situm in nobis. *Num. 11.*

8. Est repugnantia, & plena contrarietas voluntatis humanæ cum voluntate Dei. *Nu. 8. & 11.*

9. Est actio hominis, qua Dei majestas offenditur, ac violatur. *Num. 11.*

10. Peccatum non solum est alienatio à Deo, sed etiam est quædam rebellio ab ejus dominio, & imperio, quantum in nobis est, quia nolumus illi parere. *Num. 7.*

11. Non rebellio tantùm, sed rebellio ad inimicos capitalissimos Dei, & nostri, nempe dæmones: unde peccatum vera & aperta hominis dementia est. *Ibidem.*

12. Non solùm peccator sit rebellis Deo, sed etiam bellum contra Deum gerit, quia sceleribus incredibiliter illum offendit, ut supra de Pœnitentia dictum fuit. *Num. 8.*

13. Peccatum est odium Dei, quia peccando quis vult Deo inferre offensam, & malum. *Ibidem.*

14. Sicut peccator bellum gerit contra Deum, ita, & Deus contra illum, quia ita Dei persequitur semper peccatum, sicut umbra corpus. *Ibidem.*

15. Peccatores assimilantur claudis, surdis, mutis, cæcis, & omnibus membris captis. *Ibidem.*

Demum ait, actio peccati transit, sed remanet culpa, macula, & reatus illius. Et ex his licet considerare, quàm maxima in peccato deformitas sit. *Ibidem.*

De malis, quæ peccatum consequuntur.

Num. 3.

EXpedit reconsiderare mala quæ peccatum consequi solent? Res. ait Cat. Omnino, quia si minus movent *Num. 7. 8.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

cor hominis, turpitudo peccati, & rupta fœdera charitatis qua tanquam anabilissimo nodo parenti Deo spiritus noster adstringitur, saltem moveant calamitates, & ærumnæ, in quas per peccatum incidimus.

Quæ sunt ista mala? Resp. Catechismus enumerat sequentia.

Num. 8. Primò ait Sanctitas animæ, quam Christo desponsatam esse scimus, violatur.

Ibidem. Secundò. Profanum fit templum Domini, & Spiritus sancti, de quo scriptum est, quod si quis illud violaverit, disperdet illum Deus.

Ibidem. Tertiò, ait innumerabilia sunt mala, quæ peccatum invexit in hominem; ita ut tunc infinita pestis à David sit appellatum his verbis; *Non est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ, non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum, id est*, tanta est vis plagæ peccati, ut nullam hominis partem suo pestifero veneno intactam relinquat.

Ibidem. Quartò, ait venenum peccati pervadit usque ad ossa ex Propheta, quia etiam rationem & voluntatem, quæ sunt veluti ossa animæ, *id est*, partes illius maximè solidæ inficit.

Ibidem. Quintò peccatum privat totum hominem sanitate, & aggravat illum infirmitate, ideo peccatores claudi, surdi, cæci, & muti, ut dictum est, in scriptura sunt appellati.

Ibidem. Sextò, ex Apostolo, ira, & indignatio, tribulatio, & angustia in omnem animam hominis operantis malum; & ex hoc infinita mala consequuntur.

Septimò post peccatum culpa manet in voluntate, quæ est deformitas monstruosissima, obliquitas, & injustitia, cum voluntati Dei contraria sit.

Ibid. nu. 4. Octavò, manet macula, tum quia anima recedendo à Deo, quia illius sol est, fit tenebrosa, tristis, tum quia adhærendo rebus fœdis, & turpibus maculatur, fœdatur, contaminatur, detruncatur ab illis quæ tra illud, qui tangit picem, inquinabitur ab illa.

Ibidem. Nonò. Manet reatus, *id est*, obligatio, & necessitas solvendi pœnas, quæ peccato debitæ sunt.

Ibidem. Decimò. Per peccatum homo subiecit se crudelissimæ servituti

servituti diaboli, & privatur privilegiis, & bonis, quæ filiis Dei concessa sunt.

De peccato veniali. Num. 4.

IAm dicta conveniunt peccato veniali? Respondeo, sicut peccatum veniale dicitur leve peccatum, ita aliqua jam dicta non graviter, sed leviter convenire illi dicendum est. *Sess. 6. c. 11. Cat. n. 14. & nu. 14.*

Quænam est turpitudo peccati venialis: Respondeo, Hoc peccatum non est contra voluntatem Dei, sed præter illam, *id est*, declinat quidem aliquantulum ab eo, quod Deus vult, sed tamen non facit contra voluntatem illius, ita non habet illam plenam rationem deformitatis, quam habet mortale. *& num. 5.*

Ibidem.

Iusti, & sancti incidunt in hæc peccata venialia? Resp. Ita aiunt Concilium, & Catech. *Ibidem.*

Quid de illo ait Concilium? Respond. Ait: Licet in hac mortali vita quantumvis sancti, & justi in levia saltem, & quotidiana, quæ etiam venialia dicuntur peccata, quandoque cadant, non propterea desinunt esse justi. Nam justorum illa vox est humilis, & veræx. *Dimitte nobis debita nostra.* *Sess. 6. c. 12.*

Quid dicit Catechismus? Respondeo, Ait: Ex Milevitano Concilio habetur sic: *Placuit, ut quicunque verba ipsa Dominicæ orationi, ubi dicimus, Dimitte nobis debita nostra, ita velunt à Sanctis dici, ut humiliter non veraciter hoc dicatur, anathema sit.* Quis enim frater orantem, & non hominibus, sed ipsi Domino mentientem, qui habita sibi dicit dimitti velle, & corde dicit, quæ sibi dimittantur debita non habere. *Num. 5.*

Ex dictis quid colligitur? Resp. Primò, peccata venialia dici levia. Secundò, dici quotidiana, quia quotidie homines in illa incidunt. Tertiò, Quod etiam justi quandoque in illa incurrunt. Quartò quod per illa non amittitur gratia & amicitia Dei. Quintò, quod dicantur venialia, quia facilima sunt ad impetrandam veniam. *Ibid. Cat. Catech.*

Sextò, Quod quotidie Deus pro illorum remissione non solum humiliter, sed etiam veraciter etiam à justis, & & sanctis rogari debet.

De remissione peccatorum.

Cap. II.

Num.4. Fideles debent ne hoc loco considerare, quanta res sit remissio Peccatorum? Resp. Debent, quia ad recte petendum valdè deservit.

Art.10. de pen.n.4. Hoc à Catech. est explicatum? Resp. Explicavit hoc articulo decimo, & illuc lector est remittendus: ad quod etiam faciunt, quæ de Sacramento pœnitentiæ dicta sunt.

Num.1.& seq. Estne aliquid modò de illa dicendum? Resp. Expedit duo nunc declarare, nempe quantopere desideranda sit hæc remissio, & quanta spes de illa concipienda sit.

Fideles summopere debent hanc remissionem desiderare? Resp. Non potest explicari, quàm maximo affectu illam desiderare conveniens sit. Cum enim ex peccato infinita mala homini adveniant? ex remissione autem non solum mala à peccato provenientia auferantur: sed etiam bona dictis malis contraria conferuntur, desiderium autem de malo vitando, & bono obtinendo tantum esse debet, quantum est bonum, & malum dictum sequuntur, quod desiderium de remissione peccatorum, si fieri posset infinitum esse deberet.

Nu.4.&c. Fideles debent concipere magnam spem, hanc remissionem obtinendi? Resp. Debent, ea tamen conditione si ipsi faciant, quod facere debent.

Quid deber fieri, ut remissio peccatorum obtineatur? Resp. Hoc explicabitur capitulo sequenti.

De requisitis ad remissionem peccatorum.

Cap. III.

Nu.1.n.4. & art.10. QVænam requiruntur ad remissionem peccatorum? Resp. quædam requiruntur primò ex parte Dei: secundò, ex parte Christi: tertiò, ex parte Ecclesiæ: quartò, ex parte peccatoris.

Ex C.§.6. Ex C.art. 10.& hic. Quænam ex parte Dei? Resp. Necesse est primò, quod Deus velit remittere peccata: cum enim peccatum sit offensa Dei, ad ipsum solum spectat remittere illam. Secundò, quod velit conferre peccatori gratiam suam, quia sine gratia Dei peccata remitti non possunt: tertiò, quod determinet media, quibus gratia homini peccatori conferri possit.

Arg.11. Deus vultne remittere peccata? Resp. Ait Catech. Sub hac

petitione omnino illa est subiecta sententia, sic esse in nos affectum Deum, ut verè pœnitentibus libenter ignoscat. Declarat enim quod Deus est noster beneficentissimus parens, qui non modò possit, & velit omnia peccata condonare, sed etiam impellit homines, ut à se veniam petant & quibus verbis id faciant, docet.

Deus vult hominibus gratiam suam conferre? Resp. Ait Catech. Ex dictis nemini dubium esse potest, quin ipsemet Deo authore, in nostra sit potestate nobis illius gratiam conciliare. *Num.11.*

Sess.6. Ca.5.n.1 & Nu.13. Deus determinavit media, quibus gratiam ipsius obtineremus? Resp. determinavit, & primum, ac principale est meritum passionis Christi, sine qua nemo unquam veniam peccatorum, aut gratiam nisi impetravit: Aliud sunt Sacramenta, quibus meritum passionis Christi hominibus communicatur.

Quid fecit Christus pro remissione peccatorum? Respondeo, primò in sua sanctissima passione, à quo omnis tum merendi, tum satisfaciendi jus, & ratio tanquam ex fonte profluxit: Deo Patri pro peccatis nostris satisfecit: gratiamque suam nobis promeruit. Secundò, Sacramenta instituit, ad quæ si realiter, vel saltem studio, ac desiderio accedamus: pretium illud à Christo in Cruce persolutum nobis communicatur, ita ut nobis impetret, & efficiat, ut nostra peccata remittantur. Tertiò, Ecclesiæ dedit potestatem Sacramenta administrandi, item peccata remittendi. *Num.13.*

Quid facit Ecclesia? Resp. Ministrat Sacramenta, & potestate sibi tradita peccata remittit. *Art.10.*

Quid debent facere peccatores pro remissione peccatorum tum prosequenda, tum obtinenda? Resp. Ait Catechismus sequentia. *Ibidem.*

Primò, debent peccata sua in memoriam, & recordationem revocare. *Numer.4.*

Secundò, cognitionem, & fœditatem, & damna illorum considerare. *Num.6.*

Tertiò, Item maximam hominum in peccando indignitatem. *Ibidem.*

Quartò, inexplicabilis offensa Deo facta à peccatore consideranda est. *Ibidem.*

Ibidem. Quintò, Contritio, dolor, & detestatio de peccato habenda.

n.4.10.11. Sextò, spes veniæ à Deo impetrandæ obtinendæ.

Septimò, Recursus ad misericordiam Dei pro venia humiliter impetranda.

Num.1. *Ibidem.* Octavo, Recursus ad meritum passionis Christi, ut per illud justitiæ Dei, cujus est reintegratissimus Deus, satisfaciamus.

Ibidem. Nono, Accessus ad Sacramenta, saltem desiderio, ut per illa meritum Christi nobis applicatum sit.

Ibidem. Decimo, Hoc meritum nobis communicatum effertur divinæ justitiæ, ut sic satisfacta pro offensa plenam nobis peccatorum tribuat remissionem.

Num.15. Undecimò, Peccata nostra debemus non excusare, sed accusare, & confiteri, & veniam postulare.

Num.21. Duodecimo, In posterum cautio est adhibenda, ut occasiones peccatorum auferantur.

Num.23. Decimotertiò, Remedia contra peccata, nempe Pœnitentiam, & Eucharistiam frequenter adhibenda.

Ibidem. Decimo quartò, Eleemosynæ pro facultate faciendæ, quia eleemosyna purgat peccata, & facit invenire misericordiam.

Ibidem. Decimoquintò, Demum oblivio injuriarum, & bona voluntas erga eos, qui rem, vel existimationem, seu famam, vel corpus suum, aut amicorum violaverit, seu offenderit ad obtinendam à Deo misericordiam, & remissionem peccatorum maximè potest.

De remissione injuriarum.

Cap. IV.

Num.17. QUare hoc loco de remissione injuriarum dicendum est? Resp. Quia Christus eum remissione peccatorum illam conjunxit.

Ex nu.23 Quid est injuria? Resp. est *dictum, vel factum contra jus in aliquem illatum.*

Ibidem. Quæ materiæ injuriæ? Resp. Materia remota sunt hæc quatuor, *anima, corpus, fama, & facultates*: proxima est *dictum, vel factum contra illa.*

Ibidem. Quæ forma? Resp. Esse contra jus, & justitiam.

Ibidem. Quis effectus? Resp. Offensa injusta vel animæ, vel corporis, vel famæ, vel facultatum.

Ibidem. Quod efficiens? Resp. Ille, qui scienter afficit injuria, seu jam dictis offendit.

Arg. ibid. Injuria quot modis fit? Resp. Duobus, *ore, & opere, id est, dicto & facto.*

Ex n.23. Quod est contrarium injuriæ? Resp. Beneficium præstitum gratuitum, & sine obligatione.

Num.19. Injuria fit Deo, & hominibus eadem ratione? Resp. Aliquo modo utraque injuria dicit verbum vel factum contra jus, atque justitiam illarum.

Homo debet remittere injurias, sicut & Deus remittit? Resp. Omnino.

Sess.6.c.7. Quid facit Deus in remissione injuriarum? Resp. Primò, remittit peccatum, secundò confert gratiam.

Nu.19. & n.17.& 18 Debet hoc facere homo? Resp. Justissimum est.

Quos actus virtutis potest facere homo in remissione injuriarum? Resp. Sequentes.

Ibidem. Primus ex Cathec. est oblivio injuriarum, & pertinet ad cor: & per hunc actum radicitùs evellitur ex corde injuria, & vindicta, & memoria illius.

Num.23. Secundus est remissio injuriæ, sive interna, sive externa: & hæc potest fieri corde, ore, & opere.

Nu.17.& 18 Tertius, est bona volantas, seu amor erga illum, qui nos injuria affecit.

Ibidem. Quartus est beneficium operis collatum ei, à quo injuria affecti sumus.

Num.17. Hic actibus remittitur injuria, & confertur gratia, seu beneficium? Resp. Ira est, nam duo primi interne, externè remittunt injuriam, tertius amorem, & quartus beneficium conferunt ei cui injuria remissa est.

De motivis ad remissionem injuriarum. Num.2.

QUibus motivis homines ad remissionem injuriarum induci possunt? Resp. Multis, quorum aliqua præcepto quinto affata sunt, & Catechismus his proponit sequentia.

Ibidem. Primum est utilitatis, quia si nos dimittimus, & Deus nobis dimittet.

Secundum necessitas, quia si nos non dimittimus, nec Deus dimittet nobis.

Ib dem. Num.18. Tertium est, Naturæ lege sanctum est, ut tales nos aliis præbeamus, quales eos in nos esse cupimus: ita ut vere

impudentissimus ille sit, qui speret à Deo veniam, quam ipse aliis concedere nolit.

Luc. 17. Cap. 17. Quarum est, Deus jubet, *si peccaverit in te frater tuus, increpa illum, & si pœnitentiam egerit, dimitte illi, & si septies in die peccaverit in te, & septies in die converſus fuerit ad te, dicens, Pœnitet me, dimitte illi:* Idem Matth. 5. & Marc 11.

Num. 19. Quintum Magnum est argumentum quod aliquis sit filius Dei, si facile remittat injurias, & inimicos diligat ex animo.

Ibidem. Sextum est. Elucet in eo, quod inimicos diligimus similitudo quædam cum parente Deo, qui sibi inimicissimum genus humanum filij sui morte ab æterno exilio redemptum reconciliavit.

Ibidem. Septimum est. Denum Christus ita imperavit dicens: *Orate pro perſequentibus, & calumniantibus vos, ut ſitis filij Patris veſtri qui in cœlis eſt.*

Num. 10. Octavum est. Si quis secundum carnem non possit omnem eradicare injuriæ memoriam, non desperet, sed hoc præstet in ratione, quæ est dignior hominis pars.

Ibidem. Quid docet Catech. de difficultate remittendi injurias? Resp. Docet sequentia:

Num. 20. Primò ait. Non vulgaris Pastorum prudentia requiritur in curando, ne quis considerata difficultate, ac necessitate hujus præcepti salutem desperet.

Num. 10. Secundò, ait, Sunt qui cupiunt, & pro viribus faciunt, ut juxta præceptum Dei universam injuriarum memoriam è corde evellant: sed hoc plenè præstare non posse sentiunt, quia resident in animo quædam reliquiæ simultatis: quamobrem magis agitantur conscientiæ fluctibus, verentes, ne parum simpliciter & candidè positi, inimicitiis Dei justis non obediant. quibus Pastores explicabunt contrarietatem inter carnem, & spiritum: nam sensus carnis est ad vindicationem proclivis, ratio autem ad ignoscendum propensa est: unde inter ipsos perpetua turbæ, & rixa procedit, sed minimè salutis esse diffidendum docebunt: Si recalcitrante naturæ corruptæ appetitu, ratio, & spiritus perstent in voluntate, & in officio remittendi injurias, & proximum diligendi.

De explicatione quintæ petitionis. Cap. V.

Quænam est materia quintæ petitionis? Resp. Venia à Deo peccatorum, & proximis nostris remissio injuriarum: ipsa enim petimus, ut Deus remittat nobis peccata, & det facultatem, ut nos aliis injurias remittamus. Num. 1. &c.

Quis finis? Resp. obtinere à Deo, quæ dicta sunt. Item gratias agere de obtentis. Ibidem.

quæ forma? Resp. Desiderare, sperare, & petere, sicut antea dictum est. Num. 9. &c.

De Explicatione vocborum.

Num. 2.

Quot particulæ sunt in hac petitione? Resp. Sex, prima *Debita*, secunda, *nostra*, tertia, *Dimitte*, quarta, *Nobis*, quinta, *Sicut*, & sexta, *Dimittimus debitoribus nostris*. Num. 11. Num. 12.

quid per *debita* est intelligendum? Resp. Ait Cat. Homo duplici modo habet debita erga Deum, nempe primò debet illi exhibere amorem, cultum, & obedientiam: & ista debita nequaquam petimus, ut nobis remittat, quia potius sunt confirmanda, quam relaxanda. Secundò, per debita intelliguntur peccata, quia per illa Deus fuit offensus, & sic accipitur hoc loco ut habetur Lucæ 7. & 11.

quare peccata dicuntur debita? Resp. Quia, qui peccat, fit debitor ad pœnas peccato indictas luendas, vel ad Deo alia ratione satisfaciendum. Num. 14.

Homo potest satisfacere hisce debitis? Resp. Peccator non potest satisfacere Deo pro pœnis sibi debitis, nisi ad meritum passionis Christi confugiat. Nu. 12. & 13.

Christus satisfecitne pro debitis nostris? Resp. Satisfecit, juxta illud: *Quæ non rapui tunc exolvebam.* Pſal. 68. Num. 12.

Per debita debent intelligi peccata tantùm venialia, an etiam mortalia? Resp. Ait Catech. De utrisque intelligendum est. Num. 14.

quid significat vox *Noſtra*? Resp. Ait Cat. Aliter dicimus *panem noſtrum*, aliter *debita noſtra*: Panis enim dicitur noster, quia nobis à Deo datus est, vel quia illo opus habemus, at peccata dicuntur nostra, quia illorum culpa residet in nobis: & quia verè à nobis nostra Num. 15.

voluntate sunt perpetrata (quia peccati vim non habentes, nisi essent voluntaria. Item illa voce, *Nostra* constituimus nos reos peccatorum, confitentes peccata esse nostra, & non excusantes illa, causam illorum in alio transferentes, sicut primi homines Adam, & Eva fecerunt.

Num.26. Quid explicat vox *Nobis*? Resp. Ait Catechismus.

Primò confitemur quod nos sumus Peccatores dum petimus remitti nobis.

Num.5. Secundò. Optamus remissionem non tantùm nobis, sed omnibus proximis, ideo non dicitur *mihi*, in singulari, sed *Nobis, id est* omnibus in plurali.

Num.16. Quare pro omnibus postulamus? Resp. Ait Catech. Quia fraterna necessitudo, & charitas quæ inter omnes homines intercedit, postulat, ut cùm quis orat pro se, pro aliis quoque non desinat deprecari.

Num.16. Christiani debent omnia peccata etiam ab aliis perpetrata detestari, & odio habere? Resp. Omnino, cum quia filio debent displicere non minus offensæ, quas ipse Patri fecit, quàm illæ, quæ ab aliis in patrem suum illatæ sunt; alioquin patrem diligere non dicetur. Tum quia Christus de hoc nobis exemplum reliquit, qui Patri pro aliorum peccatis satisfecit, & idem Moyses, & Sanctus Paulus fecerunt, tum demum quis fraterna charitas requirit, ut de fratris nostri malo doleamus.

Art.10. Quid significat vox *Dimitte*? Resp. Declarat quod solus Deus est causa efficiens principalis remissionis peccatorum. Christus verò sua sanctissima passione fuit causa

Sess.6.c.7. meritoria, quod ii Ecclesia docetur habere potestatem remittendi peccata, talis potestas à Deo per Christum illi collata est.

Hic n.10. Hæc vox explicat Deum esse promptum ad dimittenda peccata, quia nisi hoc esset, Christus talem formulam petendi non præscripsisset.

Num.17. Quid explicat particula *sicut & nos*? Resp. Ait Cat. Primò, habet vim similitudinis, sic, *Dimitte sicut dimittimus*. Secundò habet vim conditionis sic, *Dimitte, si nos quoque dimisserimus*, & utroque modo illa particula declarat necessitatem dimittendi.

Num.17. Quid declarant illa verba, *Dimittimus debitoribus*

nostris? Resp. explicant remissionem injuriarum sicut antea dictum est. *Num.21.*

In hac petitione rogamus Deum ut det nobis facultatem faciendi omnia, quæ ad remissionem peccatorum necessaria, & oportuna sunt? Resp. Rogamus.

Petimus, ut applicetur nobis virtus passionis Christi? Resp. Omnino. *Ex nn.21.*

Postulamus facultatem remittendi injurias? Resp. Ita est, & hoc etiam, sicut & alia dicta, non pro bonis tantùm, sed pro toto mundo. *Ibidem.*

De usu hujus petitionis. Cap. VI.

Quis est usus hujus petitionis? Resp. Primò intellectus debet considerare ea quæ pertinent ad remissionem peccatorum, & injuriam, sicut antea dictum est. Secundò voluntas debet ea, quæ ab intellectu cognita sunt, amplere. *Nu.4. & seq.* *Num.5.*

Quinam debent uti illa? Resp. Omnes, quia omnes peccata saltem venialia committunt. *Num.21.*

Si quis animum suum nondum inducere potuerit ad remissionem injuriarum, & ad dilectionem inimici, poterit uti hac petitione? Resp. Ait Catec. Si quis opinetur, talem non posse illa uti in gravissimo, & exitioso errore est, & Parochi à tali errore fideles eripere debent.

Qua ratione Parochi hoc præstabunt? Resp. Ait duplici ratione. Prima est, quia quivis unus è fidelium numero preces has facit, totius Ecclesiæ nomine illas facit: in Ecclesia autem necesse est aliquos pios esse, qui debitoribus & inimicis suis injurias remittant. Secunda est, quia hac petitione postulamus à Deo facultatem reconciliandi nos illis, quos odimus: Ideo etiam à jam dicto hæc deprecatio fieri potest. *Num.21.*

Quando tenendum est hæc precatione? Resp. Quotidie, quia quotidie peccamus. *Num.21.*

Si quis haberet cor darum ad pœnitendum, vel nihil cogitaret de Pœnitentia, sed in peccatis voluntatis sine ullo dolore moraretur, deberet hanc petitionem recitare? Resp. Omnino ratione jam dicta, quia petit pœnitentiam. *Arg.n.21.*

Ille qui magis eget remissione peccatorum, & inductione ad pœnitendum, majore affectu debet hanc peti- *Arg.ibid.*

voluntate sunt perpetrata (quia peccati vim non habentes, nisi essent voluntaria. Item illa voce, *Nostra* constituimus nos reos peccatorum, confitentes peccata esse nostra, & non excusantes illa, causam illorum in alio transferentes, sicut primi homines Adam, & Eva fecerunt.

Num.26. Quid explicat vox *Nobis*? Resp. Ait Catechismus.

Primò confitemur quod nos sumus Peccatores dum petimus remitti nobis.

Num.5. Secundò. Optamus remissionem non tantùm nobis, sed omnibus proximis, ideo non dicitur *mihi*, in singulari, sed *Nobis, id est* omnibus in plurali.

Num.16. Quare pro omnibus postulamus? Resp. Ait Catech. Quia fraterna necessitudo, & charitas quæ inter omnes homines intercedit, postulat, ut cùm quis orat pro se, pro aliis quoque non desinat deprecari.

Num.16. Christiani debent omnia peccata etiam ab aliis perpetrata detestari, & odio habere? Resp. Omnino, cum quia filio debent displicere non minus offensæ, quas ipse Patri fecit, quàm illæ, quæ ab aliis in patrem suum illatæ sunt; alioquin patrem diligere non dicetur. Tum quia Christus de hoc nobis exemplum reliquit, qui Patri pro aliorum peccatis satisfecit, & idem Moyses, & Sanctus Paulus fecerunt, tum demum quis fraterna charitas requirit, ut de fratris nostri malo doleamus.

Art.10. Quid significat vox *Dimitte*? Resp. Declarat quod solus Deus est causa efficiens principalis remissionis peccatorum. Christus verò sua sanctissima passione fuit causa

Sess.6.c.7. meritoria, quod ii Ecclesia docetur habere potestatem remittendi peccata, talis potestas à Deo per Christum illi collata est.

Hic n.10. Hæc vox explicat Deum esse promptum ad dimittenda peccata, quia nisi hoc esset, Christus talem formulam petendi non præscripsisset.

Num.17. Quid explicat particula *sicut & nos*? Resp. Ait Cat. Primò, habet vim similitudinis, sic, *Dimitte sicut dimittimus*. Secundò habet vim conditionis sic, *Dimitte, si nos quoque dimisserimus*, & utroque modo illa particula declarat necessitatem dimittendi.

Num.17. Quid declarant illa verba, *Dimittimus debitoribus*

nostris? Resp. explicant remissionem injuriarum sicut antea dictum est. *Num.21.*

In hac petitione rogamus Deum ut det nobis facultatem faciendi omnia, quæ ad remissionem peccatorum necessaria, & oportuna sunt? Resp. Rogamus.

Petimus, ut applicetur nobis virtus passionis Christi? Resp. Omnino. *Ex nn.21.*

Postulamus facultatem remittendi injurias? Resp. Ita est, & hoc etiam, sicut & alia dicta, non pro bonis tantùm, sed pro toto mundo. *Ibidem.*

De usu hujus petitionis. Cap. VI.

Quis est usus hujus petitionis? Resp. Primò intellectus debet considerare ea quæ pertinent ad remissionem peccatorum, & injuriam, sicut antea dictum est. Secundò voluntas debet ea, quæ ab intellectu cognita sunt, amplere. *Nu.4. & seq.* *Num.5.*

Quinam debent uti illa? Resp. Omnes, quia omnes peccata saltem venialia committunt. *Num.21.*

Si quis animum suum nondum inducere potuerit ad remissionem injuriarum, & ad dilectionem inimici, poterit uti hac petitione? Resp. Ait Catec. Si quis opinetur, talem non posse illa uti in gravissimo, & exitioso errore est, & Parochi à tali errore fideles eripere debent.

Qua ratione Parochi hoc præstabunt? Resp. Ait duplici ratione. Prima est, quia quivis unus è fidelium numero preces has facit, totius Ecclesiæ nomine illas facit: in Ecclesia autem necesse est aliquos pios esse, qui debitoribus & inimicis suis injurias remittant. Secunda est, quia hac petitione postulamus à Deo facultatem reconciliandi nos illis, quos odimus: Ideo etiam à jam dicto hæc deprecatio fieri potest. *Num.21.*

Quando tenendum est hæc precatione? Resp. Quotidie, quia quotidie peccamus. *Num.21.*

Si quis haberet cor darum ad pœnitendum, vel nihil cogitaret de Pœnitentia, sed in peccatis voluntatis sine ullo dolore moraretur, deberet hanc petitionem recitare? Resp. Omnino ratione jam dicta, quia petit pœnitentiam. *Arg.n.21.*

Ille qui magis eget remissione peccatorum, & inductione ad pœnitendum, majore affectu debet hanc peti- *Arg.ibid.*

tatis exemplum, quàm facer ille Apostolorum chorus, qui magno antea animo cùm esset, primo quoque objecto terrore, relicto Salvatore diffugerunt.

Ibidem. Sextò ait. Ex illustrius etiam est illud Principis Apostolorum qui in tanta professione singularis fortitudinis, & amoris in Christum Dominum, cùm paulò antea sibi benè fidens ita dixisset *Si oportuerit me mori tecum non te negabo*, Statim utius voce mulierculæ pertertitus se Dominum non nosse jurejurando affirmavit: Nimirum illi in summa spiritus alacritate non respondebant vires.

Ibidem. Septimò. Si viri sanctissimi humanæ naturæ fragilitate, cui confidebant, graviter peccaverunt, quid non timendum est cæteris, qui ab eorum sanctitate absunt longissimè.

Nu. 9 & 7. Octavò. Potentia, astutia, & multitudo tentantium difficillimam homini victoriam reddunt, quia Dæmones superiores viribus illo sunt.

Num. 7. Nonò ait. Plena est historia divinarum literarum, quod diabolus sanctos homines fortè etiam animo stantes, vel vi, vel fraude pervertit: Nam Adam, David, Salomon, & alii quos enumerare difficile est, experti sunt dæmonum vehementes impetus, & callidam astutiam, cui resisti non possit concilio, aut hominum viribus.

Ibidem. Decimò concludit. Quis igitur se suo præsidio satis tutum existimabit?

De causa, & inductione in tentationem. Num. 3.

Num. 11. QVid est induci in tentationem? Resp. Est succumbere tentationi & vinci ab illa.

Ibidem. Quot modis quis dicitur induci in tentationem? Resp. Duobus, *id est*, effectivè & permissivè.

Nu. 10. 11. Quomodo effectivè? Resp. Cùm aliquis incidit in peccatum ex eo, quod à Dæmone, vel alio ad illud impulsus fit. Ideo effectivè inducere in tentationem est actualiter impellere ad peccandum.

Num. 11. Quid est permissivè inducere in tentationem? Resp. Si quis non tentet ipse, neque operam det, ut alius tentet seu impellat ad peccatum: sed tamen, cùm possit prohibere, ne nos tentemur, aut ne tentationibus superetur, non impedit, iste dicitur permissivè inducere in tentationem.

Potest dici, quod Deus permissivè homines tentet, & aliquando etiam inducat in tentationem? Resp. Certum est, quod Deus permittit homines tentari, & aliquos etiam in tentatione vinci. *Ibidem.*

Cùm Deus alicui confert plurima beneficia, ut divitias, honores, & alia, per quæ homo in superbiam elevatur, & ex illis occasionem accipit luxuriosè vivendi: potest dici, quod illum hominem per dicta beneficia in tentationem inducat? Resp. Ait Catech. Deus nos in tentationem inducere dicitur, cùm ejus beneficiis, quæ nobis ad salutem dedit, abutimur ad perniciem: & patris substantiam, ut prodigus ille filius, dissipamus vivendo luxuriosè: sed culpa nostra id fit. *Num. 11.*

Hæc inductio dicitur-ne permissiva, an effectiva? Resp. Permissiva, quia, ut ait Catechismus, Deus, dat beneficia ad salutem, non autem, ut quis illis abutatur: permittit tamen, ut homines, si velint, illis ad suas cupiditates abuti possint. *Ibidem.*

Item dicendum de tribulationibus, quas Deus sæpè hominibus immittit: ex quibus illi occasionem accipiunt peccati, & non salutis? Resp. Idem. *Num. 9.*

Nonne aliqua loca scripturæ videntur significare, quod Deus activè, & non tantùm permissivè aliquos inducat in tentationem; veluti Exodi 4 & 7 *Indurabo cor Pharaonis.* Isaiæ 6. *Excæca cor populi hujus.* Ro. 1. *Tradidit illos Deus in passiones ignominiæ, & in reprobum sensum*, & alia hujusmodi? Resp. Ait Catech. In dictis locis aliisque similibus, non id omnino esse actum à Deo, sed tantummodo esse permissum intelligendum est. *Num. 15.*

De victoria tentationum. Num. 4.

AD quem finem ordinatur tentatio? Resp. Tentatio est quoddam eam diabolo bellum, quod à Diabolo ordinatur ad hominis incertum, à Deo verò dirigitur ad ejusdem hominis victoriam, atque utilitatem. *n. 14. & 15*

Quid est victoria? Resp. Est hostis in bello superatio. *Num. 8.*

Quomodo obtinetur victoria? Resp. Superando in bello hostes suos. *Num. 18.*

In quibus quis teneatur superare hostem suum, ut ellum

vel vitium, de quo tentatur, veluti Iob de patientia, Iudas de avaritia tentati sunt.

Ibidem. Quæ forma illius? Resp. Experimentum de virtute vel de vitio, ut dictum est.

N. 9. & 10. Quis finis? Resp. Manifestatio virtutis, vel vitij est finis proximus: sed alius finis est, ad quem talis manifestatio ordinatur, & potest esse in bonam, & in malam partem.

Num. 9. Quando erit in bonam partem? Resp. Cum ea intentione tentatur alicujus virtus, ut illa perspecta, & cognita commodius, & honestius augeatur, ejusque exemplum cæteris imitandum proponatur, ut sic ad Dei laudes excitentur.

Ibidem. Deus utitur hac ratione tentandi? Resp. utitur juxta illud Deut. 13. *Tentat vos Dominus Deus vester, ut palam fiat, utrum diligatis eum, an non.* Ita Deus tentavit de obedientia Abraham, cum præcepit, ut immolaret filium: ita de Patientia Iob, & Tobiam. Idem est cum probandæ patientiæ causa populos inopia, morbo, & aliis calamitatibus premit ad ædificationem aliorum, vel ad proprium meritum ipsorum.

N. 9. & 10. Quando tentatio erit in malam partem? Resp. Cum ad malum finem directa est.

De tentatione impulsiva. Num. 4.

Num. 10. QUid est tentatio impulsiva? Resp. Est studiosus impulsus ad bonum, vel ad malum: vel sic, Est experimentum de impellendo aliquem ad bonum, vel ad malum.

Deus tentat inducere homines ad bonum? Resp. Omnino, veluti tentat per tribulationes inducere ad pœnitentiam, per beneficia ad amorem.

Num. 9. De quanam tentatione hic est sermo? Resp. De mala, id est de impulsu ad malum.

Num. 10. Quid de illa considerandum? Resp. Quatuor causæ, nempe: primò quis tentet: secundò quis tentetur: tertiò quomodo tentet: quartò ad quem finem tentet.

Quod Deus non tentet ad malum. Num. 7.

Num. 11. DEus tentat ad malum? Resp. Nullo modo, *Deus enim non tentator malorum est.*

Ibidem. Potest dici, quod Deus intentet ad malum permissivè, nempe non prohibendo tentationem, cum illam possit

prohibere? Resp. Deus quidem aliquando non prohibet, sed permittit, tum bonos, tum malos tentari: sed ejus permissio nunquam ad malum, semper ad bonum finem existit: veluti Deus permisit Adam tentari, & vinci, non ut fieret malum: sed ut ex malo eliceret bonum.

Quomodo Deus permittit bonos tentari? Respond. Ait Catec. Deus pios, & bonos tentari quidem finit, verumtamen sua gratia sustentatos non deserit: licet interdum justo, & occulto Dei judicio, nostris id sceleribus posterioribus, nobis ipsi relicti concidamus. *Ibidem.*

De diaboli tentatione. Num. 6.

DIabolus tentat ad malum? Resp. Tentat. *Num. 10.*

Hæc tentatio magna est? Resp. Maxima.

Vnde hæc magnitudo cognosci potest? Resp. Catech. ita illam declarat. *Num. 4. 56*

Primò ait magnæ sunt dæmonum vires: invictus animus: immane in nos & infinitum odium: bellum perpetuum contra nos gerunt: nulla pax esse cum illis, nullæ inducæ fieri possint. *Num. 5.*

Secundò ait. Quantum dæmones audeant, declarat illa vox Sathanæ. *In cœlum conscendam.* Is. 14. *Num. 6.*

Tertiò, ait Aggressus est primos homines in Paradiso. Adortus est Prophetas: Appetivit Apostolos, ut illos cribraret sicut triticum. Ne ipsam quidem Christi Domini os erubuit. *Ibidem.*

Quartò ait. Inexplicabilem diaboli cupiditatem, immensam in tentando diligentiam S. Petrus expressit, cum dixit: *adversarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens, quem devoret.* Vbi patet finem tentationis esse devorare, tentatorem esse veluti rugientem leonem, & nostrum adversarium: Modum tentandi esse circuire, & quærere *id est* omnia cum diligentia tentare. *Ibidem.*

Quintò ait Apostolus gravitatem hujus tentationis, & tentatoris declarat sic: *Non est nobis colluctatio adversus carnem, & sanguinem: sed adversus principes, & potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus.* *Num. 2.*

Dicuntur *principes*, ob naturæ excellentiam: vocantur potestates, quod naturæ vi, & potestate nos supe- *Num. 4.*

rant; Appellant *rectores mundi tenebrarum*: quia non clarum, & illustrem mundum tegunt, *id est* bonos, & pios; sed obscurum, & caliginosum, nempe malos homines, qui duce tenebrarum diabolo delectantur. Nuncupantur *spiritualis nequitiæ*, quia duplex est nequitia, una carnis, quæ incendit ad libidines: alia spiritus, quæ superiorem animæ partem ad mala studia inclinat, dicitur, *in cœlestibus*, ad declarandum finem colluctationis esse privare nos æterna hæreditate.

Num. 6. Sexto ait. Non unus modo Sathan tentat homines, sed gregatim interdum dæmones in singulos homines impetum faciuntur: ille dixit: *Legio mihi, nomen est*: nempe dæmonum multitudo, quæ illum miserum diu vexarat; & de alio scriptum est: *Assumit septem alios spiritus secum nequiores se, & intrantes habitant ibi, & sunt novissima hominis illius peiora prioribus.*

De aliis tentatoribus ad malum. Num. 7.

Num. 10. PRæter diabolum sunt alii, qui homines tentent ad malum? Resp. Catec. ait sunt.

Primò ait, diabolus nonnunquam ad tentandum habuit homines perditos tanquam emissarios, & excursores: qui homines consiliis, exemplis, & aliis tentent ad malum.

Num. 17. Secundò ait. Imprimis habet hæreticos, qui sedentes in cathedra pestilentiæ, malarum doctrinarum mortifera semina dispergunt, ut homines per se proclives ad malum ruentes, ac præcipitantes impellat.

Num. 4. Tertiò ait Caro, & mundus undique nos oppugnant.

Cap. 14. nu 22. Quartò. Multæ sunt occasiones, quæ nos ad peccatum impellunt, veluti Choreæ, comediæ, malæ societates, pravæ exempla, atque consilia, pompæ, vanitates, libri impudici & alia hujusmodi.

Num. 9. Quintò. Ex tribulationibus aliqui ad peccandum occasiones accipiunt.

Num. 11. Sextò. Quòd pejus est, aliqui beneficiis dei veluti abundantia rerum, copia, & divitiis ad peccandum abuntur, dum ad luxuriam, crapulam, vanitatem, superbiam, & paupertum oppressionem illa adhibent.

Num. 4. Sess. 5. Septimò. Nostræ passiones contra nos maximum bellum gerunt.

Octavò. Concupiscentia, & fomes hominem ad peccandum inclinant. Num. 6.

De iis qui tentantur, & de modo, quo tentantur. Num. 8.

Num. 1. QVinam homines tentant? Resp. Diabolus omnes tentat; tentavit enim primos parentes, Prophetas, Apostolos, & ipsummet caput nostrum Christum, est enim omnibus hominibus infestissimus.

Quomodo tentat? Resp. Catech. de hoc ita ait. Num. 2.

Primò. Diabolus omnes artes excogitat, omnes machinas ad tentandum parat.

Secundò. diabolus tentat, ut hostis astutissimus, & laqueos ubique tendit ut illis irretiti teneamur. Num. 2.

Tertiò. Multa hominibus ab hoste diabolo in singulas horas pericula intenduntur. Num. 2.

Quarto. Graves, & exitiales casus multorum, gravitatem tentationum declarant. Num. 3.

Quintò ait. Undique à tentationibus impugnamur, eorum qui habitant, & vivunt nobiscum. Num. 4.

Sextò ait, quid ita, quid cupiditas in nobis possit, quis magno suo malo non experitur? quis non his lacessitur stimulis? quis hos non sentit aculeos? quis subjectis non utitur ardentibus facibus? Et quidem tam varii sunt ictus, tam diversæ tentationes ut difficillimum sit gravem aliquam plagam non accipere.

Septimò. Ab Apostolo tentatio appellatur cum diabolo colluctatio. Num. 4.

Octavò ait. accedunt ad intimas pugnas externi impetus, & impressiones dæmonum, qui & aperte nos petunt & per cuniculos influunt in animas nostras, ut vix ab illis cavere possimus. Rom. 5.

Nonò ait Sathanæ nequitia maximè spectat illuc, ut cælesti nos hæreditate priver. Num. 9.

Decimò ait, Bellum diaboli contra nos perpetuum est, & justis per singula temporis momenta struit insidias. Num. 6. & 7

Undecimò ait. Adam, David, Salomon, & alij innumerabiles experti sunt dæmonum violentos impetus, & callidam astutiam, cui resisti non possit consilio, & viribus hominum.

Duodecimò ait. diabolus eo animo tentat, ut decipiat, agatque præcipites. Num. 7.

Num. 10. Decimotertiò ait. Diabolus his suis tentationibus modò intimos nobis admovet stimulos, animæ affectiones & commotiones adhibens administrat: modò nos exagitat extrinsecus externis rebus utens vel prosperis ad superbiam, vel diversis ad iram.

Num. 17. Diabolus tentatne magis bonos, an malos? Resp. Ait Cat. Multi peccatores, impulsus, atque impetus dæmonum in se minimè sentiunt, ideo dicta de tentatione falsa arbitrantur.

Ibidem. Quare mali minus impugnantur? Resp. Primò, quia sponte, & sine bello diabolo se subdunt: Secundò, quia in illis non est pietas, nec ulla virtus Christiano homine dignam: unde non opus est tentatione, ut à virtute dimoveantur: Tertiò in peccata facillimè deducuntur, in illisque conquiescant, ideo non est opus magno impulsu ad peccandum.

Ibidem. Quare boni magis tentati sunt? Resp. quia diabolum odio habent: ejus legibus non obediunt: illius tentationibus resistunt: peccata fugiunt; virtutes sequuntur, & ad cælestem patriam tendunt.

De permissione tentationis.

Cap. II.

Num. 8. & 11. Arg. Ibid. DEus potest prohibere diabolum, ne tentet? Resp. Potest si velit.

Potuisset Deus omnem prohibere tentationem? Resp. Potuisset.

Num. 8. Ibidem. Diabolus potestne tentare sine permissione Dei? Res. Non potest, ut de Iob patet.

Ibidem. Potestne tentare quantum, & quandiu vult? Resp. Non potest.

Omnis potestas diaboli Dei nutu, & permissu gubernatur? Res. Ita est, ait Cat. quia nisi de Iob dixisset Deus. *Ecce universa, quæ habet in manu tua sunt*: nihil ejus Sathanas attigisset: Contra verò nisi addidisset, *Tantum in eum ne extendas manum tuam*, uno Diaboli ictu ipse cum filiis, & facultatibus concidisset. Item ait, ita alligata est dæmonum vis, ut ne in porcos quidem nisi Deo permittente invadere potuissent.

Ibidem. Deus permittit diabolo ut tentet? Res. Permittit.

Ibidem. Ad quem finem? Respondeo Primò ad gloriam suam: Secundò

Secundò ad utilitatem hominis: Tertiò, ad confusionem diaboli.

Quomodo ex tentatione oritur gloria Dei? Resp. Vel tentatus vincit, & non peccat, & tunc glorificatur Deus, in cujus virtute vicit: vel vincitur à diabolo & tunc oritur gloria Dei ex eo quod peccatum illius, vel punit, vel pœnitentia debet. Demum maximè glorificatur Deus, qui, non obstante astutia, & contra diaboli, ita homines moderatur in tentationibus; ut diabolum vincere possint. Num. 18. Num. 8. Num. 16.

Qua ratione utilitas hominum? Resp. Tentatio servit admodum ad victoriam, ad coronam: *neque coronabitur, nisi qui legitimè certaverit.* Num. 14.

Quo pacto ex tentatione oritur confusio diaboli? Resp. Maxima illi est confusio, quod tam superbus, astutus, potens, & maximè solicitus in tentando à teneris, pueris, ac puellis, à mulierculis, à rusticis, & debilibus prostratus, & victus sit. Num. 15. 26. 17. & c.

De victoria tentationis. Cap. III.

QVid debet considerari circa victoriam tentationum? Resp. Primò imbecillitas hominum, ut tentationi resistant: Secundò, Casus, & inductio in tentationem: Tertiò, victoria tentationis: Quartò perseverantia in virtute. Num. 3.

De imbecillitate hominis ad tentationi resistendum.

Num. 2.

QVid docet Catechismus in imbecillitate hominis, ut tentationi resistat? Res. sequentia. Ibidem.

Primò ait utilissima est consideratio nostræ imbecillitatis, quia ex illa cognoscimus, quantopere egeamus divino adjumento. Ibidem.

Secundò ait. In homine esse imbecillitatem, *id est* defectum virium, & inscitiam, seu ignorantiam, *id est*, defectum cognitionis, unde & vinci, & decipi potest. Ibidem.

Tertiò. Illa Domini nostri sententia, Spiritus quidem promptus est; caro autem infirma, nostram infirmitatem in superandis tentationibus valde declarat. Ibidem.

Quartò. Eandem imbecillitatem demonstrant graves, & exitiales impellente dæmone hominum casus in scriptura connumerari, & quotidie reipsa cogniti. Ibidem.

Quintò ait. Quod illustrius esse possit humanæ infirmi- Ibidem.

rionem frequentare? Resp. Iustissimum est, ut quo magis quis egeat medicina vel alio remedio, majori etiam studio, & diligentia illud requirat, ideo tales frequentius, & majori affectu hanc petitionem reiterare debere conveniens est.

DOCTRINA CATECHISMI ROMANI.

In sextam Orat. Dom. petitionem.

4. p. c. 15. Num. 4. Num. 1.

QUia finis hujus tractatus? Resp. Dirigere parochos ad rectam hujus petitionis explicationē. Quem ordinem habet hæc petitio cum præcedentibus? Resp. Post impetratam rei cognitionem, Regni Christi professionem: nostræ cum ea voluntate confirmationem, & obedientiam, item præteritorum peccatorū remissionem, recte sequitur, ut perseverantiam in justitia accepta postulemus quam per victoriam tentationū certū est obtineri: ideo modo recte postulatur.

Sess. 6. c. 13. Num. 1. Sess. 6. c. 2.

Quare post acceptam justitiam, & remissionem peccatorum victoria tentationum, & perseverantia est deidcranda, ac postulanda? Resp. quia tunc ait Cat. humani generis hostis contra justificatos omnes artes excogitat, omnes machinas parat, ut illos oppugnatos ut verendū sit, ne labefactata, & mutata sententia rursum in vitia dilabantur longéque deserbores, quam antea fuerint, evadant, ideo tunc potissimum, ut ad dei auxilium, & patrocinium confugiant, illis necessarium est.

In quot capita tractatio est dividenda? Respond. In sequentia.

Primum erit, de tentatione.

Secundum. Quare, & quomodo Deus permittat tentationem.

Tertium. De causa, & modo vincendi tentationem.

Quartum. De explicatione, & usu sextæ petitionis.

De tentatione. Cap. I.

Num. 9. c. 15.

QUid est tentare? Respon. ait Catech. Est periculum, seu experimentum facere de eo, qui tentatur, ut ab ipso, quod cupimus elicientes, verum exptimamus, ideo tentatio erit experimentum, ut quod cupimus de aliquo cognoscamus.

Ex. n. 9.

Quænam est materia tentationis? Resp. illud, de quo experimentum fit.

Quæ forma? Resp. Ipsum experimentum.

Ibidem.

Quis finis? Respondeo. Hic potest esse triplex: Primus

Ibidem.

est cognitio de aliqua re nobis ignota: veluti, si quis dubitat, an possit ferre tale onus, ut cognoscat, si possit, tentat imponendo illud humeris suis. Secundus est manifestatio non dico cognitio bonitatis, vel malitiæ alicujus: & hæc manifestatio potest habere finem bonum, & malum: veluti Deus tentat justos, ut illorum justitia manifestetur ad ædificationem: diabolus tentat manifestare vitia ad scandalum. Tertius est non cognitio, nec manifestatio, sed effectus, veluti Deus tentat inducere peccatorem ad pœnitentiam, & diabolus justum ad peccandum.

Ibid. &c.

Quod efficiens tentationis? Resp. Ille, qui tentat, seu experimentum facit.

Ibidem.

quot sunt genera tentationum? Resp. Tria, juxta tres fines dictos: Prima tentatio est ad cognitionem. Secunda ad manifestationem. Tertia ad opus seu affectum.

De tentatione ad cognitionem. Num. 2.

Num. 9.

DEus venitne tentatione ad cognoscendum? Resp. Non, quia omnia nuda, & aperta sunt oculis ejus.

Ibidem.

Diabolus tentat, ut cognoscat? Resp. Sæpissime, quia plurima ignorat, veluti Christum tentavit eo animo, ut cognosceret an filius Dei esset.

Ibidem.

Homines ita tentant? Respond. Sæpe apud homines hoc contingit.

De tentatione ad manifestationem. Num. 3.

Num. 9.

QUænam est materia hujus tentationis? Resp. Materia remota est persona, quæ tentatur: proxima est virtus

Arg.nu.3. n.17.& 18 Num.4.

vincat? Respondeo. In duobus, nempe primò in peritia bellandi: secundò in viribus ab bellandi numero: qui enim in his duobus superat hostes suos, sine dubio præliando victor evadet.

nu.3.& 7.

Homo potest in dictis dæmones superare? Resp. Ex natura sua impossibile est.

Num.16.

Qua ratione ergo homo diabolum vincet? Ref. Subdendo, & jungendo se aliis qui Diabolo fortiores, & sapientiores sunt.

Qui sunt isti? Ref. Deus, Christus ut homo, B. Virgo, Angeli, Sancti.

His adjutoribus homo diabolum poterit superare? Ref. Omnino.

Num. 16. 17.& 18.

Quo pacto illorum obtinebimus patrocinium? Respon. Oratione, & petitione.

Num. 7. Ex nu.16.

Quid debet facere homo ut in tentatione victor evadat? Respon. Primò debet facere aliqua intellectu ut certam bellandi obtineat: Secundò voluntate, & opere ut in certamine recte se gerat.

Nu.4.&c.

Quid intellectu considerabit? Ref. Potissimum sequentia.

Primò, Gravitatem, assiduitatem, & pericula tentationum.

Ibidem.

Secundò, Odium, astutiam, fortitudinem, multitudinem tentatorum.

N.3.& 16.

Tertiò, Propriam imbecillitatem, infirmitatem, & insciriam.

Quartò. Certus casus, & exitium, si solis viribus suis fidat.

Quintò. Considerare necessitatem confugiendi ad divinum auxilium, & patrocinium.

Num 3. nu.3. n.18. Num.16.

Sextò Cogitare quam multos in Dei auxilio confidenter ex hiantibus Sachanæ faucibus liberatit Deus. Joseph, ex ardentibus infanæ mulieris faucibus liberavit. Susannam, ne sententiis nefariis interficeretur, servavit incolumem. Iob de modo, carne, & Sathana triumphavit.

Num.14. 16.& 18.

Item plurimi alij.

Septimò. Considerare, quod in tentationibus ducem habemus Christum Dominum, qui vicit diabolum, & incomparabiliter, est illo fortior, & sapientior: Dicit: Leo

vincens: & exisse, ut vinceret, & nobis vincendi facultatem, daret, juxta illud: *confidite, ego vici mundum*: Item præmia ab illo victoribus præparata.

Num.6.

Octavò, Considerare insignes illas ab Apostolo descriptas victorias sanctorum hominum, qui per fidem devicerunt regna, obtinuerunt ora leonum, &c. Et alias innumerabiles quæ, si sub aspectum caderent oculorum, nihil frequentius, aut gloriosius accidere judicaremus: Hæc, & alia considerando.

Ex nu.16. &c.

Quid debet homo facere voluntate? Resp. Quædam facere ante tentationem, quædam in tentatione, nonnulla post tentationem.

Num.16.

Quid ante tentationem, seu in initio tentationis? Resp. Homo viribus propriis, diffidere debet: Summo affectu ad Dei auxilium & patrocinium confugiendum illi est: Maximam spem in Dei auxilio collocare. Signo Crucis nos munire: Memoriam passionis Christi recolere: Sacramentis se stabilire, Tentationum principijs resistere: & alia similia præstare debemus.

Num.14. &c.

Quid in medio, vel progressu tentationis? Ref. Renovare spem in Dei auxilio, Continuare jam dicta. Cogitare varios fines, si vincat, aut vincatur: Victor enim plurima bona obtinebit: victus in maxima incidet mala: Memoriam retinere Mortis, Inferni, Judicij, & Paradisialiaque huiusmodi sunt facienda.

Nu.17.16. & 19.

Quid in fine præstandum? Resp. vel fuit victor vel victus: Si victus, non desperabit: Humiliabit se Deo, veniam peccati ab illo petet; Actum contritionis eliciet 3. Ad confessionem opportunè accedet. Ex casu discet, quomodo in futurum advenienti tentatione magis cautus, & vigilans sit. Si fuit victor, Non sibi placeat: Non se efferat insolentius: Non putet, se posse suis viribus in futurum dæmonum tentationes, impetusque sustinere; Omnia tribuat divinæ benignitati, ac potentiæ; uni Deo pro victoria gratias habeat, & agat, Christum victoriæ suæ authorem prædicet: sicut in Apocalypsi legitur, quod beati in cœlo regnantes victorias suas Christo omnium duci, adscribunt. Demum obtenta victoria ad fidentius de Dei auxilio in futurum sperandum occasionem hominj tribuere debet.

De perseverantia in virtute. Num. 5.

Sess. 6. c. 13. Sess. 6. c. 10. 11. & 13.

QVid est perseverantia? Resp. Est permanentia in Christiana virtute, & justitia usque ad finem.

Quid debet facere homo, ut post acceptam justitiam in illa perseveret? Ref. Sacrum Concil. Trident. docet, quod primò præcepta Dei sunt observanda, secundò studendum ut accepta justitia augratur eundo de virtute in virtutem, tertiò, quòd donum perseverantiæ à solo Deo humiliter sperandum, atque petendum est; quartò, si contingat quod justitia accepta per peccatum mortale amittatur, per pœnitentiam recuperanda est.

Sess. 6. c. 13. Quid docet sacrum Concilium de perseverantia? Resp. sequentia.

Ibidem. Primò Docet se Perseverantia aliunde haberi non posse, nisi ab eoque potens est eum, qui stat, statuere, ut perseveranter stet; & eum qui cadit statuere.

Ibidem. Secundò, Docet: Nemo de perseverantia sibi certi aliquid absoluta certitudine polliceatur, tametsi in Dei auxilio firmissimam spem collocare, & reponere omnes debent.

Ibidem. Tertiò. Deus enim ait (nisi ipsi illius gratiæ defuerint, sicut cœpit opus bonum, ita perficiet operans velle, & perficere.

Ibidem. Quartò. Docet: qui se existimant stare, videant ne cadant: & cum timore, ac tremore salutem suam operentur in laboribus, in vigiliis, in eleemosynis, in orationibus, & oblationibus, in jejuniis, & castitate: Formidare enim debent fideles, quod in spem gloriæ, nondum in gloriam, renati sint.

Ibidem. Quintò. Docet de pugna, quæ superest cum carne, cum mundo, & cum diabolo, in qua victores esse non possunt nisi cum Dei gratia Apostolo obtemperent dicenti, *Debitores sumus non carni, ut secundum carnem vivamus: si enim secundum carnem vixeritis, morieminini: si autem spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis.*

Num. 17. Sextò. Catech. ait, Vincatur autem Sathanas non otio, somno, vino, commessatione, libidine: Sed oratione, labore, vigilia, abstinentia, continentia, castitate: ideo dictum est: *Vigilate, & orate, ut non intretis in tentationem*, & qui iis armis ad pugnam utuntur in fugam

convertunt adversarios: qui enim resistunt diabolo, is fugiet ab eis.

Num. 18. Septimò. Ait: Vites, quibus profitemur Sathanæ satellites, damnat à Deo: *Qui ponit, ut arcum aream brachia nostra*: Cujus beneficio *arcus fortium superatus est, & infirmi accincti sunt robore. Qui docet manus nostras ad prælium, & digitos nostros ad bellum.*

Num. 9. Octavò. Ait: Cat. ut viriliter fideles dimicent, vincant, ad perseverantiam se disponant, debent considerare, à Deo paratas coronas, & constitutam victoribus sempiternam præmiorum amplitudinem: Scriptum est enim. *Qui vicerit, non lædetur à morte secunda*: Item, *Qui vicerit, sic vestietur vestimentis albis, & non delebo nomen ejus de libro vitæ*: Item, *Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei, & foras non egredietur amplius*: Item, *qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo*: Item, *qui vicerit possidebit hæc & ero illi Deus, & ipse erit mihi filius.*

Apoc. 2. 3. & 21.

De explicatione & usu sextæ petitionis. Cap. IV.

Num. 14. QVænam est materia sextæ petitionis? Resp. Illa omnia, quæ pertinent ad victoriam tentationum: & ad

Num. 15. perseverantiam in accepta justitia: ideo ait Catechismus, Petimus ne divino præsidio destituti, vel tentationibus decepti assentiamur vel cedamus afflicti: Item, ut præsto sit nobis Dei gratia, quæ cum defecerint nos propriæ vires, in malis recreet, ac reficiat.

Num. 16. Quis finis? Resp. Primò obtinere dictam victoriam & perseverantiam: secundò, Gratias Deo agere de jam à Deo per Jesum Christum victoriis obtentis.

Num. 10. Quid significat illa vox *tentatio*? Resp. Impulsum Dæmonum ad malum.

Num. 14. Quid exprimit illa dictio, *Ne nos inducas in tentationem*? Resp. Ait Cat. Non petit ne omnino tentemur quia tentatio, est utilis, & fructuosa hominum generi, tum ad meritum, tum ad humilitatem: sed postulamus, ut Deus non permittat nos vinci à tentatione, sed illius nos reddat victores.

Ex.c.14. Num.16. Quid significat illa particula *Nos*? Resp. Quod nostra ad omnes homines se extendit petitio.

De usu hujus petitionis. Num.2.

Ex num.6. QUinam debent uti hac petitione? Resp. Omnes, quia diabolus tentat omnes.

Nu.1.&c. Quando? Res. Assiduè, frequenter, quia continuò tentat, potissimùm verò cum aliqua gravi premimur tentatione, sive ex prosperis, sive ex diversis proficiscatur.

Num.25. Sufficit generalem Dei opem in tentationibus implorare? Resp. Ait Catec.

Expedit, ut cùm aliqua particulari tentatione affligimur, nominatim contra illam auxilium à Deo postulemus. Sic enim David Prophetà facit. Nam contra mendacium rogavit: *Ne auferas de ore meo verbum veritatis usquequaque.* Contra avaritiam: *Inclina cor meum in testimonia tua, & non in avaritiam*: Contra vanitates: *Averte oculos meos, ne videant vanitatem.* Idem in aliis.

Num.17. Sola petitio est adhibenda? Res. Cum illa conjungenda sunt jejunium, eleemosyna, continentia, & alia opera virtutum, quæ dicta sunt.

Nu.1.&c. Quo affectu petendum? Resp. Maximo, quia de re maximè necessaria postulatio est.

Numer.2. Christus instituit ut hac petitione uteremur? Resp. Ait Cat. Primò hujus petitionis præceptum dedit ut quotidie nos Deo commendemus, ejusque paternam curam & præsidium imploremus: Deinde sub ipsum mortis tempus cum Apostolos mundos dixisset, his verbis admonuit: *Orate, ut non intretis in tentationem.* Ex quo magnam hujus petitionis necessitatem colligere licet.

Ioan.1.

DOCTRINA CATECHISMI ROMANI.

In septimam Orat. Dom. petitionem.

QVis finis hujus tractationis? Resp. Explicare septimam petitionem. Num.2.

Quis ordo inter hanc, & præcedentes petitiones? Resp. Quatuor primæ petunt bona: quinta, & sexta, postulant liberationem à malo culpæ; hæc petit liberationem à malo pœna, & ab omni malo. Ibidem.

Cur hæc petitio ultimo loco posita est? Res. Ait Catec. Hæc petitio est instar omnium petitionum, & quasi epitome illarum summatim amplectens omnia, quæ peti possunt: Cùm enim liberationem à malo impetravetimus, ex S. Cypriano nihil remanet, quod ultra petamus: quia tunc contra omnia, quæ diabolus, & mundus operantur, securi stabimus, & tuti. Ibidem.

In quot capita hæc tractatio dividenda est? Respond. In sequentia.

Primum, Erit de malo.

2. De remediis malorum.

3. De explicatione hujus petitionis.

De malo. Cap. 1.

QVid est bonum? Resp. Est illud, quod prodest alicui ad proprium finem obtinendum. Num.6.

Quid est malum? Resp. Est illud, quod nocet, ne proprium finem obtineat. Ibidem.

Quotuplex est malum? Resp. Culpæ, & pœnæ. Num.1.

Quid est culpa? Resp. Est deordinatio hominis à pro- Ex p.5.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

prio fine, & à mediis illius.

Pet.5.n.6. 7.& 8. Quid est malum culpæ? Resp. Est omne illud, quod per se deordinat, vel cooperatur deordinationi hominis à suo fine, & mediis.

Sess.6.c.7. Quis est finis hominis? Resp. Deus, nempe gloria Dei & vita beata in illo.

Sess.6.c.11. Quæ media? Respond. Observantia S. Evangelij, seu divinæ legis.

Pet.9.n.10. Quid est per se deordinare? Resp. Est ex intentione à recto fine deviare.

Quæ deviant à recto fine præter intentionem agentis dicuntur ne per se deordinare? Res. Non, beneficia enim Dei, item pœnæ illius aliquibus hominibus occasiones peccati sunt: id tamen, quia non est ex intentione divinæ bonitatis, sed ex illorum sit nativitate, non per se, sed per accidens deordinare dicuntur.

pe.6.n.12. & nu.9.

Nu.6 ibid. Quid est pœna? Resp. Est castigatio culpæ.

Quid est malum pœnæ? Res. Est res ad castigationem culpæ homini data.

De multiplici malo pœnæ. Num. 2.

Art.7.n.9. & n.10. QVotuplex est malum pœnæ? Res. Hoc malum multis modis ex parte materiæ & formæ divisum est: præcipuæ autem divisiones sunt sequentes.

Prima. Malum pœnæ aliud dicitur damni, aliud sensus: Malum damni est privatio vel finis, vel eorum, quæ sunt utilia ad finem: Malum pœnæ est inflictio rei molestæ, & afflictio ad culpæ castigationem.

Arg. ibid.

Secunda divisio. Malum tum damni, tum sensus aliud est in hac vita, aliud in alia vita.

Art.8.n.9. & 10. Art.5.n.3. Tertia. Malum pœnæ in alia vita est quadruplex. Primum est malum damni, & pœnæ æternæ, & hoc est in damnatis, qui ex una parte privantur visione Dei, ex alia cruciantur igne, & hoc in æternum. Secundum est malum damni, & pœnæ temporalis, & hoc est in purgatorio. Tertium est malum damni tantùm, sed æterni: & est pœna infantium, qui moriuntur sine baptismo. Quartum est, Malum damni tantùm, sed temporale; & hoc fuit in sinu Sanctorum Patrum, qui privabantur quidem visione Dei, sed aliqua pœna non cruciabantur.

Quarta. Malum pœnæ in hac vita est quadruplex, nempe. Primum animæ. Secundum corporis. Tertium famæ. Quartum facultatum; Et unum quodque illorum potest esse tum damni, *id est*, privatio boni convenientis, & ad finem opportuni: tum sensus, *id est*, rei molestæ, contristativæ.

Ex.pet. 5. Num.23. & petit.7.

Num.9. Quinta. Malum pœnæ in hac vita, sive sit animæ, sive aliorum dupliciter potest considerari, nempe, vel pro ipsa pœna; vel pro authore pœnæ: si accipiatur pro pœna, malum erit omnis tribulatio, & angustia, & punitio, si pro authore, tunc diabolus dicitur malum; quia est exequutor, & minister Dei ad infligenda illa mala, quæ in pœnam sunt.

De his, qui in hac vita mala patiuntur. Num. 3.

QVid docet Catechismus de his, qui mala prædicta patiuntur? Resp. Docet sic. Num. 2.

Primò ait. Nemo ferè est, qui tùm suo, tùm alieno periculo intelligat, quot, & quantis miseriis subiecta sit hominum vita. Ibidem.

Secundò ait Sacri, & profani scriptores ita esse copiosissimè demonstrarunt. Ibidem.

Tertiò, Iob ita habet. *Homo natus de muliere brevi vivens tempore repletur multis miseriis, qui quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut umbra, & nunquam in eodem statu permanet.* Ibidem.

Quartò ait. Nullus dies præteriit, qui propria aliqua molestia, aut incommodo notari non possit: ideo Christus dixit: *Sufficit diei malitia sua*: Et alibi: *Nos quotidie crucem sumere, & illum sequi oportere.* Matth.8. Luca.9.

De utilitate tribulationum. Num. 4.

QVid explicat Catechismus de utilitate tribulationum seu malorum pœnæ? Resp. Sequentia. Num. 6.

Primò ait. Sunt quædam quæ communiter mala putantur: quæ tamen sunt illis fructuosa, qui ea patiuntur ut ille stimulus, qui Apostolo erat adhibitus, ut Dei gratia adiuvante virtus in infirmitate perficeretur.

Secundò ait. Dicta si cognita sit eorum vis, summa voluptate pios afficiunt. Num.6.

Tertiò ait. Nos, qui in hanc peregrinatione versamur, Deus minimè vult esse solutos ab omnibus incommodis, sed eripit à quibusdam. Num.8.

Ibidem. Quartò ait. Ea solatia, quæ dat Deus interdum iis, qui rebus premuntur adversis, sunt instar liberationis malorum omnium; ideo Propheta illis consolabatur dicens: *Secundùm multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tuæ lætificaverunt animam meam.*

Rom. 9. Ibidem. Quintò ait. Deus utitur diabolo ministro in repetendis pœnis è sceleratis & facinorosis.

Sextò ait. Deus dat omne malum hominibus, quod illi peccati causa patiuntur, juxta illud. *Si erit malum in civitate, quod Dominus non fecerit.*

Num. 10. Septimò ait. Mala, quæ in nos à proximioribus proficiscuntur, diabolo assignamus tanquam auctori, & impulsori: quare odium, & iracundiam in ipsum Sathanam convertere oportet, à quo homines ad injuriam inferendam impelluntur.

Ibidem. Octavò ait. Si te aliqua te læserit proximus, cùm preces facis petenti Deo pete, ut non modo te liberet à malo, *id est*, ab iis quas tibi proximus imponit injuriis: sed illum ipsum eripiat proximum ex diaboli manu, cujus impulsu homines in fraudem inducuntur.

Num. 11. Nonò ait. Si in precibus, & votis non liberamur à malis, sciendum, debere nos quæ premunt ferre patienter, intelligentes placere Deo, ut toleranter ea patiamur.

Ibidem. Decimò, Minimè nos indignari, aut dolere par est si, Deus nos cum petimus, à malis non liberet: sed omnia ad ejus votum, ac voluntatem sunt referenda existimantes id esse utile, & salutare quod Deo placet, etiam si nobis aliter videatur.

Num. 12. Vndecimò. Homines, dum in hoc vitæ curriculo versantur ad omne incommodum, & calamitatum genus non solum æquo, sed etiam gaudenti animo ferendum paratos esse debere justum est, quia per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.

Ibidem. Duodecimò. Non est æquum servum esse majorem domino suo. Sicut turpe est ex S. Bernardo, *membra esse delicata sub spinoso capite.*

Ibidem. Decimotertiò. Sicut Machabæi casus adversos constanter & fortiter tulerunt: & sicut Apostoli qui contumeliis, cruciatibus, & verberibus affecti vehementer lætabantur, quod pro Christo patiebantur: sic nos ita dispositi esse debemus, ut adversa summa cum animi voluptate patienter ferant.

De remedio malorum pœnæ. Cap. II.

Quænam sunt remedia ad mala pœnæ? Respond. Hæc sunt in triplici differentia, quædam enim remedia sunt naturalia, quædam artificialia, nonnulla spiritualia. Ex n. 2. & seq.

Quænam sunt naturalia? Resp. Talia sunt medicinæ, & alia multa, quæ nos ab infirmitate fame, siti, frigore, & alijs miserijs liberare possunt: & sunt à natura homini comparata. Nu. 4. & 5

Quænam sunt artificialia? Resp. Illa, quæ non solùm natura; sed etiam ex hominum industria, & opera obtinentur, veluti domus, vestes, lucrum, negotiatio, exercitium, regula vivendi, amicitiæ & alia hujusmodi. Ibidem.

Quæ sunt spiritualia? Resp. Ex sacro Conc. Trid. & Catechis. sunt quatuor. Num. 2.

Primum est, fiducialis, & virtuosa petitio.

Secundum est, Patientia in adversis. Sess. 14. c. 8. & 9. & Can. 13.

Tertium est, Voluntaria, & spontanea susceptio malorum pœnæ propter Deum.

Quartum est, conformitas voluntatis nostræ cum voluntate Dei etiam in adversis. Nu. 11. & 12.

De remedio medicinarum, & usu illius. Num. 2.

Medicinæ sunt remedium aliquorum malorum? Res. Sunt, nempe infirmitatum. Num. 4.

Quæ materia medicinæ? Resp. Virtus lapidum herbarum, & aliorum. Ex nu. 4.

Quæ forma? Resp. Habilitas ad sanandum. Ibidem.

Quis finis? Resp. Sanare ab infirmitate.

Quis effectus? Res. Ipsa sanatio, si recta ratione medicina sit applicata. Ibidem.

Quod efficiens? Resp. Primò, natura, quæ herbis, & aliis dat virtutem sanandi. Secundò, Ars, seu industria hominum, per quam medicina rectè paratur: Tertiò, Deum qui creavit medicinam, & facit illam operari quantum vult. Num. 4.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

De usu medicinarum. Num. 3.

Num. 3. QVid docet Catechismus de usu medicinarum? Resp, Docet sequentia.

Primò ait. Fideles valdè diverso modo debent uti medicinis, quàm faciant infideles.

Num. 4. Secundò ait. Infideles maximè cupiunt, ut possint ex morbidis, & vulneribus convalescere, sed præcipuam spem liberationis ponunt in remediis naturæ, vel hominum industria comparatis: Item sibi datum à quovis medicamentum, etiam si incantationibus, veneficiis & Dæmonum operâ confectum sit, sine ulla religione adhibent, modo aliqua valetudinis spes ostendatur.

Ibidem. Tertio ait. Christiani in morbis & in omnibus adversis habent summum perfugium, & præsidium solum Deum unum illum omnis auctorem boni, & liberatorem suum agnoscunt, ac venerantur.

Ibidem. Quartò ait. Pro certo habent vim, quæ medicinis inest, à Deo insitam esse, & medicinas à Deo datas esse hominibus, quibus morbi sanantur, juxta illud, *Altissimus creavit de terra medicinam, & vir prudens non abhorrebit illam.* Item existimant tantum medicinas ægrotis prodesse, quantum voluerit ipse Deus.

Eccl. 32. Num. 4.

Num. 44. quintò ait, Christiani non in medicinis summam spem recuperandæ sanitatis reponunt: Sed ipsi Deo medicinæ auctori maximè confidunt: quod si per medicinas sanitatem recipiunt, illam à Deo acceptam referunt.

Sextò ait. In divinis litteris reprehenduntur ij qui medicinæ fiducia nullum Dei auxilium requirunt.

Num. 5. Septimò ait. Qui legem Dei observant, abstinent se ab omnibus remediis, quæcunque confiet, quod à Deo ad curationem adhibita non sint: ideo incantationes, & dæmonum artificia abhorrent, etiam si ex illorum usu exploratæ sint spes sanitatis.

Petit. n. 7. Octavò ait. Secundas causas sanitatem conferentes veluti manus Dei esse accipiendas.

Ex num. 6. Quod dictum est de medicinis, debet intelligi etiam de aliis bonis, ut cibo, potu, domo, veste, & aliis, quibus à malis liberamur? Resp, omnino, quia bona omnia de manu Domini sunt accipienda? Ab illo enim creata sunt, & ipse per naturam dedit illis virtutem ab bonum, & sine Deo nihil efficere possunt.

De remedio virtutis petitionis. Num. 4.

QVis docuit virtutem petitionum esse remedium ab omnibus malis? Resp. Christus non solum docuit ita esse, sed etiam exemplo confirmavit, quia ex hac vita migraturus, sic Patrem pro discipulis rogavit: *Rogo, ut liberes eos à malo.* *Num. 1.*

Quid docet Catech. de virtute, & efficacia hujus petitionis? Resp. Docet sequentia.

Primò ait. Si populus fidelis cognoscat, quot, quantisque miseriis exposita sit hominum vita, facile intelliget malorum liberationem à Deo implorandam esse.

Secundò ait. Nulla re magis adducantur homines ad orandum, quàm cupiditate, & spe liberationis à malis: quæ illos premunt, & impendent. *Num. 2.*

Tertiò ait. Talis in animis hominum insita est ratio, & natura: ut malis statim ad Dei auxilium confugiant juxta illud: imple facies eorum ignominia & quærent nomen tuum Domine. *Num. 3.*

Quartò ait. Minimè expedit docere populos quænam sit recta ratio petendi à Deo, ut liberet nos à malis. *Num. 2.*

Quintò ait. Non desunt qui contra Christi Domini jussum utuntur præpostero ordine orationis. *Num. 3.*

Sextò ait. Christus, qui jussit nos confugere ad Deum in die tribulationis orationis etiam ordinem præscripsit, nempè, ut priusquam peramus liberari à malo, sex alias petitiones habeamus, inter quas primum locum habent illæ, quæ ad postulandam Dei gloriam sunt institutæ. *Num. 3.*

Septimo ait quidam. Si caput, si latus, si pes condoluit: si rei familiaris jacturam faciunt minæ, si pericula ab inimicis intenduntur: in fame, in bello, in pestilentia: omissis aliis petitionibus, quæ sunt priores, tantum petunt, ut ex illis eripiantur malis: Cui confutandi repugnat Christi Domini jussum dicentis, *Primum quærite regnum Dei.* *Num. 3.*

Octavò ait. Qui rectè preces faciunt, eum deprecantur malorum propulsionem, id referunt ad Dei gloriam: sic David cum dixit, *Domine ne in furore tuo arguas me,* subjecit. *Quoniam non est in morte, qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?* *Ibidem.*

Nonò ait. Christiani in omnibus adversis summum per- *Num. 4.*

fugium habent Deum, quem unicum authorem omnium bonorum, & liberatorem omnium malorum agnoscunt, & venerantur.

Num. 5. Decimò ait, Christus qui iussit, ut liberationem malorum peteremus, præcepit etiam, ut spem impetrationis haberemus. Petitio enim in spe impetrandi fundari debet.

Ibidem. Vndecimò, ait innumerabilia exempla in utroque Testamento proponuntur eorum, qui ex maximis malis per orationem exempti sunt iuxta illud. *Clamaverunt iusti & Dominus exaudivit eos, & ex omnibus tribulationibus eorum liberavit eos.*

Num. 6. Duodecimò ait, Christiani tantùm petere debent liberationem ab illis malis quæ nullam animæ utilitatem afferre possunt: non autem ab iis, unde aliquis fructus provenire nobis.

Decimotertiò ait, Licet petere, ut à peccato, & à tentationis periculo liberemur, ut ab intimis, externisque malis eripiamur; ut tuti simus ab aqua, ab igne, à fulgure, ne grando noceat frugibus, ne annona charitati, seditionibus, bello laboremus, ut Deus morbos, pestem, vastitatem arceat: vincula, carcerem, exilium, proditiones, insidias, cæteraque omnia prohibeat incommoda, quibus maximè terreri, ac premi solet hominum vita: Item ut omnes flagitiorum, & facinorum causas averset.

Num. 7. Decimo quarto ait, Non solùm licet petere, ut ab illis liberemur, quæ omnium iudicio mala sunt: sed insuper petere debemus, ne illa, quæ penè omnes bona conficentur, divitiæ, honores, valetudo, robur, hæc ipsa vita ad malum, & ad animæ nostræ exitium convertantur: tunc enim non bona, sed mala sunt.

Ibidem.

Num. 5. Decimo quinto ait, Oramus, in hac septima petitione, ut Deus liberet nos ab omnibus, dictis malis: quatenus mala sunt: Item oramus, ne morte opprimamur repentina: ne in nos ira Dei concitetur, ne, quæ impios maneat, supplicia sabeamus: ne igne purgatorio torqueamur: à quo, ut aliquando liberemur, piè, & sanctè precamur.

De patientia in adversis & conformitate cum Dei voluntate. Num. 5.

Num. 11. CHristiani quid facere debent tunc, cùm Deus ad preces illorum à dictis non liberat malis? Resp. debent recurrere ad alia duo remedia, quæ sunt patientia in adversis & conformitas cum Dei voluntate.

Num. 8. Quibus motivis homines induci poterunt ad hoc præstandum? Resp. Sequentia adjuvabunt.

Num. 11. Primò cogitare, quod non debeamus velle liberari à bonis: sed à malis: cùm autem non possimus judicare, quæ verè bona, vel mala sint, Deus autem perfectissimè hoc scit: persuadendum nobis est, illa non esse mala, sed bona, à quibus Deus non vult nos liberare: ideo talia non ut mala abhorrenda, sed ut bona amplectenda sunt.

Ibidem. Secundò, iustissimum est, ut homines conformentur se divinæ voluntati: ideo, qui voluntatem Dei in adversis contemplantur, ad patienter illa ferenda de facili inducuntur.

Tertiò. Patientia in adversis maximum apud Deum habet meritum, atque remunerationem, & plurimum valet ad satisfaciendum Deo pro peccatis à te commissis.

Num. 12. Sess. 14. c. 8. & 9. Luca 12. Act. 4. n. 16. quartò. Christus dixit Apostolis, *in patientia vestra possidebitis animas vestras.*

quintò, Beatæ Virginis, & Sanctorum omnium exempla ad dictam patientiam nos adhortantur: supra autem omnia passio Christi, hoc nobis suadet.

De pœnitentia spontè susceptis. Num. 6.

Sess. 14 c. 8. & 9. EXpedit Christiano populo, ut non solùm patienter ferat adversa, sed etiam ut aliqua pœnæ mala, quæ dici solent pœnitentiæ, spontè assumat, voluntariéque illa patiatur? Ref. Exempla Sanctorum ita esse nos docent.

Quid expedit de his pœnitentiis considerare? Resp. Sequentia à Sacro Concil. Tridentino determinata.

Sess. 14 c. 8 Primò Sacrum Concil. docet sic. Præcul dubio magnopere à peccato revocant, & quasi freno quodam coercent hæ satisfactoriæ pœnæ.

Secundò ait, Cautiores vigilantioresque in futurum homines pœnitentes faciunt.

Ibidem. Tertiò docet, Medentur quoque peccatorum reliquiis & vitiosos habitus malè vivendo comparatos contrarijs virtutum actionibus tollunt.

Ses. 14. c. 8. Quartò. Docet sic, Neque verò securior ulla via in Ecclesia Dei unquam existimata fuit ad amovendam imminentem à Domino pœnam, quam ut hæ pœnitentiæ opera homines cum vero animi dolore frequentent.

Ioan. 5. Quintò. Item ait. Accedit ad hæc, quod dum satisfaciendo patimur pro peccatis, Christo Iesu qui peccatis nostris satisfecit ex quo omnis nostra sufficientia est, conformes efficimur, certissimam quoque inde arrham habentes, quod si compatimur, & conglorificabimur.

Sess. 1. c. 13. Sextò: Determinat sic. Si quis dixerit, pro peccatis, quod ad pœnam temporalem minimè Deo per Christi merita satisfieri pœnis ab eo inflictis, & patienter toleratis, vel à sacerdote injunctis: sed neque sponte susceptis: ut ieiuniis, orationibus, eleemosynis, vel aliis etiam pietatis operibus, anathema sit.

De explicatione septimæ petitionis.
Cap. III.

Nu. 1. & 7. QVis finis septimæ petitionis? Resp. Primò impetrare à Deo liberationem ab omnibus malis præteritis, præsentibus, & futuris, si ita expedit, & Deo placet: secundò, gratias agere pro accepta in præteritum ab illius liberatione.

Num. 7. Quæ materia? Resp. Illud, quod petimus.

Quid Petimus? Res. Primò liberari ab omnibus malis supra dictis, nempe bello, fame, & aliis: secundò, liberari ab authore mali, *id est*, diabolo. Tertiò liberari ab occasionibus malorum: quartò, liberari à malo usu illorum, quæ videntur bona, sed per abusum fiunt mala: quintò, liberari abiis, quæ animæ, & propriæ saluti nociva sint, etiam si nobis bona videantur: sextò, Petimus patientiam in adversis, moderationem in prosperis, & in omnibus conformari divinæ voluntati.

Num. 45. Quæ forma petendi? Respond. Primò debemus petere cum spe, & desiderio obtinendi, si ita expediat, & Deo placet: secundò, debemus ita esse affecti, ut si Deus concedat, cum gratiarum actione accipiamus: si neget, divinæ voluntati conformemus.

De explicatione verborum.
Num. 2.

QVid significat *liberari*? Resp. Significat multa, Primò liberatur quis à malo, cum præservatur à malo; veluti si prohibeatur, ne malum illi adveniat. Secundò liberatur etiam ille à malo: cui permittitur, ut malum adveniat sed efficitur, ne imminens malum illi nocere possit: & perfectiùs liberatus dicetur, si efficiatur, ut ex malo illi bonum adveniat? Tertiò, liberatur etiam à malo ille, à quo malum iam præsens amovetur: Veluti quis potest liberari à malo infirmitatis, vel prohibendo, ne infirmetur: vel permittendo infirmitatem, sed efficiendo, ne illi noceat, vel demum à præterita illum liberando infirmitate. Num. 8.

Quid significat vox *à malo*? Res. Significat à malo pœnæ, *id est* ab inferno, à Purgatorio, à malis, hujus vitæ, Item ab authore mali pœnæ, nempe diabolo ministro illius, vel ab ira Dei prima origine pœnarum: Item ab iis, quæ occasiones malorum sunt. Num. 9. Num. 7.

Quid explicat dictio *Nos*? Res. Primò nos ipsos: secundò omnes proximos viatores: tertiò, omnes proximos, qui in purgatorio detenti sunt.

De usu huius petitionis Num. 2.

QVinam debent uti hac petitione? Res. Omnes, quia omnes malis subiecti sunt. Num. 10.

Quando? Res. Frequenter, continuò, quia semper mala nos premunt. Ex num. 2.

Quo affectu? Resp. Magno, quia stimulus miseriarum valdè nos premit. Ibidem.

Qua ratione petendum? Resp. Virtuosè, juxta illa, quæ antea dicta sunt. Ibidem.

Quid agendum, si Deus exaudiat? Respon. Gratiæ illi agendæ sunt. Num. 3.

Si non exaudiat? Resp. Mala patienter pro Dei gloria sunt toleranda. Ibidem. Nu. 11. 12.

DOCTRINA CATECHISMI ROMANI,

In conclusionem Dominicæ Orationis.

QVis est finis hujus tractationis? Res. Explicare conclusionem Dominicæ orationis.

Num. 1. Quænam est hæc conclusio? Res. Illa particula, *Amen*: quam S. Hieronymus appellat *signaculum, & conclusionem Dominicæ orationis, & ultima pars illius est.*

Ibidem. Expedit, ut fidelibus detur cognitio illius? Res. Ait Cat. Sicut necessarium est, ut detur cognitio de præparatione, quæ orationem præcedere debet, ita opus est, conclusionis, & finis orationis causam, orationemque explicare.

Ibidem. Quid circa hoc tractandum? Res. Primò proponenda causa, & finis hujus conclusionis. Secundò explicanda significatio hujus vocis, *Amen*. Tertiò de usu, & utilitate hujus conclusionis.

De causa, & fine hujus conclusionis. Num. 2.

Ex num. 1 QVare hæc conclusio posita est? ℟. quia oratio habet principium, medium, & finem, ideo ut esset perfecta in proœmio de principio, in peritionibus de medio, hic de fine dicendum erat.

Num. 2. Expedit valde, ut oratio bene claudatur? Res. Cat. Non pluris est divinas preces diligenter orditi, quàm religiosè absolvere, *id est*, tanti valet bonus finis, ac bonum principium.

Quomodo differunt principium, medium, & finis orationis? Res. In principio introducimur ad Deum, ut petamus: in oratione petimus, & obtinemus; in fine colligimus, & custodimus obtenta. Ex n. 1. 2. 3

Quis est finis, & conclusio orationis Dominicæ? Res. Dei. Num. 4.

Qua ratione? Res. Postquam filius rogavit patrem, finis peritionum debet expectari non à filio, sed à Patre, ad quem spectat concedere, vel negare, quod postulatum est. Ex num. 4.

Hæc particula, *Amen*, est responsio à Deo data? Res. Ait Catec. ex perpetua Ecclesiæ Dei consuetudine intelligitur, quod hæc ultima particula pro responsione Dei, accepta sit. Num. 4.

Vbi habetur hæc consuetudo? ℟. In Missa, in qua post orationem dominicâ particula, *Amen*, non dicitur à ministro, sicut fit in illis orationibus, sed reservatur Sacerdoti, qui locum Dei tenet, & statim summissa voce dicit, *Amen*, ad significandum, quòd est Dei responsio, & Ideo ab illo, qui tenet locum Dei proferri debet. Num. 4.

De explicatione particulæ, Amen, Num. 2.

QVid docet Catec. de hac particula *Amen*? Res. De illius significatione ait Catechismus. Num. 4.

Primò ait. Hæc vox Hebræa adeo frequens fuit in ore Salvatoris, ut Spiritus sanctus voluerit, quod in Ecclesia Dei retineretur. Ibidem.

Secundò ait. In illa sunt significata & inclusa multa quasi semina affectionum & cogitationum, quæ in oratione, dum orat, à Deo producta sunt. Ibidem.

Tertiò ait. Hæc vox significat, scito tuas auditas esse preces. Ibidem.

Quartò ait hæc vox vim habet Dei respondentis, & illum cum bona gratia dimittentis qui precibus, quod velit impetrarit. Ibidem.

Quintò ait. Cùm Sacerdos in Missa illam profert, tanquam Dei, & hominum interpres Deum exoratum esse populo respondet. Rom. 5.

Sextò ait. In illis precibus vox, *Amen*, consensum tantum, & desiderium significat: In hac verò responsio est, Deum orantis postulationi consensisse. Num. 6.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

DOCTRINA CATECHISMI ROMANI,

In conclusionem Dominicæ Orationis.

QVis est finis hujus tractationis? Res. Explicare conclusionem Dominicæ orationis.

Num. 1. Quænam est hæc conclusio? Res. Illa particula, *Amen*: quam S. Hieronymus appellat *signaculum, & conclusionem Dominicæ orationis, & ultima pars illius est.*

Ibidem. Expedit, ut fidelibus detur cognitio illius? Res. Ait Cat. Sicut necessarium est, ut detur cognitio de præparatione, quæ orationem præcedere debet, ita opus est, conclusionis, & finis orationis causam, orationemque explicare.

Ibidem. Quid circa hoc tractandum? Res. Primò proponenda causa, & finis hujus conclusionis. Secundò explicanda significatio hujus vocis, *Amen*. Tertiò de usu, & utilitate hujus conclusionis.

De causa, & fine hujus conclusionis. Num. 2.

Ex num. 1 QVare hæc conclusio posita est? ℟. quia oratio habet principium, medium, & finem, ideo ut esset perfecta in proœmio de principio, in peritionibus de medio, hic de fine dicendum erat.

Num. 2. Expedit valde, ut oratio bene claudatur? Res. Cat. Non pluris est divinas preces diligenter orditi, quàm religiosè absolvere, *id est*, tanti valet bonus finis, ac bonum principium.

Quomodo differunt principium, medium, & finis orationis? Res. In principio introducimur ad Deum, ut petamus: in oratione petimus, & obtinemus; in fine colligimus, & custodimus obtenta. Ex n. 1. 2. 3

Quis est finis, & conclusio orationis Dominicæ? Res. Dei. Num. 4.

Qua ratione? Res. Postquam filius rogavit patrem, finis peritionum debet expectari non à filio, sed à Patre, ad quem spectat concedere, vel negare, quod postulatum est. Ex num. 4.

Hæc particula, *Amen*, est responsio à Deo data? Res. Ait Catec. ex perpetua Ecclesiæ Dei consuetudine intelligitur, quod hæc ultima particula pro responsione Dei, accepta sit. Num. 4.

Vbi habetur hæc consuetudo? ℟. In Missa, in qua post orationem dominicâ particula, *Amen*, non dicitur à ministro, sicut fit in illis orationibus, sed reservatur Sacerdoti, qui locum Dei tenet, & statim summissa voce dicit, *Amen*, ad significandum, quòd est Dei responsio, & Ideo ab illo, qui tenet locum Dei proferri debet. Num. 4.

De explicatione particulæ, Amen, Num. 2.

QVid docet Catec. de hac particula *Amen*? Res. De illius significatione ait Catechismus. Num. 4.

Primò ait. Hæc vox Hebræa adeo frequens fuit in ore Salvatoris, ut Spiritus sanctus voluerit, quod in Ecclesia Dei retineretur. Ibidem.

Secundò ait. In illa sunt significata & inclusa multa quasi semina affectionum & cogitationum, quæ in oratione, dum orat, à Deo producta sunt. Ibidem.

Tertiò ait. Hæc vox significat, scito tuas auditas esse preces. Ibidem.

Quartò ait hæc vox vim habet Dei respondentis, & illum cum bona gratia dimittentis qui precibus, quod velit impetrarit. Ibidem.

Quintò ait. Cùm Sacerdos in Missa illam profert, tanquam Dei, & hominum interpres Deum exoratum esse populo respondet. Rom. 5.

Sextò ait. In illis precibus vox, *Amen*, consensum tantum, & desiderium significat: In hac verò responsio est, Deum orantis postulationi consensisse. Num. 6.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Quomodo appellatur hæc potestas? Resp. Clavis, de quo in Sacramento Pœnitentiæ, & Ordinis dictum est.

De explicatione undecimi articuli, seu de carnis resurrectione. Cap. XXIV.

QVid est resurrectio? Resp. Est reditus animæ ad corpus. Cur dicitur carnis resurrectio? Resp. Vt ostendatur, quod anima hominis est immortalis, & ideò sola caro & corpus resurgere debet.

Quinam resurgent? Resp. Omnes omnino; Ante judicium enim omnes morituri sunt.

Resurrectio erit in proprio corpore, ita ut idem numero sit? Resp. Erit, quia homo debet reddere rationem de eo quod fecit, non in alio corpore, sed suo.

Omnia corpora resurgent incorruptibilia? Resp. Omnia, etiam damnatorum.

Habebunt omnia, quæ ad integritatem corporis humani pertinent? Resp. Ita est; Ideo corpora, quæ fuerant clauda, vel gibbosa, vel crassiora, vel graciliora, vel pueri, vel senis, sine his defectibus resurgent.

Corpora Martyrum resurgent mutilata sicut per martyrium facta sunt? Resp. Non, sed tantùm remanebunt vulnerum fulgentissimæ cicatrices.

Quæ erunt dotes corporum Beatorum? Resp. Prima, Impassibilitas, secunda Claritas, tertia Agilitas, quarta Subtilitas.

Quare ista resurrectio fiet? Resp. Primò ne anima perpetuò separetur à corpore, cui naturaliter unita esse debet: secundò, ut corpora, quæ fuerunt consortia meritorum, & demeritorum, participent etiam de præmiis, & pœnis: tertio, ad perfectionem hominis, vel felicitatem, vel miseriam.

De explicatione duodecimi articuli, seu de beatitudine. Cap. XXV.

QVid est beatitudo? Resp. Est omnium bonorum plena, & stabilis possessio.

Quotuplex beatitudo? Resp. Duplex, una est essentialis, alia accidentalis.

Quid est beatitudo essentialis? Resp. Est clara visio, & plena fruitio divinæ essentiæ.

Quæ differentia est inter visionem, & fruitionem Dei?

Respond. Visio pertinet ad intellectum, fruitio ad voluntatem.

Divina essentia potest ab intellectu creato videri? Resp. Naturali virtute non potest, sed si Deus infundat se in substantiam beati, & ejus intellectui conferat lumen gloriæ, tunc tali virtute supernaturali potent videre divinam essentiam.

Deus communicat se beatis? Resp. Communicat, quasi simili ratione qua ignis ferro ignito se communicat, ferrum enim ignitum manet ferrum, & tamen de natura ignis communicat? Ita & beatis se Deus communicabit.

Ex hac conjunctione quid fit? Resp. Fit, quod intellectus Beati videt divinam essentiam, & voluntas fruitur felicissimè eadem essentia.

Quid est beatitudo accidentalis? Resp. Sunt quædam bona creata, quæ beatitudinem essentialem consequuntur; veluti carentia omnium malorum, Dotes corporis gloriosi summa lætitia: ac gloria, societas beatorum, & alia.

Quomodo hæc beatitudo ad hominem obtinetur? Resp. Per opera meritoria vitæ æternæ. Hæc enim beatitudo vita æterna est appellata.

COMPENDIVM
DOCTRINÆ CATECH.
IN DECALOGVM.
CAPVT I.

QVid significat hæc vox *Decalogum*? Resp. Decem verba. *Deca* enim græcè significat *decem*, & *logos*, idem est, quod *sermo*, seu *verbum*.

Cur ita vocatur? Resp. Quia decem brevissima præcepta quasi decem verba continet.

quis modus tractandi? Resp. Accommodatus Cleto, præcipuè Parochis.

Quis finis illius? Resp. Tradere veram explicationem Sancti Evangelij, ut illam omnes tam doceant, tum addiscant.

Quod efficiens Catechismi? Resp. Ex Decreto sacri Concilij Trident. & bulla Pij V. omnibus Pontificis editus est.

De Evangelio & de verbo Dei, & de causis illorum.

Cap. II.

HOc nomen *Evangelium* quid significat? Resp. Bonum nuncium.

Quomodo definitur? Resp. Sic. *Est Doctrina à Christo Domino, ore proprio promulgata.*

Ubi continetur Evangelium? Resp. In Verbo Dei.

Quid est Verbum Dei? Resp. Est illud quod Deus locutus est, sive in Prophetis, sive in Apostolis, sive in proprio Filio.

Quotuplex est Verbum Dei? Resp. Duplex, scriptum, & non scriptum. Et scriptum appellatur Sacra Scriptura: Non scriptum appellatur Divina Traditio.

Quid est Verbum Dei scriptum? Resp. Est illud, quod cum scriptura tum in Veteri, *id est*, ante Christum, tum in Novo Testamento *id est*, post Christum, Deus locutus est.

Quid est Verbum Dei non scriptum? Resp. Est illud, quod Deus sine scriptura locutus est: Christus enim & multi Apostoli ore tenus, & sine scriptura à Deo inspirati locuti sunt.

Quare hoc verbum dicitur *Traditio*? Resp. quia non per scripturam, sed quasi ore ad os successive in Ecclesia traditum est.

Quod est efficiens Evangelii? Respon. Deus per Iesum Christum.

Quæ materia illius? Resp. Summa eorum, quæ homines debent facere, vel omittere, ut salventur.

Quæ forma? Resp. Illa promulgatio, quæ à Christo Domino facta est.

Quis finis? Resp. Gloria Dei & Christi, nec non æterna hominum salus.

Summa S. Evangelij in quot partes divisa est? Resp. In quatuor: Prima continetur in Symbolo: Secunda, in Sacramentis: Tertia, in Decalogo: Quarta, in oratione Dominicali.

Est necessarium obedire S. Evangelio? Resp. Omnino ad salutem necessarium est.

De Fide ejusque causis.

Cap. III.

QUid est considerandum de fide? Resp. Primò quid, & quotuplex sit, deinde de illius necessitate, certitudine, gradibus, actibus & objecto.

Quotuplex fides? Resp. Duplex, alia humana qua creditur homini: Alia divina, qua creditur Deo.

Quid est fides? Resp. Catechismus illam sic definit: *Fides est virtus per quâ assentimur his, quæ à Deo sunt revelata.*

Fides est necessaria ad salutem? R. Omnino: quia *sine Fide impossibile est placere Deo.*

Fides divina habet certitudinem cognitionis? R. Ita est, Quia Deus est ipsamet veritas, & ideo quia non potest mentiri, cum maxima certitudine illi credendum est.

Fides habet-ne plures gradus? R. Habet, quia potest esse major in uno, quàm in alio item potest in eodem augeri, isti tamen gradus non differunt essentialiter, sed tantùm secundum magis, & minus.

Qui sunt actus fidei? R. Alij sunt interni, alij externi:

Qui sunt interni? Resp. Primus credere Deum: *id est* Deum esse. Secundus credere Deo, *id est* ijs, quæ à Deo dicta sunt. Tertius credere in Deum, *id est* per fidem, & charitatem tendere in Deum, tanquam in ultimum finem.

Qui sunt externi? R. Primus est oris, & dicitur Fidei Confessio: Alius est operis & dicitur Fidei Professio; quæ tripliciter fit: Primò suscipiendo Baptismum: Secundò perseverando Martyrium: Tertiò faciendo opera illa, quæ à Christo in Evangelio præcepta sunt.

Quod est objectum Fidei? R. Veritates, quæ in Evangelio revelata sunt.

Quæ sunt istæ veritates? R. Sunt duæ principales. Una est de ultimo fine hominis: alia est de mediis, quibus ad ultimum finem pervenitur: De hoc enim potissimum in Evangelio tractatio est.

Quid prodest homini Fides? R. Docet illum quid debeat facere, ut salvetur.

De Symbolo Apostolorum, & illius causis. Cap. IV.

QVid debet considerari de Symbolo? R. Nomen, definitio, causæ divisio.

Quid significat hoc nomen Symbolum? Resp. Dicitur Symbolum quasi signum, quo fideles ab infidelibus dignoscuntur. Item Symbolum significat quasi portionem à multis sigillatim in unum collatam: veluti si tres portionem suam farinæ afferrent, ut communis panis efficeretur: & quia singuli Apostoli suam sententiam attulerunt ut summa Evangelicæ Doctrinæ explicaretur Symbolum Apostolorum appellarunt est. Symbolum quomodo definitur? Resp. Catech. affert plures definitiones.

Prima est hæc; Symbolum est vera formula fidei Christianæ confitendæ.

Secunda, Symbolum est summa, vel compendium Doctrinæ à Deo revelatæ.

Tertia, Symbolum est summa illius doctrinæ, quam homines Christiani scire tenentur.

Quarta, Symbolum est signum, quo veri fideles à falsis dignoscuntur,

Quinta, Symbolum est Christianæ fidei, & spei legitima professio.

Quod est efficiens Symboli? R. Apostoli Spiritu sancto affati.

Quæ materia illius? R. Doctrina à Deo revelata.

Quæ forma? R. Modus, quo talis doctrina tradita est, nempe cum brevitate; & distincte.

Quis finis Symboli? Plures sunt fines, nempe. Primò, ut omnes fideles in eadem doctrina convenirent, & sic ab hæreticis, & infidelibus distinguerentur: Secundò, ut fideles facilius doctrinam tam breviter collectam addiscerent. Tertiò, ut fideles, cùm recitant Symbolum, fidei, & spei Christianæ professionem facerent.

Quænam divisio fit in Symbolo, & in doctrina illius? R. Primò dividitur in partes: Secundò in particulas.

Quænam est divisio partium principaliuni? R. Hæc divisio tripliciter fit.

Prima, à Theologis sic: Tota doctrina Symboli est de ultimo fine hominis, qui est Sanctissima Trinitas, & de medio ad dictum finem quod est Sanctissima Incarnatio,

Ideo de his duobus in Symbolo tractatio est.

Secunda, ex Cat. sic: Symbolum in tres partes principales divisum est & prima est de persona Patris, & eius operatione, quæ est Creatio. Secunda est de persona Filij, & ejus operatione, quæ est incarnatio, & Redemptio.

Tertia est de persona Spiritus sancti, & ejus operatione, quæ est sanctificatio: Prima pars continetur in primo articulo; Secunda in sequentibus articulis: Tertia in quinque ultimis.

Tertia Divisio est ex S. August. sic: Symbolum in duas partes divisum est: in quarum prima agitur de Deo & continetur in octo primis articulis: In secunda, tractatur de Ecclesia & in quatuor ultimis articulis contenta est.

Quomodo partes principales dividuntur in particulas? Respond. Sicut manus est pars, quæ in digitos, & articulos tanquam in minores particulas divisa est, ita partes Symboli articulos, seu particulas distinguuntur: quia de Deo octo articuli, & de Ecclesia quatuor sunt constituti. Ita de persona Patris unus: de persona Filij, sex: de persona Spiritus sancti quinque ponti sunt, ut dictum est.

De Deo & vita illius. Cap. V.

QVid est Deus? Resp. Est summum bonum, à quo omnia bona dependent.

Quot modis consideratur Deus? Resp. Duobus, primò ad intra, *id est*, in seipso: secundò ad extra, *id est*, in ordine ad ea, quæ extra se operatur.

In Deo est vita? Resp. Non solum in illo est vita, sed est verus fons.

Quid est vita? Resp. Est principium operandi in seipso. Veluti formica operatur in seipsa, ideò vivit, Sol operatur extra seipsum non in seipso, ideo non vivit.

Quæ sunt operationes Dei? Resp. Duæ, una est intellectus, qua Deus cognoscit seipsum, & omnia quæ facit, vel facere posset. Alia est voluntatis, qua diligit seipsum, & vult facere omnia, quæ facit.

Quomodo Deus est fons vitæ? Resp. Proprium fontis ut primò repleat seipsum aqua, deinde eandem communicet aliis: Sic Deus primò habet vitam in seipso, deinde illam communicat aliis.

De unitate, & Trinitate Dei. Cap. VI.

QVodnam est principale mysterium fidei Christianæ? Resp. mysterium Sanctissimæ Trinitatis.

quid significat hoc mysterium? Resp. Significat in Deo esse unitatem & Trinitatem.

Quare in Deo est unitas? Resp. Quia in Deo est una tantum essentia, seu natura, seu divinitas, hæc enim tria nomina idem significant.

Quare in Deo est Trinitas? Ref. Quia in Deo sunt divinæ personæ, PATER, FILIVS, & SPIRITVS SANCTVS.

PATER, est DEVS? Ref. Est.

FILIVS, est DEVS? Ref. Est.

SPIRITVS SANCTVS, est DEVS? Ref. Est.

Suntne tres DII, an unus DEVS? Ref. Unus Deus, quia omnes personæ eandem essentiam, seu naturam habent.

Potest declarari exemplo 1. Potest. Anima hominis est una, tamen habet tres potentias, intellectum, memoriam, & voluntatem: ita crepissime videmus, quod in arbore eadem reperiunt unus tantum truncus, & in illo tres rami reperiuntur, & tamen dicitur una tantum arbor, non tres arbores, licet tres rami sint: ita divina essentia est una, & personæ sunt tres, & ideo dicitur unus.

Quare prima persona dicitur Pater? Ref. Quia generat ab æterno FILIVM.

Quare secunda persona dicitur FILIVS? Ref. Quia generatur à PATRE.

Quanam operatione PATER æternus generat FILIVM? Resp. Operatione INTELLECTVS, ideo in Scripturis Filius appellatur Verbum, quia aliqua simili ratione producit VERBVM.

SPIRITVS SANCTVS quare sic appellatur? Ref. quia à Patre, & à Filio per modum amoris, & per operationem voluntatis procedit.

Personæ divinæ inter se distinctæ sunt? R. Sunt.

Quomodo distinguuntur? R. Proprietatibus.

Quæ sunt illæ proprietates? Resp. Proprietas patris est, quod sit ingenitus, *ideſt* quod neque à Filio, neque à Spiritu sancto: nec ab ullo alio procedat: Proprietas Filij est, quod sit genitus, *ideſt* quod tantum à

Patre genitus sit: proprietas Spiritus sancti est, quod tum à Patre, cum à Filio procedat. Ex eo enim quod Pater & Filius diligunt se, ab ipsis Spiritus sanctus per modum amoris producitur est.

Istæ tres personæ inter se sunt omnino æquales, & coæternæ? Resp. Omnino.

De mysterio Sanctissimæ Incarnationis. Cap. VII.

QVid explicat Mysterium Sanctissimæ Incarnationis. Ref. Explicat quod una ex personis divinis assumpsit carnem, & naturam humanam.

Quænam persona divina incarnata est? Ref. Non persona Patris, neque Spiritus sancti, sed Filij, quæ est secunda Sanctissimæ Trinitatis.

Quomodo appellatur hæc persona Filij quatenus incarnata est? Resp. Christus.

Quot personæ sunt in Christo? Resp. Vna tantum, nempe secunda Sanctissimæ Trinitatis.

Si quis diceret in Christo duas esse personas, unam divinam, aliam humanam, erraretne? Ref. Esset hæreticus.

Quot naturæ in Christo sunt? Resp. Duæ, una divina, alia humana, quæ in eadem persona Filij unitæ sunt.

Christus est Deus, & homo? Ref. Est, quia habet naturam divinam & humanam.

Christus est unus? R. Est, quia sicut anima rationalis, & caro unus est homo, ita, Deus, & homo unus est Christus.

De explicatione primi articuli. Cap. VIII.

QVænam explicantur in primo articulo? Ref. Quatuor sequentia.

Primò actus fidei, qui fieri debet fidelibus cùm recitant Symbolum, explicatur illo verbo, *Credo in*; qui declarat fideles debere facere illum tertium actum fidei, qui dicitur *Credo in Deum*.

Secundò, Vnitas divinæ essentiæ explicatur illo verbo *Deum*, quia cùm non dicat Deos, sed Deum, declarat quod unus tantum Deus sit.

Tertiò Persona Patris, quæ est prima sanctissimæ Trinitatis explicatur illis verbis: *Patrem omnipotentem*: Docet enim Patrem esse Deum, & omnia posse.

Quartò ultimæ particulæ, nempe, *Creatorem Cæli, & terræ*: explicant operationem, quæ Deo Patri tribuitur, nempe creationem.

Quot modis Deus dicitur Pater? Resp. Tribus: primò, per creationem, & gubernationem, & sic Deus est Pater omnium, quia omnia creavit, atque gubernat: secundo, per adoptionem, & sic est Pater Christianorum, quibus dedit potestatem filios Dei fieri, & dicuntur filij Dei adoptivi: tertio per generationem, & sic est Pater tantùm unigeniti filij sui.

Quomodo accipitur in hoc articulo, *Patet*? Resp. Tum primo, tum secundo modo, sed propriè tertio.

Cùm Deus sit omnipotens, potestne dici de illo, quod possit peccare, vel mentiri, vel aliquid ignorare? Resp. Non, quia talia posse non est potentia, sed infirmitas.

Potentia convenitne soli Patri? Resp. Non, sed Filio etiam, & Spiritui sancto, quia eadem potentia & sapientia, & bonitas in omnibus est.

Cur ergo in hoc articulo attribuitur Patri? &c. Attribuitur, non quia illi soli conveniat, sed quia præcipuus quidam rationis illi convenit, ex eo quod Filius, & Spiritus sanctus ab illo procedant: & sic etiam Filio tribuitur sapientia, quæ convenit intellectui, quia Filius à Patre per operationem intellectus procedit: similiter Spiritus sancto tribuitur bonitas, quæ pertinet ad voluntatem, quia à Patre, & à Filio per modum amoris procedit.

Creatio conveniatne soli Patri? Resp. Non, quia omnia opera Dei ad extra, seu ad creaturas tota Trinitati communia sunt.

Cur ergo Patri modo tributa est? Resp. Quia ad creationem potentia maximè necessaria est, ideo sicut potentia tribuitur Patri, ita & creatio.

De creatione. Cap. I. X.

QVidest creare? Respond. Est ex nihilo aliquid facere.

Solus Deus potestne creare? Resp. Solus, quia solus est omnipotens, ideò solus mundum creavit.

Quid induxit Deum ad creationem mundi? Resp. Deus nulla vi aut necessitate coactus, sed sua sponte, & voluntate omnia creavit.

Deus creavitne mundum ob suam utilitatem? Resp. Non, quia in creatione Deus dat esse rebus, non autem recipit ab illis: & Deus nostrorum bonorum non eget.

Quid impulit Deum ad creationem? Resp. Sola illius bonitas, quia de natura bonitatis est, ut aliis seipsam velit communicare.

Ad quem finem Deus creavit mundum? Resp. Primò, ad gloriam suam, nempe, ut suam declararet immensam bonitatem illam aliis communicando: secundo, ad rerum ipsarum, quibus divina bonitas communicatur, utilitatem.

Quid creavit? Resp. Cœlum & terram, & omnia, quæ in illis continentur.

Post creationem Deus aliquid operatur circa mundum? Resp. Illum conservat, gubernat, regit omnesque partes illius ad proprios fines, & operationes dirigit.

De explicatione secundi articuli Cap. X.

DE quanam re tractatur in secundo articulo? Resp. De persona Domini nostri Iesu Christi: item de nomine ipsius, & de dominio quod habet in nos.

Quid explicat de nomine illius? Resp. docet, quod nomen illius proprium est Iesus: quod significat idem quod Salvator. Dicitur verò Christus, quia hæc vox significat unctum ad denotandum, quod Dominus noster fuit sacerdos, Rex, & Propheta, quia ipse ungebantur. Fuit autem Sacerdos, quia seipsum obtulit Patri in ara crucis: Fuit Rex, quia mundum regit. Fuit Propheta, quia docuit Evangelium, & prædixit ea, quæ futura sunt.

Quæ verba explicant personam Christi? Resp. Illa tria *Filium ejus unicum*. Dicit enim *Filium* ad denotandum, quod est secunda persona, quæ dicitur Filius in Sanctissima Trinitate: Dicitur *ejus*, scilicet Patris, ad declarandum quod Filius æterni Patris est: Dicitur, *unicum*, ad explicandum, quod est Filius non adoptivus, ut sumus nos homines, sed naturalis: Deus enim Pater plures habet filios adoptivos, unicum habet naturalem?

Quæ differentia est inter filium naturalem & adoptivum? Resp. Ille filius dicitur naturalis alicujus, quando ab illo genitus est: Sed si quis ab alio genitus, & adoptetur, seu accipiatur in filium ab eo, qui non genuit illum, tunc filius adoptivus illius erit.

Quid docet de dominio Christi in nos? Resp. Explicat, quod sit Dominus noster, quia habet dominium in cœlo & in terra, sed potissimum in Christianos, qui voluntariè ejus imperio subiant, & obedient.

De explicatione tertii articuli. Cap. XI.

DE quanam re tractat tertius articulus? Resp. De Incarnatione, & Nativitate Christi.

Quid docet de Incarnatione? R. Explicat: quod unigenitus Filius Dei factus est homo, & assumpsit carnem nostram, & fuit conceptus opera Spiritus sancti.

Quid explicat de Nativitate? R. Ait, quod de Maria Virgine natus est, ita ut ante partum, in partu, & post partum Maria Mater illius fuerit Virgo.

Quotuplex est Christi Nativitas? R. Duplex, una æterna qua à Patre ab æterno genitus est, alia temporalis, qua in terris de Virgine natus fuit, & sic Christus in Cœlis habet Patrem sine matre, in terris habet matrem sine patre.

De explicatione quarti articuli. Cap. XII.

QUid explicat quartus articulus? R. Opus redemptionis, quod in Incarnatione fit inchoatum, in passione autem consummatum.

Quare illud verbum appositum est *Pontio Pilato*? Respon. Quia tes adeo insignis, qualis est Passio Christi, cum circunstantia judicis, & temporis exprimenda erat.

Quæ verba exprimunt passionem? R. Passus, crucifixus, mortuus, & sepultus.

Quid exprimit illud verbum, *Passus*? R. Omnes Christi passiones, & irrisiones.

Quid *Crucifixus*? R. Genus supplicii specificat.

Quid *Mortuus*? R. Mortem sequutam esse ostendit.

Quid *Sepultus*? R. Confirmat mortem per sepulturam.

Quare Christus voluit crucifigi? R. Primò, ut unde mors oriebatur, inde vita resurgeret: & sicut in ligno peccatum commissum est, ita & pœna peccati in ligno constitueretur. Secundò, quia hoc genus mortis erat maximæ ignominiæ, ideo ad destructionem peccati valde accomodatum.

Quid est mors? R. Est separatio animæ à corpore.

Quare Christus dicitur mortuus? R. Quia ejus anima à corpore separata est.

Divinitas fuitne separata ab anima? R. Non.

Fuitne separata à Corpore Christi? R. Non.

Christus ut Deus an ut homo mortuus est? R. Ut homo, non ut Deus.

Non

Nonne dicitur quod Deus est crucifixus, mortuus, & sepultus? Resp. Dicitur, sed non est intelligendum, quod divinitas, seu natura divina mortua sit, quia hoc est impossibile: illud enim quod dicitur mori, est natura humana: ideo quia hæc humana natura habet in Christo personam divinam, quæ est Filii, ideo quod convenit naturæ humanæ, veluti mori attribuitur Christo, qui est Deus, cujus illa natura est, & ideo Deus, ideſt Christus dicitur mortuus.

Quare Christus mortuus est? Resp. Vt vincerete mortem & nobis vitam daret.

De Passione Christi. Cap. XIII.

QUid considerandum de Passione Christi? Resp. Tria. Primò ipsa passio, secundò meritum, & valor ipsius, tertiò applicatio ejusdem.

Quænam fuit materia passionis Christi? Resp. Totum corpus, sed & anima quoque.

Quare anima? Resp. Quia Christus dixit, Tristis est anima mea usque ad mortem.

Quomodo totum corpus? Resp. Pedes, & manus clavis affixæ: Caput spinis compunctum, & arundine percussum; facies spuris fœdata, alapis cæsa: totum corpus flagellis verberatum: lancea latus perforatum: Visus vidit horribilia: Auditus audivit ignominias: Gustus expertus est fellis amaritudinem: Tactus ubique perpessus est.

Qualis fuit acerbitas hujus passionis? Resp. Maxima, primò respectu ejus, qui patiebatur: secundò respectu illorum à quibus patiebatur: tertiò respectu circunstantiarū loci, temporis, & modi, & aliorum innumerabilium.

Valor, & meritum passionis Christi quale, ac quantum fuit? Resp. Infinitum, quia persona Christi erat infinita, & Christus aliquo modo cum gratia infinita passus est: ideo ejus passio Deo in infinitum gratissima fuit.

Hæc passio est sufficiens ad satisfaciendum pro peccatis totius mundi, & ad merendum vitam æternam omnibus? Resp. Est.

Quis finis passionis Christi? Resp. Maxima gloria Dei, & æterna hominum salus.

Christus pro omnibus hominibus mortuus est? Resp. Pro omnibus.

quare ergo non omnes homines salvi fiunt? Resp. quia

culpa ipsorum meritum passionis Christi illis non communicetur.

Hæc applicatio est-ne necessaria ad salutẽ? & Omnino, sicut enim medicina, vel cibus nihil prosùt illi, qui talia sibi non applicat, vel non rectè applicat: sic medicina passionis Christi nihil prodest iis quibus non applicatur.

Deus est paratus applicare omnibus meritum dictæ passionis, Resp. Non solum est paratus, sed rogat.

Quid debet fieri, ut dicta obtineatur applicatio? Resp. Duo, unum est accedere ad sacramenta; per quæ fit applicatio, aliud est præparare se tum ad sacramenta, tum ad dictam applicationem suscipiendam.

In quo consistit hæc præparatio? R. In fide, spe, charitate & pœnitentia; quia opus est credere, & sperare, quod per merita passionis Christi in sacramentis applicata homo iustificetur, item oportet diligere Deũ, & pœnitere de peccatis: Ideo qui renuit hæc facere non salvatur.

De explicatione quinti articuli. Cap. XIV.

QVid tractatur in quinto articulo? R. De descensu Christi ad inferos, & de illius resurrectione?

Quid significat hæc vox *inferos*? Resp. Loca quædam, quæ infra nos, & sub terra sunt.

Quæ sunt ista loca? R. Quatuor: Infimus est infernus, ubi dæmones ac damnati; supra illum locum est Purgatorium, supra hunc Sinus Abrahæ, ubi Sancti Patres ante Christi descensum detinebantur. Et quartus secundum aliquos Doctores est locus, ubi pueri ante usum rationis sine Baptismo decedentes recipiuntur.

Ad quem locum Christus descendit? Resp. ad sinum Abrahæ, ut inde sanctos Patres liberaret.

Quid descendit illuc? Resp. Non corpus quod mansit in sepulchro, non divinitas quia est ubique; sed anima vere, & realiter illuc descendit.

Divinitas fuitne separata ab anima, & corpore Christi in triduo mortis? Resp. Non.

Quando anima Christi descendit? Resp. postquam è corpore egressa est.

Quandiu ibi mansit? Resp. Dum corpus Christi in sepulcro fuit.

Quid apud inferos fecit Christus? R. Sanctos Patres eis-

rissima luce illustravit, illis beatitudinem, & Dei visionem concessit; unde verificatum est promissum factum Latroni, *Hodie mecum eris in Paradiso.*

De Resurrectione.

QVid est resurrectio? Resp. Est reditus animæ ad corpus à quo per mortem fuerat separata.

Quid resurrexit, anima an Corpus Christi? Resp. Corpus, quia hoc mortuum erat.

Qua virtute resurrexit? Resp. Non aliena, ut alij, sed propria quod soli Christo convenit.

Quando resurrexit? Respon. Tertia die postquam mortuus est.

In quo die resurrexit? Resp. In die dominico.

Ob quas causas Christus resurrexit? Resp. Primò ut Christus humiliatus exaltaretur, secundò ut spes nobis resurgendi traderetur. Tertiò ut bona, quæ per peccatum amiseramus, nobis restituerentur.

Christi resurrectio quas nobis attulit vtilitates? Resp. Primò nostræ resurrectionis causa fuit: Secundò fidem in Christi divinitatem auxit: Tertiò ad resurrectionem spiritualem nos invitat: quartò docet nos, ut mortui peccato in vitæ innocentia perseveremus.

De explicatione sexti articuli, seu de Christi Ascensione. Cap. XVI.

QVor officia Christus pro nobis suscepit? R. Tria, primum Redemptoris, & hoc exercuit in passione; secundum Advocati apud Patrem, & hoc suscepit in Ascensione; tertium Iudicis, & hoc præcipuè complebit in die judicij.

Quæ differentia est inter Ascensionem, & Assumptionem? Resp. Ascensio fit propria virtute: Assumptio autem non propria, sed aliena effectus est.

Qua virtute Christus ascendit? Resp. Non aliena, ut Helias, & alij, sed propria virtute.

Hæc virtus, fuit-ne Christi, ut Deus est, an ut homo? Resp. Fuit etiam ut homo.

Christus ascendit ut Deus, an ut homo? Resp. Vt homo, quia ut Deus ubique erat.

Quò ascendit? Resp. Ad cœlos, quia supra omnes cœlos elevatus est.

Quare ascendit? Resp. Primò quia corpori Christi glorio-

so non terra, sed Cœlum conveniebat: secundò ut in cœlis officio Advocati pro nobis fungeretur: tertiò ut nos, mentesque nostras ad Paradisi desiderium elevaret.

Quæ utilitates ex Christi Ascensione nobis pro veniunt? Resp. Cœli portas aperuit: nobis locum in cœlo præparavit: Spiritum sanctum ad nos misit: Officio Advocati pro nobis fungitur: Et innumerabilia bona nobis contulit.

De sessione Christi ad dexteram Patris, Cap. XVII.

QUare Christus dicitur sedere ad dexteram Dei patris omnipotentis? Resp. Ad significandum maximum honorem, qui à Deo Patre Christo in cœlis datus est.

Sedere significat-ne quod Christus in cœlo corporaliter sedeat? Resp. Non, quia sessio corporibus ob lassitudinem, quæ in Christi corpus non cadit, conceditur solet.

Quid significat? Resp. Regiam, summamque potestatem, & gloriam, quia sedere apud regem maximè dignitatis est, sedere etiam significat stabilem dictæ dignitatis possessionem: quia qui sedet quasi fixus & immobilis manet.

Deus habet-ne dexteram, vel sinistram? Resp. Non: quia Deus non est corpus, sed spiritus: per metaphoram autem sacræ Literæ, ut se humano captui accommodent, Deo humana tribuunt membra, & affectiones.

Quid significat Christum sedere ad dexteram? Resp. Locus dexteræ est magis honoratus, ideo ad exprimendum maximum Christi honorē dicitur ad dexteram Dei sedere.

Cur dicitur *Patris omnipotentis*? Resp. Ad exprimendum eandem tantæ gloriæ esse, quia Christus est filius illius Patris qui infinitam potentiam, & majestatem habet: filius enim omnium, quæ sunt Patris, hæres esse debet.

De explicatione articuli septimi, seu de judicio Christi, Cap. XVIII.

QUotuplex est adventus Christi in carnem? Resp. Duplex, unus misericordiæ ad salvandum, nempe cum factus est homo, alius justitiæ ad judicandū in fine mundi.

Quos homines in fine mundi Christus judicabit? Resp. Vivos, & mortuos, *id est*, omnes.

Christus est-ne judex ut Deus, an ut homo? Resp. Non solùm ut Deus, sed etiam ut homo.

Quare ut homo? Resp. quia judex hominum debet posse ab illis videri, ejus sententia auribus percipi. Deinde sicut

Christus, ut homo, condemnatus est, ita æquum erat, ut ab omnibus judex à Deo constitutus videretur.

Quotuplex judicium Christi? Resp. Unum privatum statim post est mortem, aliud generale in fine mundi.

Quæ signa præcedent judicium generale? Resp. Primò prædicatio Evangelij in toto mundo: Secundò, Discessio inter gentes: Tertiò, Antichristi adventus.

Quotuplex sententia? Resp. Una pro justis ad gloriam, alia pro impijs ad infernum.

Quæ pœna dabitur impijs? Resp. Una erit damni, alia sensus. Pœna damni est carentia divinæ visionis, & omnis boni, & explicatur illis verbis, *Discedite à me maledicti*: Alia sensus, quæ percipitur sensu, & explicatur illis verbis, *in ignem æternum*.

Quare hoc judicium universale futurum est? Resp. Primò ad gloriam Christi: secundò, ut spes justis, & terror impijs afferatur: tertiò, ut mala, & bona, quæ sequuntur ex bonis & malis exemplis parentum, & aliorum post mortem: præmium, vel pœnam habeant: quartò, ut satisfiat famæ multorum piorum, quæ injustè offensa fuit, & à multis auferatur gloria, quæ injustè illis data est.

De explicatione octavi articuli seu de Spiritu sancto, Cap. XIX.

QUibus convenit hæc vox *Spiritus*? Resp. Deo, Angelis, & animabus hominum.

Singulæ personæ Sanctissimæ Trinitatis possūnne dici Spiritus sanctus? Resp. Possunt, quia Deus, & Spiritus, & Filius Sanctus est.

Quare tertia persona Sanctissimæ Trinitatis dicitur Spiritus sanctus? Resp. Quia spiritalem vitam in nos infundit, & toti Ecclesiæ suos est sanctitatis.

Spiritus sanctus est Deus? Resp. Est, ideo articulo octavo dicitur *Credo in spiritum sanctum*, Credere autem in soli Deo convenire potest.

Spiritus sanctus à quo producitur? Resp. A Patre, & à Filio, ut dictum est.

Per quam operationem: Resp. Voluntatis, & per modum amoris.

Qui sunt effectus Spiritus sancti in nos? Resp. Primus est vita spiritualis, ideo dicitur spiritus vivificans: secun-

dus. Omnia beneficia Dei effectus illius dici possunt: tertius, Septem dona Spiritus sancti: quartus, Gratia justificans, quem omnes sequuntur virtutes.

De explicatione noni articuli, seu de Ecclesia.
Cap. XX.

QVare post articulum de Spiritu sancto ponitur articulus de Ecclesia? Resp. Quia Ecclesia regitur, vivificatur & sanctificatur, à Spiritu sancto, ideo dependet ab illo.

In quot partes hic articulus divisus est? Res. In duas, prima est de Ecclesia, secunda de communione Sanctorum.

Ecclesia quid significat? Resp. Græcè significat *multitudinem unicam.*

Quæ differentia est inter Synagogam, & Ecclesiam? Res. Synagoga fuit populus à Deo electus ante Christum, Ecclesia est populus electus post Christum.

Ecclesia accipitur ne pro tota fidelium multitudine? Resp. Aliquando accipitur pro una parte fidelium, veluti cum dicitur Ecclesia Corinthiorum. Cùm verò dicitur Ecclesia Catholica, de tota fidelium multitudine intelligi debet: *Catholicum* enim significat *universale.*

Ecclesia habet ne plura nomina? Res. Habet, dicitur enim Domus Dei, Grex ovium Christi, Sponsa Christi, Corpus Christi mysticum, & alia hujusmodi.

Quot sunt partes Ecclesiæ? Respond. Duæ, una dicitur Triumphans, & est Beatorum; alia dicitur Militans, & est hominum viatorum.

Quid est Ecclesia militans? Res. Est populus fidelis per totum orbem dispersus, & sub Romano Pontifice capite Ecclesiæ visibili coadunatur.

Quæ sunt membra Ecclesiæ? Resp. Fideles tam boni, quàm mali, sed boni sunt membra viva, mali verò membra mortua, *id est* sine gratia sunt.

Quinam ab Ecclesia excluduntur? Res. Infideles, hæretici, schismatici, excommunicati.

Ministri Ecclesiæ in peccato mortali existentes retinent suam potestatem? Resp. Retinent.

Ecclesia habet ne caput? Res. Habet, & Christus est caput invisibile, Romanus Pontifex caput visibile est.

Cur caput visibile Ecclesiæ datum est? Respon. Primò quia corpori visibili caput visibile conveniebat: secundò

ut multitudo fidelium sub dicto capite uniretur.

Quid est esse caput Ecclesiæ? ℟. Est habere potestatem in illam: Caput enim habet in membra sua potestatem.

Quis primus post Christum fuit caput visibile Ecclesiæ? Res. S. Petrus à Christo institutus.

Quare Romani Pontifices pro tempore sunt caput Ecclesiæ? Resp. quia successores S. Petri, Sanctus enim Petrus fuit Episcopus Romæ, & mortuus est ibi cum illa dignitate; ideo ille est successor S. Petri, qui succedit illi Romæ in dicta dignitate

Quænam sunt Ecclesiæ proprietates? Res. Sequentes.

Prima est, quod sit una, quia sub uno capite visibili coadunata est.

Secunda est, quod sit sancta: quia habet caput Christum sanctum, & multa membra sancta.

Tertia est, quod sit Catholica, *id est* generalis, quia omnes fideles comprehendit.

Quarta est, quod sit Apostolica, *id est* supra fundamentum Apostolorum ædificata.

Quinta est, quod à Spiritu sancto regatur, doceatur, vivificetur.

Sexta est, quod non possit errare in fidei, ac morum doctrina tradenda.

Septima est, quod omnes teneantur credere, & obedire illi: non licet tamen credere in Ecclesiam, quia talis actus fidei, soli Deo convenit; sed opus est credere Ecclesiam, & Ecclesiæ.

Octava est, quod ille non potest esse hæreticus, qui Ecclesiæ Catholicæ credit

De communione Sanctorum. Cap. XXI.

QVid significat hæc dictio *Communio* Res. Societatem, & participationem quandam.

Quare post sanctam Ecclesiam in eodem articulo ponitur de Communione Sanctorum? ℟. Quia hæc communio est quædã proprietas Ecclesiæ ab illius unitate proveniens.

Quænam est materia hujus Communionis? Res. Omnia opera bona, quæ fiunt in Ecclesia, jejunia, orationes, & alia; Vnus enim fidelis potest participare de operibus bonis, quæ fiunt ab aliis.

Quænam est causa hujus Communionis? Res. Vnitas

Ecclesiæ: Sicut enim multi fratres indivisi in eadem domo manentes omnia bona communia habent. Et sicut membra corporis invicem suas communicant operationes ob unionem, quam in corpore retinent: unde oculus videt pro manu, & pede & os loquitur pro illis: ita ex unione quam fideles invicem in Ecclesia habent, oritur Communio bonorum, quæ dicta est.

Quibusnam concessa est hæc Communio? Resp. Illis, qui sunt in gratia, qui tales sunt membra viva qui verò sunt in peccato mortali, quia sunt membra mortua, fructum Communionis spiritualem non percipiant; licet non desinant esse membra Ecclesiæ, & ex hoc etiam aliquas utilitates accipiant.

De thesauro Ecclesiæ & de Indulgentiis. Cap. XXII.

EX Communione Sanctorum sequitur aliquod bonum in Ecclesia? Resp. Sequitur maximum bonum, quod Thesaurus Ecclesiæ appellatur.

Quid est thesaurus? Resp. Est copiosissima collectio rerum pretiosissimarum.

Quænam res in Ecclesia sunt pretiosissimæ? R. Opera, seu merita Christi, Beatissimæ Virginis, atque Sanctorum.

Quid est thesaurus Ecclesiæ? Re. Est collectio meritorum, & satisfactionum Christi, & Sanctorum, ab Vnitate, & Communione fidelium proveniens.

Quid fit de hoc Thesauro? Resp. Dispensatur fidelibus.

Qua ratione? Resp. Meritum Christi dispensatur per sacramenta, merita, & satisfactiones Sanctorum potissimum per indulgentias dispensari solent.

Quid est Indulgentia? Resp. Est applicatio thesauri Ecclesiæ pro remissione pœnæ temporalis debitæ peccato.

Quis potest facere Indulgentias? Resp. Summus Pontifex, quia ipse habet claves, & est custos illius, & ideo potest thesaurum dispensare nec non aliis, ut Episcopis tradere facultatem dispensandi.

Quid requiritur ad hoc, ut aliquis indulgentias consequatur? Resp. Primò debet esse in gratia: secundò debet facere omnia, quæ à concedente indulgentias præscripta sunt.

De explicatione Decimi articuli, seu de remissione peccatorum Cap. XXIII.

QVænam est materia remissionis peccatorum? Resp. Peccata.

Quid est peccatum? Resp. Est offensa Dei, mortale est offensa gravis, veniale levis.

Quis est effectus peccati mortalis? Resp. Privare hominem merito Christi, & gratia Dei.

Quænam considerantur in peccato mortali? Resp. Primò, Culpa, secundò, pœna æternatertiò, pœna temporalis.

Quid est remissio peccati: Resp. Est offensæ Deo factæ relaxatio.

Quomodo remittitur offensa? Resp. Duobus modis. Primus est si ille, qui ostendit, satisfaciat offenso: secundus est, si ille qui fuit offensus, remittat offensam.

Deus remittit offensam sibi factam absque alla satisfactione? Resp. Non facit.

Quanam ratione quis potest satisfacere Deo? Resp. Pro culpa mortali, & pro pœna æterna illi debita satisfit Deo per merita Christi, quæ sunt infiniti valoris, pro pœna verò temporali potest satisfieri etiam per merita Sanctorum.

Quanam re fit remissio peccati? Resp. Gratia Dei.

Omnia peccata possuntne remitti? Resp. Omnia, & omnibus vere pœnitentibus.

Quis potest remittere peccata? Resp. Primò, Deus, secundò, Christus, ut homo: tertiò, Ministri: quartò, sacramenta.

Quænam sacramenta efficiunt remissionem peccatorum? Resp. Baptismus, & Pœnitentia.

Quis primò habet potestatem remittendi peccata? Resp. Deus, quia remissio offensæ pertinet ad illum, qui fuit offensus, Deus autem offenditur à peccato.

Deus hanc potestatem dedit aliqui creaturæ? Resp. Ante Christum nemini dedit, Christus autem, ut homo primus omnium illam habuit, qui postea Ecclesiæ illam concessit.

In Ecclesia quinam habent hanc potestatem? Resp. Episcopi, & sacerdotes quatenus ministri Christi sunt.

Num. 6. Septimò ait, Variè à multis vox, *Amen*, interpretatur. Septuaginta interpretes vertunt *Fiat*. Alii interpretantur, *Verè*. Aquila ait significare, *Fideliter*: Quocunque modo sit, illam, quæ dicta est respondentis Dei habet significationem.

Ibidem. Octavò ait Apostolus 2. Corinth 1. *Amen*, significare veritatem, & permanentiam, divinarum promissionum.

Nonò ait, Hæc vox in fine posita, si fortè animus orantis in oratione aliò diversus sit, repetit: & confirmat omnia, quæ antea sunt postulata.

Ibidem. Decimò ait, Hanc vocem, *Amen*, in fine proferimus, quasi intelligentes nos impetrasse omnia, ac veluti sentientes percipientem vim divini auxilii eamus cum Propheta, *Ecce enim Deus adjuvat me, & Dominus susceptor est animæ meæ.*

De utilitate hujus conclusionis. Num. 1.

Num. 1. QVid docet Catechismus de utilitate hujus conclusionis? Resp. Sequentia.

Primò ait, Sciat fidelis populus, multos esse, & uberes fructus quos ex orationis Dominicæ fine percipimus: omnium ubertimus, ac lætissimus fructus est eorum impetratio, quæ postulavimus.

Num. 2. Secundo ait, Qui piè Deum orant, quodammodo cum iis, qui ad ignem accedunt, comparari possunt: qui si algent, calescunt: si calent, ardunt. sic illi assistentes ad Deum non modo pietatis ac fidei ardentiores evadunt, inflammatur eorum animus ad Dei gloriam: mens illustratur: & homo cumulatur divinis muneribus: hæcque dum quis orat, augentur: unde in fine orationis majora fiunt & orans magis illa in fine cognoscit, & confitetur illo verbo, *Amen*, quasi exultans, & Deo gratias agens.

Num. 3. Tertiò ait, Sicut Moyses à Dei congressu, & colloquio discedens divino quodam fulgore colligebat: ita ut Israëlitæ eius oculis & ore intueri non possent: sic iis, qui orant, in fine orationis & in discessu à Deo fieri sæpe contingit.

Num. 4. Quartò ait, David sæpe initio orationis timorem & cordis angustiam ostendit: in fine verò magnam lætitiam, spem, & cordis dilationem aperè declarat.

De usu hujus conclusionis. Num. 4.

QVinam debent uti hac conclusione? Resp. Omnes. Quo affectu, & intentione? &c. Primò ad exprimendam spem impetrationis eorum, quæ postulata fuit. Secundò ad gaudium præ se ferendum ex colloquio cum Deo habito. Tertiò, ad gratias agendas de obtentis, quartò, ad stabiliendam voluntatem in sustodiendis gratiis, & virtutibus, & donis, quæ in oratione obtenta sunt. Num. 16.

COMPENDIVM
DOCTRINÆ CATECH. ROMANI,
In Symbolum Apostolorum.

QVis finis hujus compendij? &c. Summatim colligere doctrinam Catechismi Romani, quæ in Symbolo Apostolorū proposita est.

Quid in illo considerandum? &c. Primò, de Catechismo: secundò, de sancto Evangelio & de Verbo Dei: tertiò, de fide: quartò, de Symbolo: quintò, de singulis est dicendum.

De Catechismo, & de causis illius. Cap. 1.

QVid significat hæc vox *Catechismus*? &c. Idem quod institutio.

Quænam materia seu res tractata à Catechismo? Resp. Sanctum Evangelium, seu summa illius.

Quomodo dessinitur? Resp. Primò sic, *Decalogus est summa, & epitome omnium legum*: secundò sic, *Est prima, & summa regula omnium actuum humanorum obligans ad sui observantiam.*

Quis est author Decalogi? Resp. Deus qui illum dedit: primo, per naturam: secundò, per scripturam: tertiò per gratiam, ideo dicitur lex naturalis, lex scripta, & lex Evangelica.

Lex decalogi quibus data est per naturam: Resp. Omnibus hominibus tam fidelibus, quàm infidelibus, quia naturaliter haec lex in cordibus eorum scripta est.

Quibus dedit Deus legem Decalogi scriptam? Resp. Moysi, & populo Hebraeo.

Ubi? Resp. In monte Sina, & cum maxima majestate, atque terrore.

Quare illam dedit? Resp. Quia lex naturalis per peccatum obscurata erat.

In quonam scripta fuit? Resp. In duabus tabulis lapideis digito Dei, & prima tabula continebat tria prima praecepta, quae ad cultum Dei pertinent: alia sex ultima, quae in ordine ad proximos data sunt, in secunda continebantur.

Quis est finis legis? Resp. Gloria Dei, & utilitas hominum.

Quomodo Gloria Dei? Resp. Quia Deus dando hominibus legem, declarat se illorum esse dominum, & gubernatorem: homines verò observando legem Dei, & potissimum tria prima praecepta maximo honore Deum afficiunt.

Qua ratione utilitas hominum? Resp. quia destinati per tria prima praecepta ad cultum Dei utilissimum & honorabilissimum homini est: sex verò ultima praecepta nihil aliud nisi hominum utilitatem disponunt.

Quaenam materia hujus legis? Resp. Primò, materia remota illius sunt omnes homines totius mundi, item omnes potentiae, & partes, & sensus illorum: secundò, materia minus remota sunt omnes hominum operationes sive animae, sive corporis, sive intellectus, sive voluntatis, sive cordis, sive oris, sive operis: tertio Materia proxima sunt omnes virtutes, vitia, quae in humanis operationibus reperiri possunt: de his enim omnibus à lege Decal. depositum est.

Quae forma hujus legis? Resp. Illa ratio praeceptiva, & obligativa.

Quis effectus hujus legis? Resp. Dirigere homines ad aeternam vitam consequendam.

Quomodo dividitur haec lex? Resp. Prima divisio est in duas tabulas, ut dictum est: Altera est in praecepta affirmativa, & negativa: Affirmativa enim praecipiunt virtutes & actus virtuosos: Negativa omnium vitia prohibita sunt.

Omnes homines tenentur ad hujus legis observantiam? Resp. Est de fide, quod ita sit.

Quae bona adveniunt iis, qui hanc legem observant? Resp. Innumerabilia tum in hac vita, tum in alia, sicut è contra iis qui illâ non observant, infinita mala eveniunt.

Apposita sunt huic legi praemium, ac poena? Respond. Praemium vitae aeternae, & poena inferni apposita sunt.

De explicatione primi praecepti. Cap. 11.

QUaenam est materia primi praecepti? Resp. Corda omnium hominum, nec non omnes operationes illorum cordium, tam virtuosae quàm vitiosae in ordine ad Deum: demum divinus cultus qui ad cor hominis spectat, materia illius est.

Quae forma? Resp. Praecipere omnes actus virtuosos, & prohibere vitiosos, qui ad cor hominis in ordine ad Deum spectent.

Quis finis? Resp. Gloria Dei, & Christi, nec non utilitas hominum.

Quis effectus? Resp. Dirigere cor hominis ad Deum rectè colendum.

Quaenam virtutes ab illo praecipiuntur? Resp. Quatuor potissimum, nempe tres Theologicae, Fides, Spes, Charitas, alia moralis, quae dicitur religio. His enim quatuor virtutibus ab hominibus colitur Deus.

Quae vitia ab hoc praecepto prohibentur? Resp. Illa omnia quae quatuor dictis virtutibus contraria sunt.

Quod praeceptum affirmativum datum est? Resp. Hoc: *Me verum Deum toto corde colas.*

Quod negativum? Resp. Hoc: *Non habebis Deos alienos coram me.*

Quinam violant hoc præceptum? Respon. Qui Fidem, spem, vel Charitatem non habent: qui in hæresim labuntur: qui somnis, & augurijs fidem habent, qui de Dei misericordia desperant, qui res creatas cum Dei offensa diligunt; & alia plurima talia committunt.

Quinam illud observant? Ref. Qui in actibus dictarum virtutum exercent.

Cuius debet-ne dari tantum Deo, an etiam Sanctis? Resp. Etiam Sanctis, & illorum reliquiis atque imaginibus, ut de fide determinatum est.

Angelis honor est exhibendus? Ref. Idem quod de Sanctis dicendum est.

Possumus invocare Angelos, & Sanctos, ut pro nobis intercedant? Resp. Ita est.

De explicatione secundi præcepti.
Cap. III.

QVænam est materia secundi præcepti? Resp. Remota sunt linguæ omnium hominum, item verba illarum in ordine ad Deum, proxima sunt omnes virtutes, & vitia, quæ in lingua respectu Dei considerari possunt.

Quis effectus hujus præcepti? Resp. Dirigere linguam ad Deum rectè colendum.

Quod est præceptum affirmativum? Resp. *Deum ore, & lingua colendus est.*

Quod est negativum? Resp. Hoc. *Nemo divinum nomen contemnat, aut in vanum ore assumat.*

Quinam observant hoc præceptum? Resp. Illi, qui ore Deum laudant: & qui verbo Dei operam dant: qui sæpè de Deo, & de vita Christi meditantur, vel legunt, vel audiunt, vel audiunt, qui de beneficijs acceptis gratias agunt, qui Dei auxilium implorant, & alia hujusmodi præstant.

Quinam hoc præceptum violant? Ref. Qui de Deo irreverenter loquuntur, vel laudes illius celebrare negligunt: Qui malè jurant, qui vota facta non observant: Qui blasphemant, vel irreverenter nomen Dei assumunt.

Quid est juramentum? Ref. Est invocatio Dei in testem.

Potest-ne jurari sine peccato? Resp. Potest, si recta ratione juretur.

quænam est hæ recta jurandi ratio? Ref. Tria requiruntur ad illam. Primò veritas, *id est*, ut, quod juratur verum sit: Justitia, *id est*, ut nihil juretur, quod sit injustum. 3. Judicium, *id est*, ut cum prudentia, ex causa, & necessitate, & cum judicio orationis juratum sit. Vbi hæc tria adsunt juramentum licitum est. Si unum illorum desit, illicitum, & cum peccato erit.

Quot modis peccatur circa juramentum? Ref. Tribus, primò, contra veritatem jurando falsum. Contra justitiam jurando facere rem injustam, veluti occidere inimicum. 3. Sine causa, & reverentia, & judicio, & necessitate jurando, velut si quis sine necessitate, per Deum juret.

Quomodo peccatur contra votum? Ref. Non adimplendo quod voto promissum est.

Qua ratione peccatur blasphemia? Resp. Dei nomen blasphemando, vel cum irreverentia assumendo.

Lingua creata est ut Deum laudet? Resp. Ita est, ideo debet custodiri, ut hoc observet, abstinendo se ab omni verbo de Deo otioso, vel injurioso.

De explicatione tertij præcepti. Cap. IV.

QVænam est materia hujus præcepti? Resp. Materia remota, sunt corpora omnium hominum, item sensus, & operationes illorum in ordine ad Deum: proxima sunt omnes virtutes, & vitia, quæ circa cultum Dei exteriorem considerantur.

Quid præcipit, & prohibet hoc præceptum? Ref. Præcipit sic, *Memento ut diem Sabbati sanctifices, id est*, Deum præcipuè in die festo colas. Prohibet sic, Cave ne ullum irreverentiæ signum contra Deum facias. Præcipuè autem in die festo ab opere servili abstinebis.

Quid significat dies Sabbati? Respond. Diem festum, *id est*, Deo dicatum: qui dies apud Hebræos appellatur dies Sabbati, modò dies Dominica vocatus est: licet etiam alij dies festi in lege veteri & nova instituti fuerint.

Estne ex lege naturæ, ut aliquis dies status sit in quo à corpore exterior cultus Deo exhibitus sit? Ref. Omnino secundum naturam est.

Quæ differentia est inter diem Sabbati, & diem Dominicum? Ref. Dies Sabbati est ultimus dies hebdomadæ, dies dominicus est primus illius.

Quid est hebdomada? Resp. Sunt septem illi dies, in quibus deus creavit cælum, & terram.

A quibusnam mutatus est dies Sabbati in diem dominicum? Resp. A Sanctis Apostolis.

Quare hoc fecerunt? Resp. Quia sicut primo die hebdomadæ lux orbi terrarum illuxit: ita per Christi resurrectionem: quæ fuit eo die, lux spiritualis, & aditus ad vitam æternam nobis concessus est.

Alij dies festi à quibus instituti sunt? Resp. Multi ab Apostolis, alij ab Ecclesia instituti fuere.

Quid prohibent fieri die festo? Resp. Potissimum opera servilia, quia per illa exterior Dei cultus præcipuè impeditur.

Quæ opera in die festo facienda sunt? Resp. Primò ad Dei templum accedendum est. Secundò, ibi interesse Sacrificio Missæ. 3. Sacramenta crebrò adhibere, & præsertim peccata confiteri, & Eucharistiam sumere. 4. Sacras Conciones audire. 5. In oratione, & divinis laudibus se occupare. 6. Ad doctrinam Christianam, vel docendam, vel addiscendam, accedere. 7. In operibus misericordiæ erga proximos se exercere.

De explicatione quarti præcepti. Cap. V.

QVænam est materia hujus præcepti? Resp. Omnes superiores, & inferiores. Item omnes operationes virtuosæ, vel vitiosæ, quæ inter illos esse possunt.

Qui sunt isti superiores, & inferiores? R. Omnes ad quos que capita reducuntur. Primò est, Maritus & Vxor. 2. Pater & Mater. 3. Dominus, & Servus. 4. Magistratus secularei, & subditi. 5. Magistratus Ecclesiastici, & illis subjecti.

Quinam ex dictis sunt superiores? Resp. Maritus Vxori, Pater Filio, Dominus Servo, Magistratus Subditis superiores sunt: alij verò sunt inferiores.

Quibusnam hoc nomen, *Pater*, convenire potest? Resp. Primò iis, qui nos genuerunt: Secundò, Sacerdotibus & Prælatis Ecclesiasticis. 1. Iis, qui in alios habent imperium, ut Domini, Mariti, Magistratus seculares. 4. Illi qui curam aliorum exercent, ut Tutores, Curatores, Pædagogi, Magistri. 5. Seniores.

Quid est honorare? Resp. Est de aliquo honorificè sentire, & magni facere omnia, quæ illius sunt.

Quænam

Quænam honori conjuncta sunt? Resp. Amor, & timor reverentialis in corde, observantia verò, obedientia, & cultus in exteriori.

Hoc præceptum quid imperat Superioribus? Respond. Quod inferiorum curam gerant: illis benefaciant, & contra justitiam illos non offendant.

Quid præcipit inferioribus? Resp. Vt Superioribus obediant, illos diligant honore afficiant, illis benefaciant, ab omni injuria, & offensa abstineant.

Parentes, & superiores, æquè ac Deus sunt diligendi? Resp. Si quis hoc faceret, maximum admitteret scelus.

Quænam differentia inter amorem Dei, & sui, ac proximorum constitui debet? Resp. Deus propter seipsum, & non alterius rei causa est diligendus. Item cum sit infinitum bonum, toto corde, & sine modo, vel mensura, infinito, si fieri posset, amore est diligendus. Modus enim diligendi Deum, ex S. Bernardo, est diligere sine modo. At omnes creaturæ minus quàm Deus, & propter Deum diliguntur.

Quot modis peccatur in dilectione sui, & suorum, & rerum aliarum? Resp. duobus, primus est excessus amoris, veluti si quis diligat patrem plusquam deum, vel æquè ac Deum: secundus est, defectus amoris, veluti si non obediatur Patri, justa præcipienti, vel injuria illi inferatur.

Parentes debent ne magis diligi, quàm alij homines? Resp. nebent diligi minus neo plus aliis hominibus, quia ab illis, vitam institutionem, educationem, alimenta, aliàque multa accepimus bona.

Filij quid debent facere erga parentes? Resp. Primò, filij debent ita in exterioti honorare parentes, ut possint cognoscere quòd ex animo, diligantur, & quòd filiis suis chari sint. 2. debent deum orare, ut parentibus omnia apud deum, & homines feliciter eveniant. 3. Illis obedire. 4. Illorum rectè facta, morésque imitari. 5. Sequi illorum justa consilia. 6. Illis ea imperriti quæ ad victum necessaria sunt. 7. Maxima obsequia exhibenda cum periculosè ægrotant. 8. Illorum funus, & exequias cohonestare. Nonò, Sacrificia anniversaria curare, illorum legata persolvere, & frequenter pro illis orare, & eleemosynas elargiri.

Quis honor Sacerdotibus, Episcopis, & Ecclesiæ Præla-

tis exhibendus? Resp. Observantia, & obedientia illis est exhibenda. Sacerdotibus illa suppeditanda, quæ ad ritum, & Dei cultum necessaria sunt.

Quomodo honorandi Seculares Magistratus, Reges, & alij superiores? Resp. Honore, observantia, & obedientia. Tributa etiamillis persolvenda sunt.

Si sint homines mali, & injusti, vel nobis inimici, honorandi sunt? Resp. Ita est, non tamen ut mali sed ob authoritatem quæ illis à Deo collata est.

Si injusta præcipiant, & contra legem Dei, est obtemperandum? Resp. Non quia Deo magis obediendum est.

Parentes quid debent facere erga filios? Resp. Paternam curam illorum habere: erga illos nimis acerbos non esse, non nimis severos: In castigatione, & objurgatione necessaria nimis remissi non sint: Magis studere, & operam dare ut filij virtuosi, quàm divites fiant.

Quo præmium datur iis qui parentes honorant? Resp. Longitudo, felicitas vitæ.

Quare ergo interdum iis, qui majorem pietatem parentibus præstiterunt, & brevior vita data esse videtur? &c. Id contingere solet ad ipsorũ utilitatem, vel quia si longiùs vivecrent, ex bonis mali fierent: vel quia tales in futuru immineant calamitates, & periculosa tépora, ut ante illa mori res optabilis sit. *De explicatione quinti præcept. C. VI.*

QVod est quintum præceptum? Resp. *Non occides.*

Quis finis illius? Resp. Tueri, & defendere vitam tum animæ, tam corporis omnium hominum.

quæ materia illius? Resp. Remota sunt anima, & corpus nostrum, & proximorum: proxima sunt actus virtuosi, & vitiosi circa jam dicta animam, & corpus.

quid prohibet hoc præceptũ? &c. Omnem injustam offensam tũ animæ, tum corporis sive nostri, sive proximorum.

Cur ergo loquitur tantum de occisione? Resp. Quia hæc est maxima offensa, ideo de illa speciatim prohibitio facienda erat.

Anima potest occidi? Resp. Potest, quia peccatum mortale inters illius est, ideo qui inducit in tale peccatum, mortis animæ causa erit.

quomodo quis inducit animam ad peccatum? Resp. Scandalo, & occasione peccandi.

quot modis occiditur corpus? &c. Primò corde per odiũ

secundò, ore per maledictionem, seu imprecationem mortis: tertiò manu & opere veluti percussione.

Quæ cædes prohibitæ non sunt? Resp. Primò, licet bestias occidere, illisque vesci. Secundò magistratus ex publica potestate facinorosis hominibus juxta leges possunt inferre necem. Tertiò, in bello justo pro bono publico hostibus vitam adimere licitum est. Quartò, idem licet ob justam, & moderatam sui defensionem.

Ille qui casu, & fortuitò hominem occidit, reus est hujus præceptis? &c. Non, nisi in duobus casibus, quorum primus est, si tei illicitæ operam dabat, veluti mulierem gravidam pugno percutiebat. 2. Si non omnibus est cumpectis negligenter, & incautè aliquem occiderit.

Quæ cædes hoc præcepto prohibentur? &c. Primò, nullis privata authoritate occidere licet, sive sint Domini, sive parétes, sive mariti, sive alij. 2. Nemini licet occidere seipsum. 3. Nullo modo licet occidere, non veneno, non baculo, non consilio, ope, auxilio, aut alio quocunque modo.

Ira esne peccatum? Resp. Cùm est injusta, peccatum est.

Homicidium est maximum peccatum? Resp. Maximum quia homicida quantum in se est, destruit non solùm perfectissimum Dei opus quale homo est, sed totum universum: quia totus hic mundus corporeus propter hominem factus est.

Hoc præcepto quid proponit Deus ut faciamus? &c. Tria. Primò, ut pacem cum omnibus habeamus. 2. cuncta incommoda patienter feramus. 3. Ut concordi charitate inimicos complectamur. Est opus Deo gratum patienter & sine vindicta injurias illatas perferre? Resp. Gratissimum.

Hoc præceptum imperat, ut proximis beneficiamus? Resp. Cùm prohibetur offensam, ex consequenti, fit quod præcipiat officium, & beneficium.

Quod est præcipuum officium beneficentiæ, & charitatis? Resp. Remissio, & oblivio injuriarum, & ex corde cum inimicis reconciliatio. Quibus rationibus potest quis induci, ut injurias illatas remittat? Resp. Sequentibus.

Primò, omnes injuriæ, & adversitates de manu Dei, sicut fuit Iob, accipi debent: quia nemo absque permissu Dei nobis nocere potest: ideo qui nos lædunt quasi satellites, & ministri Dei sunt æstimandi.

2. Quia qui alijs offensas remittunt à Deo suarum obti-

nent remissionem peccatorum.

3. Quia res nobilissima, & maximæ perfectionis, & Deo gratissima, & in qua Deus sæpissimè se exercet, est, injurias condonare.

4. quia odium, & appetitus vindictæ est veluti venenum, & carnifex cordis, & simile vulneri, cui telum infixum sit.

5. Quia ex odio plurima peccata proficiscuntur, nempe suspiciones, judicia temeraria, iræ, tristitiæ, invidiæ, detractiones, injuriæ, aliæque multa.

6. Exemplum Christi, qui pro persequutoribus exoravit, ad hoc inducere debet.

De explicatione sexti præcepti. Cap. VI.

QUod est sextum Præceptum? Respond. *Non mœchaberis.*

Quæ materia illius? Ref. Remora, corporum voluptates proxima virtutes, & vitia quæ circa dictas voluptates ab hominibus exercentur.

Quid prohibet hoc præceptum? Ref. Omnes venereas, & illicitas voluptates, crapulam, libidinem, gustus, otium, luxuriam, & præcipuè adulterium.

Quid præcipit? Resp. Animi, & corporis castitatem.

Quid est adulterium? Resp. Est legitimi tori injuria, seu violatio.

Quare de adulterio prohibitio spetialis facta est? Resp. Quia peccatum gravissimum est, & maximè nocivum humanæ societati.

Quænam considerationes possunt inducere ad fugiendam libidinem, & ad colendam castitatem? Ref. Sequentes.

Primò, Quanta sit hujus peccati turpitudo.

1. Memoria novissimorum, Mortis, Inferni, Judicij, Paradisi.

3. Consideratio, & memoria passionis Christi.

4. Exemplum Christi, qui non solùm fuit Virgo, sed ex Virgine nasci voluit.

5. Pœnæ huic peccato inflictæ, & mala, quæ ex illo proficiscuntur.

Quænam remedia pro hoc peccato vitando desiderantur? Ref. Multa, ut sequentia.

Primum, Vitare otium, & amplecti laborem.

2. Sobrietas, & fuga crapulæ.

3. Oculorum sensuumque custodia: & vitare occasiones peccati.

4. Vitare exquisitum ornatum vestium, capillaturæ, & aliorum.

5. Abstinere à turpi sermone, vel cantu, vel lectione, à choreis & ludis.

6. Oratio, item eleemosyna, & jejunium, & peregrinatio, & carnis mortificatio.

7. Frequens usus Confessionis, & Eucharistiæ, aliisque similia,

De explicatione septimi præcepti. Cap. VIII.

QUid est septimum præceptum? &c. *Non furtum facies.*

Quæ materia illius? &c. Remota, divitiæ, vel facultates proximæ, virtutes, & vitia circa illas.

Quis finis? &c. Tueri, & custodire hominum facultates.

Quid prohibet hoc præceptum? &c. Omnem injustam, offensam alienæ facultatis.

Quid præcipit? &c. Bonum usum nostrarum facultatum, & ut in proximo benigni, ac liberales simus: Item restitutionem eorum, quæ malè possidentur.

Quot modis peccatur contra hoc præceptum? &c. Primò, Avaritia. 2. Furto, & Rapina. 3. Abutendo propriis facultatibus. 4. Non restituendo aliena. 5. Non faciendo eleemosynam, quando fieri debet.

Quid est avaritia? &c. Est appetitus inordinatus divitiarum, vel facultatum.

Quid est furtum? &c. Est occulta contrectatio rei alienæ invito domino.

quid est rapina? &c. Est manifesta contrectatio rei alienæ invito domino.

quinam peccatum furti committunt? &c. Primò, qui animum habent furandi, licet opere non furentur. 2. qui aliis causa, vel occasio furandi sunt, sive consilio, sive auxilio, sive alia ratione. 3. qui occulte aliena accipiunt, veluti qui furto sublata res emunt, qui in contrahendo fraudes adhibent, & mendacia operarii, & artifices, qui plus mercedis, quam opus meretur, exigunt. Servi etiam & custodes domorum infidi, qui fallaci mendicitate pecuniam

extorquent, qui susceptum officium non adimplent, & mercedem accipiunt. qui rebus alienis damnum inferunt. 4. qui aliena, veluti res inventas, occupatas, adempras retinent, & alia similia.

quinam rapinæ peccatum incurrunt? ℟. qui debitam operariis mercedem non persoluunt. qui Ecclesiæ præsidibus, & Magistratibus tributa, vel decimas debitas non reddunt. qui fœnerantur, Iudices nummarii, qui venalia habent officia, & muneribus ad injustitiam deflectuntur: Fraudatores creditorum, qui fidem non servant: Creditores qui acerbius pignora à creditoribus exigunt, necessaria etiam ad tuendum corpus auferentes: qui congregant, vel abscondunt frumentum, & alia ad victum necessaria, ut carius illa vendant. Idem de aliis dicendum erit.

quinam sunt actus ad virtutum circa hoc præceptum? ℟. Primus est restituere aliena. 2. Moderatè uti suis, ut possit, etiam aliis benefacere. 3. Manibus operari ut sua industria sibi, & aliis providere possit. 4. Eleemosynas pauperibus elargiri.

quinam tenentur ad restitutionem? ℟. Illi, qui injustè aliquid acceperunt, vel alienum apud se retinent, vel causa furti, aut rapinæ fuere.

Quinam inducere possunt ad fugiendam avaritiam, ℟. Meditatio mortis, Exemplum paupertatis Christi, necessitas restituendi, & alia.

De explicatione octavi præcepti. Cap. IX.

QVod est octavum præceptum? ℟. *Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium.*

Quænam materia hujus præcepti? ℟. Remota est honor, vel fama sui & proximorum; proxima sunt virtutes, & vitia, quæ circa famam exercentur.

Quis finis? ℟. Famam sui, & proximorum tueri.

Quid præcipit? ℟. Ne injustè famam alicujus offendamus, sed omnibus debitum honorem, ut par est exhibeamus.

Quis dicitur proximus? ℟. Quicunque eget opera nostra, sive ille propinquus sit, sive alienus, sive civis, sive advena, sive amicus, sive inimicus.

Poterit aliquis offendere propriâ famam, & dicere contra se falsum testimonium? Resp. Non.

Licet-ne dicere falsum testimonium ad utilitatem alicujus, veluti ad tuendam vitam ejus, qui in judicio accusatus est? Resp. Non.

Omne mendacium hoc loco prohibetur? Respon. Ita est.

Hoc præceptum prohibet judicibus, advocatis, procuratoribus, accusatoribus, reis, notariis, & aliis ne in judicio aliquid injustè agant. Res. Prohibet.

Prohibet omnem injuriam, verborum detractionem, murmurationem, calumniam, improperium, derisionem, & similia? Res. Omninò.

Prohibet, ne quis audiat detractores? Res. Ita est.

Prohibet assentationes seu adulationes, libellos famosos, fallaces sanitatis promissiones, quæ sæpè cum mendacio ægrotantibus fieri solent? Res. Prohibet.

Mendacium jocosum, vel utile est admittendum? ℟. Non.

quinam actus virtutum in hoc præcepto inclusi sunt? ℟. Primò de omnibus quoad fieri potest bene loqui, & opinari. 2. Famam uniuscujusque, ut par est, tueri, & conservare. 3. Cum omnibus sincere, & ex animo tractare: 4. Veritatem in omnibus loqui, & omnia mendacia vitare.

De explicatione noni, & decimi præcepti. Cap. X.

QVænam est materia noni, & decimi præcepti? Resp. Cordis concupiscentia.

quotuplex concupiscentia? Res. Duplex, una quæ respicit voluptatem, seu libidinem, & hæc prohibetur in nono præcepto: Alia quæ pertinet ad utilitatem, seu ad facultates, & de hac in decimo tractatio est.

Nonne de utraque sextum, & septimum Præceptum datum est? ℟. Ita est, sed ad majorem declarationem sicut illa de opere, ita ista de corde data sunt.

quid est concupiscentia? ℟. Est animi commotio ad res jucundas, quas non habemus appetendas.

Hæc concupiscentia semper est peccatum? Resp. Non, quia à Deo homini indita est, sed post peccatum Adæ de-

prava est, ita ut naturæ fines transiliat & ideo ad peccatum inclinet.

Quid prohibet hoc præceptum? R. Abusum hujus cupiditatis, nempe ne contra justitiam concupiscamus res, vel mulieres alienas, non adulteria, fornicationes, ebrietates, furta, & alia quæ illicita sunt: Item ne inordinato affectu res terrenas, seu divitias diligamus, seu desideremus?

Quid præcipit? R. Vt hanc concupiscentiam cohibeamus & sub regula rectæ rationis nos contineamus,

Quinam peccant contra hoc præcepum? R. Luxuriosi, Avari, Gulosi, Superbi, illi etiam qui ludis, pompis, choreis, venatione, & aliis inmoderatè utuntur, vel delectantur: Item qui malas concupiscentias non cohibent rationis imperio: Aliàque hujusmodi diligunt, vel appetunt inordinatè.

Quænam adjuvant ad hanc concupiscentiam edomandam? R. Memoria mortis, & aliorum novissimorum: Memoria Passionis, & vitæ Christi: Oratio, jejunium, eleemosyna, corporis afflictio, custodia oculorum, sensuum, & cordis, carnis mortificatio, aliisque hujusmodi multa.

COMPENDIUM DOCTRINÆ CATECHISMI ROM.

In Orationem Dominicalem.

QVid tractandum de Oratione? Resp. Primò, dicendum de Oratione in generali. Secundò, de Oratione Dominicali.

Quid considerandum de Oratione in generali? Resp. Nomen, definitio, quatuor causæ, divisio, quintum usus illius.

De nomine, definitione, & divisione Orationis.
Cap. I.

QVid significat hæc vox *Oratio*? Resp. Idem quod oris, vel oratoris actio.

Hoc loco, quomodo accipitur? Resp. Accipitur pro illa loquutione, quam homo fiuc corde, sive ore cum deo habet.

Quomodo definitur oratio? Resp. Sic, Est elevatio mentis in Deum, vel sic, oratio est optima apud Deum indigentiæ nostræ interpres.

Quomodo dividitur Oratio? Resp. Sic, Alia est mentalis, quæ fit corde, alia vocalis, quæ ore.

De fine orationis. Cap. II.

QVis est finis Orationis? Resp. Gloria Dei, & utilitas hominum.

Quomodo gloria Dei? Resp. Quia in oratione Deum honoramus, & glorificamus.

Qua ratione utilitas hominum? Resp. Quia per orationem homo multa bona à Deo obtinet.

Qui sunt effectus orationis? Resp. Duo, primus est laudare Deum, & gratias agere illi. 2. Est petere, & impetrare à deo. Primus respicit gloriam dei. Secundus hominis utilitatem.

Quis à nobis est orandus? Resp. Primò Deus. 2. B. Virgo, Angeli, & Sancti.

Eodem-ne modo Deum, & Sanctos precamur? Resp. Non. Deum enim oramus ut ipse bona det, vel liberet à malis. A Sanctis autè petimus, ut nostri apud Deum intercessores sint.

Licet ad imaginem alicujus Sancti orationem Dominicam pronunciare? Resp. Licet, cum hoc sensu, ut ille Sanctus apud Deum noster deprecator sit.

Quæ oratio ad Sanctos habenda est? Resp. Primò Sancti laudibus sunt celebrandi. 2. Petendum ab iis, ut pro nobis intercedant.

Pro quibus orandum est? Resp. Omnibus, etiam inimicis, hæreticis infidelibus, quia omnes proximi nostri sunt.

Quid illis debemus petere? Resp. Primò salutem animæ. 2. Bona corporis.

Debemus æqualiter orare pro omnibus? Resp. Primò orandum est pro Pastoribus animarum. 2. Pro Principibus. 3. Pro Iustis. 4. Pro peccatoribus. Orandum item pro animabus fidelium defunctorum.

Oratio est necessaria ad salutem? Resp. Est, quia Christus illam præcepit, & sine illa multa nobis necessaria à Deo obtinere non possumus.

Deus est promptus nostras exaudire orationes? Respon. quàm maximè, ita ut ipse dicat, *antequam clament, ego exaudiam.*

Nonne interdum fit, ut quæ petimus non impertiamur? Resp. Ita est, sed sæpe Deus ob nostram utilitatem hoc facit, *juxta illud S. Augustini: Quadam Deus negat propitius, quæ concedit iratus.* Potest etiam evenire culpa nostra, vel quia mala, & nociva petuntur, vel quia bona indebita ratione postulantur.

Deus est liberalis in concedendo? Resp. Iustè petentibus sæpissimè multò plus tribuit, quàm ipsi petant.

Quas utilitates ex oratione homines percipiunt? Resp. Plurimas, Deum enim honorant. Ab illo multa, & magna impetrant: diabolum oratione vincimus. Per illam magna lætitia afficimur. In illa omnes virtutes exercemus: nempe fidei, spei, charitatis, religionis, humilitatis, devotionis & aliarum: per illam meremur vitam æternam: satisfacimus pro peccatis & demum iræ Dei resistimus.

De materia, partibus & obiectovationis. Cap. III.

Quid est materia orationis? Resp. Illa, circa quæ oratio versatur, quæ duo sunt; una res respicit gloriam Deiralia nostram utilitatem.

Quæ sunt partes orationis? Resp. Duæ, una est gratiarum actio, quæ pertinet ad gloriam Dei. Alia est petitio, quæ nostram postulat utilitatem.

Quænam est materia gratiarum actionis? Resp. Omnia beneficia, & opera Dei. Omnia mysteria, & merita vitæ Christi. Omnia merita B. Virginis, & Sanctorum.

Quænam est materia petitionis? Resp. Omnia bona animæ, corporis, famæ, & facultatum.

Hæc bona possunt absolutè peti? Resp. Non, sed tantùm

ex conditione, si ad Dei gloriam, vel ad salutem nostram profutura sint.

De efficiente Orationis. Cap. IV.

Quænam est vera forma orandi? Resp. Illa, quam Christus docuit Ioan. 4. nempè quod orandum sit in spiritu & veritate.

Quid est orare in spiritu, & veritate? Resp. Est orare non solis labiis & verbis, sed ex animo, & intimo cordis affectu, & pietate, quia opus est.

Quæ virtutes ad orandum requiruntur? Resp. Fides, Spes, Charitas & Religio: Fides enim docet, quæ petamus; Spes dat fiduciam obtinendi: Charitas excitat ad petendum: Religio docet modum, quo nobis orandum sit.

Quotuplex est oratio? Resp. Duplex, mentalis, & vocalis.

Quæ perfectior? Resp. Mentalis.

Quot sunt gradus Orationis? Resp. quatuor. Primus est eorum, qui orant in gratia, id est cum Fide, Spe, Charitate & religione. Secundus est illorum, qui sunt in peccato mortali, & orant cum fide, spe, & religione, sed absque charitate. Tertius est infidelium, qui sine fide, & charitate orant. quartus est, illorum, qui in peccato mortali sunt obstinati.

Oratio omnium dictorum à Deo exauditur? Resp. Iusti à Deo exaudiuntur. Peccatoris non obstinati, & infidelis, ut de Cornelio Centurione patet, sæpe orationes audiuntur cùm rectè fiunt. Obstinatos in peccato Deus non audit.

De efficiente Orationis. Cap. V.

Quod est efficiens orationis? Resp. Homo qui orat, & Deus qui adiuvat.

Quomodo orat homo? Resp. Corde, & lingua. Cor autem dicit intellectum, memoriam, & voluntatem: ideo illa corde orat, qui intellectu cogitat de Deo, memoria recordatur de illo, veluti de vita Christi, voluntas elicit actum dilectionis Dei, & similia.

Quænam adiuvant orationem? Resp. Deus, Angeli, & Sancti. Item ieiunium, eleemosyna, & oratio. Item Fides, Spes, Charitas, & gratia Dei.

De uſu Orationis, & de præparatione ad illam.
Cap. V.

QVæ pertinent ad uſum Orationis? Reſp. Initium, medium, & finis.

Quale debet eſſe initium orationis? Reſ. Præparatio.

Quid facit præparatio? Reſp. Amovet impedimenta, & procurat adiuuantia.

Quæ impediunt orationem? Reſp. Superbia, Odium, Vindicta, Crudelitas, quia qui aliis crudelis eſt, non meretur Deum habere benignum.

Quæ adiuvant orationem? Reſ. Humilitas, dolor peccatorum, lectio, meditatio, cognitio ſui, ac Dei, devotio, & alia.

DE ORATIONE DOMINICALI.

Caput VII.

QVod eſt nomen huius Orationis? Reſp. *Pater noſter*, quia ſic incipit: Dicitur etiam, *Oratio dominicalis*, quia à Domino noſtro inſtituta eſt.

Quomodo poteſt definiri? Reſ. Sic, *eſt formula Chriſtiana præceptoris à Chriſto Domino inſtituta.*

Quis finis hujus orationis? Reſp. Summa gloria Dei & perfecta utilitas hominum.

Quis effectus illius? Reſ. Gratias agere, ſeu honorare ex una parte, & petere, ſeu impetrare ex alia.

In quot partes dividitur hæc oratio? Reſ. In tres: prima eſt proœmium, quod illis verbis continetur, *Pater noſter qui es in cælis*, 2. eſt oratio, & ſunt ſeptem petitiones, 3. eſt concluſio, & eſt illa particula, *Amen*.

Quæ tam eſt materia Orationis Dominicalis? Reſp. Illa, quâ petimus, nempè omnia, quæ pertinent ad glotiam Dei & ad utilitatem noſtram.

Quæ forma? Reſ. illa maxima brevitas, & facilitas.

Quod efficiens? Reſp. Chriſtus: In cujus nomine etiam dicenda eſt.

Quinam debent uti hac oratione? Reſp. Omnes, quia omnes egent beneficiis Dei, & quia ſemper egent, frequentius illa uti conveniens eſt.

Ad quam virtutem ſpectat hæc oratio? Reſ. Potiſſimùm ad ſpem, quia nemo petit ab aliquo, niſi ſpem habeat obtinendi.

De proœmio Orationis Dominicalis.
Cap. VIII.

QVod eſt proœmium orationis Dominicalis? Reſp. illa prima verba, *Pater noſter qui es in cælis*, ut dictum eſt.

Quis finis hujus Proœmij? Reſ. Præparare ad uſum orationis Dominicalis.

Quomodo præparat? &c. Proponendo Dei benignitatem & majeſtatem: illa enim verba, *Pater noſter*, oſtendunt Dei erga nos paternam benignitatem, illa verò: *Qui es in cælis* declarant divinam majeſtatem.

Quare Chriſtus voluit, quod primum verbum ſit, non *creator*, vel *Dominus*, ſed *Pater*? &c. Quia hoc nomen ad ſpem excitandam maximè valet.

Quot modis hoc nomen, *Pater*, convenit Deo? &c. Tribus, nempè primo, Creatione. 2. Gubernatione. 3. Redemptione. Pater enim filio dat eſſe, illum gubernat, & liberum, non ſernum eſſe vult: Sic Deus creat, gubernat, & à ſervitute redemit nos.

Quid potiſſimùm ſignificat hæc vox *Pater*? Reſp. Providentiam Dei erga homines.

De providentia Dei erga homines, ſeu explicatio particulæ, Patet. *Cap. IX.*

DEus habétne providentiam hominum? &c. Et hominum, & aliorum.

Qui ſunt actus hujus providentiæ? &c. Creatio, Gubernatio, Redemptio.

Quomodo Deus hominem gubernat? &c. Tum per ſeipſum, tum per Angelos.

Qua ratione per Angelos? Reſp. Quia illos ad cuſtodiam hominum deſtinavit.

Quid nobis efficiunt Angeli custodes? Resp. Removent mala, & bona conferunt.

Quæ mala amovent? Ref. Dæmonum insidias, & multa adversantia avertunt.

Quæ bona faciunt? Ref. Custodiant, præsto sunt, adjuvant regunt, ducunt, docent illuminant, defendunt: apud Deum officio internuncii funguntur.

Potestne dici, quod Deus aliquando obliviscatur hominum? Resp. Nullo modo.

Nonne Deus irascitur contra peccata, & punit illa? Ref. Ira est, sed nunquam Deus deponit hominum curam, & providentiam: & si quis hoc diceret, maximam injuriam illi afferret.

Nonne aliquando videtur justis, quod à Deo sint derelicti? Ref. Videtur, sed tecta tamen in afflictione tunc maximè nos curat Deus.

Quare Deus homines castigat? Resp. Quia proprium Patris est filios castigare.

Quibus modis castigat? Resp. Rebus adversis, & calamitatibus, veluti peste, fame, bello, grandine infirmitate, & aliis.

Fideles quid in pœnis à Deo inflictis cogitare debent? Resp. Quod Deus est Pater, & quòd plaga Patris, non est plaga, sed medicina.

Omnes adversitates de manu Dei sunt accipiendæ? Resp. Ita est quia Deus, vel effectivè, vel permissivè illas infligit, ut à Iob factum fuit.

Quod est maximum argumentum divinæ erga homines providentiæ? Resp. Opus humanæ redemptionis.

Homines quid per redemptionem consecuti sunt? Ref. Ve Filij dei, nonquidem naturales, & per naturam, ut Christus, sed adoptivi, & per gratiam effecti sunt: ex quo innumerabilia nobis bona derivantur.

De explicatione particulæ, Noster.

Cap. X.

HOmines possuntne dicere deo, *Pater noster*? Resp. Possunt, quia est Pater creationis, & gubernationis illorum, sed Christianis qui filii adoptivi effecti sunt magis proprie dicere licet deo, *Pater noster*.

Quid significat hæc vox *noster*. Resp. Tria, primò, quod

non sumus filij Dei. 2. Quod fideles sunt inter se fratres, quia eiusdem Patris Dei Filij sunt. 3. Quod sumus fratres Christi quia cum illo Dei filij sumus.

Quare Christus instituit, ut diceatur, *Pater*, non *meus*, *noster*? Ref. Ad significandum fraternitatem, quam fideles inter se habent.

Dantur-ne inter homines plures gradus filiationis? Resp. Dantur præcipue tres: primus convenit omnibus hominibus, qui ad imaginem Dei facti sunt.

Secundus est adoptionis, & hic convenit Christianis, qui gratiam Dei habent.

Tertius est generationis, & per naturam, & hic convenit soli Christo.

Dantur plures gradus fraternitatis? Ref. Tot sunt gradus fraternitatis quot filiationis: Ideo omnes homines sunt invicem fratres, sed multò magis Christiani, qui filij adoptivi sunt. Demum cum Christo fraternitatem habemus.

De explicatione particulæ: Qui es in cœlis. *Cap. XI.*

DEus ante creationem mundi ubi erat? Ref. In seipso.

Post creationem mundi ubi est? Ref. In seipso.

Deus est in mundo? Resp. Est, licet verius diceretur mundum esse in Deo.

Deus est ubique locorum? Resp. Vbique.

Deus est distributus in partes juxta loca mundi? Resp. Non, quia Deus indivisibilis est, ideo est totus in toto mundo, & totus in qualibet ejus parte.

Deus circumscribitur à loco mundi? Resp. Deus nullis finibus potest circumscribi, quia immensus est, ideo non circumscribitur à loco mundi.

Deus implet cœlum, & terram? Resp. Ita est, & si alij essent mundi, illos implerei.

Cum Deus sit ubique, cur hoc loco dicitur, qui es in cœlis? Ref. Quia cœli sunt nobilissima pars mundi, loquendo de corporibus. Ideo Deus dicitur habitare in illis.

Quid significat hoc verbum, *qui es in cœlis*? Resp. Dei summam majestatem, & dignitatem.

Ad quid appositum est? Ref. Vt homines cum humilitate & reverentia ad Deum illum deprecaturi accedant.

De explicatione prima petitionis. Cap. XII.

QUid est petitio? Resp. Est nostri desiderij explicatio.

Quis finis petitionis? Resp. Impetrare.

Quot sunt petitiones in hac oratione? Resp. Septem.

Quæ materia illarum? Resp. Omne bonum desiderabile, tum divinum, tum humanum.

Quid est desiderium? R. *Est appetitus rei non habita.*

Petitio est semper eorum, quæ desideramus? Resp. Semper.

Quænam sunt desiderabilia? R. Omnia bona, quibus caremus, & egemus.

Septem petitiones quomodo distinguuntur? R. Tres primæ pertinent ad Deum, quatuor ultimæ ad homines.

Postulamus aliquid petere, & desiderare à Deo? R. Postulamus.

Deus potest-ne egere, & carere aliquas re? R. Cùm Deus in seipso beatissimus sit, nulla re intrinsecus egere potest. Ad extra verò homines illi gloriam, & honorem afferre, & desiderare possunt.

Quare petitiones ad Deum pertinentes primo loco positæ sunt? R. Ad demonstrandum quòd Deus super omnia est diligendus: cætera autem omnia propter ipsum Deum diligi debent.

Quid postulamus in prima petitione? R. Christum & perfectam de Deo cognitionem.

Quibusnam hanc petimus cognitionem? R. Omnibus, Infidelibus, Judæis, Hæreticis, Peccatoribus, Justis.

Petimus omnem cognitionem de Deo, de Ecclesia, de S. Evangelio, & aliis ad Christianam professionem pertinentibus? R. Ita est.

Quid significat illud verbum, *Nomen*? Resp. Notitiam, & cognitionem.

Cur dicitur, *Tuum*? R. Ad declarandum, quod de Deo cognitio postulatur.

Quare dicitur, *Sanctificetur nomen tuum*? R. Ad declarandum, quod talis cognitio desideratur, qua sanctum divini nominis cognita sit.

Cur petimus sanctificationem divinis nominis, cum ex seipso

seipso sanctum, & terribile sit? Resp. Aliud est sanctitas divini nominis, aliud cognitio sanctitatis: hic petitur cognitio sanctitatis, item ut homines illud tanquam sanctum digno honore afficiant.

Illa verba, *sicut in cælo & in terra* referuntur etiam ad hanc petitionem? Respondeo, Ita esse affirmant sacri Scriptores.

Quid significant dicta verba? Resp. Nos desiderare quod talis honor detur divino nomini in terris qualis datur illi in cælis.

De explicatione secunda petitionis. Cap. XIII.

REgnum à quo denominatur? Respondeo, A Rege, vel à regendo.

Quid est regnum? Resp. Est multitudo hominum ab aliquo Rege gubernata.

Quid in secunda petitione postulamus? Resp. Ut Regnum Dei veniat ad nos, sicut in cælo, & in terra.

quid est petere regnum Dei? Resp. Est petere, ut Deus tanquam Rex gubernet nos.

Expedit hominibus, ut à Deo gubernati sint? Resp. Omnino, quia Deus liberalissimè providet de omnibus iis quos gubernat.

quotuplex regnum Dei? Resp. Triplex. primum est, naturæ, quo Deus in omnibus rebus naturalibus dominatur, & regnat. 2. Est gratiæ, quo Ecclesiam Catholicam gubernat. 3. Gloriæ in beatis.

quid hoc loco postulamus? Resp. Petimus, ut Deus nobis regnum naturale perficiat: regnum quoque gratiæ, & gloriæ concedat: diaboli verò regnum, & tyrannidem destruat, & dissipet.

De explicatione tertiæ petitionis. Cap. XIV.

QUid est voluntas Dei? Resp. Est sana omnis honestatis, & primæ regulæ omnium actuum humanorum.

quotuplex voluntas Dei? Resp. Duplex, beneplaciti, & signi. Illa dicitur Beneplaciti, quæ absolutè in seipsa consideratur. Illa verò signi, quæ à Deo hominibus significata est.

quot sunt signa divinæ voluntatis? Sunt quinque

Primum, Præceptum. 2. Prohibitio. 3. Concilium. 4. Operatio. 5. Permissio. Hæc enim divinam indicant voluntatem, quomodo hoc loco accipitur voluntas? Resp. Pro voluntate signi accepta est, potissimum autem pro lege Dei accipi potest.

Iussum est ut homines faciant voluntatem Dei? Resp. Iussissimum.

Homo potest deviare à voluntate Dei, & contrariari illi? Resp. Potest ob liberum arbitrium.

Homo post peccatum Adæ habet-ne voluntatem proclivem ad malum? Resp. Habet.

Liberum arbitrium hominis modò est viribus attenuatum, & ad malum inclinatum? Resp. Est.

Sensus, caro, fames, concupiscentia inclinant-ne hominem ad malum? Resp. Inclinant.

Homo potest viribus naturæ, vel ex libero arbitrio bene agere, & salvari? Resp. Sine auxilio Dei non potest.

Hæc proclivitas hominis ad malum est magna illius miseria? Resp. Maxima.

Quod est remedium illius? Resp. Obedientia, & conformitas divinæ voluntati.

Quid in hac petitione postulamus? Resp. Petimus sequentia.

Primò, ut totus orbis terrarum fidem, & cognitionem divinæ voluntatis accipiat.

2. Ut Deus à pravis cupiditatibus liberet nos.

3. Ut concedat nobis detestari omnia, quæ divinæ voluntati contraria sunt.

4. Ut det nobis veram obedientiam, & nos totos conformes ad suam voluntatem.

Quid significant illa verba *Fiat voluntas &c.* Explicant debitum nostrum esse, ut ubique homines perfectè obediant divinæ voluntati.

Quid explicant illa *sicut in cælo & in terra*? Resp. Declarant nos desiderare, ut obedientia erga Deum ita perfecta sit in terra, sicut in cælo est.

De explicatione quartæ petitionis. Cap. XI.

QVid in quatuor ultimis petitionibus postulamus? Resp. Concessionem omnium bonorum, & liberationem ab omnibus malis.

Quid in quarta petitione postulamus? Resp. Omnia bona tum animæ, tum corporis.

Corpus hominis eget multis bonis, ut vivat? Resp. Ita est, præcipuè post Adæ peccatum.

Potestne cum facilitate illa obtinere? Resp. Non, quia terra à Deo maledicta est, & in sudore vultus sui homo debet quæ corpori necessaria sunt, obtinere.

Quodnam remedium huic malo? Resp. Quod Deus benedixerit nobis, & aperiens manum suam omne animal impleat benedictione.

Quâ ratione homo hanc Dei obtinebit benedictionem? Resp. Humili, & devota petitione.

Homo rebus à Deo obtentis quomodo uti debet? Resp. Omnia ad Dei glotiam & proximorum utilitatem referri debent. Item debet illa accipere de manu Dei, & gratias agere de eisdem.

Quid cogitandum in usu rerum temporalium? Rs. Primò quod sunt beneficia Dei. 2. Quod non sunt diligendæ, vel appetendæ, vel procurandæ nisi juxta à Deo legem homini datam. 3. Quod homo aliena usurpare non debet, sed proprio labore, & industria, & bonis artibus necessaria parare. 4. Si divitiæ suppetant moderatè illis utendum est, & pauperibus distribuendæ. Si angustia sit rei familiaris, nostris peccatis causa tribuenda est.

Anima egetne bonis spiritualibus? Resp. Omninò.

Quæ sunt ista bona? Resp. Gratia Dei, virtutes infusæ, lex Dei, Angelorum custodia, Magistratus, sacra Scriptura, Sacramenta, & alia.

Quid significat illa vox, *Panis*? Ref. Primò omnia corporis bona, ut domus, vestis, cibus, sanitas, medicina, & alia.

2. Significat verbum Dei. 3. Eucharistiam, quæ animæ cibus, & panis est.

Quid significat hæc vox *Nostrum*? Ref. Dicitur, *noster*, non quia à Deo nobis datur non sit, sed quia nostris laboribus non furto, aut fraude est acquirendus.

Cur dicitur *quotidianus*? Rs. Ut oftendatur nos petere cibum ordinarium & minimè exquisitum. Item petere provisionem in dies, non in menses, vel annos. Item quia quotidie illo egemus, & quotidie petendus est.

Quid significat dictio, *Da* ? Resp. Nos confiteri quod à Deo bona temporalia accipimus, & ideo etiam de illis agimus gratias.

Quare dicitur non *mihi*, sed *nobis* ? Resp. Quia panem pro omnibus postulamus.

Cur dicitur, *hodie* ? Resp. Quia quotidie illo egemus, & quotidie à nobis petendus est.

Eucharistia estne panis quotidianus ? Resp. Est, quia quotidie ab Ecclesia in Missa Deo offertur, & quotidie à fidelibus sumi potest.

De explicatione quinta petitionis. Cap. XV.

QVid est peccatum ? Resp. Est offensa Deo facta.

Quisnam mali effectus peccati ? Resp. Innumeri, qui privat omnibus verè bonis, & cumulat omnibus, tum animæ, tum corporis malis, si peccatum mortale sit.

Peccata venialia privant gratia Dei? Resp. Non.

Homines etiam justi sæpe hæc venialia committunt ? Resp. Ita est.

Quod est remedium contra peccatum? Resp. Remissio à Deo obtenta.

Deus vult remittere nobis peccatum ? Resp. Si nollet remittere, non induceret nos ut hanc remissionem in hac petitione postularemus.

Quæ sunt media ad hanc obtinendam remissionem ? Resp. Passio Christi per bonum usum Sacramentorum hominibus applicata.

Quid in hac petitione postulamus ? Resp. Auxilium à Deo, ut faciamus ea, quæ opus est ut remissionem peccatorum obtineamus : demum ut peccata nobis remittat.

Quid significat verbum, dimittere ? Resp. A Deo remissionem peccatorum nobis concedi.

Quid explicat illud verbum, debita ? Resp. Idem, quod peccata, per hæc enim homo fit debitor ad pœnas luendas & ad Deo satisfaciendum.

Cur dicuntur, *Nostra* ? Resp. Quia nos illa commisimus.

Cur dicitur, *Nobis*, non, *Mihi* ? Resp. Quia toti mundo hanc remissionem postulamus.

Quare additur, *Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*, Resp. Vt declaretur justum esse, ut qui vult sibi à Deo remitti, remittat & alijs. Item ut petamus à Deo auxilium,

quo alijs injurias nobis illatas remittere possimus.

qui nondum remisit injurias, potest sine peccato verba dicta proferre ? Resp. Potest, tum quia in persona Ecclesiæ hanc recitat orationem : tum quia petit auxilium à Deo ut illas remittere possit.

De explicatione sexta petitionis. Cap. XVI.

QVid est tentatio? Resp. Est impulsus ad peccatum, seu bellum cum diabolo.

Homines à quo tentantur ad malum ? Resp. A diabolo, Mundo, & à Carne.

Diabolus potest tentare quantum, & quandiu vult, & sine permissione Dei ? Resp. Non, quia potestas diaboli Deo nutu gubernatur.

Deus permittitne diabolo, ut tentet ? Resp. Permittit ob triplicem finem, & primò ad gloriam Dei, ut Deus ostendat se posse homines quamvis infirmissimos in tanta tentatione, & bello victores efficere. 2. Ad utilitatem hominum, quia ex victoria tentationis magnum meritum consequuntur. 3. Ad confusionem diaboli, qui victus ab homine cum magna confusione discedit.

Quinam à diabolo tentantur ? Resp. Omnes, Ipsemet Christus, & Apostoli tentati sunt.

Diabolus tentatne magis bonos, an malos ? Resp. Bonos, quia diabolo contrarij sunt, mali enim sponte se diabolo subdunt.

Homo potestne propria virtute diaboli tentationes superare ? Resp. Non, sed ad Dei patrocinium confugere opus est.

quid in hac petitione postulamus? Resp. Non petimus, ut Deus nos ab omni liberet tentatione: sed ne permittat nos vinci à tentatione?

quid est induci in tentationem? Resp. Est vinci, & superari à tentatione.

Deus induxit aliquos in tentationem ? Resp. Non induxit effectivè, seu impulsivè, sed tantum permissivè, nempe cum permittit, ut pigri, & negligentes in tentatione vincantur.

Homo potestne perseverare in justitia à Deo acceptâ ? Resp. Donum perseverantiæ à Deo est accipiendum, ideo ab illo, summo studio est postulandum.

Quid significat dictio, *Da* ? Resp. Nos confiteri quod à Deo bona temporalia accipimus, & ideo etiam de illis agimus gratias.

Quare dicitur non *mihi*, sed *nobis* ? Resp. Quia panem pro omnibus postulamus.

Cur dicitur, *hodie* ? Resp. Quia quotidie illo egemus, & quotidie à nobis petendus est.

Eucharistia estne panis quotidianus ? Resp. Est, quia quotidie ab Ecclesia in Missa Deo offertur, & quotidie à fidelibus sumi potest.

De explicatione quinta petitionis. Cap. XV.

QVid est peccatum ? Resp. Est offensa Deo facta.

Quisnam mali effectus peccati ? Resp. Innumeri, qui privat omnibus verè bonis, & cumulat omnibus, tum animæ, tum corporis malis, si peccatum mortale sit.

Peccata venialia privant gratia Dei? Resp. Non.

Homines etiam justi sæpe hæc venialia committunt ? Resp. Ita est.

Quod est remedium contra peccatum? Resp. Remissio à Deo obtenta.

Deus vult remittere nobis peccatum ? Resp. Si nollet remittere, non induceret nos ut hanc remissionem in hac petitione postularemus.

Quæ sunt media ad hanc obtinendam remissionem ? Resp. Passio Christi per bonum usum Sacramentorum hominibus applicata.

Quid in hac petitione postulamus ? Resp. Auxilium à Deo, ut faciamus ea, quæ opus est ut remissionem peccatorum obtineamus : demum ut peccata nobis remittat.

Quid significat verbum, dimittere ? Resp. A Deo remissionem peccatorum nobis concedi.

Quid explicat illud verbum, debita ? Resp. Idem, quod peccata, per hæc enim homo fit debitor ad pœnas luendas & ad Deo satisfaciendum.

Cur dicuntur, *Nostra* ? Resp. Quia nos illa commisimus.

Cur dicitur, *Nobis*, non, *Mihi* ? Resp. Quia toti mundo hanc remissionem postulamus.

Quare additur, *Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*, Resp. Vt declaretur justum esse, ut qui vult sibi à Deo remitti, remittat & alijs. Item ut petamus à Deo auxilium,

quo alijs injurias nobis illatas remittere possimus.

qui nondum remisit injurias, potest sine peccato verba dicta proferre ? Resp. Potest, tum quia in persona Ecclesiæ hanc recitat orationem : tum quia petit auxilium à Deo ut illas remittere possit.

De explicatione sexta petitionis. Cap. XVI.

QVid est tentatio? Resp. Est impulsus ad peccatum, seu bellum cum diabolo.

Homines à quo tentantur ad malum ? Resp. A diabolo, Mundo, & à Carne.

Diabolus potest tentare quantum, & quandiu vult, & sine permissione Dei ? Resp. Non, quia potestas diaboli Deo nutu gubernatur.

Deus permittitne diabolo, ut tentet ? Resp. Permittit ob triplicem finem, & primò ad gloriam Dei, ut Deus ostendat se posse homines quamvis infirmissimos in tanta tentatione, & bello victores efficere. 2. Ad utilitatem hominum, quia ex victoria tentationis magnum meritum consequuntur. 3. Ad confusionem diaboli, qui victus ab homine cum magna confusione discedit.

Quinam à diabolo tentantur ? Resp. Omnes, Ipsemet Christus, & Apostoli tentati sunt.

Diabolus tentatne magis bonos, an malos ? Resp. Bonos, quia diabolo contrarij sunt, mali enim sponte se diabolo subdunt.

Homo potestne propria virtute diaboli tentationes superare ? Resp. Non, sed ad Dei patrocinium confugere opus est.

quid in hac petitione postulamus? Resp. Non petimus, ut Deus nos ab omni liberet tentatione: sed ne permittat nos vinci à tentatione?

quid est induci in tentationem? Resp. Est vinci, & superari à tentatione.

Deus induxit aliquos in tentationem ? Resp. Non induxit effectivè, seu impulsivè, sed tantum permissivè, nempe cum permittit, ut pigri, & negligentes in tentatione vincantur.

Homo potestne perseverare in justitia à Deo acceptâ ? Resp. Donum perseverantiæ à Deo est accipiendum, ideo ab illo, summo studio est postulandum.

Omnes homines tenentur credere doctrinæ, & obedire legi illius: & qui hoc non præstat, impossibile est quòd salvetur.

De divisione sancti Evangelij.

SAnctum Evangelium à sacro Conc. Trid. in duas partes principales divisum est, quæ sunt, *Doctrina* & *Lex*, seu Fides, & disciplina morum: de quibus jam dictum est. Catechismus, & majores nostri ante illum, S. Evangelium in quatuor partes diviserunt. In quarum prima docent, dari doctrinam omnium fidei veritatum. In secunda, dari media ad obtinendam gratiam Dei, & applicationem meriti Christi, nempe Sacramenta. In tertia determinati opera illa, quibus homo debet mereri vitam, & bene uti mediis ad illam consequendam, & hoc in Decalogo, & in Conciliis Evangelicis fit. In quarta datur medium, ut pro tempore auxilia, & beneficia Dei opportuna obtineamus: & hoc fit per orationem Dominicalem. Harum igitur partium talis est ratio, atque divisio.

Prima pars, *id est*, Symbolum, docet omnes veritates de ultimo fine, de mediis, & de bono usu illorum.

2. Nempe Sacramenta tradit media ad obtinendam gratiam, & applicationem meriti Christi.

3. Hoc est Decalogus, Præscribit usum gratiæ determinando opera, quæ cum illa facienda sunt, ut quis meritum obtineat vitæ æternæ.

Quarta Oratio Dominicalis dat medium ad obtinenda pro tempore auxilia, & beneficia Dei.

Hæc secunda divisio ita convenit cum prima. S. Evangelium divisum est tanquam in partes principales in doctrinam, & legem. Lex in tres partes subdivisa est: quarum prima continet media, seu instrumenta gratiæ. 2. Opera meritoria. 3. Medium ad auxilia, & beneficia Dei obtinenda. Ideo divisio eadem erit. Nunc de verbo Dei, in quo sanctum Evangelium continetur, dicendum est.

De verbo Dei, scripto, & non scripto.

VErbum dicitur ex eo, quòd aërem verberet: cùm enim proferimus verba, aërem verberamus.

Sic potest diffiniri. *Verbum est vox significativa eorum quæ in animo sunt.*

Materia verbi est res significata: Forma ipsa significatio: Finis tem in animo occultum alteri manifestare: Efficiens est ille, qui loquitur.

Verbum Dei est illud à Deo in Christo, in Apostolis, & in Prophetis prolatum est. Ejus materia principalis est S. Iesu Christi Evangelium: quia hæc est res à verbo Dei significata. Finis est homini manifestare, quid velit Deus ab homine fieri ut salvetur. Forma est ille modus loquendi atque significandi.

Proprietas verbi Dei est, quòd sit infallibilis veritatis, & quòd omnes absolutè illi credere absque ulla dubitatione teneantur.

Divisio verbi Dei potest esse talis: Verbum Dei aliud explicat veritates fidei, aliud morum disciplinam: & hæc divisio à materia desumpta est.

Altera est ad hæc, verbum Dei aliud est scriptum, aliud non scriptum.

Scriptum est illud, quod Deus locutus est per Scripturam: & hoc appellatur sacra Scriptura, quæ dividitur in vetus & novum Testamentum: Vetus est illud, quod ante Christum Deus dedit: Novum quod à Christo traditum est.

Verbum Dei non scriptum est illud, quod à Deo sine scriptura, sed ore tenus prolatum est: sicut à Christo factum fuit, qui non Scripturæ, sed ore locutus est, & hoc verbum appellatur divina Traditio, & est tantæ authoritatis sicut sacra Scriptura, & opera Spiritus sancti per omnia sæcula conservatur in Ecclesia, & sanctum Evangelium in verbo Dei, tam, scripto, cum non scripto traditum est.

Hujus verbi Dei Spiritus sanctus est verus, & legitimus interpres quia ipse potest scire, quid Deus voluerit verbo suo significare. Ideo Christus de Spiritu sancto dixit, *ille docebit vos omnem veritatem*. Unde vera, & germana intelligentia, & interpretatio verbi Dei à Spiritu sancto sumenda est: Veritas autè & puritas S. Evangelij à vera, & germana verbi Dei intelligètia, & interpretatione accipi debet.

De summa, seu Compendio S. Evangelij.

SCiendum est, quod S. Evangelium est medium omnibus necessarium ad salutem, ideo tali ratione à verbo Dei explicandum erat, ut illius notitia omnibus accommodata esset. Cùm ergo aliqui sint sapientes, alij insi-

qua definitione quatuor causæ Evangelij item partes ipsius colligi possint, ut autem istæ definitiones clarius intelligantur : aliqua de fine hominis , & mediis ad illum explicanda.

Sciendum ergo quòd scientia moralis ad summum tria considerat, nempe finem , media , & bonum usum mediorum. Ideo Philosophia Christiana , quæ scientia moralis est, de his tantùm considerabit. Finis autem hominis ex facto Corr. Trid est gloria Dei , & Christi : ac vita æterna : seu beas ut colendus & fruendus. Medium proximum ad hunc finem obtinendum est meritum vitæ æternæ, seu opera meritoria illius. Impossibile est enim ut quis sine hoc merito salvetur ad vitam æternam. Nam infantes salvantur per solum meritum Christi , per baptismum illis applicatum adulti per meritum, tum Christi, tum per proprium salvi fiunt. Ad hoc meritum proprium obtinendum absolutè necessaria est gratia , quia sine illa nullum opus Deo gratum ad vitam æternam esse potest. Ad obtinendam gratiam omnino meritum Christi homini applicatum necessarium est : quia sine ipso nullus Deo gratus eradit: meritum Christi per Sacramenta applicatum est. Ideo quatuor sunt media ad ultimum hominis finem consequendum, nempe meritum proprium, gratia, meritum Christi, & Sacramenta, quæ inviceim subordinata sunt. Horum mediorum bonus usus necessarius est ; ut autem homines illis bene utantur , auxilium à Deo opus est obtinere. Et ad hæc tria totum hominis studium , & cogitatio dirigi debet.

Ex his apparet quod si sanctum Evangelium est verum, & unicum, & completum medium nostræ salutis, omnino necesse est, quòd tria faciat, nempe primò determinet nobis ultimum finem. 2. per opportuna media ad illum obtinendum. 3. doceat , & det auxilia ad bonum usum mediorum: Sic enim completam nostræ salutis rationem tradet: Ob hoc Christus duo facit in Sancto Evangelio. Primò docet, & illuminat intellectum , ita ut cognoscat & ultimum finem, & media, & bonum usum mediorum, & hac ratione Christus dicitur magister , quia docet : & sanctum Evangelium dicitur continere doctrinam , & explicare veritates fidei , nempe illas quæ dictæ sunt: & homines debent

credere tanto Magistro , & doctrinæ illius , ut sint fideles. 2. Christus dat media (est enim mediator) dirigit, adjuvat , movet tum voluntatem , tum omnes hominis potentias ad operandum juxta cognitionem , quæ à fide tradita est : & hoc modo Christus dicitur Dominus & Salvator , quatenus dat media , quibus homo salvetur. Dominus , quatenus dat legem & præcepta , quibus bonum usum mediorum , & opera meritoria præscribit , & determinat : & hac ratione S. Evangelium dicitur continere disciplinam morum. Unde fit , quòd S. Evangelium in duas partes divisum sit , in quarum una continetur doctrina , & fides, & veritates fidei, & cognitio eorum , quæ pro salute facienda sunt. In alia habentur præcepta , & leges , & auxilia , & media , & usus mediorum & dicitur disciplina morum : quia potius ad exequutionem , quàm ad cognitionem pertinet.

Verè ergo S. Evangelium est unicum , & completum medium nostræ salutis.

Verè est fons omnium veritatum fidei , quia doctrinam illarum tradit.

Verè est fons totius disciplinæ morum qua præcipit , omnia , quæ pro æterna salute obtinenda facienda sunt : & non solum præcipit ; sed etiam media , ac opportuna auxilia confert , ac præbet. Et ex hoc quænam sunt causæ sancti Evangelii apparebit.

De quatuor causis sancti Evangelij.

Finis sancti Evangelij est gloria Dei , & Christi , ac vita æterna hominum.

Materia sunt omnes veritates fidei , & tota morum disciplina. Forma explicatur his duobus verbis. *Doctrina* , & *Lex: Doctrina*, quia docet, *Lex*, quia præcipit, dirigit, movet, adjuvat.

Efficiens est Christus , qui ut Magister doctrinam docet : Ut Dominus legem dat , & præcipit : Ut Salvator dat media , dirigit, adjuvat ad salutem.

Proprius effectus S. Evangelij est dirigere homines ad æternam salutem consequendam.

Proprietates illius sunt, quòd sit schola omnium veritatum, Sol animæ : portus salutis: magister intellectus : dux voluntatis : via, veritas & vita : Paradisus terrestris : porta cœli, & plures aliæ.

De explicatione 7. Petitionis & de particula, Amen.
Cap. XXVIII.

QVid est malum? Resp. Est illud, quod naturæ hominis contrariatur.

Quotuplex malum? Resp. Aliud culpæ, aliud pœnæ.

Quid est malum culpæ? Resp. Est aversio à Deo, & conversio ad creaturas.

Quid est malum pœnæ? Resp. Est res afflictiva ad castigationem culpæ homini data.

Homines abundantes malis pœnæ? Resp. Voluntatem in illis, juxta illud Iob *homo repletur multis miseriis.*

Datur aliquod remedium ad illa? Resp. Datur, nempe devotus ad Deum recursus.

Quid in hac petitione postulamus? Resp. Primò liberari ab omnibus malis, quæ vere sunt mala. Liberati ab auctore mali, *id est*, diabolo. 3. Adjuvari à Deo in tribulationibus, & angustiis. Demum à quocunque malo, tum animæ, tum corporis liberari.

Quænam est conclusio orationis Dominicalis? Resp. Illa vox, *Amen.*

Quid significat? Resp. Sic: *Scito tuas auditas esse preces* vel hic, *Factum est.* Alibi enim significat, *Fiat*: Hic autem *factum est.* Ideo Sacerdos in Missa post Orationem Dominicalem dicit, *Amen.* In aliis orationibus Clericus profert hanc vocem, *Amen.*

OPVSCVLVM DE S. EVANGELIO,

Et de summa, & de explicatione illius:

Item de verbo Dei scripto, & non scripto:

Necnon de Catechismo, & illius doctrina, prout in hoc libro proposita est.

SI Lectori aliqua detur cognitio de sancto Evangelio, & de summa, & explicatione illius. Item de verbo Dei, scripto, & non scripto; maximum lumen ad clarius, facilius, & profundius intelligenda, quæ à Catechismo Romano proposita sunt, datum erit. Idcò de dictis, brevis, sed methodica tractatio nunc proponitur.

De nomine & definitione S. Evangelii.

HOc nomen *Evangelium* significat bonum nuncium: sic dictum, quia in illo æterna salus hominibus annunciatur.

Sic potest definiri. *Evangelium est verum, & unicum medium nostræ salutis.* A Sacro Conc. trid. sic definitur. *Est tanquam fons omnis, & salutaris veritatis, & morum disciplina, quod Dei Filius propriis oris primò promulgavit, deinde per suos Apostolos omni creaturæ prædicari jussit.*

pientes : utrisque autem cognitio sancti Evangelii proponenda fuisset, Deo sic disponente effectum est, ut sacrum Evangelium duplici modo traditum sit, nempe, & diffuse multis, & summatim, seu compendiosè paucissimis verbis. Diffuse quidem proponitur in sacra Scriptura, tum veteris, tum novi Testamenti. Brevissimè autem in Symbolo Apostolorum in Decalogo, in Oratione dominicali, & in septem Sacramentis explicatum est. Summa igitur, vel Compendium sancti Evangelii sic potest definiri: *Est brevissima collectio eorum omnium, quæ Christus Evangelio docuit, vel præcepit.* Dicitur, docuit, ad explicandum quod omnis Doctrina summatim collecta est. Dicitur, præcepit, ad declarandum, quod tota legis substantia collecta fuit. Hanc summam Christus præcepit Apostolis, ut omnes homines docerent, cum illis dixit, *Docentes eos servare omnia quæcumque mandavi vobis*: Ecce dicit *Omnia*, & *quæcumque*, ut summam jam dictam declararet.

Hæc summa in quatuor partes divisa est, quæ sunt, Symbolum Apostolorum, Sacramenta, Decalogus, & Oratio Dominicalis, ut antea dictum est.

Symbolum breviter colligit doctrinam à Christo traditam, nempe veritates fidei, de ultimo fine, de mediis, de mediatore, & de bono usu mediorum. Oratio Dominicalis breviter colligit illa omnia, quæ à Deo petenda, atque speranda sunt. Septē Sacramenta colligunt media quibus gratia confertur, & meritum Passionis Christi communicatur: Decalogus summatim colligit præcepta, & consilia, quibus opera enumerantur quæ vitam æternam merēri possunt. Ideo hæc quatuor paucissimis verbis completa continent summam S. Evangelij: ideo hujus summæ quatuor causæ sunt. Materia est, S. Evangelium: forma est illa brevissima, & completa collectio eorum omnium quæ à sancto Evangelio pro salute hominum proposita sunt: Finis est reddere facillimam omnibus, tum cognitionem, tum usum & doctrinæ, & Legis à Christo in Evangelio latæ: Efficiens hujus summæ est Deus, qui per seipsum in lege veteri dedit decalogum: Per unigenitum Filium suum in lege nova dedit Sacramenta, & Orationem dominicalem: Per sanctos Apostolos Spiritu sancto afflatos dedit Symbolum, quod Apostolorum vocatum est. Ideo hæc est vera, & certa & completa Summa sancti Evangelij.

De explicatione S. Evangelij, & summa illius.

Quatuor partes S. Evangelij jam dictæ sunt veluti quatuor partes, de quibus illud Spiritus sancti dictum potest verificari: parvuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis: Plurimi enim parvuli hos integros panes frangere non possunt, ideo opus habent ut ab aliquo in minutiores partes divisi sint. Hæc autem divisio nihil aliud est, quàm dictarum partium vera, pura, Catholica, & fidelis explicatio atque interpretatio. Ideo dicta explicatio necessaria est, & causæ illius sunt.

Materia est summa S. Evangelij, seu quatuor partes illius, quæ dictæ sunt, quia istæ debent explicari.

Finis debet esse, ut fideles per dictam explicationem summæ sancti Evangelij claram, facilem, veram, puram, & sine errore obtineant cognitionem.

Forma debet esse, ut talis explicatio juxta veram, & germanam verbi dei intelligentiam, & interpretationem data sit. Verbum enim dei est juxta Concilium, veluti limpidissimus fons, à quo Evangelicæ veritates sunt derivandæ.

Efficiens veræ, & germanæ explicationis rum verbi dei, tum Evangelicæ summæ est Spiritus sanctus, de quo dictum est, *ille docebit vos omnem veritatem*. Ipse enim plenissimè, scit quæ intra deum sunt, & quid deus voluerit verbis à septuaginta significare.

Homines ut homines sunt, mendaces vocari possunt, juxta illud, *Omnis homo mendax*: ideo nullus homo, quantumvis excellentissimi ingenij, debet sibi arrogare, ut à seipso veram possit totius summæ sancti Evangelij percipere intelligentiam. Sed neque patris, nisi à Spiritu sancto edoctus sit.

Homines Spiritu sancto afflati, & ab illius assistentia adjuti, ut veram verbi dei, & S. Evangelij explicationem percipiant, possunt veras de S. Evangelio, & de verbo dei explicationes afferre. Et verum est, quod Spiritus sanctus potest assistere cui vult ad veram verbi dei intelligentiam obtinendam: sed si homines non sunt certi de hac assistentia. Quòd huic, vel illi data sit, neque etiam pote-

runt esse certi; quod explicatio è tali homine data, vera, & indubitabilis sit. Si autem habetur certitudo, quod Spiritus sanctus huic homini, vel illis hominibus ita assistat, ut non permittat, quod ille, vel illi in explicatione S. Evangelij errare possint, tunc certitudo de veritate talis explicationis habita erit.

Sola autem promissio Dei, quæ nunquam fallitur, potest reddere homines certos, quod assistentia infallibilis Spiritus sancti huic, vel illi data sit.

Sed hæc promissio duobus tantùm in Evangelio à Christo facta est, nempe Ecclesiæ, & summo Pontifici Rom. qui Petri successor est: De Ecclesia enim scribitur: *Portæ inferi non prævalebunt adversus eam*: Item, *si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus, & Publicanus*. Item: *Ecclesia est columna & firmamentum veritatis*. De S. Petro, & successoribus Christus dixit: *Rogavi pro te Petre, ut non deficiat fides tua*. Et ut ostenderet talem promissionem ratione sui officij illi datam, addidit: *Et tu aliquando conversus confirma fratres tuos*. Confirmare enim fratres ad primatus Petri officium pertinebat, ideo talis promissio ad successores in officio transfata est, quia in illis multo magis quàm in Petro necessaria erat.

Quod Christus alicui alteri promiserit talem assistentiam Spiritus sancti: ut in fide errare non possit, nullibi apparet, ut eorum est.

Ex dictis igitur colligi potest quod stante promissione Christi facta Ecclesiæ & Pont. Rom. de infallibili assistentia Spiritus sancti ad veram intelligentiam & interpretationem verbi Dei, & S. Evangelij, quæ ab illis tradita est, pro vera & germana sit accipienda: & quo omnes explicationes, quæ illi contrariantur, sunt tanquam falsæ, & adulterinæ rejiciendæ.

Hinc fit ut explicatio sancti Evangelii, quæ ab Ecclesia Catholica proposita est, absque ulla dubitatione sit accipienda. Et ideo cum explicatio Cat. Rom. ex Decreto sacri Conc. Tr. Et ex jussu Pont. Max. ex consequenti ab ipsamet Ecclesia Catholica proponatur, omnibus aliis explicationibus ita præferri, atque præponi debet ut in illa ab omnibus firmiter, & indubitanter sit quiescendum. Nunc de dicto Catechismo aliqua proponantur.

De Catechismo Romano.

CAtechismus idem significat, quod institutio.

Sic potest definiri: *Est liber veram, & Catholicam S. Evangelij explicationem proponens.*

Materia, seu subjectum illius sunt duo, nempe 1. completa, & distincta summa S. Evangelij. 2. vera, & Catholica explicatio illius à verbo Dei fideliter derivata.

Forma est modus, quo talis explicatio proposita est: Proponitur autem ratione tum ad intellectum, tum ad voluntatem: item tam ad docendum, quàm ad discendum accommodata, & ordinatè methodica, atque perfecta illius tractatio est. Probationémque tum ex verbo Dei, tum ex usu Ecclesiæ, & ex ratione desumptas affert.

Finis est reddere homines, & fideles certos de vera, & Catholica S. Evangelij, & ejus summæ explicatione: ita ut ob talem moti certitudinem ad propositam explicationem tum docendam, tum addiscendam fideles ubique inducantur & impellantur.

Efficiens Catechismi fuerunt Patres à sancto Concilio prius edocti, postea electi; quibus Ecclesiæ authoritas addita est: Ita ut de particulari assistentia Spiritus sancti dubitandum non sit: verum in Catechismo tria desideranda sunt, nempe primò, doctrina in illo contenta: secundò, Collectio, & dispositio illius. 3. Ejusdem publicatio. Doctrinæ Catechismus non est author, quia à verbo Dei & ab explicatione majorum accepta est: Collectionis verò, & dispositionis author dici potest: Sed causa efficiens publicationis tum sacrum Concilium, tum Roman. Pontifex dici debent: Et hæc de S. Evangelio, & de Catech. dicta sint. Nunc aliqua de præsenti libro seu opere sunt decenda.

De materia, fine, & usu hujus libri.

HIc liber inscribitur, & nominatur, doctrina S. Conc. Trid. & Catech. Roman. quia talis Doctrinæ materia illius est;

Sic potest definiri: *Est liber fideliter colligens, distinguens, & ex parte explicans doctr. sacri Conc. Tr. & Cat. Romani, quæ de summa S. Evangelij proposita est.* Ad hoc enim liber iste directus fuit.

Materia ergo hujus libri non est nova, vel peregrina

runt esse certi; quod explicatio è tali homine data, vera, & indubitabilis sit. Si autem habetur certitudo, quod Spiritus sanctus huic homini, vel illis hominibus ita assistat, ut non permittat, quod ille, vel illi in explicatione S. Evangelij errare possint, tunc certitudo de veritate talis explicationis habita erit.

Sola autem promissio Dei, quæ nunquam fallitur, potest reddere homines certos, quod assistentia infallibilis Spiritus sancti huic, vel illi data sit.

Sed hæc promissio duobus tantùm in Evangelio à Christo facta est, nempe Ecclesiæ, & summo Pontifici Rom. qui Petri successor est: De Ecclesia enim scribitur: *Portæ inferi non prævalebunt adversus eam*: Item, *si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus, & Publicanus*. Item: *Ecclesia est columna & firmamentum veritatis*. De S. Petro, & successoribus Christus dixit: *Rogavi pro te Petre, ut non deficiat fides tua*. Et ut ostenderet talem promissionem ratione sui officij illi datam, addidit: *Et tu aliquando conversus confirma fratres tuos*. Confirmare enim fratres ad primatus Petri officium pertinebat, ideo talis promissio ad successores in officio transfata est, quia in illis multo magis quàm in Petro necessaria erat.

Quod Christus alicui alteri promiserit talem assistentiam Spiritus sancti: ut in fide errare non possit, nullibi apparet, ut eorum est.

Ex dictis igitur colligi potest quod stante promissione Christi facta Ecclesiæ & Pont. Rom. de infallibili assistentia Spiritus sancti ad veram intelligentiam & interpretationem verbi Dei, & S. Evangelij, quæ ab illis tradita est, pro vera & germana sit accipienda: & quo omnes explicationes, quæ illi contrariantur, sunt tanquam falsæ, & adulterinæ rejiciendæ.

Hinc fit ut explicatio sancti Evangelii, quæ ab Ecclesia Catholica proposita est, absque ulla dubitatione sit accipienda. Et ideo cum explicatio Cat. Rom. ex Decreto sacri Conc. Tr. Et ex jussu Pont. Max. ex consequenti ab ipsamet Ecclesia Catholica proponatur, omnibus aliis explicationibus ita præferri, atque præponi debet ut in illa ab omnibus firmiter, & indubitanter sit quiescendum. Nunc de dicto Catechismo aliqua proponantur.

De Catechismo Romano.

CAtechismus idem significat, quod institutio.

Sic potest definiri: *Est liber veram, & Catholicam S. Evangelij explicationem proponens.*

Materia, seu subjectum illius sunt duo, nempe 1. completa, & distincta summa S. Evangelij. 2. vera, & Catholica explicatio illius à verbo Dei fideliter derivata.

Forma est modus, quo talis explicatio proposita est: Proponitur autem ratione tum ad intellectum, tum ad voluntatem: item tam ad docendum, quàm ad discendum accommodata, & ordinatè methodica, atque perfecta illius tractatio est. Probationémque tum ex verbo Dei, tum ex usu Ecclesiæ, & ex ratione desumptas affert.

Finis est reddere homines, & fideles certos de vera, & Catholica S. Evangelij, & ejus summæ explicatione: ita ut ob talem moti certitudinem ad propositam explicationem tum docendam, tum addiscendam fideles ubique inducantur & impellantur.

Efficiens Catechismi fuerunt Patres à sancto Concilio prius edocti, postea electi; quibus Ecclesiæ authoritas addita est: Ita ut de particulari assistentia Spiritus sancti dubitandum non sit: verum in Catechismo tria desideranda sunt, nempe primò, doctrina in illo contenta: secundò, Collectio, & dispositio illius. 3. Ejusdem publicatio. Doctrinæ Catechismus non est author, quia à verbo Dei & ab explicatione majorum accepta est: Collectionis verò, & dispositionis author dici potest: Sed causa efficiens publicationis tum sacrum Concilium, tum Roman. Pontifex dici debent: Et hæc de S. Evangelio, & de Catech. dicta sint. Nunc aliqua de præsenti libro seu opere sunt decenda.

De materia, fine, & usu hujus libri.

HIc liber inscribitur, & nominatur, doctrina S. Conc. Trid. & Catech. Roman. quia talis Doctrinæ materia illius est;

Sic potest definiri: *Est liber fideliter colligens, distinguens, & ex parte explicans doctr. sacri Conc. Tr. & Cat. Romani, quæ de summa S. Evangelij proposita est.* Ad hoc enim liber iste directus fuit.

Materia ergo hujus libri non est nova, vel peregrina

logicis? Resp. In tribus primis præceptis, sed præcipuè in primo: In his enim circa cultum Dei regula data est, ideo omnes virtutes Theologicæ præceptæ, & vitia illis opposita prohibita sunt. Charitas verò in toto Decalogo ordinata est.

Vbi præcipiuntur virtutes Cardinales? Res. In singulis præceptis. Dum enim Deus præcipit aliquem actum, ostendit justitiam illius; præcipit abstinendum à vitio opposito: imperat fortitudinem in exequendo; & ordinat prudentiam, nempe, ut opportutè, & pro loco, ac tempore fiat.

Vbi datur præceptum de operibus misericordiæ spiritualibus, & corporalibus? Res. In quinto præcepto, in ipso enim præcipitur, ut per dicta opera impediatur mors vel animæ, vel corporis proximi sui.

Vbi prohibentur septem vitia capitalia? Respondeo. Superbia prohibetur in omnibus, quia singula præcepta obedientiam imperant: hæc autem soror est humilitatis, & inimica Superbiæ: Avaritia in septimo, & nono: Luxuria, & Gula in sexto, & decimo: Ira, & Invidia in quinto, & octavo, Acedia in omnibus prohibita est.

Ex Cat. n. 1. &c. Quænam est forma Decalogi? Resp. Illa ratio, vel modus tum directivus, tum præceptivus, tum obligativus, quo lex ista à Deo data est.

E. T. 12. q. 90. &c. Lex Decalogi data est per modum præcepti, seu præceptivum? Res. Ita est.

Præc. 1. nu. 23. Obligat sub ratione culpæ, ac pœnæ? Respond. Obligat.

Ses. 6. c. 10. Qualis culpa inducit obligationem? Resp. mortalis peccati.

Quid est mortale peccatum? Resp. Est gravissima offensa facta Deo, per quam Deus fit inimicus capitalis eius, à quo ita offensus est.

Sess. 6. c. 15. Ibidem. Per quodlibet peccatum mortale homo amittit gratiam & amicitiam Dei? Res. Non solùm amittit gratiam, sed etiam incurrit odium capitale illius.

12. qu. 21. art. 9. Quomodo committitur peccatum mortale? Res. Per transgressionem alicujus præcepti.

Catech. Art Transgressor Decalogi cujus fit pœnæ reus? Respond.

Duplicis: altera est damni, altera est sensus. *7. n. 6. & 10.*

Quænam est pœna damni? Res. Est deffinitiva relegatio à vita beata, à visione Dei, & à gratia illius. *Ibidem.*

Qualis est pœna sensus? Res. Infernus & æterna combustio. *Ibidem.*

De efficiente, & fine Decalogi.
Cap. IV.

Lex Decalogi à quo data est? Res. A Deo in veteri testamento, & in novo à Christo est confirmata. *Hic. nu. 5.*

Quomodo Deus hanc legem dedit? Res. Tribus, primò per naturam, secundò per scripturam, tertiò per gratiam, ut dictum est. *Ibidem.*

Lex Decalogi quatenus pertinet ad mores, estne insita in animis omnium hominum, etiam infidelium? Res. Est. *Ib. & Ro. c. 2.*

Ad quid ergo opus fuit, ut iterum à Deo scriptura tradita sit? Res. lex naturæ per peccatum Adæ primò, deinde privatis moribus, & diuturna perversitate hominum ita fuit obscurata, ut necesse fuerit, quod à Deo primò per scripturam, postea per gratiam illustrior, & clarior reddita sit. *Cat. n. 3.*

Quis finis hujus legis? Res. Finis ultimus illius est gloria Dei, ac Christi, per non utilitas, ac vita beata hominum: finis verò, seu effectus, immediatè ab hac lege producitur, est dirigere homines ad finem, qui modo dictus est, obtinendum. *Arg. ses. 6. c. 7. Cat. hic. Num. 10.*

Quare lex naturalis à Deo homini data est? Res. quia ad ejus providentiam pertinebat, ut primò ordinaret hominem ad aliquem finem, secundò ut illum ad dictum finem obtinendum dirigeret, atque adjuvaret. *D. T. 1. p. q. 12.*

Cur post legem naturalem datam voluit Deus eandem scripturam hominibus dare? Res. quia ad eandem providentiam pertinebat legem jam, ut dictum est, obscuratam sua lucet illustrare, atque verbis explicare. *Cat. hic. Num. 3.*

Propter quid Deus in Evangelio supra naturam, atque scripturam voluit addere gratiam? Res. quia gratia multo magis, quàm scriptura, illustrat, cognitionem legis; & adjuvat observantiam illius, ideo rectè supra scripturam gratia addita est. *Ibidem.*

ADMODVM ILLVSTRI AC REVERENDISS. DOMINO, Perusiæ Episcopo,

Dom. JOANNES BELLARINUS, veram & perpetuam optat fœlicitatem.

PLVRIMA sunt, Reverendissime Præsul, quæ mihi in civitate Perusiæ commoranti admiratione digna visa sunt, antiquitas, loci eminentia, aëris puritas, terræ fertilitas, rerum copia, morum elegantia, docendi studium, populi multitudo, Cleri pietas, aliaque multa. Sed illud præcipuè in eam mihi visum est eminere, atque excellere, quod sublimium Virorum, qui leges tum voce, tum scriptura ad suam, & ad aliarum mundi partium utilitatem interpretentur, ut benigna mater, & nutrix sit. Cujus rei causam cùm ego examinarem, etsi primò vi-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

sum est vel qualitati regionis, vel studio Civitatis aliquid esse tribuendum, mihi-lo-minus, re melius considerata, esse beneficium & privilegium à Deo illis concessum existimavi. Fateor autem, quod & mihi quoque, dum iste fui, nescio qua ratione, tale beneficium communicatum est. Cùm enim plurima mihi occurrerent conscribenda, aliis omissis, inopinatè in explicationem Decalogi, qui est Summa omnium legum, ita inductus, & impulsus sum; ut cum facilitate hoc Opusculum ibi, modico tempore, penè absolverim. & eo etiam animo confecerim, ut, sub tuo nomine, Clero Perusino, qui mea scripta libenter legere visus est dedicarem. quod modò mihi faciendum esse existimavi. Vt igitur hac mea tractatio ad locum suæ originis revertatur; sicque beneficium confitear istinc acceptum, ut etiam hanc divinæ legis explicationem illuc transmittam, ubi sunt legum diligentissimi cultores, & observatores: ut demum meæ erga Perusinam Civitatem & Clerum, & te illorum Pastorem dilectionis & observantiæ testimonium reddam: lato animo hanc dedico tractationem: existimans non ingratum, imò potius ob mate-

riæ dignitatem, & utilitatem, jucundam esse futuram. Cùm enim Decalogus sit veluti arbor vitæ in medio Paradisi Terrestris, hoc est Militantis Ecclesiæ collocata, & à Catechismo dictæ Ecclesiæ authoritate in loco, ut quibusdam videtur, difficilioris accessus præparata, ut à Clericis, tanquam ab agricolis in populis qui sunt veluti agri, ad fructus vitæ ferendos excolenda & plantata sit. Non possum credere, quod si ego ingratiam potissimum Cleri Perusini, dictam arborem de loco difficiliori in faciliorem illique valde accommodatum transmittam, non debeat illi maxime gratum esse. Hæc igitur mea fuit intentio. Valdèque lætabor, si hac meâ diligentiâ hæc arbor istic rectiùs plantata, & culta sit, unde copiosiores vitæ fructus producantur. Demum tuam humillimè Episcopalem exopto benedictionem.

AD

VENERANDVM

CLERUM PERUSIANÆ DIOECESIS,

PRÆFATIO.

PRÆFATIONES, (Admodum Reverendi Sacerdotes,) quas librorum authores suis tractationibus præmittere solent, si recta ratione fiant, magnum Lectori afferunt lumen ad ea faciliùs, & clariùs intelligenda, consideranda, & examinanda, quæ in illis proposita sunt. Quatuor autem potissimùm rectè in illis explicantur, nempe materia, forma, efficiens, & finis, non quidem rei, sed tractationis: Quod nunc ad vestram utilitatem ego præstabo.

Materia igitur hujus Tractationis duæ res sunt; una quidem, & principalis est Decalogus, seu lex Dei. Altera est doctrina, seu explicatio, quam Catechismus de illo tradit: Utraque materia est maximè digna, utilis & excellens.

Decalogus enim, ut ait S. Augustinus, est summa, & epitome omnium legum. Et S. Thomas de

illo ait; Est prima regula omnium actuum humanorum, omnia vitia prohibens, & omnes virtutes præcipiens. Huic legi Christus in tota vita sua subditus factus est: Illi omnes suas actiones conformavit, & in Passione omnes illius transgressiones expiavit: Hac lege Christus in die obitus cujusque utitur, ut sententiam ferat particularem: Eadem in die judicij utitur ad generalem sententiam de omnibus proferendam. In hac lege præscribitur quicquid homines facere, & omittere debent, ut pœnas æternas evadant, & vitam æternam consequantur. In hoc Decalogo omnes leges humanæ, tam Civiles, quàm Canonicæ sunt fundatæ, ab illa derivatæ, & ad ejusdem observantiam destinatæ. Hæc lex via Paradisi, arbor vitæ, Magistra morum, portus salutis est appellanda. Omnes homines illius debent esse observatores: Confessores ipsius judices sunt: Sacerdotes, Parochi, & Concionatores, Doctores illius debent appellari: Hæc lex Deum habet authorem, à quo maxima cum majestate data est: Quis autem poterit hujus legis excellentiam, necessitatem, atque utilitatem explicare? Quis non debet illi studere? illius cognitionem obtinere? Potissimùm autem Clerus, qui illam non solùm scire, sed etiam populos docere tenetur.

Verùm hæc lex summa brevitate, hoc est decem verbis, ut vox Decalogi sonat, & res ipsa docet, data est: Tanta brevitas omnino aliquam requirit explicationem: Quis autem illam poterit verè explicare, nisi Deus, qui illam tulit? Forsitan unusquisque, etiam rudis, & imperitus

illam audebit explicare? Aut illius explicatio à quocunque indistinctè est accipienda? Absit à fidelibus tanta deceptio: illi tantummodò, quos Deus docuerit, germanam hujus legis explicationem tradent; Deus autem per Spiritum sanctum Ecclesiam Catholicam omnem docet veritatem, ita ut columna, & firmamentum sit veritatis: Ab hac Ecclesia vera, & germana hujus legis petenda est explicatio: Et ecce illam proponit in Catechismo. Hanc igitur fideles summa cum veneratione non accipient? Illi non studebunt; Illam non amplectentur? Utinam hæc explicatio, quanti par est, ab omnibus æstimaretur: Doleo nimis, cùm video Cletum in hac doctrina parùm versari: Totis viribus enitor, ut hanc doctrinam non solùm gratam, sed etiam facilem Clero reddam: Ob hoc materiam hujus tractationis Catechismi doctrinam accepi: Hanc studui colligere, distinguere, ordinare, explicare, & demùm captui tum eruditorum, tum minùs eruditorum accommodare.

Hic finis est hujus meæ Tractationis, Catechismi doctrinam reddere faciliorem, & Clero magis accommodatam, ita ut examinatoribus, & examinandis præcipua quædam ratione defetviat: Hoc etiam ea intentione feci, ut hæc doctrina Clero grata, & jucunda reddatur, & ut per examinatores in Cleto introducatur; & per Cletum populis proponatur.

Duo igitur in Doctrina Catechismi considerantur, nempè doctrina, & modus illam proponendi; qui modus magistrali quadam & gravitati ratione, sicut magnam ejus authoritatem debebat traditus est: Hunc ergo modum omisi, & doctrinam accepi: Veluti Catechismi repetitor effectus sum: Vt parvulis panem frangerem, modo interrogandi, & respondendi usus sum. Vt verò doctis satisfacerem, methodum Philosophicam, & exquisitam adhibere curavi. Vt etiam memoriæ consulerem, ferè semper, seu materiæ eodem modo, & ordine propositæ sunt. Primò enim nomen; postea definitio; tertiò causæ rei; quartò divisio; quintò accidentia, ut necessitas, utilitas, & similia sunt explicata. Et primò de Decalogo in genere. Deinde de singulis præceptis traditum est. In quolibet autem præcepto tria considerantur. Primò, ipsum præceptum, secundò, ejus observantia: tertiò, motiva ad illam observantiam. Primum, & secundum illuminant intellectum: tertium verò tentat movere, & impellere voluntatem. Cum quis voluerit vel discere, vel docere, ex primo, & secundo obtinebit. Cùm suam, vel aliorum tepidam accendere cupit voluntatem, ad motiva est illi confugiendum. Hæc, & alia multa studiosus Lector, si in hac Tractatione observabit, plurimum adjumenti intellectui, memoriæ & voluntati obtinebit. Ordo enim doctrinæ, cùm Lectori explicatur & intellectum illuminat, & memoriam valde confirmat. Motiva verò tepidam, vel renitentem voluntatem ad actiones flectere possunt. Hæc sunt, quæ præmittenda existimavi.

Hanc igitur vobis offero, (Reverendi Sacerdotes,) divinæ legis, & doctrinæ Catechismi explicationem. Illam læto animo accipite, quia

talis etiam à me tradita est. Illi non semel, sed sæpiùs, non cursim, sed considerate studete: Ordinem observate: Causas examinate: Definitiones & divisiones perpendite. Tanta enim, tam ampla, & necessaria materia maxima consideratione digna est: Ubique hic meus labor valdè fructuosus est judicatus; in tantum ut paucis annis totum hoc opus in Catechismum novem vicibus sit impressum. Excellentia autem vestri ingenij, & mea erga vos benevolentia, & observantia, hoc opusculum vobis speciali quadam ratione gratum sit, efficere debet. Demùm vos rogo, ut in sanctis Sacrificiis invicem & vos mei, & ego vestri memoriam retineamus; illud sumnoperè deprecantes, ut Deus nos suæ legis veros, & perfectos faciat esse observatores, atque Doctores.

DOCTRINA CATECHISMI ROMANI IN DECALOGUM.

De materia, forma, efficiente, fine, necessitate, atque utilitate hujus Doctrinæ.

QUæ differantia sit inter doctrinā, & disciplinam? Resp. Re idem sunt, differunt tantum ratione: Doctrina enim dicitur, quatenus est à docente: Disciplina pro ut recipitur à discente. *Ex Arist. lib. 1. post. Cap. 1.*

Est ne necessarium, ut omnes doctrinam Decalogi addiscant, respondeo Omnino ita est. *Sess. 5. c. 2. R. Sess 6. c. 11. & can. 19.*

Quare hoc? Resp. Quia omnibus, nullo penitus excepto, necesse est, ut observēt, quæ in decalogo præcepta sunt; atmo autem potest observare, quod ignorat. *Cat hic. Num. 2.*

Hæc doctrina est ne magis necessaria uni, quàm alteri? respon. Magis necessaria est Sacerdotibus, Confessariis, Concionatoribus, atque parochis

Quare Sacerdotibus? Resp. Quia officium illorum est legem dei docere. *Sess. 23. Cap. 14. R.*

Catechis. Num. 2. Cur Confessariis? Resp. Quia ad ipsos spectat judicare de peccatis, quæ contra Decalogum committuntur.

Ex sess. 5. can. 2. R. Propter quid Concionatoribus? Resp. Quia ipsi debent legem Dei populo annunciare.

Catech. hic Num. 1. Num. 2. Quare Parochis? Resp. Quia funguntur officio tum Concionatoris, tum Confessoris, ideo legi Dei summo studio incumbere debent.

Quænam est materia hujus doctrinæ? Resp. Ipse Decalogus, seu decem præcepta Dei.

Ibidem. Num. 3. &c. Quænam forma? Resp. Illic modus, quo tradita est.

Quomodo traditur à Catechismo? Resp. Modo accommodato, ut à Sacerdotibus, Confessoribus, Concionatoribus, atque Parochis rectè, & oppotunè sit explicata, ad hoc ut populi ad observantiam divinæ legis inducantur.

Et infer. & præfat. Car. & ex sess. 25. in hunc Catec. hic num. 2. & in præf. Quis est author hujus doctrinæ? Resp. Primò Concilium Tridentinum: deinde Summus Pontifex: demum illi Patres quibus à Concilio, & à Summo Pontifice talis cura commissa est.

Quis est finis illius? Resp. Doctrina Catechismi in Decalogum tres potissimum fines habet: primus est, ut vera, sana, & sine ullo errore doctrina de lege Dei propolita sit: secundus ut facilior, & ad docendum accommodatior proponatur: tertius, ut omnes, ad quos spectat legem Dei docere, in ejus doctrina habenda conveniant.

Catech. in præf. n. 7. Expedit, ut omnes hanc doctrinam doceant, & addiscant? Resp. Non solùm expedit, sed etiam quodammodo necessarium est.

Car. ibid. Et Concil. sess. 4. Decreto 1. Sess. 4. Decr. 2. Quare sic expedit? Resp. Quia sanam doctrinam, qualis est, quæ hîc ab Ecclesia proponitur, ubique ab omnibus tradi, & accipi utilissimum est.

Qua ratione potest dici necessarium? Resp. Quia cum Ecclesia à Christo omnium fidelium magistra sit constituta, necesse est, ut omnes ab ipsa doctrinam, & explicationem divinæ legis accipiant.

Divisio Tractationis.

Catech. in hac parte. IN quot partes principales tractatio divisa est? Resp. In duas quarum prima est de Decalogo in generali. Secunda de singulis præceptis illius in particulari.

Prima pars in quot capita dividi potest? Resp. in octo sequentia.

Primum est, De legibus in communi.
2. De nomine, & definitione Decalogi.
3. De materia, & forma illius.
4. De efficiente, & fine ejusdem.
5. De ejus divisione.
6. De necessitate, & obligatione observandi illum.
7. De Synderesi, atque conscientia, seu de usu, & consensu rationis.
8. De motivis, quibus fideles ad dictam observantiam inducuntur.

De legibus in communi. Cap. 1.

Ex. 1. 2. q. 90. &c. Ibidem. TRactare de legibus in communi confert ad tractationem, quæ de Decalogo est habenda? Respond. Confert, quare hoc? Resp. Quia cognitio generis necessaria est ad cognitionem speciei: Lex autem in communi considerata Decalogi genus est.

Ex art. 1. ph. sex. 1. 1. 2. q. 90. artic. 1. D. Thom. Ibidem. Ca. num. 2. D. Thom. Ibidem. Cai. num. 2. Quid debet de lege considerari? Resp. Primò, Nomen. 2. Definitio. 3. Quatuor causæ. 4. Divisio.

De nomine & definitione legis. Num. 2.

AQuo derivatur hoc nomen *Lex*? Resp. A ligando: dicitur enim *Lex*, quia ligat; modo enim ligare, & obligare pro eodem accipi debent.

Quomodo definitur *Lex*? Sic. Est regula externa actuum humanorum obligans ad sui observantiam.

Hæc definitio convenit omni legi? Resp. Omni. Si lex proprie accipiatur, pro ut superioris præceptum dicit.

12. q. 90. artic. 3. Cai. num. 3 Quare dicitur *regula*? Resp. Quia ad aliquem finem regulat, & dirigit hominum actiones.

Quare dicitur externa? Resp. Quia lex semper ab aliquo exteriùs præcipiente derivatur.

Lex naturalis nonne in intimo cordis insita est? Resp. Ita est, sed quatenus à Deo præcipiente derivatur, regula extrinseca dici potest.

Ibidem. Nu. 1. & 2. 1. 2. q. 90. Artic. 1. Cur dicitur *regula actuum humanorum*? Resp. Quia actus humani potissimum à lege sunt regulati.

Quare dicitur *obligat ad sui observantiam*? Resp. Quia hæc est præcipua legis conditio: multi enim faciunt libros, ut per ipsos hominum actus dirigantur veluti Aristotel. 2. in

Ex sess. 6. Cat. 11. & Can. 20. Ex Catech. hi. nu. 11. 1. 2. qu. 90. artic. 1. Ibidem. 1. 2. qu. 1. art. 1. 12. qu. 90. & 92. Ibidem. Cat. praef. 1. Num. 3. Cat. ibid. D. T. 22. q. 33. artic. 2. Ibidem. Ibidem. Ibidem. D. Th. Ibidem.

et hicis: Sed quia talis regula, & norma vivendi non obligat ad sui observantiam, propterea regula quidem poterit dici, lex tamen nequaquam dicenda erit.

De materia, & forma legis. Num. 3.

QVænam est materia legis? Res. Actus humanitatem virtutes, & vitia circa illos.

Cur sunt illius materia? Res. Quia ab illa sunt regulati.

Quid proprie per actus humanos intelligi debet? Resp. qui cum iudicio, & advertentia rationis ab homine eliciti sunt.

In quo consistit forma legis? Res. Illa ratione præceptiva, in qua jus obligandi positum est.

Potest dari lex sine præceptis? Res. Ordinatiè lex per præcepta tradenda est.

Quotuplex præceptum legis? Res. Aliud est affirmativũ, aliud negatiuum.

Quomodo inter se differunt? Resp. Primò affirmatiuum præcipit facienda, negatiuum prohibet ea à quibus est abstinendum, illud præcipit virtutes; hoc prohibet vitia: secundò, negatiuum, aiunt Doctores, obligat semper, & ad semper: affirmatiuum obligat semper, sed non ad semper.

Quid est obligare semper, & ad semper? Res. Est obligare, ut semper, & indistinctè abstineatur ab eo, quod à præcepto negativo prohibitum est.

Quid est obligare semper sed non ad semper? Resp. Est obligationem quidem præcepti affirmativi esse perpetuam sicut & ipsum præceptum perpetuum est: nihilominus dictam obligationem moderare exequutionem rei præceptæ, ut non semper, sed pro loco, & tempore secundum rectam rationem fiat.

Potestne declarari exemplo? Resp. Potest, Datur præceptum ieiunii, eleemosynæ, & orationis non cum necessitate semper ista faciendi, sed quando vel, præceptum Ecclesiæ vel occasio pauperis, vel necessitas orandi ita requirit. Datur etiam præceptum non furandi, non adulterandi, non blasphemandi: & à dictis semper abstinere necesse est: quia semper mala sunt, & nunquam bene fieri possunt.

De efficiente, & fine legis. Num. 3.

QVis potest facere legem, seu præceptum? ℟. Superior tantùm, qui habet authoritatem, & dominiũ in alios. D. Tho. 1. 2. q. 90. art. 3.

Qui sunt isti superiores? ℟. Primò, Deus, qui cum omnia creaverit ex nihilo, & eadem conservet, & gubernet, ne ad nihilum redeant, ideoque sit summus, & absolutus Dominus omnium, meritò summus, & absolutus superior dicendus est. Post Deum illi tantùm sunt superiores quibus in alios potestas, & authoritas à Deo collata est. Ex primo Decalogi præc.

Isti superiores quinam sunt? ℟. Primò, Prælati & Magistratus Ecclesiastici. 2. Principes, & Magistratus sæculares. 3. Parentes in filios. 4. Domini in servos. 5. Maritus in uxorem. Cat. præc. 4

Dicti superiores possúntne subditis suis præcepta dare? ℟. Possunt, juxta tamen facultatem ipsis à Deo datam. Ibidem.

Quare Deus aliis à se authoritatem præcipiendi largitus est? ℟. Primò, ut suam bonitatem magis communicaret. 2. ut homines magis accommodatè per superiores visibiles ad virtutem dirigerentur. D. Th. 1. p. q. 22. art. 3.

Quis est finis legis? Res. Finis, & effectus legis aliquo modo idem sunt.

Qui sunt effectus legis? ℟. Tres, primus est proponere aliquem finem. Secundus, determinare, quid faciendum, & à quo abstinendum sit, ut talis finis obtineatur. Tertius obligare ad observandum, quod à lege præscriptum est. 1. 2. q. 90. art. 1. Ibidem. & qu. 92.

Per hos affectus cognoscitúrne finis legis? ℟. Cognoscitur. Finis enim legis est per dictos affectus dirigere & regulare ad finem propositum obtinendum. D. Thom. Ibidem.

De divisione, & differentia legum. Num. 4.

DAntúrne plures leges? ℟. Dantur.

A quo sumitur differentia, & pluralitas, & divisio legum? ℟. A quatuor causis illarum, materia, forma, efficiente, & fine. 1. 2. qu. 91. Ibidem.

Quomodo leges per causam efficientem divisæ sunt? Respond. Aliquæ leges sunt datæ à Deo, & dicuntur di- qu. 92. & sequ. D. T. ibid.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Arist. in Politic. & Oecum. vinæ. Aliquæ danrur ab hominibus, & dicuntur humanæ. Iterum leges humanæ aliæ dantur à superiore privato, nempè à patribus, dominis, maritis, & dicuntur præcepta privata, vel œconomica. Aliæ traduntur à publico magistratu, qui vel est secularis, & tunc leges dicuntur politicæ, vel civiles: vel est Ecclesiasticus, & tunc leges Canonicæ, vel Ecclesiasticæ sunt appellatæ.

Cat. præf. 7 Num. 3. D. T. ibid. Qua ratione leges per materiam distinguuntur? R. Aliquæ sunt de actibus virtutum, ut præcepta affirmativa. Aliæ de vitiis, ut negativa: non nullæ regulant actus erga proximum, ut sex ultima præcepta. Quædam dantur de temporalibus, ut civiles aliquæ de Ecclesiasticis, ut Canonicæ, atque ita de aliis erit.

Ex Catet. hic num. 5. Quænam est distinctio per formam? R. est illa quæ desumitur à modo vel dandi legem, vel obligandi ad observantiam legis. Veluti aliqua lex obligat sub pœna vel sub culpa mortali, alia non. Quædam datur per naturam, ut naturalis, alia per scripturam, ut scripturalis per gratiam, ut Evangelica.

Ex D. Th. 1. 2. qu. 90. 91. & seq. Quomodo distinguitur per finem? R. Fit, cum leges diversos sibi fines proponunt. Veluti lex divina habet pro fine primò gloriam Dei, & Christi: deinde utilitatem hominis, *id est*, vitam beatam illius. Lex Canonica habet pro fine bonum commune Ecclesiæ. Lex Civilis, habet pro fine bonum civitatis, vel regni temporale. Lex privata pretendit bonum privatum.

Catet. hic Num. 1. De quanam lege tractatur à Catechismo? R. De divina in qua omnes leges inclusæ sunt.

De nomine, & definitione Decalogi. Cap 1 1.

LEx Dei est una, an plures? R. Deus legem dedit, tum Angelis, cum hominibus, tum creaturis irrationabilibus, juxta illud, *quando legem ponebat aquis*: ideo plures sunt: sed modò tantùm de lege hominibus data, sermo est.

Ibid. nu. 7. Lex hominibus data est una? R. Ex parte efficientis, & finis una tantùm lex à Deo hominibus data est: Sed respectu formæ aliquo modo plures leges datæ esse dicuntur.

Ibidem. Quot sunt leges quæ à Deo hominibus cum varietate modis,

modis, vel formæ latæ sunt? Resp. Tres, prima naturalis: secunda scriptura, tertia Evangelica. *Num. 1. & 3.*

Quænam est lex naturalis? Resp. Est illa, quæ à Deo naturaliter, seu per naturam in animis omnium hominum, tam fidelium, quàm infidelium insita est. *Catech. n. 3. Ro. c. 1.*

Lex scripta quænam est? Resp. Illa, quam Deus Moysi dedit in monte Sina scriptam in duabus tabulis lapideis, quæ dicuntur tabulæ testimonii situati in arca, *id est*, quæ in arca Testamenti collocandæ erant. *Cat. hic Num. 1. In Evang.*

Quænam est Evangelica? Resp. Illa quam Christus dedit per Evangelium. *Catec. n. 3.*

quomodo omnes istæ leges habeat eandem materiam? Resp. quia omnes, & singulæ præcipiunt omnes virtutes saltem naturales, & prohibent omnia vitia: item omnibus hominibus datæ sunt; & omnes actiones humanæ ab illis sunt regulatæ. *Ibidem.*

Cur habent idem efficiens? Resp. quia omnes à Deo datæ sunt: & in Evangelio omnes à Christo sunt confirmatæ. *Sess. 6. c. 7. Catec. n. 10.*

quare habent eundem finem? Resp. quia omnes pretendunt gloriam Dei, & hominum vitam beatam.

Lex scripta quomodo appellatur? Respondeo. Decalogus. *Catec. n.*

Unde derivatur hoc nomen? Resp. A græco *Deca*, quod significat, decem, & *logus*, quod significat sermo.

Cur ita denominatur? Resp. quia lex scripta continet decem præcepta adeo brevia, ut quodlibet eorum verè unum verbum esse videatur: ideo dicitur *Decalogus*, ut exprimatur quod decem sunt verba legis.

quomodo definitur Decalogus? Resp. De illo possunt dari duæ definitiones.

Prima definitio Decalogi. Num. 2.

Catech. hic.

QUænam est prima definitio? Resp. Ista, Decalogus est summa, & epitome omnium legum, quæ hominibus datæ sunt: & hæc à Catechismo, & à D. Augustino tradita est. *Num. 1*

quid est, *esse summam & epitomen omnium legum*? Resp. Summa, & epitome idem sunt quod brevis, seu distin- *Ibidem.*

cta collectio eorum omnium quæ principaliter ad aliquam rem pertinent, vel in aliqua re continentur: ideo esse summam omnium legum, quæ hominibus à Deo datæ sunt, est esse brevem, & distinctam collectam eorum omnium quæ principaliter, vel in dictis legibus continentur, vel ad illas valent pertinere.

Ibidem. Omnia quæ præcepit Deus in veteri, & novo testamento intelligendum est pendere ex decem Decalogi præceptis? Resp. Omnia.

Ibidem. & Nu. 3. Omnes leges divinæ, sive compendiosa, sive naturalis, sive Evangelica ad Decalog. reducuntur? Resp. Omnes.

Ibidem n. 1. 2. q. 95. art. 2. Dici potest, quod omnes leges humanæ, sive publicæ, sive privatæ, sive civiles, sive Ecclesiasticæ in Decalogo sint fundatæ? Resp. Ita est.

Cater. n. 1. Quomodo est hoc? Resp. Primò omnes dictæ leges ideo sunt justæ, & validæ, quia legi Dei conformes sunt, & ab illa sunt derivatæ, ac conformatæ; secundò, nihil aliud omnino præcedere debent quàm exactam in populis divinæ legis observantiam: ideo leges civiles multa decernunt, ut homicidium, adulterium, furtum, & omnis injuria à populis arceatur: leges autem canonicæ summo studio contendunt ut tria præcepta Decalogi, quibus cultus Dei præcipitur, potissimum observentur. Ita partes familiæ omnia sua præcepta ad hoc dirigere debent, ut lex Dei à subditis diligentissimè observetur.

Hic n. 1. Ex verbis Decalogi potest colligi, quòd dicta summa omnium legum in illo contineatur? Resp. Ait Catech. ita est, si diligenter quæratur, ut rectè intelligantur: quod est dicere hoc non posse cognosci ab iis: qui verba Decalogi rectè non intelligunt: illos quoque non rectè intelligere, qui diligenter non curant, ut bene intelligant: est etiam dicere unicuique debere esse summè gratam explicationem Decalogi, quæ à Catechismo authoritate Ecclesiæ oblata est.

Secunda Decalogi definitio. Num. 2.

Cat. n. 1. & 8. QUænam est secunda definitio Decalogi? Respon. Est hæc, Decalogus est prima regula omnium actuum humanorum obligans omnes homines ad sui observantiam.

E. C. 1. 2. q. 96. ar. 2. Hæc definitio quid superaddit definitioni jam allatæ,

quæ omni legi communis est? Resp. Addit tria verba, nempe primò quod sit regula prima. Secundò, quod sit regula omnium actuum humanorum, ita ut nullus sit actus humanus, qui ab illa regulatus non sit. Tertiò quòd obliget omnes homines, quicunque illi sint sive fideles, sive infideles ad sui observantiam.

Decalogus præcipit omnes virtutes, & prohibet omnia vitia? Resp. Ita est. *Nu. 1. & 2.*

Regulatæ omnes potentias animæ, omnes passiones, omnes sensus, & membra corporis, omnes cogitationes cordis, verba linguæ, opera corporis? Resp. Regulat. *Ibid. & D. Th. & 1. 2. q. 100. ar. 2.*

Idem est dicendum de quocunque hominum statu, de regibus, principibus, Prælatis, dominis, servis, & aliis? Resp. Idem. *Ibid.*

De materia & forma Decalogi. Cap. III.

VT habeatur plena cognitio Decalogi, quid debet explicari. Resp. Quatuor causæ illius, materia, forma, efficiens, & finis.

Quænam est materia Decalogi? Resp. Tria sunt materia illius, sed aliqua sunt materia remota, alia minus remota, quædam proxima materia sunt.

Materia remota quænam est? Resp. Sunt omnes homines, omnes potentiæ & passiones, & partes, & sensus illorum, nullus enim homo & nulla pars homini est, cui Decalogus tanquam regula à Deo datus non sit. *Cater. & D. Thom. Ibidem. Ibidem.*

Quænam est materia minus remota? Ref. Sunt actiones hominum, quæcunque illæ sint, sive corporis, sive animæ, sive cordis, sive oris, sive operis; omnes enim omnino actiones hominum à Decalogo regulatæ existunt.

Materia proxima quænam est? Ref. Omnes virtutes, & omnia vitia, quæ in humanis actionibus reperiuntur: Decalogus enim omnino omnes præcipit virtutes, & prohibet vitia, quæcunque illa sint. *Ibidem.*

Quare hæc triplex materia ita subordinata est? Ref. Quia Decalogus regulat homines, sed illud quod regulat in hominibus, sunt actiones: iteram quod regulat in actionibus sunt virtutes, & vitia: propterea istæ materia proxima dictæ sunt. *Ibidem.*

Vbi in Decalogo datur præceptum de virtutibus Theo- *Ibid. n. 4.*

aliqua doctrina: sed illius subiectum est summa totius sancti Evangelij cum explicatione, quæ à sacro Concilio, & à Catec. de dicta summa tradita est.

Finis hujus libri non est aliquid addere, vel summæ, vel explicationi jam dictæ, sed est doctrinam, & explicationem iam dictam clariorem, & faciliorem omnibus reddere: & potissimum iis, qui pro Ordinum, vel beneficiorum collatione, vel alios examinare, vel ab aliis examinari debent. Ad examinatores enim, & examinandos aliqua ratione specialis liber iste directus est.

Forma, & modus, qui in hoc libro proponendo servatus est sic potest declarari. primò, in hoc libro author studuit colligere omnem doctrinam quæ de summa sancti Evangelij à sacro Conc. & à Cat. tradita est. 2. dictam doctrinam sic collectã curavit methodo iam dicta distinguere, & ordinare. 3. ex industria modus interrogandi, & respondendi adhibitus est, ut examinatoribus, & examinandis esset accommodatus. 4. Aliqua ratione Doct. sacri Conc. & Catec. explicata fuit, quis in materia proposita, quænã esset definitio, vel materia, vel forma, vel efficiens, vel finis, vel effectus dictum est, sæpè enim in doctrina illotum termini illi explicati non sunt. 5. In margine locus sacri Conc. & Cat. notatus est ut possit in fonte, qui vult doctrinam illam inuenti. 6. Compendium totius doctrinæ Catec. collectum est, ut etiam illi qui otium non habent, vel minus ingenio valent, dictam doctrinam percipere possint. Demum in fine Opusculi de examine ad Ordines, ad Confessiones, ad Curam animarum, ad beneficia, & ad Conciones propositum est, in quo quæ doctrina à singulis examinandis requirenda sit, explicatur, & ubi in hoc opere possit inveniri, aperitur.

Ex dictis autem apparebit quis hujus libri usus esse possit. Omnibus enim utilis est, quia de summa S. Evangelij, quæ ab omnibus necessariò sciri debet, in illo tractantur. Magistris, qui ut par est, discipulis suis aliquam Catechismi partem explicare debent, ad intelligentiam Catechismi plurimum luminis datum erit. Curatis ad sermones de S. Evangelio habendos inexplicabilem afferet utilitatem. Examinatoribus verò, & examinandis hic liber potissimũ accommodatus erit. Nunc igitur ad proponendam modo jam dicto doctrinam sacri Concilij & Catec. deveniendum est.

DOCTR.

DOCTRINA CATECHISMI ROMANI IN DECALOGUM,

FIDELITER COLLECTA, DISTINCTA, & ubi opus est explicata

PER IOANNEM BELLARINVM, *Clericum Reg. Congreg. S. Pauli.*

Sf

De Divisione Decalogi. Cap. V.

EXpedit, ut Decalogi distincta divisio tradita sit? Resp. Divisio maximè illustrat tractationem de aliqua re, ideo modo utilissima est.

Ca prac. 1. Num. 1.

Quomodo datur hæc divisio? Resp. Deus in Decalogo duo facit: primò proponit quasi prooemium, secundò legem ipsam dat, atque promulgat.

Ibidem.

Quodnam est prooemium, & quænam lex? &c. Illa verba, *Ego sum Dominus Deus tuus qui eduxi te de terra Ægypti, & de domo servitutis*, sunt quasi prooemium, ut suo loco dicetur, cætera omnia ad legem ipsam sunt attinentia.

Cap. pr. 1.

Lex Decalogi in quot partes principales dividi potest? Resp. In duas, quarum prima continet præcepta, alia præmiū observantiæ, & pœnam transgressionis illorum, & de hac quoque paulò infra dicendum est.

Cater. hic n. 1. Cap. pr. 2. n. 3.

Præcepta in quot partes divisa sunt? Resp. Divisio præceptorum multis modis fit, quædam etiam dicuntur affirmativa, quædam negativa, & de hac divisione antea dictum est. Iterum fit alia divisio Decalogi in decem præcepta, quia in illo tot data sunt, verùm quia multa præcepta ad unum aliquod caput reduci possunt, iterum in partes partientes, & magis principales divisio fieri solet: Et est, ut Decalogus, in duas, vel in tres partes principales divisus sit.

Quomodo dividitur in duas partes? Resp. Prima pars habetur in prima tabula legis à Deo data: in qua sunt tria prima præcepta ad cultum Dei pertinentia. Secunda pars continetur in secunda tabula Legis, & septem ultima præcepta habet, per quæ dilectio proximi ordinatur.

Cap. prac. 2. n. 3.

Qua ratione potest dividi in tres partes? Resp. Sic. Lex Dei intendit dirigere homines ad omne bonum, est autem triplex bonum, divinum, publicum, & privatum: Prima ergo Pars, quæ continetur in tribus primis præceptis dirigit homines ad bonum divinum. Secunda, quæ habetur in quarto præcepto, dirigit ad publicum: Tertia, quæ respicit sex ultima præcepta, disponit de privato.

Ex Cater. prac. 4.

2. 2. q. 100. ar. 5.

Quid est bonum publicum? Resp. Est illud, quod populis est commune.

In quo consistit hoc bonum publicum? Resp. In tribus, nempe Primò in bonis legibus. Secundò, in bonis magistratibus qui opportunè procurent observantiam bonarum legum. Tertiò, in bono populo, qui fideliter observet bonas leges.

Cater. p. 4. D. T. 12. q. 180. a. 5.

Quomodo quatrum præceptū disponit de publico bono? &c. In dicto præcepto ordinatur, quid superiores debeant facere erga inferiores, & isti erga illos, ut plena observantia divinæ legis habita sit, ideo verè hoc præceptum de publico bono disponit: & hoc infra clarius patebit.

Quod est bonum privatum? Resp. Est illud, quod privatis personis appropriatum est.

Quæ sunt privatæ personæ? Resp. Primò, quilibet homo respectu propriæ boni. Secundò, omnes proximi, qui neque superiores, neque inferiores illi sunt.

Cap. prac. 2 1. 2. 3.

Quare circa cultum Dei data sunt tria præcepta? Resp. Quia justum erat, ut in cultu Dei totus homo, *id est*, cor lingua & manus ejus occuparetur, ideo convenienes fuit ut tria darentur præcepta, primum cordi, secundum ori, tertium exteriori.

Expr. 4.

Quare de bono publico unicum præceptum datur? Resp. Quia, ut dicitur, sufficiens est.

D. Th. 1. 2. q. 100. a. 5.

Cur de bono privato sex præcepta data sunt? Resp. Pro intelligentia hujus rei sciendum est, quod quatuor sunt bona privata. Primum animæ, secundum corporis, tertium famæ, quartum fortunæ, seu facultatis temporalis: Item quod dicta bona tribus modis possunt vel amari, vel offendi, nempe corde, ore, & opere. Cum ergo Deus vellet percipere, ut omnia dicta bona diligerentur & omni modo, nempe corde, ore & opere, dedit præcepta, tertia de dilectione operis, unum de dilectione linguæ, duo de cordis amore.

Ibidem.

Quæ sunt data de opere? Resp. Quintum, sextum, septimum.

Ibidem.

Qua ratione? Resp. Quintum præcipit ne quis occidat, seu offendat, immo ut diligat opere ipso tam animam, tum corpus sui, ac proximorum. Sextum prohibet, ne quis opere inordinato diligat aut seipsum, aut proximum. Septimum ne quis opere offendat famam, fort-

tunas proximi sui : hæc autem clarius suo loco explicabuntur.

Ibidem.

Sess. 14. c. 5. D. T. ibid. Cap. prec. 9. 10.

Quodnam est præceptum dilectionis linguæ ? Resp. Octavum in hoc enim præcipitur, ne lingua aliquo modo proximum suum lædat.

Quæ data sunt cordi ? Resp. Duo ultima, ut ex verbis ipsis apparet, hæc autem omnia clarius in singulis præceptis sunt observanda.

Ex Catec. prac. n. 3. &c.

Quot sunt ad summum præcepta Decalogi ? Resp. Decem, sed si explicatius loquendum sit, viginti sunt asserenda, nempe decem affirmativa & decem negativa.

Quare hoc ? &c. quia quodlibet præceptum Decalogi ex duobus constat partibus, quarum una est affirmativa, quæ præcipit actum virtutis, altera negativa, quæ vitium dictæ virtuti oppositum omnino excludit.

Quomodo est hoc &c. Philosophi dicunt quod in affirmatione virtualiter continetur negatio, & in negatione affirmatio, veluti in hac affirmatione, *Dies est*, continetur hæc negatio : *Non est nox* : Et in hac negatione, *modo non est dies*, continetur hæc affirmatio: *Modo nox est* : Sic igitur in præceptis est : præceptum dicit negationem, *ne offendas*, virtualiter in tali negatione continetur affirmatio, nempe *Dilige*, & si dicit, *Diliges* virtualiter dicit, *ne offendas* : sic igitur præcepta sunt intelligenda.

Ex Catec. hic num. 2. D. T. 1. 2. q. 100. art. 2.

Est necesse, ut præcepta, Decalogi non solum præcipiant omnes virtutes, sed etiam prohibeant omnia vitia ? R. Omnino, alioquin lex Dei esset perfecta regula actuum humanorum quod asserere absurdissimum est.

De observatione & transgressione mandatorum. Cap. VI.

Hic num. 3 &c.

EXpedit tractare de observatione mandatorum Dei ? Resp. Catechismus judicat circa hoc potissimum esse versandum.

Conc. Sess. 6. c. 11. & Ibidem.

Qui debet potissimum de illa tractari ? Resp. Catechismus, & sacrum Concilium Tridentinum tria præcipuè de illa considerant, possibilitatem, necessitatem, utilitatem.

De possibilitate observandi divinam legem. Num. 2.

QVid est observare divinam legem ? resp. Est facere omne illud, quod in lege Dei præceptum est. *Sess. 6. c. 11. Sess. 6. c. 18.*

Homo justificatus, & in gratia Dei constitutus potestne adimplere omnia præcepta Dei ? Respond. Est de fide, quod possit, & Concilium his verbis determinavit : *Si quis dixerit Dei præcepta homini, justificato, & sub gratia constituto esse ad observandum impossibilia, anathema sit* : Idem etiam Concilium ita docet : *Deus impossibilia non jubet, sed jubendo monet, & facere quod possis, & petere quod non possis, & adjuvat ut possis. Cujus mandata gravia non sunt, cujus jugum suave est, & onus leve.* *Catec. hic Num. 7. Sess. 6. c. 11.*

Si natura hominis post peccatum Adæ reddita est infirma, si etiam per concupiscentiam, & fomitem inclinatur ad peccatum : videtur quod sit illi impossibilis completa observantia mandatorum Dei ? Resp. Si sola natura hominis absque gratia, & auxilio Dei consideretur, est inhabilis ad completam observantiam mandatorum Dei, sed quia homo per orationem potest obtinere auxilium Dei, & per pœnitentiam gratiam divinam, à qua natura sanata sit, ideo homini, etiam post peccatum Adæ, observantia mandatorum possibilis est. *Catec. hic Num. 7. Sess. 6. c. 11. D. Th. 1. 2. q. 109. a. 4.*

Constitutus in peccato mortali potest observare omnia præcepta Dei ? Resp. Quia peccatum mortale est gravis transgressio alicujus præcepti, transgressio autem, & observantia mandatorum contraria sunt : evenit, ut dum quis vult morari in peccato mortali, & ideo in aliquo transgressione præceptorum, non possit esse observator omnium illorum, sed quia potest, ut dictum est, petere auxilium à Deo, & pœnitere, de peccato, propterea etiam aliquo modo dici potest, quod observatio omnium mandatorum illi possibilis est. *Cat. Conc. D. Th. ibid.*

Quid docet Catechismus de hac possibilitate ? Resp. Ait quod præcepta Dei non habent difficultatem posse duplici potissimum ratione probari : quarum prima ex Augustali est : *Lex nihil aliud præcipit quàm amorem Dei, & proximi* : Amare autem Deum tem adeo pulchrum, & bonum, creatorem, beneficum, & patrem omnia- *Hic num. 7.*

tissimum : & item amare proximum, qui est caro, & frater posset : quis dicat impossibile, vel difficile esse ? Altera ratio est, quia auxilium Dei, maximè post Christi mortem, præsto adest hominibus, ita ut ipsemet Deus, qui amorem jubet, per Spiritum sanctum suum vim inferat amoris cordibus nostris; Demum concludit. Amanti nihil difficile est: Ideo Christus dixit. *Si quis diligit me, sermonem meum servabit.*

Hic nu. 8. & 11.

Sess. 6. c. 6.

De necessitate observandi mandata Dei. Num. 3.

Estne necessarium observare omnia, & singula mandata Dei ? Resp. Est.

Nunne homo per liberum arbitrium potest velle observare, & non observare legem Dei Resp. Potest.

2. qu. 28. a. 3. ad 2.

Quomodo ergo dicitur observantiæ legis necessitatem habere ? Resp. Triplex est necessitas : prima naturalis, seu coactionis : secunda moralis, seu obligationis : tertia ex suppositione finis : secunda, & tertia homini conveniunt, prima verò nequaquam.

D. Th. ibid.

Quid est necessitas naturalis, seu coactionis ? Resp. Est talis impulsus, vel motio naturæ, aut alterius agentis, qui impediri, aut cui resisti non potest : veluti non potest impediri, quod ignis non calefaciat, ideo dicitur necessariò calefacere.

D. Th. ibid.

Quid est necessitas moralis, Resp. Idem quod obligatio ex præcepto superioris provenicus.

D. Th. ibid.

Quid est necessitas ex suppositione finis ? Resp. Quando ab obtinendum aliquem finem, veluti sanitatem si necessarium sit aliquod medium, veluti Medicinam, tunc supposito quod quis velit obtinere dictum finem, necessarium esse dicitur, ut per tale medium obtineatur.

Cat. n. 10. Cap. ibid. Ibidem. Ps. 15. ver. 2. Ps. 49. ver. 21.

Deus necessitate naturæ impellit creaturas irrationales ad suas operationes ? Resp. Impellit.

Impellit-ne homines ? Resp. Non impellit, cum tamen potuisset impellere, si voluisset.

quare hoc non fecit ? Resp. Ob duplicem, causam, nempe gloriam suam, & utilitatem hominum.

quomodo ob gloriam Dei ? R. Primò Deus sic ostendit se esse beatum in se ipso, & non egere hominibus : maneretque in eadem felicitate sua sive laudarent, sive blasphemarent ab aliis, secundò declarat se esse adeo sapientem, atque potentem, ut etiam creaturas liberas, & defectibiles,

D. T. 1 p. qu. 84. art. 1. ad 3. Catec. art. 1. num. 19.

& variabiles possit firmo, & stabili regimine gubernare. Tertiò, manifestat suam infinitam bonitatem, qua etiam ex malis ab homine libero perpetratis scit facere, ut bona multa proveniant.

quare liberum arbitrium ad hominum servit utilitatem ? R. Primò confert ad hominis dignitatem, quodà Deo dominus actuum suorum sit constitutus. Secundò si homo necessitate naturæ ad observantiam legis ita impelleretur ut aliter operari non posset, ejus observantiæ sine merito & demerito esset : ut igitur posset homo vitam æternam mereri, quod est illi maximæ utilitatis, à Deo in libertate sua relictus est.

D. Th. 1. 2. qu. 1. ar. 1. Idem. 1. 2. qu. 14. ar. 1 Sess. 6. cap. 11. & can. 20.

quomodo observantia legis est necessaria ex suppositione finis ? Resp. Supposito quod homo velit consequi suam salutem, omnino observantia legis, tanquam medium necessarium, est adhibenda.

Catec. n. 8. & num. 11 Ex sess. 6. Can. 15.

In quo consistit hominis salus ? Resp. In hac vita in gratia, Salus autem vitæ futuræ in gloria, & æterna felicitate posita est.

Cat. art. 9. nu. 26. & art. 12.

Observantia divinæ legis est eodem modo necessaria ad salutem tum gratiæ, tum gloriæ ? Respond. Non, sed diverso.

Conc. Cat. Sess. 6. c. 6. Catec. hic Num. 8.

In quo est hæc diversitas ? Resp. Sacrum Conc. & Cat. docent propositum observandi divinam legem esse omnino necessarium ad hoc, ut quis gratiam Dei valeat obtinere: pro consequenda verò vita æterna necessaria est actualis, & completa observantia divinæ legis, quod de his qui habent usum rationis intelligi debet.

Sess. 6. c. 11. & Can. 20 Catec. n. 8. & 11. Cap pra. 1. Catec. hic. Num. 8.

Omnes homines etiam infideles observantiæ hujus legis habent obligationem ? Resp. Habent.

Catec. hic.

quænam est causa talis obligationis ? Resp. Summum dominium, quod Deus in omnes homines habet.

quando in homine incipit ista obligatio ? Resp. Statim ac pervenit ad usum rationis.

Si Deus tantùm populo Hebræo dedit hanc legem, quare dicetur, quod omnes populi ad ejus observationem sint obligati ? R. De hoc ita Catechismus quamvis hæc lex Judæis in monte à Domino data fuerit, tamen quoniam à natura omnium mentibus multò ante impressa, & consignata erat, ob eam rem Deus universos homines

illi parare perpetuò voluit.

Num. 11. Catech. Post promulgatâ Evangelium lex Moysis, & ejus obligatio nonne fuit penitus sublata? R. In lege Moisis tria erant præcepta, moralia, cæremonialia, & judicialia: moralia à Christo fuere confirmata, reliqua autem sublata.

Num. 3. Catec. n. 11 Homines qui fuerunt antequam Deus traderet legem scriptam, tenebantur ad observantiam Decalogi? Resp. In Decalogo duo considerantur, primò scriptura, secundò res, quæ per scripturam expressa est: Lex autem Dei non dicitur scriptura, sed res per scripturam significata: Cùm ergo Deus ab initio mundi animis hominum hanc legem indiderit, sequitur eos teneri ab observantiam ejus, etiam si scriptura data non esset.

De fructu, & utilitate observationis mandatorum Dei. Num. 4.

Catec. 1. Num. 4. AD quid prodest consideratio de fructibus, qui ex observantia legis Dei proveniunt? Resp. Potenter impellit ad observationem ejusdem legis.

Qui sunt isti fructus? Resp. Sunt innumerabiles, sed aliqui exempli gratia hic proponentur.

1. Reg. c. 15. Primò per observantiam divinæ legis datur Deo summus honor, summus cultus, sit illi res gratissima, quia obedientia illi magis placet, quàm victima.

Psal. 39. ad Gal. 4. Secundò Christo qui voluit esse sub lege, & habere illam in medio cordis sui: & fieri obediens usque ad mortem, & sua passione satisfacere pro transgressionibus legis, nihil magis acceptum afferri potest.

Arg. sess. 6. c. 11. 20. & 32. Tertiò quia beata Virgo, omnes sancti Angeli, omnes Beati, obediendo legi Dei, amici illius facti sunt, & meruerunt gloriam, quam modò possident, & observatores ejusdem legis amicos benevolos, socios gaudiorum libentissimè accipiunt.

Catec. n. 21 12. &c. Ioan. c. 24. Ex Psal. 1. Quartò qui legem Dei observant sub peculiari providentia Dei, Beatæ Virginis, Angelorum, & Beatorum, positi sunt, juxta psalmum, *Qui habitat*, &c. ita ut omnes capilli capiti eorum numerati sint.

Ca. pro. c. 5. n. 1. p. 7. Quintò de illis dixit Christus *Pater meus diliget eos, & ad eos veniemus, & mansionem apud eos faciemus.*

Sextò, si totus mundus hanc legem observaret, omnes & singuli homines summa felicitate fruerentur, qui a nul-

lus esset, qui offenderet eos, imo omnes officia pietatis, & beneficia in illos conferrent, & miseros à miseria sublevarent.

Septimò, si civitas, vel populus, vel regnum hanc legem observet, à Deo accipiat promissas benedictiones, super alios populos magnificabitur: sapientiam ejus alij populi obstupescent: sicut de populo Hebræo, & Machabæis apparet. Num. 1. Catec. n. 11 & sequen. In vet. test. 3. p. qu. 89. art. 6. ad 3.

Octavò, si aliqua familia ambulet in lege Dei, eadem privilegia obtinebit, sicut de Abraham, David, Tobia, Machabæis Scriptura docet.

Nonò, si quis constitutus in peccato mortali aliqua opera legis devoto animo faciat, non carebit aliqua vel temporali, vel spirituali pro modo operis retributione, licet per dicta opera vitam æternam non mereatur. Sess. 6. c. 6. c. hic. nu. 6.

Decimò, idem si proponat observare in futurum legem Dei, & doleat de commissa transgressione, ad gratiam, & amicitiam Dei obtinendam se præparabit.

Vndecimò, constitutus in gratia quodcunque opus in lege præceptum faciat sive corde, sive ore, sive opere, modò faciat, ut legem adimpleat: & nulla adsit vitiosa circunstantia merebitur vitam æternam. Sess. 6. c. 53. Ibidem.

Duodecimò, Amplius merebitur augmentum gratiæ jam obtentæ, nec non gloriæ futuræ. Cat. de pœn. Num. 7.

Tertiodecimò, Amplius dicto opere poterit simul mereri, & satisfacere pro peccatis. Sess. 6. c. 33

Quartodecimò, item merebitur, si in gratia decesserit consequutionem vitæ æternæ. Conc. & Catec.

Decimoquintò, amplius actiones familiares, veluti manducare, dormire, curam gerere domus, diligere parentes, filios, propinquos, exercere aliquam artem, & alia hujusmodi, si fiant debito modo, & intentione adimplendi præcepta Dei, veluti manducat, dormit, ne faciat contra præceptum Dei, occidendo corpus suum, diligit uxorem, vel filios, quia Deus ita præcipit & exercet artem, ne furetur; tunc apud Deum meritum vitæ æternæ obtinebit. Ibidem.

Sextodecimò, quia lex Dei est completa regula totius hominis, & omnium actuum illius, efficitur, ut observator illius intus, & extra ita sit ordinatus; & bene disposi- Catec. hic. Num. 9.

tus, ut sæpe summa animi tranquillitate, pace, ac gaudio perfruatur.

Conc. Sess. 14. can. 3. Septimo decimò observantia divinæ legis confert homini incredibilem dignitatem: Si enim servire Deo regnare est, & qui obedit Deo servit illi, meritò qui obedit legi Dei quod ad dignitatem regiam sit sublimatus, dicere verum est.

Pref. 1. nu. 15. &c. Cat. præ. 7 Num. 2. Decimo octavò per observantiam divinæ legis maximæ pœnæ transgressoribus datæ evitantur.

Decimonono hæc observantia est turissima custodia hominis, & omnium bonorum illius, famæ, vitæ, honoris, ac divitiarum. Hæc enim lex concedit legitimum usum, & amorem illorum: prohibet omnes offensas: Quod homicidis, adulteria, furta, injuriæ, odia & alia perpetrarentur si à lege Dei prohibita non essent.

Ex lib. Iob. atq. Tobiæ. Vigesimò demum hæc observantia toti inferno supra, quàm dici potest formidabilis est: quia enim diabolus Deo obedire contempsit, efficitur, ut qui obedit legi Dei subdendo se Deo, uniatur cum Michaele Archangelo, cum sanctis Angelis atque Beatis, sicque cum actibus contrarijs pugnet contra diabolum, atque vincat.

Hæc & alia multa sunt fructus, qui ex observantia divinæ legis percipi possunt.

De transgressione mandatorum Dei. Num. 3.

Cat. præ. 4. num. 5. TRansgressio legis opponitúrne observantiæ illius? Res. Ita est.

Quomodo opponitur? ℟. Lex cùm sit regula, & mensura actuum humanorum, illis præfigit certos terminos: intra quos si quis se contineat, dicitur observator: si autem illos transgressus sit, transgressor legis esse dicitur, ideo hac ratione inter se contraria erunt.

12. q. 41. n. 6. Peccatum est idem, quod transgressio legis? ℟. Peccatum vel est transgressio legis, vel quid à tali transgressione derivatum.

De Peccato, originali, mortali, & veniali. Num. 6.

Sess. 5. & 6. QVotuplex est peccatum? Resp. Duplex, originale, & actuale.

Sess. 5. de pec. orig. Quid est originale? ℟. Ex sacro Concilio. Est peccatum à primo parente in posteros non imitatione, sed propagatione derivatum.

Est-ne transgressio divinæ legis? Respon. In Adam fuit actualis transgressio: in posteris non fuit actualis transgressio, sed propagatione ab ipsa derivatum: ideo sacrum Concilium ait esse transfusum in posteros non imitatione, sed propagatione. Conc. ibid.

Quid est peccatum actuale? ℟. Est actualis transgressio divinæ legis. 12. qu. 71. ar. 6. ibid.

Quomodo deffinitur? Resp. Sic: Est dictum, vel factum, vel concupitum contra, vel præter legem Dei. Sess. 14. c. 5.

Quotuplex est hoc peccatum? ℟. Duplex, aliud mortale, aliud veniale. Sess. 6. c. 11. 1. 2. qu. 71. art. 6.

Quomodo deffinitur mortale? ℟. Primò sic: Est gravis, & perfecta transgressio divinæ legis: secundò sic. Est dictum, vel factum, vel concupitum contra legem Dei, & utraque idem dicit.

Quomodo deffinitur veniale? R. Primò sic: Est levis, vel imperfecta transgressio divinæ legis. Secundò sic: Est dictum vel factum, vel concupitum præter legem Dei. Et ex sess. 6. cap. 1. & Sess. 14. c. 5.

Quænam transgressio dicitur gravis? ℟. Illa, quæ versatur circa rem notabilem, & alicujus momenti, veluti si furtum sit de re gravi. Ar. ex. Conc. locis citatis.

Quæ dicitur perfecta? ℟. Illa, quæ sit cum advertentia, & integro judicio, atque consensu rationis. 1. 2. q. 74. 1. 2. q. 93. ar. 9.

Quænam levis? ℟. Quæ circa rem levem versatur, ut si quis quadrantem furetur.

Quæ imperfecta? Res. Quæ sine plena advertentia, aut perfecto judicio rationis, atque consensu effecta est. ibid. q. 74.

Quare hoc? Resp. Duo in transgressione considerantur, nempe, Opus & voluntas operis, si materia operis modica sit & ipsa transgressio modica est: Si voluntas operis sit imperfecta, similiter & ipsa transgressio imperfecta dicetur: Si verò & materia sit gravis, & voluntas deliberata, transgressio completa, atque perfecta erit. 1. 2. qu. 73. 74. Cat. præc. Num. 6. 7

Si quis furetur quadrantem, sed habet voluntatem furandi majorem quantitatem, erit peccatum mortale? Resp. Erit, quia ex parte voluntatis etiam in materia gravitas est. 1. 2. qu. 7.

Si quis tentetur de adulterio, sed non consentit tentationi, peccat-ne mortaliter? Resp. Non, quia etsi materia operis si gravis, consensus tamen rationis deest. Ibidem.

Si caro vel sensus appeteret adulterium, sed ratio dissentiret, esset-ne mortale? Resp. Non, quia nobilior pars hominis non consentit.

Catech. hic Num. 5. Quare mortale dicitur contra, & veniale præter legem Dei? Resp. Secundum quod lex, & voluntas Dei aliquo modo idem sunt: voluntas enim Dei in lege ejus proposita est: Idem ergo erit facere contra legem, & contra voluntatem Dei: Si ergo homo tale producat opus: ut per illud inter hominem, & ocum, seu inter voluntatem Dei, & hominis oriatur illa contrarietas, quæ dicitur inimicitia, tunc verè, & realiter opus illud dicitur esse contra legem, & voluntatem Dei. Si verò ab illo fiat aliquod opus, quod quidem aliqualiter displicet voluntati Dei, sed nihilominùs Deus non vult esse illi inimicus, neque privare illum sua gratia: tunc tale opus dicetur quidem aliquo modo declinare à voluntate Dei, non tamen habere veram contrarietatem cum illa: Cum enim contraria non possint simul stare, peccatum autem veniale simul stet cum bona, & amica, & benevola Dei voluntate, sequitur quod sit præter & non contra illam. Et hoc docet factum Concilium his verbis: *Licet enim in hac mortali vita quantumvis sancti, & justi in levia saltem, & quotidiana quæ etiam venialia dicuntur peccata, quandoque cadant, non propterea desinunt esse justi*: quòd autem justi amici sint Dei certum est.

Ex sess. 6. c. 15. Ex sess. 6. c. 11. Sess. 6. c. 11.

Sess. 6. c. 15. Catech. art. 9. Num. 26. Quæ damna sequuntur ex transgressione mortali? Resp. Ex fructibus, qui ex observantia divinæ legis proficiscuntur, innotescent damna, quæ ex peccato mortali derivantur, primò enim peccato mortali amittuntur illi fructus, qui antea dicti sunt; Deinde mala illis opposita inferuntur: veluti pro gratia, & amicitia Dei, odium & inimicitia illius pro merito regni cælorum, reatus damnationis, æternæ, atque idem de alijs erit.

De consensu & usu rationis. Cap. VII.

QVare hoc loco de consensu, & usu rationis dicendum est? R. Quia transgressio, & observantia divinæ legis sine hac declaratione non plenè explicatur: Deinde confert ad explicandum, quomodo Deus homines ad observantiam legis inducat.

Quid

Quid circa hoc debet considerari? Resp. Primò quid sit Synderesis. Secundò quid sit conscientia? Tertiò quid sit ratio, & usus, & consensus illius.

De synderesi quid sit. Num. 2.

QVid de Synderesi considerandum? Resp. Duo, deffinitio, & quatuor causæ illius. 1. 2. q. 76. art. 12.

Quomodo deffinitur Synderesis? Resp. Sic, Est habitus naturalis cognoscitivus primorum principiorum operabilium. Ibidem.

Quid est primum principium operabile? Resp. Illud, quod primò hominem dirigit ad operandum.

Quæ sunt ista prima principia? Resp. Præcepta divinæ legis. 1. 2. qu. 91. art. 3. 1. 2. q. 94. art. 2 & 4. q. 95. art. 2.

Quare hoc? Res. Quia lex Dei est prima regula actuum humanorum, ideo illud quod primò regulat hominem ad operandum, sunt præcepta divinæ legis.

Quænam est materia, seu objectum, circa quod Synderesis occupatur? Resp. Prima principia operabilia, seu decem præcepta Dei. 1. p. qu. 98. art. 12.

In quanam parte, vel potentia animæ Synderesis reperitur? Resp. In intellectu seu ratione.

Quænam est forma illius? Resp. Illa naturalis habilitas ad cognoscenda dicta principia. Ibidem.

Quis indidit homini hunc habitum? Resp. Deus per naturam. Ibidem.

Cur indidit? Res. ut homo vi naturæ cognosceret legem divinam naturalem. Ibidem.

Est in omnibus hominibus? Resp. in omnibus.

Quis est actus seu operatio Synderesis? Resp. Cognitio dictorum principiorum. Ibidem. Catech. hic Num. 3. D. Th. ibid. Arg. ibid. & R. can. 2.

Quis finis? Res. Observantia divinæ legis.

Quomodo est hoc? Res. quia homo non poterat observare legem Dei, nisi priùs cognosceret illam, data est Synderesis, cujus auxilio lex Dei cognita est.

De conscientia, ejusque deffinitione, & causis. Num. 3.

QVomodo deffinitur conscientia? Resp. Sic. *Est applicatio primorum principiorum operabilium ad humanas operationes.* 1. p. q. 78. artic. 3.

Quare dicitur *conscientia*? Res. quia hæc vox *conscien-* Ibidem.

tia significat quasi simul scientia seu scientia applicata, ideo rectè convenit illi.

Ibidem. Quænam est materia, seu objectum? Resp. Omnes humanæ operationes.

Ibidem. In quonam est ut in subjecto? Resp. In intellectu vel ratione.

In quo consistit forma conscientiæ? Resp. In illa applicatione, quæ dicta est.

Ibidem. Quinam est actus, vel quodnam est officium conscientiæ? Respondeo. Duo principales actus ad illam pertinent. Primus est, mediante dicta applicatione, examinare & judicare de quolibet actu humano an sit conformis, vel contrarius divinæ legi. Secundus est, ut hominem ad actum impellat conformem, & illum retrahat à contrario.

Arg. ibid. Quam habet comparationem conscientia ad synderesim? Resp. Sicut in visione oculi tria sunt, oculus, lumen Solis, & ipsa visio, quæ fit per applicationem tum oculi, tum luminis ad res, quæ videndæ sunt. Sic est in practica cognitione hominis, intellectus est veluti oculus: Synderesis est veluti lumen Solis. Conscientia est veluti applicatio tum luminis, tum oculi ad humanas actiones, ut videantur.

Quis est finis conscientiæ? Resp. Inducere hominem ad observantiam divinæ legis.

Quomodo hoc præstat? Respondeo. Duobus actibus

Ibidem. jam dictis: Primò enim suggerit homini, quod hic vel ille actus est secundum legem Dei, iste vel alius est contra illam. Deinde sollicitat hominem ut operetur secundum legem, & abstineat ab operatione, quæ illi contraria sit.

Ibidem. Quis dedit homini hunc modum operandi? Resp. Deus per naturam; scriptum est enim quòd *Deus reliquit hominem in manu consilij sui.*

Ibidem. Consilium, & consultatio in agendo fit per Synderesim, atque conscientiam? Ref. Fit in actibus moralibus, & liberis, ut ex illorum actibus apparet.

Arg. sef. 7. Can. 32. Quare Deus talem modum operandi homini dedit? Ref. Ut posset virtuosè, & cum merito operari. 1. qu. 2. art. 4. ad 2.

Omnis actio, quæ sit mediante consilio, & consultatione, seu examine, & judicio conscientiæ est virtuosa, vel vitiosa, meritoria, vel demeritoria? Ref. Ita est: nunc enim producitur vel ut conformis legi Dei, & hoc virtus est, vel ut cõtraria, & est vitium. *Aristot. 3. Et hic sect. 9. 6. 3.*

Est in omnibus hæc conscientia? Ref. Est: aliqui tamen, ut infantes, non habet usum illius. *Aristot. ibid.*

Si homines habent Synderesim, atque conscientiam, cur tot homines errant in judicando de lege Dei, & observantia illius: & tam multi sunt qui transgrediuntur illam? Ref. Per peccatum Adæ obscuratum est lumen synderesis, & conscientia per fomitem, & concupiscentiam difficilè habet bene fungi officio suo. *1. p. qu. 79. art. 13. Catech. hic Num. 3.*

Contra hæc mala à Deo remedium aliquod datum est? Ref. Deus per legem scriptam addidit lumen synderesi, & conscientiæ, ut dictum est, per gratiam, & Evangelium dedit non solum lumen, sed auxilium ad bene judicandum, & operandum. *Sess. 5. de Pecc. orig. Cat. n. 13. D. Thom. 1. 2. qu. 109 art. 1. & 2. 1. p. qu. 79. art. 8. 1. p. qu. 75. art. 2. & 77 art. 5. 1. p. qu. 79. art. 8.*

De ratione practica, Num. 4.

QVid est ratio? Ref. Est pars hominis, seu animæ superior.

In quot partes anima hominis divisa est? Resp. In duas saltem respectu operationis. Una est, quæ semper operatur cum corpore, & dicitur sensus, & portio inferior. Alia operatur sine corpore, & dicitur ratio, vel portio superior, & hæc nobilior est.

Quare dicitur ratio? Ref. quia ratiocinatur.

Quid est ratiocinari? resp. Est per discursum transire à re nota ad rem ignotam.

Synderesis, & conscientia pertinent ad hanc rationem? Ref. Ita est. *Ibidem.*

Quomodo est hoc? Ref. Ratio mediante Synderesi cognoscit prima principia operabilia, adest Dei præceptum: deinde auxilio cõscientiæ discurrit applicando cognitionem præceptorum singulis actionibus hominis, ut cognoscat an sint conformes, vel cõtrariæ divinæ legi, & hoc est ratiocinari. *Ibidem., art. 12. 15. Ibidem.*

Ibidem. Quod est obiectum rationis publicæ? Resp. Duplex habere obiectum. Vnum & principale sunt Dei præcepta. Alind sunt omnes hominum operationes.

Ibidem. Quænam est rationis operatio? Ref. Discurrere, & ratiocinati de actibus humanis.

Ibidem. Quis finis illius? Resp. Dirigere hominem ad operandum juxta legem Dei.

De usu rationis. Num. 5.

2.2. qu. 26. art. 1. Ibidem. Differuntne ratio & usus illius? Ref. Differunt.

Quomodo diff. unt? Ref. Ea ratione, qua potentia ab usu distincta est.

Ibidem. Quænam est hæc distinctio? Ref. Si quis non habeat pedes, vel habeat omnino infirmos, & inhabiles ad ambulandum dicitur non habere potentiam ambulandi. Si autem habeat pedes sanos, & fortes, sed validè fune ligatos, dicitur habere potentiam ad ambulandum, non tamen usum. Ita cæcus non habet potentiam videndi, neque usum.

1.2 qu. 20. art. 1 Qui verò habet sanos oculos, si in tenebris sit, dicetur habere potentiam, sed non usum videndi. Si sit in luce & potentiam & usum habebit.

Ibidem. Catech. de pæn. n. 44. & hic n. 3. D. Th. ibid. 1.2. q. 79. art. 12. & 13. Infantes, dormientes, amentes, habent rationem quatenus dicit potentiam? Resp. Habent, cum habeant animam hominis, & potentias illius.

Habent usum rationis? Ref. Non, quia est impedita, ne eliciat actum suum.

Quinam habent usum rationis? Ref. Illi, qui bonum à malo, honestum à turpi, justum ab injusto, secernere possunt: *id est*, qui mediante lumine synderesis, & officio conscientiæ possunt discernere, quænam operationes sint conformes, *id est*, bonæ, vel contrariæ, *id est* malæ, divinæ legi naturali, quæ in corporibus eorum insita est, & per synderesim illi manifestatur.

1.2. q. 21. art. 1. & 2. Catechis. prof. 1. Num. 34. Quomodo usus rationis deserit ad observantiam divinæ legis? Ref. Si homo in singulis suis actionibus, in cibo, & aliis semper studeat facere illud, quod est conforme legi Dei, & abstinere se ab illo, quod illi contrariatur, sic diligens legis observator evadet.

De consensu rationis. Num. 6.

Catech. prof. n. 44. COnsensus rationis potest esse in iis, qui non habent usum illius? Ref. Non potest.

1.2. qu. 74. art. 3. ad 3. Ibidem. art. 3. ad 4. Absque consensu rationis potest esse virtus vel vitium, meritum, vel peccatum? Ref. Non potest.

Si sensus appellat aliquid contrarium divinæ legi, veluti vindictam: & ratio dissentiat, eritne peccatum? Respondeo. Non.

Si consentiat erit? Resp. Ita est.

Ibidem. Ibidem. art. 5. & c. Quomodo fit iste consensus, ? Ref. Sic. Si ratio per synderesim cognoscat vindictam vel furtum à Deo esse prohibitum, & per conscientiam cognoscat in hac effectione intimeri fieri contra præceptum de non vindicando, & ideo esse contrariam divinæ legi: tunc si ratio consentit illi offensæ ad quam sensus vel homo se præparat, dicitur consensisse, & esse peccatum.

D. Thom. 1.2. qu. 21. art. 1. & c. sat. prof. 1. Num. 34. Si quis diligat uxorem, quia pulchra: vel comedit, aut bibit quia in hoc delectatur: vel abstinet à furto, quia displicet illi, & has operationes elicit absque ulla cogitatione, quod legi Dei conformes sint, iste dicendus est legis observator? Ref. Non.

1.2. qu. 21. art. 1. & c. Cat. prof. 1. Num. 34. Quare non? Ref. Quia tales operationes non facit, ut se conformet divinæ legi, & ratio in illis nihil cogitat de tali conformitate, in qua sola ratio virtutis posita est.

D. Th. ibid. Arg. ibid. Si quis diligat uxorem, quia ratio advertit à Deo ita esse præceptum, erit actio virtuosa? Ref. Erit, quia ratio consentit in illam conformitatem cum lege Dei.

Expedit ut ratio in humanis operibus semper studeat advertere huic legis conformitatis? Respond. Verissimum est.

De modo inducendi ad observantiam divinæ legis. Num. 7.

EX dictis potestne colligi modus, quod homines ad divinæ legis observantiam inducantur? Ref. Potest.

Quis est iste modus? Ref. Ille, quo utitur Deus, nempe per synderesim, atque conscientiam.

Quid facit Deus, ut dirigat homines ad legis observan-

tiam? Resp. Primò per syndereſim dat cognitionem legis. 2. Per conſcientiam manifeſtat homini, quænam operationes ſint conformes, & vel contrariæ dictæ legi. 3. Per eandem conſcientiam ſuaviter impellit ad conformes, & retrahit à contrariis 4. Dat motiva externa nempe præmium, & pœnam, quibus inducat, ut homines ſemper meditentur, & ſe exerceant in obſervantia divinæ legis.

Quomodo paſtores animarum hoc idem præſtabunt? Reſp. Primò, debent explicare populis legem Dei, quod eſt ſyndereſim illuſtrare. Secundo. Docere illos quænam actiones ſint divinis præceptis vel conformes, vel contrariæ, quod eſt conſcientiam in primo ſuo actu examinandi, & iudicandi adjuvare. Tertio, Proponere motiva, quibus fideles ad virtutes impellantur, & à vitiis retrahantur: quod eſt adjuvare conſcientiam ad ſecundum actum, qui convenit illi, nempe ut ſolliciter ad bonum, & compeſcat à malo. 4 Hortari fideles, ut in omni ſua actione oculos ad Dei legem convertant, in illaque die ac nocte impediteantur, atque ſe exerceant.

De motivis, quibus ad obſervantiam divinæ legis homines inducantur Cap. VIII.

Num. 1. EXpeditur conſiderare de motivis, quibus homines impellantur ad obſervantiam divinæ legis? Reſ. A Cat. hoc Parochis tanquam præcipuum propoſitum eſt.

Quare hoc? Reſ. Quia plurimi circa illam tepidum, & remiſſum animum habent.

Quid per motivum intelligi debet? Reſ. Illud, quo tanquã à calcari vel ſtimulo & aculeo voluntas in agendo tepida, atque remiſſa excitatur, ſollicitatur, impellitur, ut in operando diligens ſit.

Quæ ſunt iſta motiva, quibus voluntas hominis excitatur? Reſ. Aliquo modo proponentur.

Seſſ. 6. c. 11. Cat. num. 7 Num. 9. Seſſ. 14. c. 3.

Primum eſt Facilitas, nempe ſi populis proponatur, quod obſervantia divinæ legis eſt facilis, & poſſibilis. Quod motivum ex dictis colligi poteſt.

2. Iucunditas, nempe perſuadere, quod non ſolùm eſt facilis, ſed etiam jucunda, & delectabilis, & de ſupradictis haberi poterunt argumenta.

3. Vtilitas, nempè probare, vel explicare fructus & utilitates, quæ ex illa proveniunt. *Num. 9. &c.*

4. Iuſtitia, atque honeſtas, nempè probare juſtum, atque honeſtum eſſe, ut creatura obediat ſuo Creatori Deo, ac Domino, ut ſupra dictum eſt. *Num. 4. &c.*

5. Neceſſitas, quod hæc obſervantia omnino ad ſalutem neceſſaria eſt. *Num. 8. Num. 11*

6. Dignitas, nempè quod ſervire Deo valde glorioſum, & honorificum eſt. *Num. 10.*

7. Exempla, veluti quòd Chriſtus fuit ſub lege, &c. Item quòd omnes Angeli, & Beati per hanc obſervantiam vitam æternam obtinuerunt. *Seſſ. 6. c. 11. & 16.*

8. Ex parte Dei afferre argumenta, quibus oſtendatur omnibus modis Deum mereri, & dignum eſſe, ut illi ab omnibus ſerviatur. *Num. 2. &c. hic per totum.*

9. Ex parte legis, declarando ejus dignitatem, excellentiam, juſtitiam, brevitatem, facilitatem, charitatem, & alia quæ gratiſſimam reddere illam poſſint.

10. Ex parte noſtri, ſumus miſeri, ſine conſilio, atque prudentia, & abſque directione Dei ad infinita mala propenſi. *Num. 2. Num. 3.*

11. Maximæ pœnæ illas tranſgreſſioni propoſitæ. *&c.*

12. Maxima præmia ejus obſervantiæ deſtinata. *Prov. 1.*

Hæc motiva fideles ad obſervantiam divinæ legis inducere poſſunt: & ex ſacra Scriptura, facto Concil. Trid. & Catechiſmo accepta fuere, ut ex locis in margine citatis apparebit. *Num. 15. Ibidem.*

De modo ampliandi dicta motiva. Num. 1.

MOtiva jam dictaegene explicatione & ampliatione? Reſ. Egent.

Ampliatio unde deſumi poteſt? Reſp. A Scriptura, à Conc. & Catec. ex jam dictis, ab exemplis, ratione, ab experientia, & aliis hujuſmodi.

Exempla habent maximam vim in ampliando? Reſpond. Habent.

Catechiſmus proponit aliquam ampliationem ab exemplis? Reſ. Proponit potiſſimum duo exempla, unum ſcrũ irrationabilium, alterum populi Hebræi, cui à Deo lex data eſt. *Num. 10. Num. 11.*

Num.10. Quid dicit de irrationabilibus? Respondeo. Ita argumentatur: si omnia irrationabilia legem sibi à Deo datam inviolabiliter observant, & voluntatem ejus indesinenter sequuntur: cur homo cui Deus multò majora contulit beneficia, legi, ac voluntati Dei non debet obtemperare.

Num.3. Quid Catechismus velit à Parochis explicari circa le-
Num.4. gem à Deo Hebræis datam? Resp. Duo potissimum, nempe
Num.1. majestatem legis, & bona, quæ populo illi ob datam legem
Cæter. per totum. addita sunt.

Num. 2. Quomodo explicatur majestas legis? Resp. Ex quatuor
Num.3. causis illius.
&c.

Num.7. Quomodo ab efficiente? Resp. Explicando quod à Deo,
Nu.9. &c. & Domino omnium, cujus infinitam vim, atque potestatem effugere nemo potest, data est.

Qua ratione ex materia? Resp. Explicando, quod lex sit facilis, utilis, jucundas, nempe amari, & amare, & in quibus gloria Dei, & commodum hominum posita sunt, præcipit, atque proponit.

Ibidem. Quomodo ex fine? Resp. Explicando finem legis esse rem dulcissimam, & jucundissimam, nempe charitatem Dei, & proximi, seu gloriam Dei, & summam hominum felicitatem, atque salutem.

Num.6.7. Quo pacto ex forma? Resp. Explicando modum, quo lex
12. &c. scripta à Deo data est.
Num.11. Quid circa hunc modum Catechis. proponit? Resp. Primò electionem populi, cui danda erat lex. 2. Præparationem illius ad legem suscipiendam. 3 Locum, & tempus, in quibus data est lex. 4. Majestatem qua lex à Deo data est. 5. Curam ac providentiam particularem, quam Deus habuit populi, qui legem suam vel acceperat, vel acceptura erat.

Ibidem. Quid proponit de electione? Resp. Ait, Deus ex omnibus nationibus, quæ sub cœlo erant, unam delegit, quæ ab Abraham ortum habuit, quam populum vocaret suum; & cui se cognoscendum, & colendum præberet. Elegit autem eam, non quod cæteras nationes justitiâ, aut numero vinceret: sed quod ipsi Deo sic placuit, nempe ut gentem inopem, & abjectam à se electam augeret, & locupletaret:

ut sic ejus potentia ac bonitas, apud omnes notior, atque illustrior redderetur.

Quid explicat Catechismus de præparatione? Ref. Ait, *Ibidem.* ut Deus præparaverit populum ad legem suscipiendam, vocavit Abraham, ut esset pater populi Hebræi, quem peregrinum esse voluit in terra Chanaam; cujus possessionem ei pollicitus est, sed tamen voluit, ut & ipse, & posteri ejus amplius quadringentos annos vagi essent, antequam dictam terram obtinerent. Sed & hoc tempore Deus permisit, ut Hebræi in Ægypto servi essent, atque fame, ac labore nimium affligerentur. Contulit eis maximum beneficium liberans eos de domo servitutis & de terra Ægypti. Duxit in desertum curam gerens illorum. Demum triduo antequam ferretur lex, Deus jussit, ut vestimenta lavarent, uxores non attingerent, ut ad diem tertium adessent. Deinde ad montem Sina adducti, in quo Deus per Moysen legem datutus erat, soli Moysi dictum est, ut montem ascenderet, populo verò cæteris ascensus prohibitus est.

Quid Catechismus explicat de loco, & tempore da- *Num.14.*
tæ legis? Respondeo. Ait, lex data est in deserto, & hoc quoad locum; & postquam populus de servitute Pharaonis liberatus fuit; per quod conditio temporis explicatur.

quid explicat de majestate, qua lex à Deo data est? Ref. *Num.6.*
Ait Deus maxima cum majestate venit in montem Sina, & locum tonitruis, fulguribus igne, densisque nebulis circumfudit, ac loqui cum Moyse cœpit; eique legem dedit.

quid dicit de providentia Dei erga populum Hebræum? *Num.15.*
Respondeo. Ait, sibi populus in sua peregrinatione transibat de gente in gentem, & de regno ad populum alterum, sed Deus nunquam illi injuriam fieri passus est, imò verò in Reges animadvertit. Et priusquam in Ægyptum descenderet, virum præmisit, *id est*, Ioseph, cujus prudentia & illi, & Ægypti fame liberarentur. In Ægypto verò ex illos benignitate complexus est, ut repugnante, & ad illorum perniciem incumbente Pharaone, miserum in modum augerentur, & cum valdè afflingerentur, ac tanquam servi durissimè tractarentur, ducem

Num.10. Quid dicit de irrationabilibus? Respondeo. Ita argumentatur: si omnia irrationabilia legem sibi à Deo datam inviolabiliter observant, & voluntatem ejus indesinenter sequuntur: cur homo cui Deus multò majora contulit beneficia, legi, ac voluntati Dei non debet obtemperare.

Num.3. Quid Catechismus velit à Parochis explicari circa le-
Num.4. gem à Deo Hebræis datam? Resp. Duo potissimum, nempe
Num.1. majestatem legis, & bona, quæ populo illi ob datam legem
Cæter. per totum. addita sunt.

Num. 2. Quomodo explicatur majestas legis? Resp. Ex quatuor
Num.3. causis illius.
&c.

Num.7. Quomodo ab efficiente? Resp. Explicando quod à Deo,
Nu.9. &c. & Domino omnium, cujus infinitam vim, atque potestatem effugere nemo potest, data est.

Qua ratione ex materia? Resp. Explicando, quod lex sit facilis, utilis, jucundas, nempe amari, & amare, & in quibus gloria Dei, & commodum hominum posita sunt, præcipit, atque proponit.

Ibidem. Quomodo ex fine? Resp. Explicando finem legis esse rem dulcissimam, & jucundissimam, nempe charitatem Dei, & proximi, seu gloriam Dei, & summam hominum felicitatem, atque salutem.

Num.6.7. Quo pacto ex forma? Resp. Explicando modum, quo lex
12. &c. scripta à Deo data est.
Num.11. Quid circa hunc modum Catechis. proponit? Resp. Primò electionem populi, cui danda erat lex. 2. Præparationem illius ad legem suscipiendam. 3 Locum, & tempus, in quibus data est lex. 4. Majestatem qua lex à Deo data est. 5. Curam ac providentiam particularem, quam Deus habuit populi, qui legem suam vel acceperat, vel acceptura erat.

Ibidem. Quid proponit de electione? Resp. Ait, Deus ex omnibus nationibus, quæ sub cœlo erant, unam delegit, quæ ab Abraham ortum habuit, quam populum vocaret suum; & cui se cognoscendum, & colendum præberet. Elegit autem eam, non quod cæteras nationes justitiâ, aut numero vinceret: sed quod ipsi Deo sic placuit, nempe ut gentem inopem, & abjectam à se electam augeret, & locupletaret:

ut sic ejus potentia ac bonitas, apud omnes notior, atque illustrior redderetur.

Quid explicat Catechismus de præparatione? Ref. Ait, *Ibidem.* ut Deus præparaverit populum ad legem suscipiendam, vocavit Abraham, ut esset pater populi Hebræi, quem peregrinum esse voluit in terra Chanaam; cujus possessionem ei pollicitus est, sed tamen voluit, ut & ipse, & posteri ejus amplius quadringentos annos vagi essent, antequam dictam terram obtinerent. Sed & hoc tempore Deus permisit, ut Hebræi in Ægypto servi essent, atque fame, ac labore nimium affligerentur. Contulit eis maximum beneficium liberans eos de domo servitutis & de terra Ægypti. Duxit in desertum curam gerens illorum. Demum triduo antequam ferretur lex, Deus jussit, ut vestimenta lavarent, uxores non attingerent, ut ad diem tertium adessent. Deinde ad montem Sina adducti, in quo Deus per Moysen legem datutus erat, soli Moysi dictum est, ut montem ascenderet, populo verò cæteris ascensus prohibitus est.

Quid Catechismus explicat de loco, & tempore da- *Num.14.*
tæ legis? Respondeo. Ait, lex data est in deserto, & hoc quoad locum; & postquam populus de servitute Pharaonis liberatus fuit; per quod conditio temporis explicatur.

quid explicat de majestate, qua lex à Deo data est? Ref. *Num.6.*
Ait Deus maxima cum majestate venit in montem Sina, & locum tonitruis, fulguribus igne, densisque nebulis circumfudit, ac loqui cum Moyse cœpit; eique legem dedit.

quid dicit de providentia Dei erga populum Hebræum? *Num.15.*
Respondeo. Ait, sibi populus in sua peregrinatione transibat de gente in gentem, & de regno ad populum alterum, sed Deus nunquam illi injuriam fieri passus est, imò verò in Reges animadvertit. Et priusquam in Ægyptum descenderet, virum præmisit, *id est*, Ioseph, cujus prudentia & illi, & Ægypti fame liberarentur. In Ægypto verò ex illos benignitate complexus est, ut repugnante, & ad illorum perniciem incumbente Pharaone, miserum in modum augerentur, & cum valdè afflingerentur, ac tanquam servi durissimè tractarentur, ducem

nem, nempe vel ut meditemur ea, quæ à verbo Dei sunt explicata vel ut illa addiscamus illad est magis exercitatorum: illud eorum qui minus sapiunt.

Ibidem. Qua ratione exprimit modum, quo verbo Dei danda opera est? R. Multis verbis, & primò declarat intentionem talem habendam esse, cum verbo Dei opera datur, nempe occupandi se in tali verbo, quia Dei voluntas in illo enunciata, & explicata est, unusquisque autem debet maximè studere, ut voluntatem Dei cognoscat & faciat. 2. Ait cum sanctitate, & diligentia operam dandam esse. 3. Ait, Assidue in hoc versandum. 4. Ait, tali modo verbo Dei incumbendum, quilis vel personæ cujusque, vel muneri, seu officio conveniat.

Ibidem. Tertium caput quale est? R. Tale. Tunc divinum nomen veneramur, cum officii, & Religionis causa divinas laudes, celebramus, ac de omnibus rebus, tum prosperis, tum adversis Deo singulares gratias agimus.

Ibidem. Quot actus ad hoc caput reducuntur? Respond. Tres. Primus est, Dei laudes celebrare, veluti Orationem Dominicalem, Symbolum Apostolorum, Salutationem Angelicam, Coronam, Rosarium, Litanias, Officium Beatæ Virginis, parvum vel magnum, & alia plurima ejusmodi recitare, ea intentione, ut Deo laudes persolvantur, sive hoc fiat ex voto, sive ex devotione. Secundus actus est: In rebus prosperis Deo gratias agere, à quo beneficia tuæ accipiuntur. 3. Idem præstare in adversis, sicut fecit Iob qui in maxima afflictione dicebat, sit nomen Domini benedictum.

Ibidem. Isti actus ad quam virtutem referri debent? Respondeo, Ad charitatem, atque Religionem, res enim bonæ sunt, tum diligendæ, tum laudandæ, & laus oris ex dilectione cordis fluvius originem habet. Laudare etiam, cum beneficia conferuntur, ex charitate erga benefactorem derivatur. Sed laudare Deum in adversis signum maximè dilectionis est.

Ibidem. Quomodo explicantur actus quarti capitis? Respondeo. Sic, nequa minus nomen Dei honoratur si fideiter operam ejus imploramus, qua nos, aut à malis liberet, aut ad eadem fortiter perferenda constantiam aut robur largiatur.

Ad quam virtutem illi actus referuntur? respond. Ad spem. *Arg. ibid.*

Qui actus continentur in quinto capite? Resp. Vota, & juramenta si recta ratione habita sint. *Num.16.*

Quare Deus per juramentum honoratur? R. Quia cum ad aliquam veritatem confirmandam Deum invocamus in testem, aperte confitemur, quod Deus à nobis ut infallibilis veritas invocatur: hæc autem res maximi est honoris.

Ad quam virtutem iste actus reduci debet? R. Ad religionem, ut infra dicetur. *2.2.qu.89.*

Votum fertur ad eandem? Resp. Ita est. Vota enim ad Dei cultum sunt instituta. *Ibidem, quæs.88.*

Isti omnes actus sunt meritorij, & virtuosi si fiant ea intentione ut secundi præcepti observantia adimpleatur? R. Singuli tales esse possunt. *Sess.6.c.16.*

De observantia præcepti negativa.

Cap. IV.

QUomodo quis observabit præceptum negativum? R. Si loquendo, vel scribendo: vel legendo de Deo, & Sanctis, & rebus, sacris nihil omnino proferat, quod fidei, spei, & charitati, aut religioni contrarium sit. *Ex supradict.* 1.

Erit virtus, si quis sibi imponat silentium pro tempore, ne lingua in aliquod verbum incidat, quod Dei gloriam minuere possit? resp. Erit. *Ibidem.* 1

Si quis custodiat linguam, ne quid contra hoc præceptum dicat, erit-ne virtus? resp. Erit.

Quibus modis peccatur contra hoc præceptum? resp. Catec. ait sequentibus.

Primò. Peccato seu blasphemia in deum, vel Sanctos, & hoc gravissimum est. *Num.19.*

2. Periurium, vel indebitum juramentum, vel inobservantia debiti juramenti. *Num.20.*

3. In observantia voti legitimè facti absque rationabili causa. *Num. 3.*

4. Assumere nomen dei, vel loqui de deo, & Sanctis sine reverentia, vel cum irreverentia. *Num.17.*

5. Negligere verbum dei, sacram Scripturam, lectionem illius, sacras Conciones.

3. De præcepto affirmativo.
4. De negativo.
5. De cultu, & invocatione Sanctorum.
6. De cultu sanctarum Imaginum, ac Reliquiarum.
Hic n.4. 7. De præmio ac pœna.

De exordio in Decalogum. Cap. I.

Nu.1.& 4. Num.1. LEgislatores in datione legis solentne facere aliquod exordium, vel proœmium? Res. Sæpè hoc fit.

Quid est hoc proœmium, vel exordium? Res. Illud, quod præmittitur dationi legis.

Quis est finis illius? Resp. Disponere animas subditorum ad promptius legem acceptandum.

Num.4. Deus facit tale exordium? Res. Fecit.

Num.1. Quodnam est? Res. Illa verba: *Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti, & de domo servitutis.*

Ibidem. Quis est, qui loquitur in eo? Res. Deus! Ait enim: *Ego sum Dominus Deus.*

Ibidem. Quid in illo explicatur? Resp. Primò, majestas Dei illis verbis: *Ego sum Dominus Deus tuus.* 2. Maximum beneficium hominibus collatum illis verbis: *Qui eduxi te de terra Ægypti, & de domo servitutis.*

Exod.c.3. Nu. 14. & 15. Quomodo Dei majestas hic explicatur? Resp. Primò, illud verbum: *Ego sum*: declarat Deum esse in seipso æternum, & immortalem, cætera verò omnia per ipsum esse, & sine ipso non esse. 2. Illa vox, *Dominus*, ostendit dominium, quod habet in omnia, per quod justè potest omnibus legē dare. 3. Illa vox, *Deus*: significat in ipso esse summam potentiam, sapientiam, & bonitatem, ideoque legem ab ipso latam esse magni faciendam, cum summa sapientia, ac bonitate, plena sit, habeatque legislatorem, qui possit, sua potentia conterere eos, qui suæ legi noluerint obedire. 2. Illud verbum: *Tuus*, explicat specialem ergà homines Dei bonitatem, dominium, atque providentiam.

Num.1. Ista possunt inducere homines, ut promptiùs legem accipiant, & à transgressione illius abstineant? Res. Omninò. Majestas enim legislatoris legi magnam affert dignitatem, & subditos ad ejus impellit observantiam.

Num.1. Quomodo explicatur maximum beneficium homini-

bus collatum? Resp. Inter bona hominis, libertas maximum est, servitus verò summum malum existit: Hic autem Deus declarat, se hominem à servitute liberasse, & in libertatem constituisse: seruus enim à servitute non nisi per libertatem liberatur.

Hoc beneficium nonne est particulare Iudæorum? Res. Ait Catechismus? Et si Iudæis tantùm videtur convenire Ægyptiorum dominatu liberatis, tamen si interiorem salutis universæ rationem spectamus, multū magis ad Christianos homines pertinet: qui non ex Ægyptiaca servitute, sed è peccati regione, & à potestate tenebrarū à Deo erepti, atque in regnum filii dilectionis suæ translati sunt. Pater enim indulgentissimus, per filium suum filios, qui erant dispersi, congregavit in unum, ut jam non ut servi, peccato, sed justitiæ, seruiamus illi in sanctitate, & justitia coram ipso omnibus diebus nostris. Ibidem.

Expedit ut verba hujus exordii in animis fidelium imprimantur? Res. Ait Cat. Enitatur Parochus, & quantum potest efficiat: ut fidelis populus dicta verba semper in animo habeat: sic enim intelligent quemnam habeant legislatorem, quàm potentem, quàm beneficum, & ex vehementi, atque frequenti horum verborum admonitione eveniet ut ad legem colendam fideles promptiores reddantur, & à peccatis abstineant. Sed hanc etiam illis affert utilitatem, ut omnibus tentationibus opponant tanquam clypeum illud Apostoli: qui mortui sumus peccato, quomodo adhuc vivemus in illo? jam non sumus nostri, sed Christi, qui nos suo sanguine sibi acquisivit, quomodo peccare poterimus in Dominum Deum nostrum, ipsumque iterum cruci affigere. Ibidem.

De primo præcepto, ejusque deffinitione, ac divisione. Cap. I.

QVænam sunt verba primi præcepti? Res. Ait Cat. ista. *Non habebis Deos alienos coram me.* Reliqua verò, quæ sequuntur, id est, *Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem quæ est in aquis sub terra: Non adorabis ea, neque coles*, non sunt in cœlo, & quæ in terra deorsum, neque eorum, quæ sunt aliud præceptum: sed ad jam dictum pertinet, & quasi illius sunt explicatio. Num.2. & n.16.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Num. 6. Quod est nomen præcepti? Resp. vocitur primum præceptum.

Quare dicitur præceptum? Resp. Quia modo præceptivo

Num. 3. datum est.

Cur dicitur primum? Ref. Ait Catec. Hoc præceptum est

Num. 6. omnium primum, & maximum, cui ordine tantum ipso, *id est*, quia ante alios numeretur, vel positus sit primo loco, sed ratione, dignitate, præstantia. Sicut enim deus tum magnitudine majestatis, tum multitudine beneficiorum super omnia, etiam Reges ac parentes, diligi debet, omnia verò alia propter deum sunt diligenda, ita præceptum de hac dilectione datum maximum, & omnium primum est judicandum.

Ex prac. 3. Num. 1. Et n. 3. de Decal. Quomodo potest definiri hoc præceptum? Resp. Sic, *Est prima regula actuum cordis humani in Deum obligans ad sui observantiam.*

Ex prac. 3. nu. 1. supra de Decal. Quare dicitur regula? Ref. quia regulat.

Quare prima? Ref. quia præcepta dei sunt regula prima actuum humanorum, ut dictum est.

Cur dicitur, actuum cordis humani erga deum? R. Quia dicti actus ab illo sunt regulati.

Propter quid dicitur obligans ad sui observantiam? R. Quia in hoc ratio præcepti est.

De causis primi præcepti.
Num. 2.

Num. 1. QVod efficiens hujus præcepti? Resp. deus, ut dictum est.

Ex prac. 3. quis finis Ref. Impellere, dirigere, regulare cor hominis in deum.

Num. 1. quænam forma? Ref. Ratio, seu jus, directiva, præceptiva, obligativa.

Num. 3. quis effectus? Respondeo. Obligatio ad sui observantiam.

de Decal. Num. 8. Ex prac. 3. Num. 1. & hic nu. 3. quæ materia, Ref. Remota sunt omnes homines, seu corda omnium hominum. Minus remota sunt omnes actiones cordis humani erga deum. Proxima sunt omnes virtutes, & omnia vitia, quæ in actibus cordis humani erga deum valent reperiri.

Num. 6. Potest probari quod primum præceptum datum sit cordi hominis? Respondeo. Potest tali ratione ex Catechismo. Primo, hoc præceptum ait Catechismus, maximum, & primum, est de Dei dilectione, & de fide, spe, & charitate: 2. est certissimum, quod Deus ante omnia attendit, & intuetur cor hominis dilectio etiam, fides, spes, & charitas, tantum in corde hominis reperiuntur: Num. 5. ideo hoc præceptum cordi hominis datum erit. Tertiò, prac. 4. certum est apud omnes, quod in primis tribus præceptis Nu. 3 & 4. omnes actiones hominis in Deum sunt regulatæ, sive Prac. 2. sint cordis, sive oris, sive exterioris. Sed quod secundum Num. 1. datum sit ori, verba ipsa apertissimè declarant, cum dicitur, *Non assumes nomen Dei tui in vanum*, quod tantùm ore contingit. 3. etiam circa exteriora versatur: Sanctificatio enim Sabbati, & Festorum sit per externam cessationem ab operibus servilibus, & per externum cultum, vel jejunij, vel Missæ, vel aliter datum ergo vel Prac. 3. Num. 1. nullum præceptum datum est cordi hominis erga deum, quod omnino absurdum est, vel primum datum est illi.

De divisione primi præcepti
Num. 3.

PRimum præceptum debet dividi in affirmativum, & Num. 3. negativum? Ref. Ita ait Catechismus.

Quare hoc? Respondeo. Quia necesse est, ut per Ibidem. ipsum tum virtutes præcipiantur, tum vitia prohibeantur.

Quodnam est præceptum negativum? Ref. Ait Cat. hoc: Num. 2. *Non habebis Deos alienos coram me.*

Quodnam affirmativum? Respondeo. Hoc, scil. *Me* Num. 3. *verum Deum coles, alienis Dijs cultum non adhibebis.* Nu. 5 & 9.

Ex quibus verbis negativis colligitur affirmativum? Respondeo. Ex illis duobus *alienos Deos, & coram me.*

Quomodo est hoc? Ref. Illud verbum *Deos alienos* de- Ibidem. clarat, quod ipse sit verus, legitimus, & naturalis deus. Alij

verò, qui Dij vocantur sunt falsi, illegitimi, & alieni à vera divinitate. Illa vera dictio: *Coram me*, significat nihil omnino debere cum Deo, quod attinet ad divinitatem, comparari.

Ex præc. 7. & 10. Potest declarari exemplo? Ref. Potest tali, Deus in septimo præcepto dicit: *Non habebis rem alienam*, in decimo: *Non concupiscet rem alienam*, & sensus est. Illa quæ tua sunt concupiscere, & habere licitum est; aliena autem nec habeas, nec concupiscas. Sic in præsenti, cum dicit, *Non habebis Deos alienos*, sensum habet: Me verum Deum habeas, alienos Deos ne habeas. Similiter si pater filio naturali dicat. Non habeas alienum patrem coram me, sensus erit: Me verum, & naturalem patrem habeas, quia à me genitus, & educatus es. Alienum autem patrem à quo nec genitus, nec educatus fuisti, ne habeas coram me, *id est*, in injuriam & contemptum mei. Sic igitur Deus dicit. Ego creavi te, & à servitute peccati te liberavi; & magnam de te habeo providentiam. me igitur verum, & legitimum, & naturalem Deum, Dominum tuum agnosce, præter me autem nullam Deum, aut patrem tibi constituas: quia apud me solum totius mundi summum dominium repositum est.

De Præcepto affirmativo, ejusque explicatione.

Cap. III.

QVid debet considerari de hoc præcepto? Resp. Duo, Primo præceptum, quod pertinet ad synderesim. 2. Illius observantia, quod spectat ad conscientiam.

Quid de præcepto explicandum? Resp. Primò, Finis. 2. Effectus. 3. Materia. 4 Forma.

Decal. p. 70. n. 10. 11. Quis est finis præcepti? Ref. Gloria Dei, & utilitas hominum.

3. Dt. Dec. n. 10. n. 7. Quomodo est gloria nei? Ref. quia præcipit cultum, per quem neus glorificatur.

Prac. 3. n. 1. Quare continet hominum utilitatem? R. quia hominem destinari ad cultum nei, & hoc ab ipsomet deo, & per præceptum, summa dignitas & summum beneficium hominis est.

De Decal. Num. 8. Quis est effectus hujus præcepti? R. Obligare, impellere, dirigere cor hominis ad omnes actus, quibus deo debitus cultus redditus sit.

Quænam

timere nimis creaturas, veluti Reges Dominos, ita ut hoc timore in Dei offensam inducantur. *Num. 3. D. T. p. 2. q. 1. §.*

Qui contrariantur Charitati? Resp. Omne peccatum, seu offensa Dei, quicunque offendit Deum, saltem mortaliter odit illum, & inimicus fit illi. Item accedia voluntaria in dilectione Dei, & observantia legis ipsius. *2. 2. q. 84. Or.*

qui Religioni? Ref. Idololatria, superstitio, inobedientia, ingratitudo, indevotio, seu accedia voluntaria in cultu Dei, & alia hujusmodi. *Sess. 6. c. 20. 1. 2. q. 33.*

De observantia hujus Præcepti.

Num. 2.

HOc præceptum obligat ad sui observantiam? Resp. Omnino. *Ibidem.*

Qualis est ejus obligatio? Respondeo. Semper, & ad semper.

Quare sic? Resp. Quia hæc & alia vitia, semper mala sunt & nemo potest bene uti illis, ideo semper à dictis abstinendum. *Ibidem. Catec. n. 7.*

Quis est observator hujus præcepti? Ref. Ille, qui abstinet se ab omni actu, qui quatuor virtutibus dictis contrarius sit.

Quis dicitur transgressor? Resp: Ille, qui in dictos actus scienter incurrat.

Si quis teneretur de aliquo actu contrario alicui dictarum virtutum, & ille non consentiat, sed resistat ne hoc præceptum transgrediatur, erit hujus præcepti observator? Resp. Observantiam legis non minus posita est fugiendis vitiis, quam in sectandis virtutibus, ideo talis actus erit observantiæ, & si homo sit in gratia, cum merito vitæ æternæ esse poterit.

Ille qui veneratur Angelos, Beatos, illorum Imagines, ac Reliquias, est observator, an transgressor hujus præcepti, in quo jubetur, *Non habebit Deos alienos coram me?* Respondemus. De hoc fusius in sequentibus capitibus est dicendum.

De cultu & invocatione Sanctorum.

Cap. V.

QVæ differentia est inter cultum, seu venerationem & invocationem? Resp. Veneratione damus, nempe honorem, & cultum. Invocatione petimus, & reci- *Ex sess. 25. Cap. 2.*

primus, nempe patrocinium, & intercessionem apud Deum.

Num.8. Illa verba. *Me verum Deum coles*, prohibent-ne cultum, & venerationem Sanctorum, & Angelorum? Resp. Non.

Ibidem. Illa, quæ sequuntur, *Alienis Dijs cultum non adhibebis*, prohibent illum? Resp. Non.

Ibidem. Quomodo est hoc? Res. Duplex est cultus, vel honor, alter debitus soli Deo, alter qui Angelis, atque Sanctis debitus est. Hoc præceptum jubet, ut primus cultus soli Deo & nulli alteri exhibitus sit, de secundo nullam facit prohibitionem.

1.2.qu.2. art 2. Arg.ibid. Sess.25. Cap.2. Cate.n.9. Ibidem. Cat.nu.8. Concil. & Catech. Ibidem. Quid est honor, seu cultus? Res. Est testimonium virtuosæ excellentiæ, quæ in substantia sit rationali.

Vbi est maior excellentia, ibi ne requiritur major honor? Resp. Ita est.

Quæ differentia est inter excellentiam Dei, & creaturarum? Res. Infinita distantia est.

Angeli, & Beati, habent-ne virtutis excellentiam? Res. Habent, propterea à Deo apud ipsum, & supra omnes creaturas præmio vitæ æternæ sunt exaltati.

Huic excellentiæ debetur honor? Resp. Debetur, non tamen ille, qui soli Deo debitus est, quia excellentia creaturarum, cum excellentia Dei non est comparanda.

Esset injustitia si honor debitus excellentiæ Dei daretur excellentiæ Angelorum, vel Beatorum? Respondeo. Omnino, quia honor excederet excellentiam illorum, & Deo fieret injuria. Ideo prohibetur hoc præcepto ne talis honor cuicumque creaturæ, ut creaturæ, est, exhibitus sit.

Num.8. Potest declarari, quod prohibitio secundi cultûs in prohibitione primi inclusa non sit? Respond. Catechismus ita declarat. Quis adeo demens est, ut si Rex prohibeat, ne quisquam se, tanquam sit Rex, gerat, aut regium habitum, seu insignia ferat: aut se regio cultu, atque honore affici patiatur: continuò putet nolle Regem, ut suis Magistratibus, honos deferatur? Sic neus cultum sibi debitum prohibet, ne cuiquam alteri tribuatur, honorem verò Angelis, & Beatis debitum illis tribui posse non solùm non prohibet, sed etiam permittit, ac iubet.

In Apocalypsi nonne legitur Angelos recusasse, ne se homines venerarentur? Res. Ait Catechismus; Ita fecisse: quia sibi eum honorem haberi nolebant qui soli Deo debetur. Ibidem.

Quomodo ergo in veteri Testamento quidam Angelos adorasse dicti sunt? Resp. Illud verbum: *Adoratio*, laro modo acceptum est pro cultu majoribus debito, unde etiam quidam dicuntur Reges adorasse, non autem pro eo, qui soli Deo debitus est.

De veneratione, & invocatione sanctorum Angelorum.

Num. 2.

POtestne probari, quod Angelis cultus, & invocatio rectè conveniat? Resp. Potest, tum authoritate, tum exemplo, tum ratione. Catechis. Nu.9. & Num.12. Ses.25.c.2.

Quomodo probatur authoritate? Res. Primò scriptura docet in Angelis reperiri maximas excellentésque prærogativas, veluti quod Deo assistant, illi ministrent; à Deo in ministerium mittantur, per illos gubernet homines, ab illis beneficia plurima hominibus conferantur, aliqui præsunt regnis, item Ecclesiis, & civitatibus: multi sunt hominum custodes, aliàque hujusmodi multa Angelis à Scriptura tribuuntur, quæ cùm dicant excellentiam virtutis, & dignitatis, item officium, & beneficium, & intercessionem pro hominibus, meritò ex Scriptura veneratio, & invocatio illorum concedenda est. Deinde sacrum Concilium Tridentinum ait. Patres unanimi consensu id docere, & à Conciliis generalibus, quod ita sit, esse decretum.

Quomodo exemplo? Res. Primò. Iacob petit benedictionem sibi, & pueris suis ab Angelo, cum quo luctatus erat in nocte. 2. Docet Concilium, talem esse à primævis Christianæ Religionis temporibus Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ usum. Multa quoque exempla sanctorum virorum circa hoc habita sunt. Num.10.

Quomodo ratione? &c. Sic. Obiectum, seu causa honoris sunt. Primò excellentia virtutis, veluti excellens Poëta.

Secundò, Excellentia potestatis, veluti Reges. Tertiò, Excellentia beneficentiæ, veluti patres ac matres. Vbi hæc tria sunt honos illis debitus, est juxta sapientum assertionem Sed hæc omnia in Angelis sunt, ut patet con-

siderat ti, ergo honor illis, & veneratio debita est, Similiter: ubi aliqui sunt internuncij, seu intermedij inter Deum & homines, seu inter Reges & populos, ibi licita est invocatio, & recursus ad illos. Sed Angeli sunt tales, ut patet ex scriptura, ergo illorum invocatio licita est.

Num. 9. Quid ait Catechismus, de dignitate Angelorum? Res. Ait: ipsi sunt Ministri Dei, Deus illorum opera non modo ad Ecclesiæ suæ, sed etiam ad reliquarum rerum gubernationem utitur. Eorum ope maximis tum animæ, tum corporis periculis quotidie liberamur. Ipsi maxima charitate nos diligunt. Regibus antecellunt. Provinciis præsunt. Homines custodiunt: pro illis orant: preces, & lacrymas nostras offerunt Deo.

De cultu, & invocatione Beatorum. Num. 3.

Num. 11. IDem de cultu, & invocatione Sanctorum dicendum est? Resp. Idem.

Ibidem. & 12. Sess. 23. c. 2. Catec. quomodo hoc probat? Res. Primò ait, ex dictis de cultu, & invocatione sanctorum Angelorum, idem de Beatis in Cœlo regnantibus posse probari. 2. Ait authoritate Concilij Nicæni, Gangrensis, ac Trid. confirmari. 3. Sanctorum Patrum unanimi consensu, quod etiam Conc. affirmat. 4. Antiquus usus, & consuetudo Ecclesiæ. 5. Ex sacra Scriptura sic. In sacris litteris multorum hominum ut Abraham, David, S. Petri, S. Pauli laudes, & præconia celebrantur, cur ergo homines ad imitationem Scripturæ honorem illis non exhibebunt? 6. Si pro salute hominum preces ad Deum faciunt, si multa eorum merito, & gratia Deus in nos confert beneficia: cur colendi, & invocandi illos causam non habemus. 7. Si gaudium est in Cœlo super uno peccatore pœnitentiam agente: cur cives cœlestes, pœnitentes non adjuvabunt, & rogati à nobis peccatorum veniam non impetrabunt, & conciliabunt nobis Dei gratiam?

Catech. respondet ne objectionibus, quæ circa hoc fieri possent? Rt. Respondet.

Num. 2. Si quis objiciat, Scriptura ait, *soli Deo honor & gloria*, quid respondet? Res. Ait, eadem jubet honorare parentes, Reges, præpositos: &c. Ideo ibi scriptura de summo tantum honore sermonem habet.

Num. 11. Si quis dicat: Qui dat honorem Sanctis minuit gloriam

quænam forma? Res. Illa, præceptiva, obligativa, directiva; quæ de lege dicta est. Ex præc. 3.

Quænam materia? Res. Remota omnes homines, seu corda omnium hominum, minus remota actiones omnes, quæ à corde hominis in Deum sunt eliciendæ. Proxima omnes virtutes, quibus cor hominis ad Dei cultum directum est. Num. 1. & hic n. 4. Num. 4. D. Th. 2. 2. q. 81. a. 1. ad. 1.

Quæ sunt istæ virtutes? Res. Cat. ait sunt tres, Fides, Spes, Charitas. D. Th. addit quartam quæ dicitur Religio: quæ licet ad tres dictas reducatur, recte tamen ob faciliorem doctrinam, cum illis numerare non inutile est.

Quomodo istæ virtutes à primo præcepto sunt imperatæ? Res. Præceptum est *Me verum Deum cœles.* Ecce præcipit actum illum, qui dicitur cultus Dei. Hic autem cum per dictas virtutes exhibeatur, sequitur quod illæ omnes præceptæ sint.

De Fide, Spe, & Charitate. Num. 2.

EXpedit habere doctrinam de his virtutibus? Res. Utilissimum est, nemo enim potest se exercere in illis, si eas ignoret. Argum. Sess. 5. c. 2.

Quid de illis tractandum? Res. Quatuor causæ illarum sunt explicandæ.

Quis finis harum virtutum? Res. Gloria Dei & summa hominum utilitas, id est vita illorum beata. Ex sess. 6. Cap. 7.

Quomodo est Dei gloria? Res. Omnia attributa quæ in Deo sunt, ad hæc tria, Potentia, Sapientia, & Bonitas aliquo modo reduci possunt. Potentia Patri, Sapientia Filio, Bonitas Spiritui sancto tributæ sunt. Fide colitur Sapientia, quia per fidem profitemur Deum esse primum Sapientiæ fontem: & ab ipso omnium creaturarum Sapientiam hauriri: Spe colitur Potentia, quia per illam profitemur absque Dei auxilio nos nihil posse, & cum illo omnia posse, quod est Deum omnis potentiæ fontem confiteri. Per charitatem colitur Dei bonitas: cùm enim dilectio sit tantùm boni, & charitate Deus diligatur super omnia, meritò charitate profitemur, quod Deus sit summum bonum: igitur dant gloriam Deo. 12. qu. 62. Num. 4.

Qua ratione respiciunt hominum utilitatem? Respondeo. In homine tria mala sunt, nempe ignorantia 12. 7. 45. 77. 78. & 7. 6.

in intellectu, infirmitas in natura, caecitas, stultitia: malitia, in voluntate. Fides est veluti alveus, vel aquae ductus per quem Sapientia Dei in intellectum, ad ejus expellendas ignorantiae tenebras, destillatur. Spes est veluti alter alveus quo potentia Dei nostrae infirmitati communicatur. Per charitatem verò divina bonitas in voluntate recipitur, qua ejus malitia sanata est. Hinc fit ut per tres dictas virtutes homo in Deum, ut in ultimum finem sit ordinatus. Tria enim ad quamcumque hominis operationem necessaria sunt, nempe scire, posse, velle. Fides dat scire. Spes tribuit posse: Charitas velle: ideo hominis maximam continent utilitatem.

D. T. Ibid.

D. T. Ibid. Quis est effectus harum virtutum? Resp. Ex dictis apparet, Fides communicat divinam sapientiam, tollit intellectus ignorantiam, facit scire quomodo homo in Deum ultimum finem tendat. Spes confert Dei potentiam, seu auxilium, dat posse, tollit infirmitatem naturae. Charitas Dei dat bonitatem, facit velle, sanat voluntatis malitiam.

Ibidem. Qui sunt actus harum virtutum? Resp. Actus fidei est credere Deum, Deo, in Deum. Actus Spei, desiderare, sperare, peccatorum demum divino innixi auxilio atque potentiae. Actus charitatis est diligere Deum super omnia, & proximum propter Deum.

Ex Symb. Apost. ex Orat. Dominic. ex Decal. D. T. Ibid. Quaenam sunt objectum harum virtutum? Resp. Objectum fidei sunt quatuor: primò ultimus finis nobis. Secundò, Mediator, *id est*, dator mediorum Christus. Tertiò, Media data à Christo, nempe lex Dei, & Sacramenta, & oratio. Quartò, bonum nos mediorum. Haec sunt objectum fidei, & in Symbolo Apostolorum sunt explicata. Objectum Spei est auxilium, & potentia Dei, per quam homo ex una parte adjuvatur, ut bene utatur mediis à fide ostensis: ex alia erigitur, ut ex tali bono usu speret aeternae vitae retributionem. Objectum charitatis nobis, & proximus.

Ibidem. Quae forma harum virtutum? Resp. Ratio illa regulans hominem ad ultimum suum finem nobis debita media obtinendum.

Ibidem. Quod efficiens illarum? Resp. nobis, à quo infusae sunt, ideo etiam dicuntur infusae.

Quare dicuntur Theologicae? Resp. Quia habent pro objecto Deum, *id est*, sapientiam, potentiam, & bonitatem Dei.

Quare hic Catechismus non tractavit de illis? Resp. quia de fide dictum erat in Symbolo, De Spe, dicendum erat in Oratione dominicali. Hic verò de Charitate tractatur: quia finis legis charitas est.

De Religionis virtute. Num. 5.

QVid per Religionem hic est efficiendum? Resp. Non 12. qu. 81. art. 1.
status Religiosorum, sed virtus quaedam, quae circa cultum Dei versatur. *Ibidem.*

Quare ita nominatur? Resp. Religio dicta est à relegendo, quia illa, quae sunt divini cultus, frequenter in corde sunt revolvenda. *Ibidem.*

Quomodo definitur? Resp. Sic. *Est virtus per quam homines Deo debitum cultum & reverentiam exhibent.* *Ibidem.*

Quis finis illius? Resp. Exhiberc debitum cultum Deo, id est gloriam Dei. *Ibidem.*

Quis actus? Resp. Dirigere ad dictum cultum rectè exhibendum. *Ibidem.*

Quae forma? Resp. Ratio directiva ad eundem cultum. *Ibidem.*

Quae materia? Resp. Cultus qui Deo debitus est. 1. 2. qu. 81. & 82. & seq.

Quibus actibus hic cultus determinatur? R. D. Thom. enumerat istos, ut magis principales? Devotionem, orationem, adorationem, sacrificium, oblationes, primitias, decimas, votum, juramentum, laudem, & alia hujusmodi, quae ad dicta reduci possunt. 2. qu. 83.

Quod efficiens illius? Resp. Partim derivatur, & impetratur à virtutibus Theologicis, partim etiam studio, & exercitatione acquiri ab homine potest.

De observantia hujus praecepti.

Num. 4.

HOc praeceptum obligat ad sui observantiam? Resp. Obligat, sed quia est affirmativum non obligat ad semper, sed secundum rectam rationem pro loco, & tempore. 2. qu. 3. art. 2.

Populi sunt inducendi ad hanc observantiam? Respon. Omninò. Cat. Dec. Num. 3.

qua ratione faciendum? Res. Primò, proponendum est cultus virtutum Theologicarum. 2. Cultus interior religionis ut devotio, &c. 3. Cultus Dei interior.

Cat. Praef. Num. 12.

Quomodo proponendus actus fidei? Resp. Per Symb. Apostol.

Ibidem.

Actus Spei? Res. Per Orationem Dominicalem.

Ibidem.

Actus Charitatis? Res. Per observantiam divinæ legis, & sacram communionem.

1.2. qu. 81. &c. Cat. Num. 4.

Actus Religionis interiores, qui præcipuè proponendi? ℟. Devotio, oratio, humilitas, obedientia, & similia.

Ibidem.

qui actus exteriores? Res. Missa, divina officia, observantia festorum, dierum, & jejuniorum, usus Sacramentorum, eleemosyna, & alia ab Ecclesia instituta.

De præcepto negativo. Cap. IV.

Sess. 6. c. 20.

QVænam de hoc præcepto consideranda sunt? ℟. Præceptum, & ejus observantia.

Cat. praef. 3. Num. 1.

Quænam est materia hujus præcepti negativi? Res. Proxima sunt omnia vitia, quæ ad dictas, actiones sunt pertinentia.

Hic num. 7. Ibidem.

Quis est finis hujus præcepti? ℟. Impedire omnes injurias, & offensas cordis humani contra Deum, aut Sanctos, aut res divino cultui dicatas.

Nu. 3. & 7.

quis actus illius? ℟. Prohibere sub gravissima obligatione dicta vitia, & offensas.

Num. 7.

Quomodo possunt cognosci omnia vitia, quæ dicta sunt? Resp. Considerando actus contrarios quatuor virtutibus iam explicatis.

Ibidem.

Quinam actus contrariantur fidei? Resp. Catechismus enumerat hos: Primò. Qui in hæresim labuntur; secundò, Qui non credunt ea, quæ sancta mater Ecclesia credenda proponit. Tertiò, qui somniis, auguriis: cæterisque superstitionibus, & vanissimis rebus fidem habent: quartò Ignorantia mysteriorum fidei, quæ in Symbolo explicata sunt.

Ibidem.

Qui actus contrariantur Spei? Res. Ait Catechis. primò, Desperatio de æterna sua salute, seu non confidere in Dei bonitate atque misericordia. 2. Nimia confidentia in divitiis, in corporis valetudine, ac viribus, demum in rebus mundanis, ac in seipso. Præsumptio etiam in divina misericordia, & abjectio timoris de divina justitia. Item

non ad unum tantùm, sed ad omnia referri perspicuum est. Demum ex multis locis sacræ Scripturæ habetur, quod observatio omnium mandatorum ad salutem necessaria sit.

Quid de hac appendice considerandum? Resp. Primò, causæ illius. Secundò, fructus, quos ex illa homines consequi possint.

Quod efficiens illi? Res. Deus, quod illi magnam conciliat authoritatem.

Num. 25. Præc. ipsum

Quæ forma? Res. Illa majestas, authoritas, firmitas, qua data est.

Num. 15. &c.

Quis finis? Respondeo. Impellere homines ad observantiam legis, & cohibere illos à transgressione illius.

Nu. 26. 27.

Quis effectus? Res. Malis, & transgressoribus incutere timorem pœnæ, & divinæ justitiæ; Bonis, & observatoribus legis affert gaudium, & solamen ob spem retributionis, & divinæ misericordiæ.

verba ipsa

Quænam materia. Res. Hæc continent tria. Primò, judicem legis. 2. Pœnam transgressionis. 3. Præmium observantiæ.

Num. 27. & 28.

Quibus verbis explicatur Majestas Iudicis? Respondeo illius: *Ego sum Dominus Deus tuus fortis: Zelotes.*

Num. 26. &c.

Quomodo fit hæc explicatio? Res. Primum verbum, *Ego sum*, significat Deum esse æternum, immortalem, immutabilem & habere esse in seipso. Illud, *Dominus*, ostendit summum Dei dominium in omnia, Illud, *Deus*, summam majestatem, divinitatem, sapientiam, &c. quæ Deo soli conveniunt. Illud, *Tuus*, particularem ad homines relationem Illud, *fortis*, maximam Dei potentiam in pœnis, ac præmio: Illud, *Zelotes*, explicat zelum Dei, ne ab hominibus contemnatur. Hæc autem duo ultima verba sunt veluti duo potentes aculei ad impellendos homines tam bonos, quàm malos, ut legem Dei observent.

quid per zelum Dei intelligi debet? Res. Ait Cat. Non ullam animi perturbationem? sed divinum illum amorem & charitatem, qua Deus nullam à se animam petitur impunè fornicari, quotquot autem ab eo fornicantur per-

Num. 8.

dit. Ideo ait. Zelus Dei erit tranquillissima ejus sinceris-simaque justitia, qua anima fallis opinionibus, pravisque cupiditatibus corrupta repudiatur, & à Dei conjugio tan-quam adultera removetur.

Ibidem. Ex quo oritur talis in Deo zelus? Resp. Ait Catech.
Prat. 2. Ex maxima Dei charitate qua primò diligit se, deinde
Num. 1 nos propter seipsum.
Ibidem. Quomodo? Respondeo. Quia diligit se, justum est, ut
& n. 19. sollicitus sit de gloria, & honore suo, & ne ab hominibus contemnatur. Quia verò summe diligit homines, nempe simili dilectione, qua sponsus diligit sponsum? sequitur, quòd sicut sponsus ex magna dilectione habet zelum ne sponsa alteri vito conjungatur, ita Deus eundem habere debet, ne anima cum aliis amatoribus fornicetur.

Num. 25. &c. Quibus verbis in hac appendice pœna apposita est Resp. In illis, *visitans iniquitatem in filios usque in tertiam, & quartam generationem eorum, qui oderunt me.*

Num. 30. Quid significat illud verbum, *visitans iniquitatem?* Resp. Diligentem, ut sic dicam, inquisitionem, processum & judicium, qualiter fieri solet contra eos in visitatione, qui magni criminis rei sunt.

Num. 33. Quid explicat illud verbum, *Eorum, qui oderunt me?* Resp. Omnes transgressores divinæ legis, si transgressio mortalis sit.

Ibidem. Illi omnes dicuntur habere odio Deum? Resp. Ita est.
Ibidem. Quonam modo? Resp. Odium nihil aliud est, quàm velle malum, & offensam; cum ergo omnis transgressio gravis sit peccatum mortale, & omne tale peccatum sit gravis offensa, sequitur quod omnis transgressor legis, quia vult ipsam transgressionem, velit offensam Dei: hoc autem est odio habere illum.

Num. 40. & 31. Quid significant illa verba: *Patrum in filios usque in tertiam & quartam generationem?* Resp. Gravitatem pœnæ, quæ etiam ad plures generationes extensa est.

Num. 31. Hæc pœna ad omnes posteros derivatur? Respon. Ait, Catech. Non semper ad omnes, ut patet de Iosia, qui non fuit pœnas parentum, sed tamen eo mortuo pœnæ paren-tum ita posteris sunt inflictæ, ut Deus ne filiis quidem Iosiæ pepercerit.

qua ratione potest intelligi hæc pœnæ derivatio in si-

lios, cùm Deus apud Ezechielem dicat, quòd filius non portabit iniquitatem patris? Resp. De hoc ita ait Cate-chismus, ex sententia Divi Gregorii, & communi consensu sanctorum Patrum. Quisquis pravi parentis iniquitatem imitatur, etiam ex ejus delicto constringitur. quisquis autem parentis iniquitatem non imitatur, nequaquam il-lius delicto gravatur. Vnde fit, ut iniquus filius iniqui pa-tris non solum sua, quæ addidit, sed etiam patris peccata persolvat, cum vitijs patris, quibus iratum Dominum non ignorat, suam etiam malitiam adjungere formidat, & justum est, ut qui sub districto judice vias parentis iniqui non timet imitari, cogatur in vita præsenti etiam culpas parentis iniqui persolvere. *Num. 31.*

Ibidem. Catechismus hic loquitur, tantum de pœnis in præsenti vita collatis? Respon. De his claré exprimit: verum quia explicat peccata filiorum, qui ex imitatione parentum perpetrantur, ob talem imitationem graviora reddi, potest aliquo modo dici, quod peccata parentum in filios deriva-ta quoad culpam, & à filiis per imitationem perpetrata aliquod pœnæ augmentum afferant in inferno, ideo Di-ves epulo nolebat fratres suos peccare, quia per illorum peccata pœna ipsius gravior reddebatur.

Catechismus tractat hic de pœna peccatorum, tum damni, tum sensus, quæ à Deo in inferno inflicta est? Ne. Non, quia de hoc in artic. 7. & 12. dictum ab illo fuit.

De præmio observantibus legem Dei.
Num. 2.

QUibus verbis Deus explicat præmium à Deo obser-vantiæ legis dantium. Illis: *Faciens misericordiam in millia his qui diligunt me, & custodiunt mandata mea.* *Sess. 6. c. 8.*

Quare dicit, *Faciens misericordiam?* Resp. Ve intelli-gatur, sciendum est, quod Deus justissimè poterat cogere homines, ut sibi, absque ullo præmio, servirent: Dominus enim omnium est, & omnes in omnibus illi sunt debitores. Homo igitur nullâ ratione potest apud Deum mereri, nisi ipse Deus sua misericordia dignetur bonis hominum ope-ribus præmium polliceri, ut modò facit: Concilium igi-tur ait, ideo per bona opera homines mereri vitam æter-

nam, quia à Deo per Iesum Christum fuit misericorditer promissa. Addit, homines non posse mereri nisi mediante merito Christi illis communicato: hæc autem communicatio misericordiæ est. Addit adhuc: Tanta est Dei erga homines bonitas, ut eorum velit esse meritum, quæ sunt ipsius dona; bene ergo dicitur faciens misericordiam.

Num. 32. Quare dicitur *in millia*? Resp. Vt declaret Deum magis abundare in misericordia, quàm in justitia. Irascitur enim tertiæ, & quartæ generationi, misericordiam verò in millia impertit.

Num. 33. & 34. Quare Deus ista duo conjungit *Qui diligunt me, & custodiunt præcepta mea*? Res. Quia Christus dixit: *Si quis diligit me, sermonem meum servabit*, dilectio enim Dei in observantia legis ipsius posita est: & hæc est prima ratio, quam alia sequitur ex Catechismo, & est, quod illa legis observantia, quæ non sit cum dilectione Dei, non est legis observantia, & præmium hic promissum non consequetur. Ideo ait Catec. Illa verba, *Et iis qui diligunt me*, servandæ legis modum, & rationem docent, necesse est enim eos qui legem Dei observant, eadem charitate, atque amore, quo in Deum sunt, ad ejus obedientiam abduci.

Num. 34. Potest hoc clarius explicari? Respon. Theologi dicunt, Observantia legis alia est materialis, alia formalis. Materialis est, cum quis opera legis facit, sed non ea intentione, ut legem observet; vel sine gratia, ac charitate illa facit. Formalis erit, si dicta opera cum gratia, seu charitate, & cum intentione observandi legem efficiantur. Et sit exemplum supra allatum. Quidam diligit filios, uxorem, parentes, &c. Sed non facit hoc, quia Deus præcipit; ideo talis in charitate non est: iste materialiter tantùm, & non formaliter obedit Deo. Alius eadem facit, & est in charitate, sed non movetur ad hoc præstandum ex Dei amore, nempe ut illi obediat, sed ex humanitate, & instinctu naturæ, id facit: iste aliquam habet formalitatem observantiæ sed non completam, Alius ex charitate, & cum dicta intentione talia præstat: iste dicetur formaliter observare: & huic merces promissa est: quia Deus vult ista duo unita, qui diligunt me: quod charitatem requirit: & custodiunt mandata mea: quod denotat scientiã, & intentionẽ observandi mandata Dei. Et hoc plurimum expedit observare.

Catechismus

Dei? Resp. Ait, imò augetur, quia sic spes hominum in Deum augetur, & homines ad imitationem sanctorum, qui Deo altissimè servierunt, inducuntur.

Si dicatur Supervacaneum Est Sanctorum patrocinium quod Deus sine interprete precibus nostris occurrat? Res. Ait cum D. Aug. Imò Deus multa non concedit sine mediatoris, ac deprecatoris opere, & officio. Veluti Abraham obtinuit pro Abimelec, Iob pro amicis, Moyses pro populo Hebræo, Chanaæa pro filia atque idem in aliis plurimis. Num. 12.

Si dicatur, Adhibere Sanctos internuncios, & patronos & intercessores arguit inopiam, & imbecillitatem fidei nostræ ad Deum? Resp. Ait, Centurio à Christo singulari fidei præconio laudatus est, & tamen seniores Iudæorum ad Salvatorem misit, ut laboranti puero salutem impetrarent. Ibidem.

Si dicatur, D. Paulus ait. Vnus est mediator Christus, ergo alij mediatores non sunt adhibendi, quia sic gloria, & dignitas Christi mediatoris minueretur? Resp. Ait Idem sanctus Paulus, magno studio fratrum viventium precibus commendari cupiebat, quod si orationes viatorum non minuebant gloriam Christi, multo minus deprecationes sanctorum: Amplius augetur gloria Christi, quia sancti in nomine, & per merita ipsius pro nobis intercedunt. Num. 13.

De cultu sanctarum Reliquiarum, & imaginum.

Cap. VI.

SAcrum Concilium quid docet de cultu, & veneratione sanctarum Reliquiarum? & Ita decrevit; Sanctorum quoque Martyrum, & aliorum cum Christo viventium sancta corpora veneranda sunt. Ses. 25. c. 2.

Affert aliquam causam? Res. Affert plures: Primò est, quia dicta corpora fuerunt viva membra Christi, & templum Spiritus sancti. 2. Quia ad æternam vitam suscitanda sunt, atque glorificanda. 3. Quia per ipsa multa beneficia à Deo hominibus præstantur. Ibidem.

Damnat eos qui contrarium sensunt? Res. Damnat his verbis: Affirmantes sanctorũ Reliquiis venerationem, atque honorem non deberi, vel eas, aliàque sacra Monumenta à fidelibus inutiliter honorari, atque eorum opis Ibidem.

impetrandi causa Sanctorum memorias frustra frequentari, omnino damnatos esse, prout jampridem damnavit, & nunc etiam damnat Ecclesia.

Num. 15. Catech. addit aliquas rationes? R. Probat hæc primò ex scriptura, secundo ratione.

Ibidem. Quomodo ex scriptura? R. 4. Reg. c. 13. Cadaver forte illatum in sepulchrum Elisæi, cujus tacto corpore, subitò revixit. ergo per Reliquias Sanctorum Deus mirabilia operatur, ex quo fit ut veneratione digna sint.

Ibidem. Quomodo probat ratione? R. Ita aitad Sanctorum sepulchra miracula multa effecit Deus, oculi, manus omnisque membra infirmata in pristinum statum restituuntur, mortui ad vitam revocantur, dæmones à corporibus ejiciuntur. Quod ergo Deus ita exaltat, cur homines eidem venerationem non exhibebunt; Amplius si vestes, si sudaria, si umbra Sanctorum, priusquam è vita migrarent, teste scriptura, depulerunt morbos, viréfque restituerunt, quis negare audeat, Deum per sacros cineres, ossa, cæteraque Sanctorum Reliquias, eadem mirabiliter effiecere; Et si hoc, cur illis honos non est exhibendus.

Act. 19. 4. Reg. 2.

De cultu sanctorum, Imaginum. Num. 4.

Sess. 25. c. 2. SAcrum Concilium quid docet de Imaginibus? R. Ita decrevit. Imagines Christi, Deiparæ Virginis, & aliorum Sanctorum in Templis præsertim habendas, & retinendas, eisque debitum honorem, & venerationem impertiendam. Non quod credatur inesse aliquas iis divinitas, vel virtus propter quam sint colendæ, vel quod ab eis sit aliquid petendum vel quod fiducia in imaginibus sit figenda, veluti olim fiebat à Gentibus, quæ in idolis spem suam collocabant, sed quoniam honos, qui eis exhibetur, refertur ad prototypa, quæ repræsentant, ita ut per imagines, quas osculamur, & coram quibus caput aperimus, & procumbimus, Christum adoramus: & Sanctos, quorum illæ similitudinem gerunt, veneramur. Id quod Conciliorum, præsertim verò II. Nicenæ Synodi decretis contra Imaginum oppugnatores est sanctum.

Ibidem. Quid in hoc decreto docet Concilium? R. Duo, primò, Sanctis imaginibus cultum esse exhibendum. 2. Explicat modum, quo talis cultus benè, vel malè traditus

sit. Et Catec. Idem & eisdem verbis hîc docet.

Ibidem, Visus Imaginum potest esse bonus & malus? R. Potest, & malus in hoc primo præcepto prohibetur: bonus verò proponitur ad virtutem.

Cat. nu. 17. &c. Quibus verbis dictus malus usus prohibitus est? R. Illis: *Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem, quæ est in Cœlo, & quæ in terra deorsum, neque eorum, quæ sunt in aquis sub terra: non adorabis ea, neque colet.*

Num. 16. Num. 17 &c.

Num. 17. Ista verba prohibent omnino pingendi, fingendi, aut scalpendi artem? R. Non.

Quomodo ita esse per scripturam probatur? R. Quia ex scriptura apparet, quod Dei jussu simulachra, & Imagines effecti sint, veluti Cherubin, & serpentis ænei.

Ibidem, &c. Quid ergo Deus prohibet? R. Vetat, ne simulachra fiant, ut illis cultus, & adoratio tribuatur. quod patet ex illis verbis: *Non adorabis ea, neque colet.*

Num. 18. & nu. 19. Quis est malus usus Imaginum? Respond. Ait Catec. ex Concilio. Primò, si idola, & Imagines tanquam Deus colantur, aut credatur inesse in iis aliqua divinitas, vel virtus, propter quam sint colendæ, vel demum si credatur quod more Gentium in illis spes hominum sit collocanda. 2. Si quis conetur divinitatis formam aliquo artificio effingere, quasi corporeis oculis conspici, vel coloribus, aut figuris exprimi possit.

Num. 24. Quis imaginum bonus usus est? Respond. Ex Concilio, & Catechismo habetur, bonum esse. Primò, si Imagines fiant ad utilisque testamenti historiam explicandam, & cognoscendam, atque ad ejus memoriam renovandam. Secundò, si occasione Imaginum divinarum rerum memoria, vel cognitione excitati ad colendum, atque amandum ipsum Deum vehementius inflammemur. Tertiò, si Imaginibus Sanctorum honor exhibeatur, ut eorum exemplo moniti ad eorum vitam ac mores nos ipsos conformemus.

Num. 20. Personæ sanctissimæ Trinitatis possunt quibusdam signis exprimi? R. Ait Catechismus, possunt, si illis signis exprimantur, quibus in veteri, ac novo Testamento apparuerunt.

Ibidem. Sub quibus signis hæc facta est apparitio? Respond.
Num. 21. Ex Daniele habetur *quod antiquus dierum sedit in Throno, ante quem libri aperti erant.* Et in novo Testamento *Spiritus sanctus sub specie columbæ, & lingua tanquam ignis apparuit*: Christus verò, Beata Virgo, & omnes Sancti humani in natura viventes. Angelos etiam in humana specie pingere consuetum est, quia sic hominibus sæpius apparuerant.

Num. 20. Quid per antiquum dierum significatur? Respondeo. Aliquæ proprietates, seu actiones, quæ Deo tribuuntur: velut, æternitas, & infinita sapientia, & judicium de omnibus.

Num. 21. Quare Angeli in humana specie apparuerunt, atque pinguntur? Resp. Primò, Vt intelligant fideles quàm sint propensi in humanum genus, & quàm parati ad ministeria Domini in homines exequenda.

Num. 22. Quare Spiritus sanctus in figura ignis, atque columbæ describi solet? Resp. Per ignem declaratur Charitas, per Columbam fœcunditas Charitatis.

Num. 23. Ad quem finem Imagines Christi, Beatæ Virginis, & Sanctorum, juxta suam corporalem naturam pinguntur? Resp. Ob illos hinc qui paulò ante dicti sunt.

Num. 24. Hæc de bono usu Imaginum populis sunt explicanda? Resp. Ita Catec. faciendum ait.

De præmio, & pœna appositis legi Dei.
Cap. VII.

Num. 25. DEus apposuit præmium vel pœnam sorti legi, & singulis eius præceptis? Resp. Appositi.

Ibidem. quibus verbis? resp. Iibis: Eco Svm *Dominus Deus tuus, fortis, zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios in tertiam, & quartam generationem eorum, qui oderunt me: faciens misericordiam in millia his qui diligunt me, & custodiunt præcepta mea.*

Num. 25. & 26. Hæc verba quomodo attineant ad primum præceptum Resp. Sunt appendix illius, ideò, additio conjuncta illi ita tamen communis sit,

Ibidem. quomodo probatur ad omnia præcepta pertinere? Respondeo. Primo ratione, quia justum erat, ut singuli præceptis præmium, & pœna apponerentur. 2. Authoritate, quia illa ultima verba, custodiunt præcepta mea,

Catechismus hic-ne tractat de præmio vitæ æternæ? Respondeo. Non, quia de illo in articulo duodecimo dictum est.

De fructibus qui ex hac appendice percipi possunt.
Num. 5.

QVinam fructus ex hac appendice percipi possunt? Resp. Plurimi, & maximi. *Num.* 26.

Expedit ut populis à Parochis explicentur? Resp. Omnino, & hoc in singulis præceptis. *Ibidem.*

Est eadem ratione tum bonis, tum malis proponenda? Resp. Ait Cat. non, sed diversa ratione. *Num.* 26.

quomodo perfectis confert utilitatem? Resp. Ait Catechismus perfectis, qui spiritu Dei aguntur, & quæ prompto, & alacri animo patent, hæc appendix instar est cujusdam lætissimi nuncij, & magnum argumentum propensæ in nos divinæ voluntatis. Agnoscunt enim sui amantissimi Dei curam, qui nunc præmiis, nunc pœnis, ad sui cultum, & venerationem homines prope compellat. Agnoscunt immensam ejus in se benevolentiam, qui sibi imperare, suaque opera ad divini nominis gloriam uti velit. Neque solum agnoscunt, sed magna in spe sunt, illum, cùm quod vult, jubeat, etiam datarum vires, quibus legi ipsius parere possint. *Ibidem.*

quid ait de carnalibus? Resp. Ait, ac carnalibus, qui nondum spiritu servitutis liberati sunt, magisque metu pœnarum, quàm amore virtutis abstinent à peccatis, eiusque appendicis sensus gravis, & acerbus est quamobrem sunt piis exhortationibus sublevandi, & quod exspectat quasi manu ducendi.

qui fructus vel effectus illorum verborum, *Deus fortis, & Zelotes?* Respondeo, Ait Catechismus: Illa duo verba: *fortis & Zelotes*, sunt veluti duo aculei, quibus homines, tam carnales, quàm spirituales, ad observandam legem incitentur: Cui enim certo persuasum est, neum esse fortem, illud Davidis occurret. *Quo ibo à spiritu tuo, & quò à facie tua fugiam*: ideo timore dei afficietur: Similiter si quis de sua infirmitate diffidat, quod diabolo tentationes valeat superare, consideran- *Num.* 27. & n. 28.

pei fortitudinem, cujus auxilium præsto hominibus est, in virtute confirmatus evadit: ideo ex tali verbo maximi fructus percipi possunt. Ex altero etiam, nempe *Zelotes*, duplex fructus percipi potest. Primus est, ut cognoscamus summam Dei erga nos charitatem, sicque ad illum summè diligendum maximè accendamur. Alter est, ut homines adeo cupidi divini cultus, atque honoris fiant, ut zelantes potius, quam amantes dici possint, illius exemplo qui dixit *Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum*: imo verò Christum ipsum imitentur, cujus illud est, *zelus domus tuæ comedit me.*

Sess.6.c.8. Sacrum Concilium proponit aliquos fructus ex consideratione præmij, vel pœnæ provenientes? Ref. Proponit sequentes; primò, docet per gehennæ metum peccatores dolere de peccatis, abstinere ab illis, & confugere ad misericordiam dei. 2. declarat hæresim esse, asserere, quòd *Ibidem.* malum sit propter gehennæ metum abstinere à peccatis, & movere ad observandam divinam legem. 3. Explicat per pœnas à deo comminatas productò in peccatoribus timorem divinæ justitiæ, quo ait, utiliter concutiuntur: nocet per dictum timorem peccatores induci ad contritionem *Sess.6.c.6.* peccatorum, & ad propositum observandi divinam legem. *Ibidem.* & *Sess.14.* 5. nocet, homines utiliter, & virtuosè per considerationem *Can.5.* præmij excitari ad multa opera bona exequenda. 6. nocet *Sess.6.c.16.* licere justis ex bonis eorum operibus expectare, & sperare *Sess.6.c.26* æternam retributionem? 7. Præcipit Parochis, & aliis curam animarum gerentibus, ut populis pœnam vitiorum, & *Sess.5.c.8.* præmium virtutum proponant.

DOCTRINA CATECHISMI ROMANI,

In secundum Decalogi Præceptum.

QUænam est materia hujus Tractationis? Ref. Secundum Decalogi præceptum, & ejus observantia, atque inobservantia: item appendix illius.

Quis finis? Resp. Finis immediatus est accommodare doctrinam veram secundi præcepti, ut rectè, faciliter, & utiliter populis proponatur. Post hunc sequitur alius finis, nempe ut tali auxilio, Parochi rectius doceant, & populi utilius doceantur, nunc verò sequitur alius finis, ut populi de hoc præcepto instructi illius observantiæ semper incumbant. *Catech. in præfat. & hoc per totum.*

Quis modus hujus Tractationis? Resp. Accommodatus sint jam dicto. *Ibidem.*

Quanam ratione. Respondeo. Summistæ, & Theologi plures materias ad hoc præceptum reducunt veluti juramentum, votum, blasphemiam, similia: Catechismus verò, ut rectè dirigat Parochos, solum ea proponit quæ utilius populis explicant: & potissimum de juramento multa explicat, quia de hoc judicat expedire, ut à Parochis magna cum diligentia ejus doctrina distincta populis proponatur. *Num.1.*

Catechismus in quot capita dividit tractationem? Ref. In sequentia.

Primum ob quam causam datum sit secundum præceptum, & quare debeat explicari.

2. De secundo præcepto, ejusq; divisione, & explicatione.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

3. De observantia, & inobservantia præcepti affirmativi.
4. De observantia præcepti negativi.
5. De juramento.
6. De bono & malo usu illius.
7. De voto, & de blasphemia.
8. Explicatur appendix secundi præcepti.

Quare datum sit secundum præceptum. Cap. I.

Num. 1. SEcundum præceptum potest-ne dici inclusum in primo? Respondeo, Ait Catechismus. In primo divinæ legis præcepto, quo Deum pie, sanctèque colere jubemur, hoc quod secundo loco sequitur, necessariò continetur. Nam qui sibi honorem tribui vult, idem postulat, se ut summo verborum honore prosequamur, prohibetque contraria.

Ibidem. Quare ergo Deus dedit hoc præceptum? Resp. Ait, Deus ut rei magnitudinem declararet, & exprimeret, quam graviter offendi & magnificè laudari verbis, & lingua possit, tiem quàm sit justum, non solum cor, sed etiam in divinis laudibus occupetur, hanc de suo ipsius divino, & sanctissimo nomine honorando legem separatim ferre, idque nobis disertis, & perspicuis verbis præscribere voluit.

Num. 2. Quid Parochi ex hoc colligere possunt? Resp. Ait. Nequaquam satis fore si hac de re generatim loquantur, sed citra hoc præceptum diutius commorandum, ita ut distinctè, & dilucidè & accuratè sit explicatum.

Ibidem. Quare tanta diligentia necessaria est? Resp. Ait. Quia contra hoc præceptum passim, & gravissimè blasphemia, & pernitio ab hominibus peccatur.

Num. 2. Quibus verbis hoc asseris de blasphemia? Resp. Illis. Neque verò nimia hæc diligentia censenda est, cum non desint, quia adeo errorum tenebris obcæcati sint, ut quem Angeli glorificant, ei maledicere non vereantur. neque enim lege semel lata deterrentur, quominus Dei majestatem quotidie imminuere, imo singulis pene horis ac momentis impudentissimè audeant.

Num. 3. Quibus verbis periurandi crimen ostendit? ref. Illis. Quis non videt, omnia jureiurando affirmari, omnia imprecationibus, & execrationibus referta esse, usque adeo, ut nemo fere, vel vendat aliquid, vel emat, vel negotium aliquod gerat, cui non jusjurandi religionem interponat, neque sanctissimum nomen millies vel in re levissima, & inani temerè non usurpet. Quod scelus quam grave sit, Parochus, ut sæpius fideles admoniti sint, summa diligentia curare debet.

De secundo præcepto. Cap. II.

QUare hoc præceptum post primum datum est? Resp. quia post præceptum datum cordi, rectè præceptum datum linguæ succedere debet. Num. 3.

quis finis illius? Ref. Gloria Dei, & utilitas hominum.

quomodò gloria Dei? Resp. quia datur præceptum de illa, nempe ut Deus ore laudetur. Ibid. hoc.

Quare utilitas hominum? Ref. quia observantia hujus præcepti magnum homini confert meritum, & utilitatem. Num. 3.

Quis actus, seu effectus hujus præcepti? Ref. Impellere, & dirigere linguam hominis ad Deum summis laudibus celebrandum. Vt de Dei. dictum est. Nu. 1. & 3

quæ materia? Respon. Remora sunt omnes homines seu lingua omnium hominum in ordine ad Deū considerata. Num. 3.

Minus remota est usus, vel abusus linguæ. Proxima sunt omnes virtutes, & vitia, quæ in lingua in ordine ad Deum considerantur.

De lingua & eius usu. Num. 1.

EXpedit considerare de lingua? ref. expedit, quia declarat materiam hujus præcepti.

Lingua hominum habet aliquod privilegium à Deo super linguam animalium? Ref. Habet privilegium locutionis, quod maximum beneficium est.

quomodo potest hujus beneficij magnitudo considerari? Ref. Observando, quibus commodis homines privarentur, si omnes veluti sint animalia, muti essent.

Vsus linguæ in quo positus est? Ref. In locutione, seu prolatione verborum.

Quid est verbum? Resp. Est vox explicativa eorum, quæ sunt in anima, sive conceptuum, sive passionum, sive affectionum. Art. 1. Ibidem.

Quis finis locutionis? Resp. Manifestare ea quæ in animo latent.

Ex cat. n. 1 & 1. ad præc. 3. Propter quid hæc manifestatio homini data est? Resp. Ob triplicem causam, prima est, ut cultus quem occulte cor exhibet Deo, per linguam publicè exhibeatur eidem: secunda, ut superiores, seniores, sapientiores, patentes, & illiqui curam aliorum habent, possent inferiores instruere, & docere, prout oportet. Tertia, Vt per usum verborũ inter homines commercium, & mutua officia haberi possent.

Num. 5. Auditus correspondetne locutioni, & autes linguæ? Resp. Ita est.

Ibidem. Quis finis auditus? Ref. Idem qui linguæ, nempe primo, per auditum posse audire divina officia, & laudes, quæ ab aliis Deo sunt datæ. 2. Vt homo possit ab alio instrui, & doceri. 3. Vt per auditum commercium cum loquentibus habeatur.

Ibidem. Scripturæ, & libri pertinent ad linguam & auditum? Resp. Ita est, qui scribit enim officio fungitur loquentis, legit locum tenet auditoris.

Præc. 2. n. 1. & præc. 3. Num. 1. Sufficitne ut homo corde det cultum deo? Ref. Cum homo totus sit Dei, totus etiam in cultu divino se debet occupare. Cum autem in homine partes seu facultates principales sint cor, lingua, & manus, seu corpus aut exterior homo, meritò cor, tam linguam, tum exteriorem operationem in cultu Dei ex justitia necesse occupati.

De virtutibus, & vitiis circa linguam in ordine ad Deum. Num. 1.

Nu. 2. &c. HOmo potestne bene, & malè uti lingua, & auditu in ordine ad Deum? Resp. Ita est.

Ibid. n. 3. Egetne directione, ut benè, & non malè utatur? Resp. Omnino.

A quonam datur hæc directio? Respon. A 2. Decalogi præcepto.

Ibidem. Quomodo datur? Resp. Præcipiendo virtutes quæ dirigunt bonum usum, & prohibendo vitia, in quibus malus linguæ usus erga Deum positus est.

Ex dict. præc. 1. Quibus virtutibus præcipitur bonus linguæ usus? ref. Quatuor dictis in primo præcepto, nempe fide, spe charitate religione.

2. 2. qu. 81. Potest probari, quod ita sit? Re. Potest dupliciter ratione:

Prima est D. Aug. D. Th. Cat. & alij docent cultum Dei à virtutibus Theologicis, & à religione ordinari: ideo D. Aug. ait, *Deus colitur fide, spe, charitate*, D. Th. ait, *his virtutibus homo dirigitur in Deum*. Cat. ait primum præceptum præcipit cultum Dei, & præcipit virtutes fidei, spei, & charitatis: ex quo omnino sequitur, quod in dictis virtutibus quas postea sequitur religio, cultus Dei completè directus sit. Cùm ergo lingua det cultum Deo, omnino per easdem virtutes talis cultus, & non per alias est dirigendus. Alia ratio est talis, locutio profert ad extra ea quæ intus in corde latent: ergo cultus externus à lingua prolatus non erit aliud, quàm cultus internus cordis, unde Deus cultum linguæ sine cultu cordis ab homine non acceptat: ergo cùm sit idem cultus per easdem virtutes est dirigendus, nempe per quatuor modò dictas, à quibus cultus cordis constitutus est. *art. 1. ad 1. num. 4.* *Præc. 2. n. 1.*

Quænam erunt vitia, in quibus linguæ cõtra Deum abusus positus est, resp. Vitia, quæ quatuor virtutibus dictis contraria sunt: semper enim vitium virtuti contrarium est. *Reg. ibid.*

Quomodo hoc est? resp. Si quis loquatur, audiat, legat de Deo, vel laudes illum, secundum quod à virtutibus dictis præscriptum est, locutio illa cum virtute erit: si quod proferat contra aliquam illarum, ut sit in blasphemia, & perjurio, & aliis trunc vitiosa locutio dicenda est. *Arg. ibid.*

De præcepto affirmativo & negativo. Num. 4.

SEcundum præceptum dividitur in affirmativum, & negativum? ref. Omnino ratione jam dicta. *Num. 3.*

Quodnam est negativum? ref. Hoc. *Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum*, cui apposita est appendix, quæ in fine dicetur. *Num. 1.*

Quem sensum habet hoc præceptum? ref. ait Catech. tacitè. Nemo divinum nomen contemnat, nemo illud in vanum assumat, neque per ipsum aut falsò, aut frustra, aut temerè juret. *Num. 2.*

Quod est affirmativum? ref. Ait hoc. *Nomen Dei est honorandum, & per illud sanctè jurandum.* *Ibidem.*

Quænam materia, & finis affirmativi? Resp. Virtutes jam dictæ sunt materia, finis verò est per illas regulare bonum, usum linguæ in ordine ad Deum. *Num. 1.*

Quæ materia & finis negativi? ref. Vitia contraria dictis virtutibus materia sunt: finis est per prohibitionem illo- *Arg. ibid.*

rum omnino de medio tollere vsum linguæ vsum in ordine ad Deum.

Num.4. Quid per nomen Dei hoc loco intelligendum est? resp. Ait Catech. Non debent intelligi literæ seu syllabæ: sed sudum ipsum verbum, sed illud quod ab ipso verbo, & nomine significatum est, nempe sempiternam unius ac trini numinis majestatem, atque diuinitatem.

Ibidem. Cum Deo multa imposita sint nomina, veluti Dei, Domini, Omnipotentis, & similium, quare hic de uno in singulari, quasi de uno tantum, præceptum datum est? resp. Cat. ait. De omnibus, quæ Deo tribui solent, intelligendum est præceptum, quia parentes, eandemque venerationem habent omnia.

De Orat. Dominic. part. 1. Prima petitio Orationis Dominicæ concordat cum hoc præcepto? resp. Concordat, & differt. Quia enim in utroque de sanctificatione divini nominis agitur conveniunt: sed differentia est.

Explicatio unius adjuvat explicationem alterius? respond. Ita est.

De observantia præcepti affirmativi. Cap. III.

Num.4. EXpedit, ut omnes fideles intelligant, quomodo divino nomini debitus honor lingua adhibeatur? resp. Ait. Cat. Rem utilissimam, & pernecessariam ad salutem qualis est hæc fideles ignorare nulla ratione fas est

Num.5. Estne multiplex ratio laudandi divinum nomen? respon. Est.

Ibidem. Hæc multiplicitas potest ad aliqua capita reduci? resp. Ait Catech. In his quinque capitibus, quæ modo proposita fuerunt, vis, & pondus videtur esse omnium, in quibus ratio divinæ laudis continetur.

Ibidem. Quodnam est primum caput divinæ laudis? resp. Ait, primò, laudatur Deus, cum in omnium conspectu, Deum ac Dominum nostrum fideliter confitemur, Christumque salutis nostræ authorem, quemadmodum agnoscimus, ita etiam prædicamus.

Ad quam virtutem pertinet hoc caput? &. Ad fidem, confessio enim actus fidei est.

Ibidem. Illi qui docent alios legendo, scribendo, concionando, instituendo veritates Evangelii, & ea quæ pertinent ad

Deum explicando laudant illum in primo capite? &. Ita est. Ideo Catech. ait prædicamus. *Ibidem.*

Illi, qui cum aliis, & coram aliis loquuntur de Deo, laudant illum? Ref. Laudant. *Ibidem.*

Idem est de illis qui inter hæreticos, & infideles, vel malos Christianos palam, & fideliter se esse Christianos Catholicos, & divinæ legis observatores declarant? Respondeo, Idem. *Ibidem.*

Cur ait in omnium conspectu? Respond. Vt declaret, primum finem locutionis esse, ut cultus interior cordis occultus in conspectu omnium, tum hominum, tum Angelorum, tum aliarum creaturarum publicus mediante lingua efficiatur. *Ibidem.*

Cur ait, Sicut cognoscimus, ita prædicamus? Respond. Vt ostendat finem divinæ laudis, quæ Deo per os datur, esse, ut conceptus cultus in corde occultus, publicè per os Deo exhibeatur, quod est dicere officium linguæ esse ea, quæ in corde latent, alios quoque manifestare. *Num.5.*

Quod est secundum caput? &. Hoc, ait Cat. Cum verbo Dei, quo ejus voluntas enunciatur, sanctè, & diligenter operam damus in ejus meditatione assidue versamur, studiosè illud addiscimus, aut legendo, aut audiendo, perindè ut cujusque personæ, aut muneri aptum, & consentaneum est. *Arg.16.*

Ad quam virtutem pertinet hoc caput? Respondeo. Ad fidem. *Ibidem.*

Quomodo differt à primo? &. Primum dicit actum fidei per locutionem, hoc autem dicit actum fidei per auditum, & lectionem, *fides enim est ex auditu: Auditus autem per verbum Dei.* *Num.5.*

De quonam verbo Dei est sermo? &. De scripto, & non scripto, ideo ait legendo, & audiendo. *Ibidem.*

Possunt explicari verba Catechismi? &. Possunt sic: primò ponit actum virtutis generalem. 2. Dividit in actus particulares. 3. Declarat modum eliciendi dictum actum.

Quis est actus generalis? Respon. Ait date operam verbo Dei. *Ibidem.*

Quomodo subdividit hunc actum? &. Sic, primò ait, dare operam verbo Dei fit dupliciter, uno modo legendo, alio audiendo: Audite autem, & legere fit ob duplicem si- *Ibidem.*

Moysen excitavit, qui eos de manu potenti educeret.

Num. 12. Cum hoc igitur populo Deus ita conjunctus, & conglutinatus est, eumque adeo amavit, ut cùm esset Dominus cœli, & terræ, non confunderetur vocari Deus eorum.

Num. 11. Hæc Historia populi Hebræi, & modi quo lex illi data est, continet aliqua mysteria ad populorum ædificationem? Resp. ait Cat. Mysteriorum plena est: quorum explicatio populos ad observantiam divinæ legis maximè excitabit.

Num. 12. Quæ sunt illa mysteria? Respond. Ait Catechismus, Primò Deus elegit gentem ingratam, & exiguam, ut per multiplicationem, & exaltationem illius effectus suæ legis, ac providentiæ manifestaret. Secundò, permisit Hebræos diu peregrinari, duriliter atque servitute premi, atque divexari, ut ostenderet Deum posse populum sibi dilectum in quacunque etiam maxima tribulatione adjuvare.

Num. 13. Similiter ut doceret amicos Dei fieri non nisi mundi inimicos, ac peregrinos in terris; atq; in Dei familiaritatem facilius recipi eos, qui nihil omninò cum mundo commune habent. 3. Data est lex in deserto, & in monte Sina, ut significaretur, in solitudine, & asperitate vivendi homines à Deo majora beneficia obtinere. 4. Data est lex post quam populus de Ægypto liberatus est, ut significaret Deus per beneficiorum recenter acceptorum memoriam homines debere induci, ut legem Dei vel accipiant, vel

Num. 14. acceptam observent. 5. Voluit Deus, ut vestes luvarent,

Num. 15. uxores non tangerent, in radice montis permanerent, ut

Num. 6. sic declararet casto humilique animo legem Dei esse accipiendam, atque observandam. 6. Tanta majestate, atque terrore legem dedit, ut quanta res lex Dei esset, quantaque majestas, ac potentia Dei illam dantis manifestaret.

Ibidem. 7. Deus paternam eam, benevolentiam, providentiam erga populum Hebræum habuit, ut ostenderet se taliter

Num. 11. fore affectum erga eos qui legem suam observarent. 8. Eun-

Nu. 12. & n. 5. dem populum multiplicavit, magnificavit, admirabiles toti mundo exhibuit, ut declararet per legem Dei populos fieri sapientes, gloriosos, fœlices, simulque ad æmulationem omnes homines, nationes, populos provocaret qui perspecta Israelitici populi gloria, atque felicitate ad

veri Dei cultum, & observantiam legis ipsius converterentur. Hæc & alia mysteria in hac facta Historia inclusa sunt. Et hæc de Decalogo in genere.

DOCTRINA CATECHISMI ROMANI,

In primum Decalogi Præceptum.

QVomodo continuatur hæc Tractatio cum superiori? Respond. In superiori tractatum est de Decalogo in generali, nunc de singulis præceptis dicendum est, & initium habendum à primo.

Quænam materia hujus tractationis? &c. Primum præceptum.

Quæ forma? &c. Modus tractandi Pastoribus animarum accommodatus.

Quod efficiens? &c. Catechismus, jussu & Decreto superiorum.

Quis finis? &c. Dirigere Parochos, & alios ad tectam hujus præcepti explicationem.

In quot partes dividenda est hæc tractatio? Resp. In tres principales, in septem autem minùs principales, quæ capita appellantur.

Quæ sunt principales? Resp. Prima est exordium, vel quasi proœmium. 2. est primum præceptum. 3. Præmium, & pœna appositæ cori legi.

In quot capita tota tractatio est dividenda? &c. In septem sequentia.

Primum erit, de Exordio.

1. De nomine, definitione, causis, & divisione primi præcepti.

Ibidem. 6. Summa injuria verbo Dei fit, si sacra Scriptura à recta & germana ejus sententia ad impiorum dogmata, & hæreses flectatur. Item si libros talia præstantes legat.

Ibidem. 7. Fœdis, & inhonestis maculis sacra scriptura contaminatur, cùm ejus verba, & sententias, quæ omni veneratione colenda sunt, ad prophana quæque nefarii homines torquent, ad scurrilia, scilicet, fabulosa, vana, adulationes, detractiones, sortes, libellos famosos, & si quæ alia sunt id genus. In quod peccatum sacra Trid. Synodus animadvertit juber.

Num. 28. 8. Qui debitum honorem Deo negant, & aliquo modo illum contemnunt, qui in suis calamitatibus auxilium ejus non invocant.

9. Qui potest impedire, ne nomini Dei injuria inferatur, & non curat impedire.

10. Qui curam gerit aliorum, & negligit docere illos de cultu linguæ debito Deo, vel non curat corrigere illos, cùm sciat de Deo non reverenter, aut irreverenter loqui.

Hæc, & alia hujusmodi ad inobservantiam præcepti negativi sunt pertinentia.

De juramento. Cap. V.

QVid de juramento considerandum? Respond. Primò, de ipso juramento. Secundò de ejus usu, & abusu. De juramento autem considerandæ est definitio, & causæ illius.

Num. 8. Quænam est definitio juramenti? Resp. Ait Cat. Iurare nihil aliud est, nisi Deum testari, id est adducere in testem quacumque id verborum forma, & conceptione fiat, vulgata definitio est hæc: *Iuramentum est invocatio Dei in testem*, & idem facit.

Num. 10. Quænam est juramenti materia? Resp. Possunt esse hæc quatuor: Affirmatio, negatio, promissio, & comminatio, hæc enim sunt materia proxima, & vera: Remota autem sunt res de quibus affirmatur, vel negatur, vel fit promissio aut comminatio, & hoc est notandum.

Quare notandum? R. Quia innumerabiles non solùm de populo, sed etiam de Clero graviter errant, ex ignorantia hujus distinctionis.

Quomodo errant? Respondeo. Gravitatem, & levitatem materiæ non rectè attendentes, ideo perjurium in materia levi, & sine damno asserentes esse veniale.

Nonne qui falsò jurat in materia levi venialiter peccat? R. Loquendo de materia remota potest esse levis, proxima verò hanc materiæ levitatem non habet.

Quomodo est hoc? Respon. Sit exemplum, unus jurat sic. Per Deum, Cœlum non est. Alius sic, per Deum formica hic non est. Materia remota sunt: Cœlum & formica, & hæc formica respectu Cœli materia modica est. Materia proxima est utriusque negatio, & hæc ita est negatio in uno sicut in alio: ideo negatio de formica non est minus falsa, quàm negatio de cœlo. Et quia Deus non invocatur in testem de formica, sed de affirmatione, vel negatione illius, ideo licet formica sit minor Cœlo, affirmatio tamen de illa tanta res est, quanta affirmatio de Cœlo.

Quomodo declaratur, quod dicta affirmatio, & materia juramenti sit? R. Ex hoc, quia qui jurat de formica, adducit Deum in testem, quod vera sit sua negatio de formica; Illud autem est vera materia juramenti, de quo Deus adducitur testis.

Num. 2. *&c.* Quod est efficiens juramenti? Resp. Homo mediante lingua.

Num. 7. Quis effectus juramenti? R. Facere fidem ejus quod dicitur, vel proponitur, qui enim jurat prætendit à se dictorum facere fidem. Alius effectus est obligare se.

Num. 17. Quis est finis juramenti? resp. Ait Catech. Iusiurandum eo tendit, atque id omnino spectat, ut hominum Iustitiam, & innocentiam probet, fidemque litibus, & controversijs imponat.

Ibidem, & *Num.* 4. Quomodo est finis probare justitiam, & innocentiam hominis? Resp. Sic. Cùm quis non credit his quæ ab alio dicta sunt: si dicens, juramento confirmat dicta, tunc jurans habet pro fine probare suam justitiam: quod fiet, si probet verum esse quod dicit, hoc autem juramento facit, ideo hoc erit finis illius.

Ibidem. Quomodo est finis juramenti litium terminatio? R. Sic. Cùm duo discrepant in dicto & de veritate alicujus rei contendunt: tunc si unus juret, & tali juramento persuadet, vel fidem affert, quod veritatis est sicut ipse di-

cit, tunc litis terminata erit, qua utrique in eadem veritate convenient.

Num. 8. Quænam est forma juramenti? Resp. Illa invocatio Dei in testem.

Num. 8. Quomodo fit invocatio? Resp. Catechismus ait, Modò invocetur Deus in testem, non refert quibus verbis id fiat, Dicere enim: Testis est mihi Deus, vel per Deum, vel ad fidem Dei, idem sunt. Secundò, si quis etiam iuret, per sacra Dei Evangelia, per Crucem, per Sanctorum Reliquias, & nomen, & cætera id generis iuramentum erit, non quia tales res vim habeant testandi infallibilem veritatem, sed quia in illis divinæ majestatis splendor elucet, ideo iurare per dicta, idem quod per Deum iurare esse videtur. Tertiò Deus invocatur in testem per modum execrationis, quale est illud sancti Pauli, *Ego testem Deum invoco in animam meam*. Hoc enim modo, qui iurat, subdit se divinæ ultioni, si falsum dicit.

Ibidem. Num. 9.

Si quis iuret per fidem in veritate. Per vitam aut nobilitatem meam, erit iuramentum? Res. Non, nisi iurans intendat de fide, & veritate Dei: Qui enim invocat in testem fidem humanam non iurat, quia Deus sic testis non adhibetur.

Arg. n. 8. & 9.

Num. 9. Omnes dicti modi habent ne vim iusiurandi? Resp. Ait Catechismus. Neque propterea negamus nonnullas ex his formulis ita accipi posse quasi iusiurandi vim non habeant.

De divisione iuramenti. Num. 2.

Num. 10. QVotuplex est iuramentum? Resp. Duplex, assertorium & promissorium, seu comminatorium.

Ibidem. Quale est assertorium? Resp. Dum de re præsenti aut præterita affirmatur vel negatur.

Ibidem. Quale promissorium, & comminatorium? Resp. Illud, quod futurum tempus spectat, nempe cum in futurum aliquid pollicemur, vel comminamur.

Ex n. 7. 80 In quo conveniunt hæc iuramenta? Resp. In fine, & forma, & efficiente, omnia enim intendunt facere fidem & confirmare, sermonem, & eodem modo fiunt, nempe Deum in testem invocando.

Num. 10. Quomodo ergo differunt? Resp. Ex parte materiæ, Hæc enim in assertorio sunt negatio vel affirmatio. In promissorio promissio, comminatorio comminato.

De usu iuramenti. Cap. VI.

Hic nu. 2. 67. &c. VSus juramenti potest esse bonus, & malus? Res. Potest, & si est bonus dicitur juramentum, si malus, & contra veritatem dici solet Periurium.

Quid considerandum de usu juramenti? Res. Tria, primò de usu in communi considerando causas illius: secundò de bono usu, tertiò de malo usu illius.

Ibidem. Quænam est materia usus juramenti? Res. Ipsum juramentum, est enim illud, quo quis utitur.

Quodnam efficiens? Res. Illi, qui jurant, ipsi enim juramento utuntur.

Num. 15. Quinam utuntur juramento? Res. Ait Catech. homines communiter: secundò Apostoli: tertiò Angeli: quartò ipsemet Deus illo usi sunt.

Num. 7. A quo fuit introductum juramentum? Res. Ab hominibus.

Num. 7. Quid induxit illos ad hoc? Res. Necessitas probandi, quod dicebatur.

Num. 7. Et unde hæc necessitas? Resp. Quia unus homo alteri dicenti non credebat.

Ibidem. Quare hoc? Res. Ait Cat. cum D. Chrysostomo, quia mundus plenus erat perfidia, malitia, & iniquitate nemo facile ad credendum adducebatur.

Num. 7. n. 16. Iuramentum dat remedium ad hoc? Res. Dat, quia ubi perfidia hominis non suadet, veritas incommutabilis Dei suadere valebit.

Num. 15. Pueris juramentum est exhibendum? Res. Non ante decimum quartum annum, quia ad illud rectè utendum apti non sunt.

Num. 6. 7. 1. 16. Qui finis usus juramenti? Resp. Idem qui juramenti, sicut enim finis calami, & usus illius idem est ita & de juramento.

Ibidem. Finis dicti usus est confirmare, probare, persuadere quod dicitur? Res. Est effectus: sed etiam finis rectè dicitur.

Nu. 6. 7. &c. Quis proprie finis erit? Res. Alius est finis bonis? Alius mali usus.

nu. 16. &c. Quis finis boni? Resp. Necessitas, vel virtuosa utilitas probationis.

n. 13. 18. 19 Quomodo necessitas? Resp. Si necessarium sit fidem

facere de aliqua re, & hæc fides sine juramento fieri non potest, tunc usus juramenti necessitatem finem habebit.

Arg. num. 13.15.18. 19.

Quatione virtuosa, utilitas? respondeo. Si secundam virtutem sit, & valde utile, ut quis de aliqua re persuadeatur, & hoc sine juramento rectè fieri non potest, tunc si quis jurer, talis juramenti usus pro fine habebit virtuosam utilitatem.

Num. 2.

Quis finis mali usus? Resp. Vitiosa voluptas, vel utilitas.

Ibidem.

Quomodo voluptas? Resp. Quia delectatur vanè in tali usu juramenti.

Num. 2.

Quo pacto utilitas? Respond quia vult acquirere aliquod bonum, vel fugere aliquod malum, vel damnum per malum usum juramenti, ut in emptoribus, & venditoribus contingit.

Nu. 11. & 12.

Quænam forma usus juramenti? Respon. Alia est forma mali, alia boni usus juramenti.

De bono usu juramenti. Num. 2.

Num. 2. 13. 18. 19.

IN quo consistit bonus usus juramenti? Respon. In quatuor causis illius.

Quid requiritur ex parte finis? Resp. Vt juramentum dirigatur ad necessitatem, vel virtuosam utilitatem probandi, vel persuadendi, quod dicitur.

Num. 13.

Quid ex parte materiæ? Resp. Vt juramentum rectè sine invocando verum Deum.

Num. 13. nu. 15. &c.

Quid ex parte agentis? Respon. ut juranspotus sit ad jurandum, uti fieri oportet.

Quænam forma boni usus? Resp. Hæc consistit in tribus, nempe ut juramentum fiat in veritate, in judicio, & in justitia; Hæc enim tria dicuntur comites, vel conditiones vel circunstantiæ virtuosi juramenti.

Arg. nu. 8. & 11. 9. 11

Ista tria sunt de essentia juramenti, ? Respon. Non, sed de essentia boni usus illius.

& 15.

Vbi sunt ista tria, erit bonus usus illius? Resp. Semper.

Num. 11.

Quis docuit ita esse jurandum? Resp. Deus Hieremiæ capitulo quarto.

Nu. 11. 15. &c.

Potest esse bonus usus sine una dictarum conditionum? Resp. Non.

& 11. & 15

Vtus, qui habet has conditiones, erit semper virtuosus? Resp. Semper, & ex illo glotia Deo sequetur.

Num. 19.

Quomodo sequetur? Respon. Ait Catech. Iusiurandum

originem ducit à fide, qua homines credunt Deum totius veritatis esse auctorem, qui nec decipi unquam potest, nec alios decipere, cujus oculis nuda sunt omnia, & aperta, & qui potest omnes cum sua injuria mentientes, ita punire, ut ad nihilum redigantur: Hac igitur fide homines imbuti Deum veritatis testem adhibent, cui fidem non habere impium & nefarium est.

De veritate juramenti. Num. 2.

Num. 12.

QVid est jurare in veritate? resp. Est esse verum illud, quod jurator: & ille qui jurat ita esse arbitretur non quidem temerè, aut levi conjectura adductus, sed certissimis argumentis. Ita Catechismus.

Ibidem.

Quid notandum in his verbis? resp. Quod tria ad veritatem juramenti requirantur, & primo quod verum sit illud quod juratur: Secundò quod jurans sciat verum esse. Tertiò, quod sciat ex certis argumentis, non ex levi conjectura.

Num. 12.

In juramento promissorio necessaria est veritas? Resp. Omnino.

Ibidem.

Quomodo erit cum illa? Resp. qui juramento aliquid promittit, si cum jurat, ita animatus est, ut cum tempus advenerit id re ipsa præstet & promissum exolvat, idque adveniente tempore facere curat, cum veritate juravisse dicetur.

Ibidem.

Si quis promittens facere sine animo observandi promissum, jurat cum veritate? Ref. Non.

Ibidem.

Si quis promittat cum juramento facere aliud, veluti solvere centum eali tempore, & habet animum paratum ad faciendum, si possit, sed certò scit, se non posse, jurat cum veritate? resp. Non, quia fuit promissionem non fore veram.

Ibidem.

Si quis tempore juramenti habebat animum adimplendi promissum, & sperabat posse adimplere, sed non accidit illi, ut cogitabat, idem tempus non potest, dicitur juravisse cum veritate? resp. Dicitur, si absque culpa sua inhabilis factus est.

Arg. Ibid.

Si quis promissionem juratam non servet de consensu illius cujus interest, dicitur ne facere contra veritatem? Resp. Non, quia creditor potest concedere dilationem.

Num. 12.

Si quis promissionem juratam non servet, quia, etsi

facere de aliqua re, & hæc fides sine juramento fieri non potest, tunc usus juramenti necessitatem finem habebit.

Arg. num. 13. 15. 18. 19. Qua ratione virtuosa, utilitas? Respondeo. Si secundum virtutem sit, & valde utile, ut quis de aliqua re persuadeatur, & hoc sine juramento rectè fieri non potest, tunc si quis juret, talis juramenti usus pro fine habebit virtutem utilitatem.

Quis finis mali usus? Ref. Vitiosa voluptas, vel utilitas.

Num. 2. Ibidem. Quomodo voluptas? Ref. Quia delectatur vanè in tali usu juramenti.

Num. 2. quo pacto utilitas? Respond quia vult acquirere aliquod bonum, vel fugere aliquod malum, vel damnum per malum usum juramenti, ut in emptoribus, & venditoribus contingit.

Num. 21. &c. Quænam forma usus juramenti? Respon. Alia est forma mali, alia boni usus juramenti.

De bono usu juramenti. Num. 2.

IN quo consistit bonus usus juramenti? Respon. In quatuor causis illius.

Num. 2. 13. 18. 19. Quid requiritur ex parte finis? Resp. Vt juramentum dirigatur ad necessitatem, vel virtuosam utilitatem probandi, vel persuadendi, quod dicitur.

Num. 13. Quid ex parte materiæ? Resp. Vt juramentum rectè fiat invocando verum Deum.

Quid ex parte agentis? Respon. ut jurans aptus sit ad jurandum, uti fieri oportet.

Num. 13. usq. 15. &c. Quænam forma boni usus? Resp. Hæc consistit in tribus, nempe ut juramentum fiat in veritate, in judicio, & in justitia. Hæc enim tria dicuntur comites, vel conditiones vel circumstantiæ virtuosi juramenti.

Arg. num. 8. & 11. 12. & 15. Ista tria sunt de essentia juramenti, ? Respon. Non, sed de essentia boni usus illius.

Vbi sunt ista tria, erit bonus usus illius? Ref. Semper.

Num. 17. Quis docuit ita esse jurandum? Resp. Deus Hieremiæ capitulo quarto.

Nu. 11. 15. &c. n 11. & 15 Potest esse bonus usus sine una dictarum conditionum? Ref. Non.

Vtus, qui habet has conditiones, erit semper virtuosus? Resp. Semper, & ex illo glotia Deo sequetur.

Num. 19. Quomodo sequetur? Respon. Ait Catech. Iusiurandum

originem ducit à fide, qua homines credunt Deum tottex veritatis esse auctorem, qui nec decipi unquam potest, nec alios decipere, cujus oculis nuda sunt omnia, & aperta, & qui potest omnes cum sua injuria mentientes, ita punire, ut ad nihilum rediganter: Hac igitur fide homines imbuti Deum veritatis testem adhibent, cui fidem non habere impium & nefarium est.

De veritate juramenti. Num. 1.

QVid est jurare in veritate? resp. Est esse verum illud, quod juratur, & ille qui jurat ita esse arbitretur non quidem temerè, aut levi conjectura adductus, sed certissimis argumentis. Ita Catechismus. *Num. 12.*

Quid notandum in his verbis? resp. Quod tria ad veritatem juramenti requirantur, & Primò quod verum sit illud quod juratur: Secundò quod jurans sciat verum esse. Tertiò, quod sciat ex certis argumentis, non ex levi conjectura. *Ibidem.*

In juramento promissorio necessaria est veritas? Resp. Omnino. *Num. 12.*

Quomodo erit cum ista? Ref. qui juramento aliquid promittit, si cum jurat, ita animatus est, ut cum tempus advenerit id re ipsa præstet & promissum exolvat, idque adveniente tempore facere curat, cum veritate intelligi dicetur. *Ibidem.*

Si quis promittens facere sine animo observandi promissum, jurat cum veritate? Ref. Non. *Ibidem.*

Si quis promittat cum juramento facere aliud, veluti solvere centum tali tempore, & habet animum paratum ad faciendum, si posset, sed certò scit, se non posse, jurat cum veritate? resp. Non, quia scit promissionem non fore veram. *Ibidem.*

Si quis tempore juramenti habebat animum adimplendi promissum, & putabat posse adimpleri, sed non accidit illi, ut cogitabat, idem reipsa non potest, dicitur juravisse cum veritate? resp. Dicitur, si absque culpa sua inhabilis factus est. *Ibidem.*

Si quis promissionem juratam non servet de consensu illius cujus interest, dicimus facere contra veritatem? Resp. Non, quia creditor potest concedere dilationem. *Arg. Ibid.*

Si quis promissionem juratam non servet, quia, etsi *Num. 12.*

tempore juramenti licita erat, postea tamen mutata rerum conditione, illicita facta est, diceturne sine veritate jurasse? Respondeo. Non, Quia iuramentum non est vinculum iniquitatis.

De justitia & judicio in juramento. Num. 4.

Num. 14. IN quonam juramento potissimum requiritur justitia? Res. In promissorio, & comminatorio.

Ibidem. Quid est jurare cum justitia? Res. Iurare quod justum est.

Ibidem. Quando aliquis jurat, promittendo, aut comminando, se facturum aliquid injustum, vel inhonestum, tenetne juramentum? Res. Non.

Ibidem. Tenetur ad observantiam illius? Resp. Non.

Num. 24. Peccatne, qui jurat facere rem injustam: veluti homicidium? Res. Peccat, & si non habet intentionem occidendi, est unum tantùm peccatum, nempe contra secundum præceptum: Si verò vult occidere, duo peccata sunt, unum cōtra secundum, aliud contra præceptum quintum.

Num. 12.

Num. 13. qui promittit licita iuramento, tenetur observare? R. Tenetur modo jam dicto.

Ibidem. Iurare in judicio est idem, quod jurare apud magistratus in foro exteriori? Res. Non.

quid est aliud? Respond. Est jurare cum judicio rationis, *id est*, non temerè, aut inconsideratè, sed consultò, atque maturè.

Ibidem. quid debet fieri ut cum judicio juretur? Res. Primò juraturus debet considerare, utrum necessitate cogatur, necne, temque totam accuratè expendere, an hujusmodi sit, ut jurejurando indigere videatur.

Ibidem. Si quis odio, vel amore, vel aliqua animi perturbatione ad jurandum judicatur, erine jurare cum judicio? Respondeo. Non, quia passio, & judicium rationis valde diversa sunt.

Ibidem. qui jurat debet spectare locum, & tempus & alia permulta, quæ rei, quam debet jurare, adiuncta sunt? Res. Debet. Et si non facit? Ait Catechismus, juramentum non erit cum judicio, sed præceps, ac temerarium.

Num. 13. Illi qui in re levissima, & inani, prava quadam consue-

tudine passim jurant dicuntur-ne jurare cum judicio? R. Non.

Venditores qui ut carius vendant, cum juramento laudare, & emptores, qui ut illius emant, cum juramento vituperare res venales passim solent, jurant-ne cum judicio? Resp. Non. Num. 13.

Dubitationes circa usum juramenti. Num. 5.

QVomodo vsus juramenti potest dici bonus, cùm Christus Matthæi 5. dixerit non esse jurandum omnino? Resp. Ait Cat. His verbis non est dicendum, quod juramenti usus omnino damnetur, quia & Sancti, & Deus ipse ut in scripturis habetur, jurarunt: sed intelligendum est, Christum reprehendisse perversum Iudæorum judicium qui existimabant nihil in juramento cavendum esse præter mendacium, & ideo de rebus levissimis, & nullius momenti sæpius jurabant, & ab aliis juramentum exigebant; Hunc morem Christus redarguit, docetque non esse jurandum omnino nisi cogat necessitas. Nu. 18. 19

Christus nonne dixit. Sit *sermo vester est, est, non, non, quod autem amplius est à malo est*? quomodo ergo bonus est usus juramenti? Res. Ait Cat. Quia propter humanam imbecillitatem juramentum institutum est, revera à malo provenit, quia aut jurantis inconstantiam indicat, aut contumaciam illius, cujus causa juratur, qui sine juramento, ut credat, adduci non potest. Num. 19

Potest-ne clarius explicari? Respondeo. Potest sic. Aliud est loqui de juramento, aliud de usu illius Christus non loquitur de juramento, sed de usu illius: ait enim *nolite jurare*: Circa usum aliud est dicere, *Ne juretis omnino*: sic enim totaliter usus juramenti prohiberetur: Aliud si dicatur, *Nolite omnino jurare*. Hoc enim requirit voluntatem abstinendi se omnino ab usu juramenti ob reverentiam divini nominis, qui frustra & in vanum non debet in testem invocari: Quod si quis ob necessitatem juret tunc causa talis usus non est voluntas, sed necessitas: Christus ergo per illud verbum, *Nolite*, non prohibet jurare ex necessitate, sed ex sola voluntate, & animi levitate. Amplius, Aliud est dicere Iurare est à malo, aliud Ex Ca. Nu. 18. & 19.

est malum: primum dicit originem iurandi esse à malo ut dictum est sed non dicit esse semper malum: sicut usus medicinæ, est à malo, sed non semper malus, imò aliquando bonus, ita est de usu iuramenti: Adhuc, ista propositio, Iurare est malum, si ponatur dicti gratia, potest duobus modis considerari, uno quidem sic, Iurare, absolutè loquendo, *id est*, non considerando an sit, vel non sit causa iurandi, est malum, & in hoc sensu vera est, quia iurare absque eo ut examinetur an sit causa iurandi malum est: Alio modo potest considerari non absolutè, sed cum hac limitatione, Iurare ex causa, & necessitate, & cum debitis conditionibus, & requisitis malum est, & tunc ista propositio est falsa, ut ex scriptura ipsa apparet, & hoc modo à Catechismo, quæ dicta sunt explicantur.

Nu. 6. & 6. Frequens usus iuramenti est ne licitus? &c. Ait Catec. Non. Sicut enim corpori medicamenta adhibere frequenter, & in sanitate non expedit, sed tunc tantum, cum est necesse, ita de iuramento, quod ad modum medicinæ se habet: Ideo si sæpius adhibeatur, tantùm abest, ut prosit, quod etiam magnum detrimentum afferet. Infinita enim ferè mala ex iurandi nimia consuetudine emanare, & sacrarum litterarum authoritate, & sanctissimorum Patrum testimoniis comprobatur.

Num. 2. Parochi debent-ne sæpius de hoc populos admonere? Resp. Ita ait Catechismus.

De malo usu iuramenti. Num. 6.

n. 11. & 15. POtest-ne dari certa regula ad malum usum iuramenti cognoscendum? Res. Potest.

Ibidem. Quænam est? Resp. Hæc, quotiescumque iuramento deest vel veritas, vel iustitia, vel iudicium, tunc usus iuramenti malus est. Si nulla desit, malus non erit.

Nu. 21. 22. Quomodo iuramento deest veritas? Respondeo. Ait Catech. Primò, qui scit aliquid esse falsum, & iuramento affirmat esse verum, vel è contra, dicitur contra veritatem iurare. Secundò, qui credit aliquid esse falsum, quod tamen verum est, & iurat esse verum, mentitur, quia scienter contra id quod putat esse verum, iurat. Tertiò, ille, qui iurat, quod verum existimat, & tamen revera

falsum est, nisi quantum potuit curam, & diligentiam adhibuerit, ut rei veritatem investigaret. Hic sua negligentia peccat contra præceptum. Quartò, qui iuramento promittit factorum aliquid, sed non habet animum faciendi vel scit revera sibi non esse possibile, ut illud faciat: Quintò, si quis iuratas promissiones non observet, quando iusta causa vel impotentiæ, vel consensus eius, cuius interest, excusatur. Num. 13.

Ista omnia sunt peccata mortalia? Respond. Sunt, quia semper iurare contra veritatem, etiam in re levissima, & sine damno alicujus, imò etiam cum utilitate, veluti ad salvandam vitam eius, qui in iudicio reus capitis est, vel ad evitandum aliquod magnum malum, quod sibi immineat, est mortale, & in hoc ut dictum fuit, parvitas rei non excusat, nisi fortè inobservantia promissionis iuratæ, tunc enim parvitas rei à mortali poterit excusare. Num. 10.

Quomodo iuramento deest iustitia? Resp. Primò, Cùm aliquid iniustum, seu peccatum iuratur, veluti si quis iuret occidere inimicum. Secundò, Cùm quis iurat, se non obtemperaturum præceptis Dei, veluti non dare pacem inimico illam petenti, cum debet. Tertiò, Si iuret non optemperaturum consiliis Evangelicis, cuiusmodi sunt, quæ ad cœlibatum, & paupertatem hortentur: Tali enim iuramento divina consilia contemnit & violat, ideo ad eius observantiam non tenetur. Num. 24.

Iuramentum, in quo deest iustitia, semper erit mortale? Respondeo. Semper qui iurat committere peccatum mortale, peccat mortaliter: & est duplex peccatum mortale, ut dictum est, si habeat animum ita faciendi: Si verò iuret committere peccatum veniale, veluti furari quadrantem, ex parvitate rei veniale erit: Qui verò iurat contra consilia ex contemptu illorum, ratione talis contemptûs mortale erit.

Quomodo deest iudicium? Resp. Quando sine causa, vel necessitate, vel virtuosa utilitate, vel debita diligentia atque consideratione, & reverentia, vel ex levibus coniecturis iuratur, & de hoc supra dictum est. Nu. 13. 14.

Est mortale iurare absque iudicio? Resp. Tunc tantùm est mortale, cùm homo ex tali inconsideratione exponit se periculo iurandi, quod falsum est. Num. 16.

Qui jurat per falsos Deos, peccat? Resp. Peccat, quia vero Deo injurium facit, dum fictitios & mendaces Deos tanquam verum Deum testatur.

De voto, & de blasphemia.

Cap. VII.

QUare Catechismus tam multa de juramento, tam parum tractat de voto? R. Ob duplicem causam, prima est, quia vera doctrina de juramento plurimis incognita est: de voto autem non est difficilis: Altera est, quia plurimi ob dictam ignorantiam peccant contra
Ex nu.25. juramentum, quod in voto locum non habet.

Cur tractatio de voto ad secundum præceptum reduci solet? R. Quia ordinarie votum fit verbis sive, corde, sive ore prolatis: Verba autem ad hoc secundum
22.qu.88. art.2. præceptum relata sunt.

Quid de voto considerandum? Resp. Primò de voto & causis illius. Secundò, De ejusdem observantia.

Quomodo definitur votum? Resp. Sic, *Est promissio facta Deo de meliori bono.*

Quotuplex votum? Resp. Duplex, Solenne, & simplex.
Ibid.art.7. Iqidem. Quot modis fit solenne? Resp. Duobus, nempe per susceptionem ordinis sacri, & per professionem in religione approbata.

Simplex quotuplex dicitur? R. Triplex, Reale, in quo fit promissio de re, veluti de eleemosyna: Personale, in quo obligatur persona, veluti ad jejunium, vel orationem, & mixtum, in quo fit promissio de re, & persona, veluti peregrinatio, & eleemosyna.
22.qu.88. Quænam est materia voti? Resp. Omnia sunt res, & personæ, Proxima sunt actiones circa res, & personas, virtuosæ, vel vitiosæ.

Quomodo actio vitiosa æstimatur voti? Resp. Dum
Ibidem. Ibid.art.2. Ibid.art.3. Cat.nu.23. D.Th.ib. Ibidem. quis vovet non committere talem actum vitiosum, veluti non ludere, non fornicari.

Quæ forma? Resp. Illa promissio quæ Deo fit.

Quis finis, & effectus? Resp. Obligare se ad præstandum quod voto promissum est. Est etiam finis dare gloriam Deo, in cujus honorem sæpe vota directa sunt.

Quod efficiens? Resp. Vovens.

Requiritur in vovente usus, & advertentia rationis?

Resp. Requiritur, ideo qui non habent usum rationis, vovere non possunt.

Quomodo quis dicitur observare votum? Resp. Si faciat *Cat. nu.23* quod Deo promisit.

Quo pacto peccatur contra votum? R. Duobus præ- *D.T.2.2.* cipuè nempe non adimplendo, vel nimis differendo quod *q.88.a 3.* promissum sit. *ad 3.*

Transgressio voti est ne peccatum mortale? Resp. Quando est de re notabili & nulla causa legetima excusat, mortale erit.

Nimia dilatio, quando erit peccatum? Respondeo. Si *Cat. nu.23* quis promisit Deo, se aliquid statim, vel ad tale tempus facturum, tunc si absque causa non factum est; Si verò non expressit tempus, tunc peccabit, quando contra conscientiam, & dictamen rectæ rationis nimium differt adimplere.

Quænam causæ possunt excusare ab observantia voti? *2.2.qu 88. ar.5 ad 3.* Resp. Multæ, ut sequentes:

Prima, impotentia, veluti qui voluit jejunare, sed ex in- *Ibid. ad 2.* firmitate non potest.

Secunda, Si votum sit impeditivum majoris boni, vel majoris obligationis, veluti artifex si non potest alere familiam adimplendo votum eleemosynæ vel peregrinationis, tenetur magis obedire præcepto Dei de alenda familia, quàm proprio voto eleemosynæ, & peregrinationis.

Tertia, Si votum sit in præjudicium alterius, veluti uxor vovet eleemosynam de bonis mariti absque consensu il- *Ibid.art.8.* lius. Idem de filio, & servo.

Quarta, Si obligatio voti sublata sit.

Quot modis obligatio voti ferri potest? Resp. Tribus commutatione, irritatione & dispensatione.

Quid est commutatio? Resp. Est *mutatio materiæ voti* *Ibid.art.12* *in aliam materiam*; & potest fieri vel in æquè bonum, & tunc in commutante requiritur potestas, & ex parte voventis causa, ut debeat sic commutari: Vel fit in majus bonum, veluti jejunium ordinarium in jejunium cum pane, & aqua, & hæc commutatio etiam ab ipso vovente fieri potest.

Quid est dispensatio? Respondeo. Est declaratio, quod ali- *Ib.art.13.*

Qui jurat per falsos Deos, peccat? Resp. Peccat, quia vero Deo injurium facit, dum fictitios & mendaces Deos tanquam verum Deum testatur.

De voto, & de blasphemia.

Cap. VII.

QUare Catechismus tam multa de juramento, tam parum tractat de voto? R. Ob duplicem causam, prima est, quia vera doctrina de juramento plurimis incognita est: de voto autem non est difficilis: Altera est, quia plurimi ob dictam ignorantiam peccant contra
Ex nu.25. juramentum, quod in voto locum non habet.

Cur tractatio de voto ad secundum præceptum reduci solet? R. Quia ordinarie votum fit verbis sive, corde, sive ore prolatis: Verba autem ad hoc secundum
22.qu.88. art.2. præceptum relata sunt.

Quid de voto considerandum? Resp. Primò de voto & causis illius. Secundò, De ejusdem observantia.

Quomodo definitur votum? Resp. Sic, *Est promissio facta Deo de meliori bono.*

Quotuplex votum? Resp. Duplex, Solenne, & simplex.
Ibid.art.7. Iqidem. Quot modis fit solenne? Resp. Duobus, nempe per susceptionem ordinis sacri, & per professionem in religione approbata.

Simplex quotuplex dicitur? R. Triplex, Reale, in quo fit promissio de re, veluti de eleemosyna: Personale, in quo obligatur persona, veluti ad jejunium, vel orationem, & mixtum, in quo fit promissio de re, & persona, veluti peregrinatio, & eleemosyna.
22.qu.88. Quænam est materia voti? Resp. Omnia sunt res, & personæ, Proxima sunt actiones circa res, & personas, virtuosæ, vel vitiosæ.

Quomodo actio vitiosa æstimatur voti? Resp. Dum
Ibidem. Ibid.art.2. Ibid.art.3. Cat.nu.23. D.Th.ib. Ibidem. quis vovet non committere talem actum vitiosum, veluti non ludere, non fornicari.

Quæ forma? Resp. Illa promissio quæ Deo fit.

Quis finis, & effectus? Resp. Obligare se ad præstandum quod voto promissum est. Est etiam finis dare gloriam Deo, in cujus honorem sæpe vota directa sunt.

Quod efficiens? Resp. Vovens.

Requiritur in vovente usus, & advertentia rationis?

Resp. Requiritur, ideo qui non habent usum rationis, vovere non possunt.

Quomodo quis dicitur observare votum? Resp. Si faciat *Cat. nu.23* quod Deo promisit.

Quo pacto peccatur contra votum? R. Duobus præ- *D.T.2.2.* cipuè nempe non adimplendo, vel nimis differendo quod *q.88.a 3.* promissum sit. *ad 3.*

Transgressio voti est ne peccatum mortale? Resp. Quando est de re notabili & nulla causa legetima excusat, mortale erit.

Nimia dilatio, quando erit peccatum? Respondeo. Si *Cat. nu.23* quis promisit Deo, se aliquid statim, vel ad tale tempus facturum, tunc si absque causa non factum est; Si verò non expressit tempus, tunc peccabit, quando contra conscientiam, & dictamen rectæ rationis nimium differt adimplere.

Quænam causæ possunt excusare ab observantia voti? *2.2.qu 88. ar.5 ad 3.* Resp. Multæ, ut sequentes:

Prima, impotentia, veluti qui voluit jejunare, sed ex in- *Ibid. ad 2.* firmitate non potest.

Secunda, Si votum sit impeditivum majoris boni, vel majoris obligationis, veluti artifex si non potest alere familiam adimplendo votum eleemosynæ vel peregrinationis, tenetur magis obedire præcepto Dei de alenda familia, quàm proprio voto eleemosynæ, & peregrinationis.

Tertia, Si votum sit in præjudicium alterius, veluti uxor vovet eleemosynam de bonis mariti absque consensu il- *Ibid.art.8.* lius. Idem de filio, & servo.

Quarta, Si obligatio voti sublata sit.

Quot modis obligatio voti ferri potest? Resp. Tribus commutatione, irritatione & dispensatione.

Quid est commutatio? Resp. Est *mutatio materiæ voti* *Ibid.art.12* *in aliam materiam*; & potest fieri vel in æquè bonum, & tunc in commutante requiritur potestas, & ex parte voventis causa, ut debeat sic commutari: Vel fit in majus bonum, veluti jejunium ordinarium in jejunium cum pane, & aqua, & hæc commutatio etiam ab ipso vovente fieri potest.

Quid est dispensatio? Respondeo. Est declaratio, quod ali- *Ib.art.13.*

ri quis corde compatiatur, & ore illum consoletur, eleemosynam verò non det, diminuta charitas est: solùm enim opus valet egentem sublevare: ideo merito pius de corpore, secundò de lingua, tertiò de corde danda præcepta sunt.

Tit. ibid. Quæ præcepta data sunt Operi? Resp. quintum, sextum, septimum. *Non occides, Non mœchaberis, Non furtum facies*, hæc enim tria de operibus præcipuè data sunt.

Ibidem. Quare post bonum publicum ponitur præceptum *non occides*? Resp. Quia respicit bona animæ, & bona quæ corpori præcipua sunt, nempe vitam.

Ibidem. Quare sextum præceptum est, *non mœchaberis*? Resp.

Ibidem. Quia de bonis corporis datum est.

Ibidem. Cur septimum locum habet *non furtum facies*? Resp.

Ibidem. Quia datur de bonis exterioribus quæ sunt minora.

Ibidem. Quod præceptum datum est lingua? Resp. Octavum, *non loqueris contra proximum falsum testimonium.*

Ibidem. Quæ data sunt cordi? Resp. Nonum, & Decimum, ut ex verbis ipsis apparet.

De modo explicandi præcepta secunda tabulæ.

Cap. VIII.

Cat. in Dec. PRæcepta secundæ tabulæ egent-ne aliqua explicatione, ut rectè intelligantur? Resp. Egent.

Num. 1. Quænam est vera regula interpretandi? Resp. Charitas & ordo illius.

Quomodo est hoc? Resp. Charitas in quocunque præcepto proponit, quid debeamus diligere, & quid odio habere: item quomodo, & qua ratione faciendum.

Ibidem. Quomodo distinguitur amor ab odio? Ref. Per præcepta affirmativa proponitur quid amandum: per negativa, quid odio habendum.

Num. 5. Præcepto affirmativo debet semper conjungi negativum, & negativo affirmativum? Ref. Semper, quia cum charitas præcipit amorem alicujus rei, semper cum tali amore conjungit odium quod illi oppositum est.

Quid debemus diligere in proximo? Resp. bonum, seu beneficium.

Quid odio habere? Ref. Malum, seu offensam.

Est necessarium diligere, & odio habere corde, ore, & opere? Ref. Est.

quando præceptum imperat aliquid veluti honorem parentibus, debet intelligi prohibitum omne, quod tali honori contrarium est? Ref. Debet.

Si præceptum prohibet offensam manus, debet intelligi prohibita etiam offensa oris vel cordis? Resp. Debet, veluti prohibetur homicidium manui, ergo & cordi.

Si præceptum prohibet minorem offensam debet intelligi prohibita major? Resp. Omninò: aliter enim charitas perfecta & bene ordinata non esset.

Si præceptum prohibeat majorem offensam, veluti homicidium intelligitur prohibita minor, velut percussio, vulneratio, & alia? Resp. Omninò, ratione jam dictæ.

quare aliquando prohibet majorem offensam, veluti quintum prohibet homicidium, sextum adulterium, quæ sunt gravissimæ, offensæ, aliquando prohibet minorem, velut furtum, quod rapina minus est? Resp. Deus justa de causa id facit: cùm enim vult declarare gravitatem alicujus offensæ, prohibet illam in specialicum verò vult removere frequentiam minoris peccati, veluti furti, tunc in speciali prohibet illud, non quia gravius, sed quia frequentius est.

Cur Deus post prohibitas offensas operis quinto, sexto, & septimo præceptis, voluit etiam dare præcepta oris, & cordi, cum ista in illis prohibita essent? Ref. In gratiam rudium id fecit, no putarent, ut Scribæ arbitrabantur, sequi opus esse prohibitum.

quare Deus non dedit præcepta affirmativa, sed ferè omnia negativa? Resp quia populus Hæbreus erat rudis, & rudibus melius imperatur, quid non faciant, quàm quid operentur: Omittere enim actionem veluti, scriptionem, omnes facere possunt; producere verò illam veluti scribere non omnium est.

huic deservire, sed quia lingua hominis valde lubrica res est, Deus summa providentia in particulari illi minas applicavit.

Ibidem. Quare Deus poenam non determinatam, sed in genere comminatus est? Ref. Vt ostendat multis modis haec peccata à Deo puniri.

De usu hujus Appendicis. Num. 5.

Ibidem. QVinam debent uti hac Appendice? Ref. Omnes fideles, sed praecipuè Parochi, atque concionatores.

Ibidem. Quomodo fideles utentur? Resp. considerando omnipotentiam Dei, quàm formidabile sit habere illum iratum: ideo timere debent minas & poenas in hac Appendice hominibus intimatas, & propterea custodire linguam & compescere illam, ne de Deo minus honoratè loquatur.

Ibidem. Qua ratione Parochi illa utentur? Ref. Primò illam populis explicabunt. Secundò, Ex illius explicatione argumentum sument ad probandum quàm grave sit peccatum eorum, qui frustra de Deo loquuntur. Tertiò, Terrebunt inducere populos ad Dei timorem, quarto. Ex hoc intentur flectere illos ad linguae custodiam, & ad Dei laudes devotè celebrandas.

DOCTRINA CATECHISMI ROMANI.

In Tertium Decalogi Praeceptum.

Cat. prae. Num. 1. &c. Num. 2. &c. QVaenam est materia hujus Tractationis? Resp. Tertium Decalogi praeceptum, & ejus observantia.

quis finis illius? Ref. Dirigere Parochos ad veram & opportunam hujus praecepti explicationem.

Est necessarium ut populis detur cognitio tertij? Resp. Catechismus. Est, & à Parochis maxima diligentia praestati debet. *Num. 2.*

Cur tanta diligentia? Resp. quia maximi fructus ex tali doctrina proficiscuntur. *Ibidem.*

Qui sunt isti fructus? Resp. Catec. Ex cognitione, & observantia hujus praecepti fideles ad omnia praecepta observanda facilius reducuntur. *Ibidem.*

Quomodo est hoc? Ref. Ait. Ille qui dies festos sanctificat, dum ad Ecclesiam, ut verbum Dei audiat, & divinis officijs interesse accedit, ex talibus ad devotionem erga omnes actus virtutum, & ad observantiam omnium mandatorum Dei excitatur, & inflammatur. *Ibidem.*

Quare praeceptum de sanctificatione festorum ponitur post secundum? Ref. Quia talis ordo in actibus hominis reperitur, ut primum locum teneant actus cordis, secundum verba oris, tertium opera corporis & sensuum exteriorum, cùm ergo tertium praeceptum detur corpori, & exteriori homini, meritò post praeceptum, quod linguae datum est, debuit collocari. *Ibidem.*

De divisione hujus tractationis.

IN quot capita dividenda est ista tractatio? Respond. in septem.

Primum. De excellentia data à Deo corpori hominis.

Secundum. De externo cultu debito Deo.

Tertium. De diebus festis.

Quartum. De praeceptis datis de externo cultu, & de diebus festis.

quintum. De tertio praecepto Decalogi, ejusque causis.

Sextum. De explicatione verborum tertij praecepti.

Septimum. De observantia, & inobservantia illius.

De excellentia data à Deo corpori hominis.

Cap. I.

COepus hominis est ne res excellens? Resp. Excellentissima. *Num. 1.*

A quo habet hanc excellentiam? Ref. A Deo.

Cur illam dedit illi Deus? Ref. Quia ad divinum cultum est destinatum.

quomodo talis potest explicari excellentia? Ref. Declarando excellentiam quatuor causarum illius.

Ex ipsure. Quid de materiæ excellentia considerandum? Respon. Corpus hominis habet plurima membra singula excellentia, caput cum sensibus, Pectus, Brachia, Manus, quæ à Philosophis dicuntur organum organorum, *id est*, instrumentum instrumentorum quia per manus homo omnibus utitur instrumentis, habet item crura, & pedes ad ambulandum, quò vult: Hæc membra cum figura recta disposita sunt: Hoc corpus per septem ætates mirabili varietate decurrit: Aliaque plurima ex parte materiæ excellentissima habet.

Cat. ar. 1. Num. 19 Ex parte formæ quid? Respond. Forma illius est anima rationalis. Corpus enim est animæ domicilium, instrumentum, & comes: Ab anima elevatur ad nobilissimas operationes, præcipuè, quæ ad cultum Dei sunt pertinentes.

Ex Ca. ar. 1 num. 19. & præc. 5. nu. 14. 15. & de sacram. in gen. nu. 10. 21. & alibi. Quid excellentiæ habet ex parte efficientis? Res. Deus illud in utero matris format, ejus vitam in ætates mirabiliter distinguit & conservat. Cœlum, terram, elementa, & omnia, quæ in ipsis sunt ad beneficium hujus corporis creavit: Spiritus sanctus in eo, nisi impediatur, inhabitat: Per Baptismum Deo consecratur, per Confirmationem ad Christi militiam destinatur. Per Pœnitentiam in sanguine Christi lavatur: Per Eucharistiam ab ipsomet Christo & pascitur, & inhabitatur: Per Ordinem ad sublimes divini mysterii actiones elevatur: Per Extremam-Vnctionem, ut sanctè ad aliam vitam transeat, præparatur: Per Matrimonium maritus, & uxor ad procreandum, & educandum hoc hominis corpus sanctificantur.

Ex Cat. ib. D. Amb. de Noe & Arca. Quam habet excellentiam ex parte finis? Res. Omnia corpora tam cœlestia, quàm terrestria, ut ait D. Ambrosius ad corpus hominis tanquam ad finem sunt ordinata: Ipsum corpus ad cooperandum animæ destinatur: Dirigitur ad omnia opera Dei corporalia contemplanda, atque utenda: Ad mirabiles operationes artium tum liberalium tum mechanicarum habile factum est: Hoc tertio præcepto ad altissimas actiones divini cultus est applicatum: Item ad serviendum, non terræ, vel hominibus, vel cœlo vel Angelis, sed Deo optimo maximo est destinatum. Item, ad sacramentorum usum, & administrationem, ad actiones sacerdotales, ad sanctissimum Missæ sacrificium

tum colendum, tum celebrandum: denum ut cum gloria in cœlo æterna felicitate fruatur à Deo est ordinatum: Super hæc autem divina essentia hypostaticè per Incarnationem Filij Dei corpori hominis uniri, & in illo mirabilia operari dignata est.

Qui fructus consideratione tantæ excellentiæ percipi possunt? Res. Primò homo excitatur, ut corpus suum mundum ab omni inquinamento servet ut otiosum manere nō permitteat: ut in actibus virtutum exerceat: ut ad Dei cultum præcipue diebus Festis super omnia destinet, ut in Dei famulatu continuò occuperur.

De externo cultu debito. Cap. II.

QVid est cultus Dei? Res. Est actio vel omissio virtuosa in honorem Dei destinata. *Num. 1. &c.*

Cur dicitur actio, vel omissio? Res. Quia Deus colitur tum actione, veluti cum quis orat, vel audit sacrum: tum omissione, veluti abstinendo ab operibus servilibus. *1. Præc.*

Quare dicitur virtuosa? Resp. Quia sine virtute cultus Dei esse non potest. *Catech. de Ord. n. 23.*

Cur dicitur in honorem Dei destinata? Res. Quia hoc est de essentia divini cultûs.

Quænam est materia divini cultûs? Resp. Actiones, & omissiones virtuosæ. *Ibidem.*

Quis finis? Resp. Honor & gloria Dei. *Ibidem.*

Quæ forma? Res. Illa destinatio ad gloriam Dei. *Ibidem.*

Quod efficiens? Resp. Deus, Ecclesia, Principes, Magistratus, & homines privati, ut dicetur.

De divisione divini cultus. Num. 2.

QVotuplex est Dei cultus? Res. Triplex, cordis, oris & operis. Item internus, hoc est cordis, vel externus, ut oris, & operis. Item publicus, & privatus. *Catech. hic nu. 1. & de & 24.*

Quid est cultus cordis? Resp. Est actio, vel omissio cordis virtuosa ad honorem Dei destinata.

Quid est cultus oris? Resp. Actio, vel omissio, sicut jam dicta, non in corde, sed in lingua. *Ibidem. Num. 1.*

Quid est cultus operis? Resp. Idem, quod modò dictum est, sed in opere exteriori. *Ibidem. Ibidem.*

Quid est cultus internus? Res. Cultus cordis. *De Ord.*

quid cultus externus? Ref. Cultus oris, vel operis.

Num. 13. quid cultus publicus? Resp. Ille, qui publica authoritate, determinatur.

quid privatus? Resp. Ille qui à personis, privatis propria devotione suscipitur est.

De cultu privato, & publico. Num. 3.

Catech. de Ordin. Num. 13. QUæ actiones, & omissiones virtuosæ possunt ad Dei cultum ordinari? Resp. Omnes.

Privatæ personæ possunt dictas actiones ad cultum Dei destinare? Resp. Possunt.

Ibidem. Num. 14. Conc. Tr. Sess. 23. c. 2. de Or. n. 23. Qua ratione? Resp. Ex scriptura habetur duplex dari Sacerdotium, unum privatum, & interoum, aliud publicum, & externum. Publicum tantummodo per Sacramentum Ordinis confertur. Privatum Sacerdotium in omnibus fidelibus reperitur: juxta illud: Regale Sacerdotium. 1. Petri secundo. Et in Apocalypsis primo: Fecit nos Sacerdotes Deo. Hoc igitur Sacerdotio quilibet fidelis potest in altari cordis sui, ut ait Catechismus omnes bonas & honestas actiones ad Dei gloriam, & cultum referre, ut dictum est: & hic cultus privatus esse dicetur.

Cat. ibid. Ieiunia, operationes, eleemosynæ, peregrinationes, opera misericordiæ, observantia mandatorum Dei, & alia, possunt ad hunc cultum referri? Ref. Possunt.

Num. 4. 7. 10 Quis potest determinare publicum cultum? Resp. Illi qui habent iurisdictionem, nempe Deus, Ecclesia, & aliquo

N. 7. & 10. modo, ut dicetur, magistratus seculares.

Quænam pertinent ad publicum cultum? Ref. Omnia, quæ à Deo, vel ab Ecclesia ad cultum Dei, vel Sanctorum sunt ordinata, veluti officium divinum, ieiunium Quatragesimale, Vigiliæ, quatuor Tempora, Rogationes, Dies Festi, & hujusmodi plurima alia.

De diebus Festis. Cap. III.

Præc. 3. QVid significat dies Festus? Ref. Significat tempus divino cultui dedicatum.

Num. 20. Omne tempus huic culti dedicatum est dies Festus? Resp. Si lato modo accipiatur dies festus, ita est, & proprie, non.

Quid proprie significat dies Festus? Resp. illud tempus, quod publica authoritate ita ad divinum cultum est destinatum, ut cessatio ab operibus servilibus præceptis sit, veluti in tertio præcepto de Sabbatho statutum est, *Num. 2. & 25.*

Quænam est materia circi Festi? Respond. Est, non divinus cultus, sed tempus quo talis cultus est exhibendus. *Num. 5. 6. &c. Ibidem.*

Quæ forma? Resp. Authoritativa, & publica determinatio dicti temporis.

Quis finis? Ref. Opportuna exhibitio divini cultus. *Nu. 1. &c. Nu. 5. 7. & 20.*

Quod efficiens? Ref. Publica authoritas, ad quam spectat determinare quando cultus exterior non privatus, sed publicus sit exhibendus.

De diebus Festis in veteri Lege. Num. 1.

LEx vetus determinabat aliquos dies ad cultum Dei? Ref. Determinabat. *Nu. 4. & 18.*

Hæc determinatio erátne cum obligatione cessandi à servilibus? Ref. Non semper. *Num. 18.*

Quid præcipiebat cum tali obligatione? Resp. Diem Sabbathi, diem Paschæ & similia. *Num. 21.*

Quid sine dicta obligatione? Resp. Aliquando præcipiebat solum jejunium, vel abstinentiam à fermentato panc, & hujusmodi plurima alia.

Modo fideles tenentur illa observare? Ref. Non quia cæremoniæ veteris legis adveniente nova sublatæ sunt. *Num. 5.*

Quare sunt sublatæ? Ref. quia erant figuræ Christi venturi, & legis ab eo latæ, & ideo adveniente re figurata, omnino figura de medio tollenda erat. *Ibidem.*

quomodo dictæ cæremoniæ sublatæ sunt? Resp. *ibi* Cat. in morte Christi.

Sabbathum est specialis dies Festus veteris legis? respon. Est, quia Deus hoc tertio præcepto specialiter determinavit. *Ibidem.*

quid significat hoc nomen Sabbatum? resp. Idem quod cessatio, seu quies. *Num. 10.*

Quare sic appellatur? resp. Primò, quia Deus tali die cessavit à creatione mundi. Secundò, quia eodem die cessatio à servilibus præcepta est. *Ibidem.*

In quacumque hebdomada quot dies sunt? resp. Septé. *Prac. 3.*

Ibidem. A quo desumpta est hæc hebdomadæ distinctio? Resp. A creatione mundi.

Ibidem. Qua ratione? Resp. In sex diebus Deus creavit cælum & terram; in septimo autem absoluto mundo, Deus cessavit à rerum creatione.

Sabbatum quodnam ex his diebus est? Res. Vltimus, *id est* septimus.

Ibidem. Deus benedixit diei Sabbati, & sanctificavit illum? Ita ait ipsemet Deus.

Ibidem. Sabbatum in veteri lege quid significat? Res. Ait Cat. Quatuor, primò erat signum totius mundi à Deo creati; significat enim cessationem Dei à creatione illius. Secundò denotat liberationem populi Israel à laboriosa servitute Ægypti, per quam quies à duris laboribus data illi est. Tertiò, est signum spiritualis Sabbati, quod in sancta quadam, & mystica quiete circa opera pietatis positum est, dum homo à peccato recedens in virtute quiescit. Quartò significat Sabbatum cæleste, *id est*, cælestem patriam, in qua est summa quies, & pax ob perpetuam omnis boni possessionem, & omnis mali privationem.

Num. 15. Num. 16. Num. 17.

De diebus festis in nova Lege. Num. 3.

Ibidem. IN nova Lege dies Festi sunt instituti? Res. Sunt.

Num. 20. Quis finis illorum? Resp. Determinare opportuna tempora ad cultum Deo sanctisque exhibendum.

Ibidem. A quo fit hæc determinatio? Resp. Ab Ecclesia authoritate illi à Christo tradita.

Ibidem. Ecclesia quæ tempora ad cultum Dei, & Sanctorum determinavit? Res. Primò, dies Festos statuit cum obligatione, ut à negotiis secularibus abstineatur, deinde alia tempora sine tali obligatione ab illa instituta fuere.

Quænam instituit sine dicta obligatione? Resp. Quadragesimam, Aduentum, Vigilias, quatuor Tempora Abstinentiam, Veneris, & Sabbati, Rogationes, Pulsationem maturinam, & vespertinam salutationis Angelicæ, & alia hujusmodi.

Ibidem. Quæ præcipit cum dicta obligatione. Resp. Dies Festos, qui in honorem Christi, Beatæ Virginis & Sanctorum sunt celebrandi.

Quare

Quare dies Festi in honorem Sanctorum sunt destinati? Respond. Ait Catechismus. Quia in eorum victoria Dei bonitas, & potentia laudatur: ipsis debiti honores tribuuntur. Atque ad illorum imitationem, fidelis populus incitatur. Ibidem.

Quis ordo in his diebus Festis? Resp. Primum locum tenent Festa mysteriorum nostræ Redemptionis, *id est*, vitæ Christi, Secundum, festa in honorem sanctissimæ Virginis matris Dei. Tertium, Festa Apostolorum, Martyrum & aliorum Sanctorum. Ibidem.

Dies Dominicus in cujus honorem statutus est? Resp. Christi, & ejus Resurrectionis. Num. 19.

Dies Dominicus est primus, an ultimus hebdomadæ? Res. Primus. Ibidem.

A quo fuit institutus? Resp. A sanctis Apostolis, sicut ex Apocalypsi, & ex Epist. B. Pauli ad Corinth. apparet. Cat. num. 7. & n. 9. Apoc. c. 1. Corint. 16.

Quare diem Sabbati abstulerunt, & in ejus locum singulis hebdomadis diem Dominicum statuerunt? Resp. Multis de causis, & primò quia adveniente lege nova cæremoniæ veteris legis auferendæ erant: secundò, quia sicut in die Dominico, *id est* primo hebdomadæ, lux orbi terrarum primò illuxit, sic in die resurrectionis Christi, qui fuit hebdomadæ primus, vita nostra è tenebris ad lucem, & à morte ad vitam revocata est: tertiò, quia eo die creationis mundi initium: quartò, quia tali die Spiritus sanctus Discipulis datus est: quintò quia sicut in die Sabbati, populus Hebræus à servitute Pharaonis liberatus est: ita populus Christianus in die Resurrectionis à servitute diaboli & peccati exemptus, & liberatus est. Num. 7. Num. 19.

Dies Festi sunt instituti, ut piè ac sanctè beneficiorum Dei memoriam coleremus? Resp. Ita ait Catech. Num. 20.

De præceptis datis de externo Dei cultu & de diebus Festis. Cap. IV. Nu. 1. &c.

DAntur-ne præcepta est Dei cultu, & de diebus Festis? Res. Dantur. Nu. 1. 3. 20 Nu. 4. &c.

A quibus? Resp. A Deo, ab Ecclesia, à magistratibus.

Quænam à Deo data sunt? Respond. Primò, præcepta legis naturæ, Secundò legis scriptæ. Tertiò, legis Evangelicæ.

Num. 1. 6. 7. 27. Deus in lege naturæ quid præcipit de externo Dei cultu ? Resp. Deus per legem naturæ docuit homines, ut Deo cultum exhiberent per omnes illos actus externos, qui reverentiam præ se ferunt, ut flectere genua, inclinare caput, levare manus, percutere pectus, orare, jejunare, sacrificia, dona & primitias offerre, & alia hujusmodi. Deinde statuit, ut abillis actibus externis, qui irreverentiæ signum dant, homines omnino se abstinerent.

Ibidem. Lex naturæ statuit diem præcisum, in quo cultum externum Deo tribuamus ? Respondeo. Statuit, ut aliquot dies, vel horas in externo Dei cultu immorarmur; sed qui sint illi dies, vel horæ à natura determinatum non est.

Num. 8. Potest probari, quod natura statuerit, ut aliquot dies vel horæ in externo Dei cultu insumerentur ? Resp. Potest, duplici ratione. Prima est, qua omnes nationes ita à natura edoctæ statutas quasdam Ferias, easque publicas facere rebus, ac divinis obeundis consecrarunt. Secunda est, quia sicut ex instinctu naturæ homines impelluntur ad certum tempus pro necessariis functionibus corporis, veluti cibo, potu, ac somno determinatum : ita imò multo magis ab eadem natura debent impelli ut opportunis temporibus functiones animæ, quæ sui corporis correspondent, qualis est externus Dei cultus, exerceantur.

Cat. de Decal. in communi. Num. 3. Lex scripta qui statuit de externo Dei cultu ? Resp. Primò declaravit ea, quæ à lege naturæ de tali cultu statuta erant. Lex enim scripta ad illustrandam, & dilucidandam legem naturæ per peccatum obscuram tradita est. Secundò, confirmavit, quæ à dicta lege naturali tradita erant. Tertiò, plurimos ritus, ac cæremonias circa externum Dei cultum, ut Sacrificia Tabernacula, primitias, vasa, vestes, & alia innumerabilia determinavit. Quartò, Præceptum de Sabbatho colenda ab illa traditum est.

Lex Evangelica quid statuit ? Resp. Primò à Christo in lege Evangelica omnes cæremoniæ veteris legis ratione jam dicta sublatæ sunt. Secundò, Christus per legem Evangelij declaravit, & confirmavit legem totam à natura datam. Tertiò, Omnia præcepta legis veteris, quæ in lege naturæ fundata erant, veluti decem Decalogi præcepta explicavit, & confirmavit. Quartò. Norum cultum externum, qui in Sacrificio Missæ, & in usu, atque administratione Sacramentorum positus est, instituit, atque ordinavit. Quintò. Orationes, jejunia, eleemosynas, corporis afflictiones, & humiliationes ad Dei honorem factas exemplo, atque doctrina comprobavit. Sextò Ecclesiæ potestatem, & Spiritus sancti assistentiam contestit, ut tempus jejuniorum, dierum Festorum, & aliorum, ad Dei cultum rectè exhibendum pertinentium, opportunè determinaret.

Pra. 1. Sess. 7. ca. 1. Ecclesia instituitne externum Dei cultum ? Respond. Non Ecclesia, sed Deus saltem principaliter illum instituit.

Ex sess. 7. c. 1. & 13. Sess. 22 c. 6. Nonne Ecclesia ordinavit jejunium, Quadragesimæ, Vigilarum, dies quoque Festos, Rogationes & alia hujusmodi multa ? Resp. Deus, non autem Ecclesia ordinavit, quod oratio, & jejunium, & sacrificium, & sacramenta, & actus humiliationis, & similia sint ad cultum Dei. Ecclesia verò, supposita Dei ordinatione, determinat, ubi, quando, quomodo, à quo, quibus ritibus ac cæremoniis dictus cultus à fidelibus sit exhibendus, ideo aliquo modo dici potest quod Ecclesia non instituit, sed supponit à Deo institutum cultum externum Deo debitum. Determinat verò authoritate sibi à Christo tradita modum, quo dictus cultus à fidelibus sit exhibendus, & ideo circumstantias, ritus, & cæremonias in exhibitione dicti cultus observandas determinavit, veluti quo tempore, loco, vel modo Missa sit celebranda.

Quænam præcepta traduntur ab Ecclesia ? Resp. Hæc sunt in duplici differentia, quibusdam enim præceptis imperat fidelibus, ut Deum colant, quibusdam prohibet illos à cultu Dei.

Quos prohibet ab hoc cultu ? Resp. Indignos.

Qua ratione ? Resp. Per censuras, veluti excommunicationem, suspensionem, & interdictum, item per impedimenta canonica, veluti irregularitatem, & cessationem à divinis, & alia hujusmodi.

Quare facit has prohibitiones ? Resp. Ne cultus Dei indignitate personarum dehonestetur.

Quibus præceptis imperat cultum Dei? Resp. Multis, ut est præceptis jejunandi, & similium.

Sess. 4. c. 20 Num. 5. & 8. vel. 9.

Omnes fideles tenentur obedire præceptis dictis Ecclesiæ? Resp. Omnes.

Principes, & Magistratus sæculares quid debent præcingere circa hunc cultum? Respondeo. Primò debent prohibere ea quæ dictum cultum impediunt, velsuti ne ludi, choreæ, spectacula, & similia fiant diebus festis, vel tempore divinorum officiorum, atque idem in aliis. Secundò debent eo his quæ ad Dei cultum pertinent Ecclesiæ Præsides sua authoritate juvare. Tertiò, debent subere populos, ut circa Dei cultum obtemperent præceptis Sacerdotum.

Personæ privatæ possunt se ad Dei cultum aliquo modo obligare? Resp. Possunt votis per vota, tum simplicia, tum solemnia, ut quotidie in usu est.

De tertio Decalogi præcepto. Cap. V.

QUæ debent considerari de tertio præcepto? Resp. Primò, ejus definitio. Secundò, quatuor causæ. Tertiò, convenientia illius cum aliis Decalogi præceptis. Quartò, differentia ab eisdem.

Quomodo potest diminui? Respondeo. Sic: *Est prima regula omnium aliarum corporis humani in ordine ad Deum.*

Num. 1. 4. 6. 10. 11.

Quis finis? Ref. Gloria, & honor Dei, & utilitas seu dignitas hominum.

Num. 2.

Quis effectus? Ref. Obligare ad cultum externum pro exhibendum.

Ibidem.

Quæ materia? Respondeo. Externus Dei cultus, sed præcipuè ille, qui in die Sabbati Deo est exhibendus. Corpus item hominis in ordine ad Deum materia remota est.

Ibidem.

Quare tantè fit mentio in illo de die Sabbathi? Resp. quia Deus præcipue ab homine illius cultum tunc exquirebat.

Num. 12.

Hoc præceptum dividitur in affirmativum, & negativum? Ref. Ita est.

Num. 14. & c. Num. 22. & 26.

quid præcipit affirmativum? Ref. Omnes virtutes ad externum Dei cultum pertinentes.

Num. 11.

quæ virtutes regulant hunc cultum? Resp. Fides, Spes, Charitas, & religio.

Num. 3.

Quomodo Fides? Ref. Docendo, qualis, ac quantus cultus Deo sit tribuendus.

Quæ ratione Spes? Ref. Conferendo auxilium, ut rectè Deus colatur.

quo pacto Charitas? Ref. Inflammat cor hominis ad Dei cultum.

Quomodo Religio? Ref. Proponit actus, qui ad cultum divinum sunt pertinentes. *Num. 4.*

quid prohibet negativum? Resp. Omnia vitia quæ dictis virtutibus contraria sunt.

qua forma seu modo datum est tertium præceptum? R. Ex parte datum est per modum legis naturalis, id est cum immutabilitate: ex alia parte datum est cum modo legis scriptæ, id est cum facultate mutandi illud.

Qua ratione est hoc? Respond. Tertium præceptum duo continet. Primum est, quod Deus aliquo die determinato colendus est, & hoc est præceptum morale in lege naturæ fundatum, ideo nulla ratione mutari potest. Secundum est quod dicit, tam dictus Sabbathum sit; & hoc præceptum non est mutabile, sed cæremoniale, id est præcipiens cæremoniam temporis antiquæ legis convenientem, ideo non est fundatum in lege naturæ, neque immutabile, sed mutabile est. *Ibidem.*

Quare Deus populo Hebræo dicm Sabbathi determinavit? Ref. Ait Cajet. Quia illi populo tali minus expediebat habere facultatem, ut tempus divino cultui deputandum suo arbitratu deligeret, ne forte Ægyptiorum sacra imitaretur.

Tertium præceptum qua ratione convenit cum aliis novem Decalogi? Ref. Quatenus præcipit moralia, & in lege naturæ determinata convenit cum aliis præceptis, quia est præceptum morale, naturale, perpetuum, & immutabile, sicut illa sunt. *Num. 14.*

Quomodo differt ab illis? Ref. Quatenus præcipit cæremoniam temporis, nempe diem Sabbathi, quia, ut hic est cæremoniale, & non perpetuum, neque naturale, sed mutabile, differt ab illis novem, quæ ex nulla sua parte sunt cæremonialia, sed omnia naturalia, & moralia, & perpetua sunt. *Num. 6.*

De explicatione verborum tertii præcepti.
Cap. VI.

Num. 4. QVibus verbis à Deo datum est tertium præceptum? Resp. Sequentibus.

Memento ut diem Sabbathi sanctifices. Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua. Septimo autem die Sabbathum Domini Dei tui est: Non facies omne opus in eo, tu, & filius tuus, & filia tua: servus tuus, & ancilla tua: jumentum tuum, & advena, qui est intra portas tuas. Sex enim diebus fecit Dominus cælum & terram, mare & omnia quæ in eis sunt, & requievit in die septimo: idcirco benedixit Dominus diei Sabbathi, & sanctificavit eum.

Num. 7. In quot partes dividitur hoc præceptum? Resp. Ait Cat. in quatuor.

Primò enim declarat qualitatem diei Sabbathi.

2. Qualitatem, & differentiam exprimit aliorum sex dictum.

3. Determinat à quibus in die Sabbathi sit abstinendum.

4. quid die Sabbathi sit faciendum.

Num. 8. &c. Quid explicat tertium præceptum de qualitate Sabbathi? Respondeo, Tria, primò, Sabbathi sanctitatem, *id est*, quod sit sanctum, & Deo, ac divino cultui dicatum. Secundò, explicat causam illius sanctitatis, illis verbis, Deus requievit die septimo, idcirco benedixit Deus illi, & sanctificavit eum, quasi dicat. Ideo Sabbathum est dies sanctus, quia Deus sanctificavit eum: ideo sanctificavit, quia benedixit illi, id est benedixit, quia Deus tali die, hoc est septimo completa mundi creatione requievit ab omni opere, quod patrarat. Tertiò declarat effectum, qui ex tali Sanctitate Sabbathi sequi debet, & est, ut homines sanctificent illum, atque colant tanquam Deo, & divino cultui dicatum. Idco Deus dixit: *Memento ut diem Sabbathi sanctifices.*

Num. 21. Quibus verbis explicatur qualitas sex dierum, qui primi hebdomadæ sunt? Resp. Illis, *sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua, Septimo autem, &c.* Item illis. *Sex enim diebus fuit, &c.*

Ex his verbis quis sensus colligi debeat? &c. Primò colligitur quod sex primi dies, tum divino cultui, tum operibus, & negotiis hominum sunt destinati. Sabbathum verò solummodò divino cultui dicatum est. Secundò quod Sabbathum speciali prærogativa sanctitatis decoratum est, ideo multum emunet aliis diebus. Tertiò, quod homo in sex primis diebus non debet esse otiosus, sed se exercere in operibus, tum Dei, tum sui, juxta Apostolum: *Negotium suum quilibet agat, & operetur manibus suis.* Quartò, quod Deus ita vult nos operari sex primis diebus, ut nihil peccati in die Sabbathi reperiatur. Quintò, vult nos dictis diebus operari, ut peractis nostris negotiis, in illis, nihil in die Sabbathi, quod à nobis de illis agendum sit relinquatur. Ibidem. 1. Thess. 4. 2. Thess. 3. Ephes. 4.

Quid Deus prohibet fieri die Sabbathi? &c. Ait Catech. Prohibet omne servilis operis genus, non quia aut turpe, aut malum sit, sed quia mentem nostram à divino cultu abstrahit. Ideo peccata sunt tali die evitanda quia non solum impediunt divinum cultum, sed offensam potius Dei inferunt. Secundò colligitur Deum prohiberi omnia, quæ divinum cultum impediunt. Tertiò, talia prohiberi etiam servis, etiam iumentis, quia usus iumentorum, sine opera hominis esse non potest. Num. 22. Num. 23.

Hoc tertio præcepto prohibentúrne opera externa etiam servilia ad cultum Dei ordinata, ut instituere altare, templum ob diem Festum, ornare, & alia hujusmodi facere? &c. Ait Catechismus. Non. Num. 23.

Prohibentúrne fieri illa opera, quæ si non fiant, magna iactura, vel damnum sequeretur, vel in corpore, vel in fama, vel in fortunæ bonis? Respondeo, Ait Catechismus Non.

Quid præcipit fieri in diebus Festis? Respondeo. Ait Catechismus. Christiani diebus Festis debent. Primò, ad Dei Templum accedere Secundò, Ibi pia fiuceræque animi at entione, Sacrosancto Missæ Sacrificio interesse. Tertiò, nihil est, quod opportunius, aut melius à Christianis hominibus fieri possit: quàm si peccata sua Sacerdotibus sæpè confiteantur. Quartò, Parochi sedulò, etiam atque etiam debent adhortari, ut Sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum crebro percipiant. Quintò, attente,

diligenterque sacra Concio audienda est. Sextò, exercitatio, & studium in divinis precibus, ac laudibus frequens esse debet. Septimò, præcipua cura habenda, ut ea quæ ad doctrinam Christianam pertinent addiscantur. Octavò, Operibus misericordiæ est incumbendum.

De observantia, & inobservantia tertij præcepti.

Cap. VII.

Isa.6.5.20. OMnes fideles tenentur obedire præceptis Dei, & Ecclesiæ circa externum Dei cultum datis? Respondeo. Quines.

Num.1. & 26. Quid est observantia tertij præcepti? Resp. Est facere præcepta, & omittere prohibita ab illo.

Ibidem. Quid est inobservantia? Rel. Est omittere præcepta, & facere quæ prohibita sunt.

Num.1. Parochi debent summo studio curare, ut populus inducatur ad observantiam huius præcepti? Rel. Ait Catechismus ita est.

Quibus rationibus, ac modis possunt inducere fideles ad ejus observantiam? Respond. Ait Catechismus multis, nempè,

Ibidem. Primò, explicando maximas utilitates, & fructus, qui ex illius observantia populis proveniunt, ac quibus initio dictum est.

Nu.2.3.8. Secundò, Illud primum præcepti verbum, *Memento*, si ad aures fidelium sæpiùs reperatur, ostendet quantopere Deus huius præcepti observantiam requirat.

Num.6. Tertiò, excitabit populos, si explicetur, hanc observantiam esse legi naturæ conformem, & omnes etiam barbaras Nationes, se in illa exercere, nempè ut dies etiam Festos colant.

Ibidem. Quartò, justum esse, debere non minus animæ, quàm corpori tempus assignari.

Num. 10. Quintò, justissimum esse, mysteria vitæ Christi, seu nostræ Redemptionis, item merita B. Virginis Mariæ, & Sanctorum per dies festos colantur.

Ibidem. Sextò per eosdem Deo gratiæ agendæ sunt pro maximis beneficiis in nos collatis.

Num.18. *Cat.de ord.* Septimò, excellentia corporis humani ad altiorem finem, quam ad Dei cultum destinari non potest.

Octavò, homo ad hunc finem, ut Deum colat, creatus

est, Catechismus, de Sacra. Ordinum. 5. *Ordini.*

Nonò, Si *Deus* jussisset, nos quotidie, cæteris omissis, Religionis cultum sibi tribuere, ob infinita illius beneficia, ei obtemperandum foret, quanto magis cùm pauciores dies ad eius cultum sunt instituti. *Num.17.*

Num.19.

Decimò, Opera servilia laboriosa sunt, eorum verò omissio facilis ac delectabilis, Deus ergo non difficilia, sed facilia, & delectabilia iubet, nempè cessationem à servilibus. *Ibidem.*

Num.18.

Undecimò, Deus violatores dierum Festorum maximis pœnis etiam temporalibus afficere consuevit.

Duodecimò, Actiones, quæ, ut in diebus Festis exerceantur, proponuntur, & nobilissimæ, & iucundissimæ sunt. Accedere enim ad conspectum Dei. Colloqui cum illo. Beneficia ab illo petere. Maiestatem illius contemplari. Illum laudare. Illi gratias agere. Eum loquentem audire, maximam nobilitatem & iucunditatem secum habent. Qui autem Missæ Sacrificio interfunt præsentem Christum Dominum adorant. Qui orant, cum Deo loquuntur. qui audiunt Concionatores, Dei vocem auribus percipiunt. Qui confitentur peccata sua, quodammodo in Piscinam delecendunt, ut à quacumque detinentur infirmitate per lotionem ex sanguine Christi liberati sint. Qui sacram Euchatistiam suscipiunt, veluti Martha, seu Zachæus realiter Christum Dominum in domum corporis, & cordis sui recipiunt.

Hæc igitur à tertio præcepto ordinata cùm sint facilia, utilia, delectabilia, nobilia, justa, necessaria, humanæ naturæ conuenientia, omnino ut à fidelibus prompto, & alacri animo considerentur, meditentur, adimpleantur; iustissimum est: Hisque, & aliis populi ad observantiam huius præcepti induci possunt.

UNIVERSIDAD PONTIFICIA COMILLAS
BIBLIOTECA GENERAL DE BIBLIOTECAS

DOCTRINA CATECHISMI ROMANI

In secundam Decalogi partem, id est, in præcepta secundæ Tabulæ.

De divisione Decalogi in duas partes.

CAPUT I.

Num.3. EX Decalogi dividitur in duas partes Resp. Dividitur.

Ibidem. A quo facta est hæc divisio? Resp. A Deo.

Ibidem. Qua ratione? Resp. Decem præcepta in duabus Tabulis à Deo data sunt, & una dicta est prima Tabula, alia secunda.

Quæ præcepta continebantur in prima Tabula? Resp. Tria prima.

Ibidem. Quæ in secunda? Resp. Septem alia, quæ ultima sunt.

Ibidem. Quare Deus talem fecit divisionem? Resp. Vt ordinaret in Decalogo charitatem.

Num.5. In quo consistit ordo charitatis? Resp. In hoc, ut magis bona plus diligantur, & minus bona, minus amentur.

Nu.3.4.5. Quomodo duæ tabulæ ordinant charitatem? Resp. Prima Tabula primum, & summum amorem requisitum, gradum inferiorem amoris designat.

Expedit, ut aliqua de charitate, & de ejus ordine explicentur? Resp. Hoc dicendis de præceptis secundæ Tabulæ maximum lumen afferet.

Ibidem. Quid considerandum? Respondeo, Primò, de Charitate. Secundò, de ordine illius. Tertiò, de modo peccandi contra illam. Quartò, de virtutibus illi annexis, & aliis hujusmodi.

De Charitate. Cap. II.

Ibidem. QVid est Charitas? Resp. Est virtus qua diligimus diligenda, & odio habemus, quæ digna odio sunt.

Ibidem. Quænam est materia Charitatis? Resp. Obiectum illius res tum diligendæ, tum odio habendæ.

Num.4. Quotuplex obiectum Charitatis? Resp. Duplex, aliud materiale, aliud formale.

Ibidem. Quodnam est materiale? Resp. Personæ diligendæ nempe Deus, homo ipse, & proximus, juxta illud: *Diliges Deum, & proximum sicut te ipsum.* Ecce dilectio in Deum, in proximum, & in seipsum.

Ibidem. Quodnam est obiectum formale? Resp. Bona & mala personarum, quæ diligendæ sunt.

Nu.3.& 4 Potest declarari hæc distinctio obiecti exemplo? Resp. Potest, veluti, Diligo Petrum ut virtuosum: Petrus est obiectum materiale meæ dilectionis: virtus formale.

Quotuplex bonum? Resp. Duplex divinum, & infinitum; necnon humanum, & finitum.

Quotuplex bonum humanum? Resp. Duplex, publicum & privatum.

In quo consistit bonum publicum? Resp. De hoc in quarto præcepto dicendum est.

Bona privata multa sunt? Resp. Secundum Philosophos, Summistas, Theologos, & Catechismum, omnia bona hominum privata, & item mala ad quatuor capita infallibiliter reducuntur, quæ sunt. Primò, bona, & mala animæ. Secundò, bona & mala corporis. Tertiò, Bona, & mala famæ. Quartò, Bona, & mala fortunæ, seu divitiarum.

Num.4. Tota materia charitatis reducitur ad personas, & ad bona jam dicta? Resp. Ita est.

Num.5. In quo consistit forma charitatis? Resp. In recta ratione diligendi, & odio habendi.

Nu.4.& 5 Quænam est hæc recta ratio? Resp. Vt diligamus, diligendo modo, & ordine, quo diligi debent.

Ibidem. Quis est actus charitatis? Resp. Virtuosa, & bene ordinata dilectio.

Ibidem. Quis finis illius? Resp. Gloria Dei, & utilitas hominum virtuosa.

Quid efficiet? Resp. Primò Deus, qui illam infundit: Secundò homo, qui actus charitatis corde, ore, & opere elicere debet.

De ordine charitatis. Cap. III.

POtestne quis parem amorem tribuere sibi vel proximis, sicut Deo? resp. Ait Caton. qui hoc facit maximum scelus admittit. *Num. 5.*

Amor Dei debet esse maior amore sui, ac proximorum Resp. Omnino. *Num. 45.*

Quænam differentiæ inter amorem Dei, & amorem sui ac proximorum est statuenda? Resp. Catech. affert istas distinctiones. *Num. 4.*

Primò, Amor Dei debet esse summus: amor proximi, & sui debet esse post ipsum. *Ibidem.*

Secundò, Deus propter seipsum, & non alterius rei causa est diligendus: proximi propter Deum amandi sunt.

Tertiò, Charitas Dei ab ipsamet Deo tamquam à vivo fonte amore dependet: Charitas sui, ac proximi, tum à Charitate Dei ortum habet, tum ad illam tanquam ad certam regulam dirigenda est. *Ibidem.*

Quartò, Amor Dei veré & propriè Deo est habendus. Amor sui, & proximorum magis Deo, quàm hominibus est tribuendus. *Ibidem.*

Quintò, Deus essentialiter, & per se dignus est dilectione: Homines ideo debent diligi, quia Deus vult, & præcipit ut diligantur.

Sextò, Deo nullus honor, nulla pietas, nullus cultus satis dignè tribuitur, amor enim illius in infinitum augeri potest: ideo noster in illum amor quotidie deberet fieri ardentior, & modus diligendi Deum, ut ait D. Bernardus, est diligere sine modo. At charitas erga proximum & nostros certis finibus circumscribitur, ita ut si quis illos transgrediatur non sine peccato fiat: ideo Christus dixit, *Diliges proximum*, non sicut Deum, *sed sicut teipsum*.

Septimò, Ita Deus diligi debet, præceptis illius absolutè, omnino parendum sit: homines autem, etiam superiores, ita sunt diligendi, ut si aliquid contra Dei præcepta vel faciant, vel jubeant, vel requirant, tanquam inimici odio habendi sint.

Ob quam causam talis in charitate Dei & proximi distinctio data est? Resp. Cat. aliquas causas adducit. *Num. 1.*

Prima, Est quia Deus est ultimus hominis finis: homines sunt illi, qui ad hunc finem tradunt & ideo amor proximi in Deum, ut in ultimum finem tendere debet.

Secunda, Deus est bonus per essentiam: homines, & creatoræ à Deo suam accipiunt bonitatem. *Num. 45.*

Tertia, Deus Est bonum infinitum, & ideo dignus est amore infinito: homines sunt finiti, ideo inter amorem Dei, & proximi nulla debet esse proportio. *Num. 3.*

Distinctio. Decalogi in primum, & secundam tabulam ostendit hanc amoris differentiam? Resp. Ait Catech. ita est. *D. Thom.*

Homo, quem priùs debet diligere, se, an proximum? Respon. Sepsum. Christus enim dixit, *Diliges proximum sicut teipsum*, id est primo diligere te, postea proximum sicut te.

Quæ bona sunt priùs diligenda animæ, an corporis, vel famæ, vel fortunæ, seu divitiarum? Resp. regulariter loquendo, priùs, & magis debent diligi bona animæ, quæ sunt majora, postea corporis, tertiò famæ, quartò fortunæ, seu divitiarum.

De modis benè, & malè diligendi se & proximum. Cap. IV.

EX dictis possent colligi modi, quibus homines benè & malè diligunt, se & proximum? Respon. possunt ex charitate eum, & ordine illum, talis distinctio suwenda est.

Quibus modis homo virtuosè diligit seipsum & proximum? Resp. Duobus.

Primus est, Cùm quis corde, & ore & opere, iuxta ordinem charitatis, diligit animam, corpus, famam, & facultates, vel proximi. *Ex nu. 45.*

Secundus est, Cùm quis corde, ore, & opere, abstinet se ab injusta offensa sui, & proximorum, *id est*, non offendit animam, corpus famam nec facultates illorum.

Quibus modis homo peccat contra seipsum, & proximos? Ref. Tribus. *Num. 5.*

Primus est excessus amoris, *id est*, Cùm homo corde, *Ibidem.* ore, vel opere, supra quàm ordo charitatis requirat, diligit seipsum, vel proximum: *id est*, animam, vel cor-

pus, vel famam, vel fortunas illorum.

Ibidem Secundus, est Defectus amoris, & est cùm homo corde, ore, vel opere omittit, vel negligit amare seipsum, vel proximum, *id est* animam, corpus, famam, & fortunas illorum, quantum ab ordine charitatis præfinitum est.

Num.1. Tertius, est injusta offensa, & est, cum homo corde, ore, vel opere contra charitatem offendit seipsum, vel proximum: *id est* animam, corpus, famam & facultates illorum.

Ex nu. 6. Ad hos modos reducuntur omnes actus virtutum, & vitiorum, qui erga seipsum, & proximum sunt? Respon. Omnes.

Ibidem. Possunt-ne dari regulæ ad cognoscendum, quando dicta peccata mortalia vel venialia sint? Resp. Possunt.

Conc. sess. 6 Num. 11. Quomodo cognoscitur an excessus amoris sit veniale, aut mortale? Respon. Si excessus sit de re modica, veluti mater aliquantulum plus æquo diligit filium, tunc peccatum veniale erit, si verò excessus gravis, peccatum mortale erit.

Num. 3. Quando excessus dicetur gravis? Respondeo. Quando quis seipsum, vel proximum diligit æquè, vel plusquam Deum.

Num. 5. Quando erit hoc? Resp. Erit, cum quis propter amorem, vel timorem, vel honorem quem vult sibi, vel alteri, paratus est committere peccatum mortale; tunc enim amat, timet, honorat homines, plus quàm Deum.

Ibidem. Potest-ne declarari exemplo? Resp. Potest, Mater, & Pater si ita diligunt filium, ut parati sint ad sanitatem illi restituendam facere incantationes, vel superstitiones: Ita si quis diligit corpus suum, ut amore ipsius paratus sit transgredi præcepta ieiunandi, vel non fornicandi: Quis adeo timet dominum vel Patrem, ut si ille præcipiat homicidium committere, ob talem metum paratus sit, idem de aliis.

Ex sess. 6. Num. 1. Quando defectus amoris est veniale, vel mortale peccatum? Resp. Si defectus sit de re levi, erit veniale, si de re gravi, mortale, tunc autem est gravis, quando sub pœna peccati mortalis ad illud quis obligatur: veluti sub mortali quilibet tenetur subvenire constituto in extrema

necessitate si possit, si quis in tali casu deficiat ab hac charitate, erit defectus notabilis, & mortalis, secus verò non.

Quando offensa erit mortalis? Resp. Quando erit de re gravi, si enim sit de re levi, erit tantum veniale: Item si injusta: Offensa enim iusta, veluti quæ fit legitimè à magistratibus in reos, peccatum non est. *Ibidem.*

De virtutibus, quibus dilectio in Deum, & in proximum regulatur. Cap. V.

OMnes actus hominis egent aliqua regula, ut benè fiant? Resp. Omnino. *Catech. de pœn. nu. 9.*

Quare hoc? Resp. Cùm homo possit bene, & malè operari, eget aliqua regula, ut bene operetur. *Ibidem. ubi supra.*

Quænam sunt istæ regulæ Resp. Prima, & summa, & à qua omnes aliæ regulæ dependent, est lex Dei. Secunda, Est recta ratio hominis. Tertia, Est ipsa virtus: Prima regula est externa: Secunda, & Tertia, in ipso homine sunt. Et de his supra dictum est.

Quænam est recta ratio? Res. Illa quæ iuxta legem Dei regulat hominem in operando.

Quod est officium rectæ rationis? Res. In singulis præscribere homini, quid agat, ut legem Dei in operando custodiat.

Quid est virtus? Resp. Est conformitas actus humani cum lege Dei, & cum recta ratione.

Quid est actus virtuosus? Res. Est actus conformis legi Dei & rectæ hominis rationi.

Quot sunt virtutes? Resp. Principales sunt septem, tres Theologicæ, Fides, Spes, Charitas, quatuor Cardinales Iustitia, Temperantia, Fortitudo, Prudentia.

Istæ virtutes regulant omnes actus hominum? Resp. Omnes.

Regulant omnem dilectionem tum Dei, tum Proximi, & omnem observantiam mandatorum? Resp. Ita est. *Cat. Præ. 1. Num. 4. 7.*

Quænam virtutes regulant dilectionem Dei, & observantiam mandatorum primæ Tabulæ? Res. Theologicæ, ut antea dictum est.

Quænam regulant dilectionem proximi, & observantiam mandatorum primæ Tabulæ? Respondeo Charitas primò, & principaliter regulat ad dicta: ipsam verò *Nu. 1. n. 3. 4. 5.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

comitantur, & quasi ancillæ sequuntur quatuor virtutes cardinales.

Ibidem. Quid facit charitas? Resp. Impellit hominem ad dilectionem proximi modo, quo à lege Dei, & à recta ratione præscriptum est.

Num 5. Quid facit Temperantia? Resp. Studet cohibere excessum amoris, *id est* temperate, moderatè hominem, ne diligat seipsum, & proximum magis, quàm à lege Dei, & à Charitate & recta ratione præscriptum sit: Quod si aliquæ passiones ad excessum amoris impellant, illas studet frenare, ac cohibere.

Ex num 5. Quid facit Fortitudo? Resp. Studet ex una parte amovere hominem à defectu amoris: ex alia impellere ad actualem proximi dilectionem secundum quod à lege Dei, à Charitate, & recta ratione præscriptum sit: Quod si passiones concutiat ob labores, difficultates, & tristitias à tali hominem avertere dilectione, ipsa vim facit, ut omnia impedimenta, & difficultates vel mortis, vel superatæ sint.

Ibidem. Quid facit Justitia? Resp. Supra communem, & ordinariam proximi dilectionem in aliquibus vel personis, vel rebus specialem superaddit diligendi obligationem.

Quomodo est hoc? R. Charitas præcipit proximi dilectionem etiamsi ex parte ipsius nullum meritum, imò etiam demeritum sit, unde etiam inimicum, qui non meretur, sed demeretur dilectione, præcipit diligere: Justitia verò attendit meritum ejus, qui diligi debet: Velati date mercedem operatio actus justitiæ est, quia operarius illam ex merito requirit: Date autem eleemosynam pauperi, quia non ex merito, actus charitatis erit.

Quid fac: prudentia? R. Curat, ut omnes actus virtutum juxta præceptum rectæ rationis opportunè suo loco, & tempore fiant: Cùm enim homo eodem tempore, vel loco non possit diligere Deum, seipsum, & proximum, sed modo Deo, modo sibi, modo proximo sit incumbendum Prudentia determinat quomodo Deus in templo colatur; modo in domo sua sibi, vel cibo, vel somno provideat: modo extra domum proximo succurrat.

De

De vitiis, quæ dictis virtutibus opposita sunt.

Cap. VI.

QVid est vitium? Resp. Est discrepantia actus humani à lege Dei, à recta ratione, & virtutibus, quæ modo dictæ sunt.

Omnia vitia suntne circa excessum amoris, vel defectum illius, vel injustam offensam? Resp. Omnia.

Quænam continent excessum amoris? Resp. Superbia, Avaritia, Luxuria, Gula & similia.

Quænam dicunt defectum amoris? Resp. Acedia, indevotio, prodigalitas, & alia hujusmodi.

Quænam habent injustam offensam? Resp. Ira, Odium, Invidia, & similia.

De distinctione præceptorum secundæ tabulæ.

Cap. VII.

POssuntne dari aliquæ divisiones præceptorum secundæ tabulæ? Resp. Possunt.

A Quonam sunt desumendæ? Respon. Ab ordine charitatis,

Qua ratione? Ref. Triplex est bonum, quod diligi debet, nempe primò bonum divinum, & de hoc dantur tria prima præcepta: secundò bonum publicum: de hoc datus quartum præceptum, tertiò bonum privatum sui, & proximorum, & de hoc dantur sex ultima præcepta. Et quia bonum divinum infinitè eminet aliis, ideo primo loco separatim præcepta data sunt: Quia verò post bonum divinum sequitur publicum, Ideo ante præcepta privati boni quartum præceptum de publico dandum erat. Vltimo loco de privato præcepta data sunt. *Nu 4 & 5*

Quis ordo inter præcepta boni privati servatus est? Ref. Primò data sunt præcepta de opere externo: Secundò, de verbis: Tertiò, de cordis cogitatione. *N. 2. q. 100 art. 5.*

Nonne oppositò modo de Deo data sunt, nempe primò cordi, secundò oris, tertiò operi? Respondeo. Ita est.

Cur hoc? Respondeo. Deus magis diligit, & interius affectum cordis quàm calidum oris, vel operis, ideo displiceret ei, si verbis, & extemoniis colatur, eo de verò non diligatur: At homo è contra magis eget dilectione operis, quàm oris, vel cordis: si enim pauper-

quis ad observantiam voti non teneatur, & sit à superiore habente jurisdictionem, ut sunt Episcopi & Summi Pontifices, & ad dispensandum requisitus causa, & potestas.

Ibid. §. 8. Quid est irritatio? Ref. Est voti annihilatio, & potest fieri à marito, patre, & prælato religiosorum. Maritus enim potest irritare omnia vota uxoris tam realia, quàm personalia, quæ sibi sunt præjudicialia, quatenus talia sunt: Patres ante annos pubertatis *id est*, duodecimum in fœmina & decimum quartum in masculo completos, potest irritare omnia, & quæcumque vota tum realia, tum personalia quæ verò post dictum tempus facta sunt, potest irritare, cum sibi sint præjudicialia existunt: Prælatus religiosorum omnia illorum vota potest irritare, quæ post, vel ante professionem facta sunt.

De Blasphemia. Num. 1.

Num. 14. BLasphemia estne grave peccatum? Resp. Ait Cat. gravissimum.

Ibidem. Quid est blasphemia? Resp. Verbum apertè injuriosum in Deum, vel Sanctos.

Ibidem. Cur dicitur: Apertè? Resp. Quia ex ipsomet verbo injuria Dei apparet, directè enim blasphemia in Deum, vel Sanctos prolata est.

2.2.q.13.a. 2. Quot modis verbum potest dici blasphemia? Respondeo. Dupliciter, nempe vel ex parte significati, & est quando verbum significat turpia vel inhonesta de Deo, ac sanctis: vel etiam significat falsa, veluti tribuendo Deo, quod illi non convenit, vel negando de eo quod illi convenit: Aliter modus est ex parte affectus, veluti si quis affectu injurioso proferat verbum, etiam veri significati, ut si dicat, ô Deus bone, simili affectu ac si diceret, Deus iniustus?

Ibidem. Blasphemia, cui virtuti opponitur? Resp. Ait D. Thomas, fidei, actus enim fidei est confessio divinæ veritatis, blasphemias verò contra veritatem Dei verba proferre.

Num. 29. Quis effectus blasphemiæ? resp. Derogare divinæ majestati.

Ibidem. Est peccatum mortale? Ref. Mortalissimum.

2.2.q.13. art. 3. Est gravius homicidio? Ref. Ait D. Thomas, est.

In veteri testamento, quæ pœna illi inferebatur? Respond. Mortis.

De explicatione Appendicis. Cap. VIII.

QVænam est Appendix apposita secundo præcepto? Hæc, *neque enim habebit insontem Dominus eum, qui assumpserit nomen Domini Dei sui frustra.*

Quæ consideranda de illa? ex. Primò, ipsa Appendix: *Num. 30.* Secundò, usus illius.

Quænam materia illius? Resp. Remota sunt homines, quia lingua secundum præceptum violare: Proxima est pœna transgressoribus comminata. *Ibidem.*

Quibus verbis comminatur pœna? *Neque enim habebit insontem, id est*, sine pœna. *Ibidem.*

Quæ forma Ref. Illa authoritativa pœnæ comminatio.

Quod efficiens? Ref. Summus omnium Dominus, fortis, ac potens. *Ibidem.* *Ibidem.*

Quis effectus? Ref. Terrere homines metu pœnæ.

Quis finis? Resp. Compescere illos transgressione huius præcepti. *Ibidem.* *Ibidem.*

Assumere nomen Dei frustra estne veniale an mortale? Ref. Sæpe est veniale.

Deus etiam his venialibus infliget pœnas? Resp. Ita ipsemet ait.

Cur hoc? Ref. Deus reddit rationem illis verbis. *Dominî Dei sui*: ac si dicat, tanta est bonitas & majestas Dei, tantum est dominium quod habet in homines, tot beneficia hominibus contulit, ut omnis etiam levissima contra nomen ipsius irreverentia, sine pœna esse non debeat.

Deus comminatus est pœnam perjurio, atque blasphemiæ? Ref. Omnino. *Num. 30.*

Cur de illis apertè loquutus non est? Resp. Immo apertissime dixit: Comminando enim pœnas levioribus verbis, gravissimas omnino blasphemiæ, atque perjurio infligendas esse declarat. *Ibidem.*

Propter quid Deus has pœnas comminatus est? Resp. Vt ostendat se non delectari perditione hominum, & magis velle esse illorum Patrem benevolum, quàm iratum judicem, ideo minis tentat eos coercere à peccatis. *Ibidem.*

Cur huic præcepto potius, quàm aliis minæ appositæ sunt? Respondeo. Minæ appositæ primo præcepto poterant, & *Ibidem.*

DOCTRINA CATECHISMI ROMANI

In Quartum Decalogi Præceptum,

Honora Patrem tuum, & Matrem tuam, ut sit longævus super terram quam Dominus Deus tuus dabit tibi.

De necessitate tradendi doctrinam quarti Præcepti.

Num. 1. EST necessarium, ut populis explicetur doctrina quarti præcepti? Est.

Num. 2. &c. Quare hoc? Resp. Quia neque domus, neque familia, neque populus, neque civitas, ut dicetur, sine hac doctrina recte poterit gubernari.

Num. 3. &c. Quæ utilitas oritur ex hac doctrina? Ref. Bona gubernatio domus, familiæ, populi, ac civitatis.

Ibidem. Quibus est utilis ac necessaria? Ref. Omnibus, nullo penitus excepto, quia nullos reperitur, qui non habeat vel superiores vel inferiores.

Num. 4. &c. A quibus debet explicari hæc doctrina? Resp. Potissimùm à Parochis.

Ibidem. Qua ratione? Ref. Maxima diligentia, ob utilitates quæ ab illa proficiscuntur.

De divisione hujus tractationis.

IN quot capita potest dividi hæc tractatio? Ref. In sex sequentes.

Primum, Est de superioribus, & inferioribus, seu de bono publico.

Secundum, de gradu amoris inter superiores, & inferiores.

Tertium, de quarto præcepto.

Quartum, de amore, seu officiis superiorum, erga inferiores.

Quintum, de amore, seu officiis inferiorum erga superiores.

Sextum, de observantia, & inobservantia quinti præcepti.

De superioribus, & inferioribus, seu de bono publico. Cap. I.

QVæ differentia est inter bonum publicum, & privatum? Resp. Publicum convenit toti populo: privatum personis particularibus appropriatur.

Quid est populus? Resp. Est collectio numerosæ multitudinis sub eisdem legibus, ac magistratibus.

In quo consistit bonum publicum? Ref. In tribus, nempè: Primò, quod bonæ sint leges: Secundò, quod boni sint magistratus: Tertiò, quod bonus sit populus.

Quæ leges dicuntur bonæ: Ref. Leges divinæ sunt bonæ per essentiam: humanæ ideo sunt bonæ, quatenus in lege Dei fundatæ sunt.

Qui magistratus dicuntur boni? Respondeo. Illi, qui opportunè, & secundum rectam rationem procurant observantiam bonarum legum, præcipuè, quæ à Deo datæ sunt.

Quis bonus populus? Respon. Ille qui observat bonas leges, & obedit magistratibus justa præcipientibus.

Quid per magistratus intelligendum est? Ref. Modò intelliguntur omnes illi, qui habent subditos quibus aliquid præcipere possint.

Vocantur alio nomine? Ref. In quarto præcepto vocantur Patres, modò nominis facilioris gratia; Magistratus dicuntur Superiores, & subditi illis Inferiores, recte enim illi à Supra, isti ab Infra sunt nominati.

Hæmne est dicere Maiores, & Superiores? Respondeo. Non, quia omnes Superiores sunt majores; sed non

omnes Maiores, sunt superiores.

Quomodo est hoc? Res. Rex Galliæ est major Duce Sabaudiæ, sed non est Superior illi: Ita seniores sunt majores, sed non superiores iunioribus sibi non subditis.

De divisione superiorum, & inferiorum in quinque combinationes. Num. 2.

Arist. lib. Polit. EXpedit combinare, seu coniungere superiores, & inferiores inter se correspondentes? ℟. Expedit.

Quot combinationes fieri solent? Respondeo. Qinque potissimùm.

Prima, est superiorum Ecclesiasticorum, & illis subditorum.

Secunda. Superiorum Civilium, seu principum, & magistratuum sæcularium, & subditorum.

Tertia, Parentum, & Filiorum.

Quarta, Dominorum, & servorum.

Quinta, Mariti, & uxoris.

Isti omnes superiores possunt præcipere subditis? Resp. Possunt.

Subiditi tenentur obedire illis? Res. Tenentur.

Num. 8. In quo Præcepto nomine Patris intelliguntur omnes Superiores, & Majores, & nomine Filii inferiores, & minores? Respondeo. Ita ait Catec. & ex scriptura probat, & oratio ita suadet, quia est par ratio omnium, cùm omnes sint superiores, & majores, ideo ratio honoris convenit illis.

Præc. 4. Hæc divisio superiorum, & inferiorum, à quo facta est? Res. A Deo per legem Naturæ.

Nu. 2. 4. 8. 13. &c. Propter quid Deus tot personis potestatem contulit præcipiendi? Respondeo. Primo, ut plures communicatione suæ potestatis decoraret; Secundò, ut sit unus superior muneri suo deesset: aliter officium suum impleret. Tertiò, ut multiplicatis superioribus exactiùs divinæ legis observantia curaretur. Quartò, ut superiores faciliùs dictam observantiam procurarent, dum multos habent coadiutores: Quintò, ut pars dictæ observantiæ uni, & pars alteri traderetur.

De or. n. 6. Ad quid instituti sunt superiores Ecclesiastici? Respon. Ait Catechismus. Ad illos spectat Christianum populum gubernare, & moderari, & ad æternam, cæle-

stémque beatitudinem dirigere: quia autem hæc dilectio totius divinæ legis observantiam requirit, ideo observantia totius legis ad illos spectat, præcipuè autem observantiam præceptorum primæ tabulæ procurare tenentur.

Propter quid instituti sunt magistratus sæculares? Resp. Vt procurent observantiam præceptorum secundæ tabulæ, veluti ne fiant homicidia, rapinæ, furta, &c. *Num. 2. 15 16.*

Quid tenentur curare domini erga servos? Res. Vt rectè, & toti legi Dei convenienter vivant. *Nu. 2. n. 2. 2. 1. n. 2. n. 8*

Quid Patres, & mariti? Res. Idem quod domini.

Catechismus quos ait in quarto præcepto Patris nomine intelligi debere? Res. Sic ait: Præter eosi, qui nos genuerunt, multi præterea sunt, quos parentum loco colere debemus, vel Potestatis, vel Dignitatis, vel utilitatis, vel præstantis alicujus muneris, & officii nomine. In particulari exprimit sequentes.

Primò Pater & mater, qui nos genuerunt.

2. Ecclesiæ præsides & Pastores, & Sacerdotes. *Nu. 8. ibi.*

3. Ij, quibus aut imperium, aut magistratus; aut potestas commissa est, qui Rempublicam gubernant. *Ibidem. Ibidem.*

4. Ij, quorum procurationi, fidei, probitati, sapientiæque alii commendantur, ut Tutores, Curatores, pædagogi, & magistri, nec non Domini, ac mariti; & benefactores. *Ibidem.*

5. Senes, & ætate provecti.

De quibus præcipuè divina lex seu quartum præceptum loquitur? Resp. Ait Catechism. De parentibus, qui nos genuerunt. *Ibidem. Ibidem.*

De gradu amoris inter superiores, & inferiores. Cap. II.

BOnum publicum est-ne magis diligendum, quàm privatum? Res. Omninò. *Num. 6. 7.*

Homo debet-ne magis diligere superiores, & inferiores suos, quàm alios proximos? Respon. Regulariter loquendo, ita est.

Cur dicitur regulariter loquendo? Respondeo. quia possunt dari casus, ut aliter sit faciendum: veluti servo vel extraneo in extrema necessitate constituto, Pater debet magis operam suam dare, quàm Filio, qui in tali ne- *Num. 2.*

cessitate non sit: Idem quandoque in aliis.

Num. 1. &c. Quomodo appellatur gradus amoris, quem tenentur habere Superiores erga inferiores? Resp. Gubernatio, Cura, & Providentia.

Num. 7. Quomodo appellatur gradus amoris, quem debent habere Inferiores ad Superiores? resp. Honor.

Ibidem. Quid est honor? Resp. Ait Catechismus, est de aliquo honorifice sentire, & omnia quæ illius sunt, maximè æstimare: *id est*, honor est maximè æstimate primò personam: secundò, res omnes dictæ personæ quam honorate debemus.

Ibidem. Ad honorem quænam requiruntur? Ref. Ait Cat. Honori hæc omnia conjuncta sunt: Primò amor, secundò observantia, tertiò obedientia, quartò cultus.

Ibidem. quare in quarto præcepto non est posita vox amoris, vel metus, sed honoris, cùm parentes tum amandi, tum metuendi, tum colendi sint? resp. Ait Cat. qui amat non semper colit, qui metuit non semper diligit, qui verò ex animo honorat, colit & amat, ideo ad omnia significanda vox honoris posita est.

Num. 9. &c. Superiores & inferiores debent diligi corde, ore, & opere? res. Ita est.

Nu. 7. &c. 2. 13. Debent-ne diligere animam, corpus, famam, & fortunas? Ref. Debent.

Quænam est differentia inter amorem debitum cuilibet proximo, & debitum superioribus, & inferioribus? Respondeo. Talis potest assignari convenientia, & differentia.

Operâ misericordiæ tum corporalia, tum spiritualia lege charitatis sunt exhibenda omni proximo ex jam dictis: & hic est gradus communis charitatis. Differentia in hoc est: Primo, cuilibet proximo in extrema necessitate constituto de præcepto debent fieri opera dicta: superiores verò, & inferiores debent invicem ea præstare de præcepto, etiamsi necessitas extrema non sit: Secundò, quis non teneatur inquirere de proximis in generali, quinam sint in extrema necessitate constituti, sed sufficit si subveniat occurrenti: At loquendo de superioribus, & inferioribus opus est inquirere, an opus habeant, & illis, etiamsi non requirant, misericordiæ opera sunt exhibenda.

De quarto præcepto. Cap. 3.

Nu. 1. &c. Quid est quartum præceptum? Respond. Est prima regula omnium actuum hominis erga superiores, & inferiores.

Num. 1. 8. &c. Quis est finis illius? Ref. Congrua directio inferiorum per superiores ad observantiam divinæ legis: Seu bonum commune, quod in tali observantia positum est.

Nu. 8. &c Quænam est materia hujus præcepti? Respon. Materia remota sunt omnes superiores, & inferiores, qui modo dicti sunt: Minùs remota sunt quatuor bona dictorum, nempe animæ, corporis, famæ, & fortunæ: Adhuc minus remota sunt actus cordis, oris, & operis circa dicta bona. Materia verò proxima sunt virtutes, & vitia in actibus, qui dicti sunt.

In quo consistit forma hujus præcepti? Resp. In illo modo qui traditus est.

Num. 7. 17 Quis est iste modus? Resp. In hoc modo multa sunt. Primò quartum præceptum datum est affirmativum, quod aliis præceptis secundæ tabulæ non convenit: Secundò exprimit vocabulo honoris gradum dilectionis privilegiatum: Tertiò proponit præmium observantibus, quod ab illo propositum est.

Num. 7. Cur tali modo speciali traditum est? Resp. Vt ostendat præcipi gradum charitatis specialem.

Num. 10. Huic præcepto affirmativo correspondetne negativum? Ref. Ita est.

Num. 10. Quid prohibet negativum? Resp. Iniustas offensas in superiores, & inferiores.

Num. 10. Offensæ in dictos sunt-ne graviores, quàm si in alios proximos fiant? Ref. Sunt.

Num. 10. Quare hoc? Ref. Quia ubi est major dilectionis obligatio, ibi offensa gravior erit.

Num. 10. Si inferior ut filius maledicat Patri, vel illum percutiat seu offendat in corpore, & fama offensa gravis erit? Ref. Gravissima & veteri lege morte punichatur.

Num. 11. Si Superior, ut Pater scandalo, & malo exemplo vel consilio offendat animam inferioris, grave peccatum est? Ref. Omnino.

Num. 58. Quid præcipit præceptum affirmatiuum? Res. Amorem juxta ordinem charitatis.

Num. 4. 5. Parentes, & superiores debent æquè, magis, ac Deus amari, vel timeri, vel honorari? Resp. Nullo modo, sed minus quàm Deus, & propter Deum sunt diligendi.

Nu 6. 16 Si superiores aliquid contra legem Dei præcipiant est obediendum? Res. Non, juxta illud, obedire oportet Deo magis, quàm hominibus.

De præmio apposito huic præcepto. Num. 2.

Num. 17. CVr Deus apposuit præmium huic præcepto? Resp. Vt magis alliceret ad illud observandum.

Num. 17. Quod est hoc præmium? Respon. Longitudo vitæ, & bonæ vitæ.

Num. 17. Quare tale præmium appositum est? Res. Ait Catech. Cùm illi, qui parentes colunt, iis gratiam referant, à quibus vitæ & lucis usuram, seu usum habent, jure, & meritò illis datum est, ut diu vivant, & vitam ad summam senectutem perducant.

Num. 17. Hæc promissio intelligitur-ne de vita præsenti? Res. Ait Catech. Non solùm de futura, sed etiam de præsenti ita intelligendum est: quia D. Paulus ait, *Pietatem habere promissionem vitæ, quæ nunc est & futuræ.*

Hæc longitudo præsentis vitæ debetne cultum æstimari? Res. Debet.

Num. 18. Nonne multis sanctis fuit mors optabilis, & vita dolorosa? Res. Fuit.

Num. 18. Quare ergo longitudo vitæ ut res optabilis data est? Resp. Ait Catech. illorum verborum adiunctio, *Quam Dominus Deus tuus dabit tibi*, non modò temporis diuturnitatem ad vivendum, sed otium, quietem, incolumitatem ad bene vivendum pollicetur: Nam in Deuteronomio *non solùm* inquit, *ut longo vivas tempore*, sed illud etiam addit, *& bene sit tibi*. Quod deinde ab Apostolo repetitum est Eph. 6.

Exod. 19. Quomodo si vere est hæc promissio interdum contingit ut qui maiorem pietatem parentibus præstiterunt, iis vita brevior sit? ℟. Ait Cat. Ob bonum illorum, quod ex triplici causa esse potest; Prima est. Quia priùs moriuntur, ne longiori vita à virtute discedant: *Rapiuntur enim* ait Scriptura, *ne malitia mater intellectũ illorũ*. Secunda est, quia si pernicies & rerum omnium perturbatio impen-

deat, bene consulitur illi, qui è vita eripitur, ut communiũ temporum acerbitatem evadat: *A facie enim malitiæ*, dicit Isaias, *collectus est justus*, quod fit ne virtus, aut salus justi periclitetur cùm à maioribus flagitiorum pœnas reperit Deus; Tertia est, Ne tristissimis temporibus ex propinquorum, amicorumque calamitatibus acerbissimos luctus sentiant: quare metuendum est, ait Catec. maiorem in modum, cùm bonis vitis immatura mors accidit.

Num. 20. Deus iis qui offenduntur parentes, apponitne pœnas? ℟. Apponit, & graves. Ibidem. Exod. 21.

Prou. 19. Quæ sunt istæ pœnæ? Res. Prima, mors, juxta illud, *Qui maledixerit patri, vel matri morte moriatur*: Secunda Ignominia, & infelicitas: ut Prou. 19. *Qui affligit patrem & fugat matrem ignominiosus erit, & infelix.* Tertia, Tenebræ, & confusio, & cæcitas, ut Prou. 20. *Qui maledicit patri suo, vel matri, extinguetur lucerna ejus, in mediis tenebris*: Quarta, Mors ignominiosa, & carentia sepulturæ, ut Prou. 30. *Filius qui subsannat patrem, & qui despicit partum matris suæ, suffodiant eum corvi de torrentibus & comedent eum filii aquilæ.*

Quæ pœna apposita est non obtemperanti sacerdotibus? Res. Mors, ut Deut. *Qui superbierit nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo, ex decreto iudicis morietur homo ille.*

De officiis parentum, seu superiorum in filios, & inferiores. Cap. IV.

Nu. 6. &c. de mat. na 26. 27. ses. 10. n. 12 EXpedit explicare officia Superiorum? Res. Vtilissimum est.

Quod officium mariti erga uxorem? Resp. De hoc dictum est ubi de matrimonio.

Quod officium seniorum erga iuniores? Resp. Ædificare illos bonis exemplis, & consiliis.

Nu. 2. 15. Quod officium magistratuum sæcularium? Res. Procurare observantiam præceptorum secundæ tabulæ, & prohibere omnes offensas civibus.

De or. n. 6. Num. 8. 13 Quod officium magistratuum Ecclesiasticorum Res. Dirigere subditos ad æternam salutem & ad observantiam divinæ legis, & præcipuè trium præceptorum primæ tabulæ.

Quod officium tutorum, curatorum, pædagogorum, magistrorum, & dominorum? Respondeo. Curam gerere infe-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

riorum, juxta officium, quod illis datum est.

Num. 1. Quod officium parentum? Resp. De hoc ita ait Catech.

Num. 21. Imprimis debent curare, ut quos habent in sua potestate, ij rectè, & divinæ legi convenientes vivant, secundò, Debent studere, ut sanctissimis disciplinis, ac moribus filios imbuant: tertiò, Eisdem debent dare optima vivendi præcepta: quartò, Curare ut in religione instructi sint, & patati, ut Deum sanctè inviolateque veneretur: quintò, Debent liberis se magistros exemplo potissimum præbere virtutis, æquitatis, continentiæ, modestiæ, sanctitatis: sextò, Debent tria declinare, in quibus multi Patres peccare solent: Primum est, ne quid acerbius in libros, aut loquantur, aut statuant juxta Apostolum: Nam periculum est, ne fracto abjectoque animo sint, dum omnia timent. Ideo sæpè magis expedit liberos corrigere, quàm vleiscit: Secundum est, ut cum ob aliquam culpam commissam necessaria sit castigatio & objurgatio, ne illam per indulgentiam dissolutè remittant, quia sæpè filij parentum nimia lenitate, & facilitate deperdantur, ut patet de Heli, qui ob talem indulgentiam maximo supplicio est affectus. Tertium est, ut quàm maximè cavcant, ne in filiorum educatione ac doctrina faciant contrarium eius quod fieri debet. Fœdissima enim res est, diligere filiorum carnem, & odio habere illorum animam: diligere illos mundo, non Deo: Summa cura affici, ut opes pecuniæ, & amplum patrimonium relinquant: existimationi autem, & salutifiliorum non consulant: illos ad avaritiam, & ad rem familiarem augendam cohortentur: de virtutibus verò, & bonarum artium disciplinis obtinendis nec verbum dicant: Vnde sæpè fit, ut parentes in filios tum rerum copiis, tum sua scelera, ac flagitia transferant: & quod illis se duces præbeant non ad cælum, sed ad inferorum supplicia sempiterna.

De officiis filiorum, & inferiorum erga superiores. Cap. V.

Num. 10. QVænam sunt officia filiorum erga parentes? Resp. Cat. hæc commemorat.

1. Honor ex amore, atque intimo animi sensu illis est deferendus.

Num. 9. 2. Filij debent cogitare quod parentes sint immortalis Dei quasi quædam simulachra: & quod in ipsis ortus nostri imaginem intuemur: Ab iis nobis vita data est, iis Deus usus est, ut nobis animam, mentemque seu usum rationis impertiret: ab iis ad sacramenta deducti: ad religionem, ad humanum cultum, civilémque instituti: ad morum integritatem, & sanctitatem eruditi sumus.

3. Debent considerare beneficia, & merita maxima erga nos: *Ibidem.* quanta cura, quantaque solicitudine nos in utero gestaverit: quanto cum labore, & dolore peperit, ac educarit. Ideo enim in hoc præcepto nomen matris expressum est.

4. Considerandus affectus, quem erga filios habeat, quippe *Num.* 10. qui nullam laborem, nullam contentionem, nulla pericula, nostri causa refugiunt? nihilque illis posse accidere iucundius quàm ut filiis se charos esse sentiant.

5. Filij debent rogare Deum, ut parentibus bene, & felici- *Ibidem.* ter omnia eveniant, ut maxima gratia, & honore sit apud homines, ut ipsi Deo, ac sanctis, qui in cælis sunt commendatissimi sint.

6. Filij debent vitam, & operationes suas ad arbitrium & *Ibidem.* voluntatem parentum conformare, audire doctrinam, & monita, & præcepta illorum: obedire illis in Domino circa omnia: Vade Isaac voluit per obedientiam patris sacrificari.

7. Filij debent rectè facta moresque parentum imitari: il- *Ibidem.* lorum consilia quærere, & sequi.

8. Filij debent subvenire parentibus illa impertiendo quæ *Num.* 11. ad victum, cultumque desiderantur.

9. Filij cum parentes periculosè ægrotant, nihil debent *Ibidem.* prætermittere, quod vel ad peccatorum confessionem, vel ad reliqua sacramenta, quæ suscipienda sunt, attineat.

10. Cum mors appropinquat, debent curare, ut pij, religio- *Ibidem.* sique homines eos crebrò invisant, qui vel imbecillos confirment, & consilio juvent, vel optimè animatos ad spem immortalitatis erigant, ut eum mentem à rebus humanis excitentur, confidant in Deum, ut muniti fide, spe, & charitate ad viram æternam consequendam dispositi sint.

11. Mortuis parentibus filij debent funus facere, exequias cohonestare, honorem sepulturæ impertire, facti- *Num.* 10.

ficia, anniversalia curare, legata illorum persolvere.

Quæ officia erga Episcopos, aliosque Pastores sunt exhibenda? Resp. Ait Catec. De his Apostolos ait: *Qui bene præsunt prohiberi duplici honore digni habeantur: maximè qui laborant in verbo & doctrina.* Deinde ait: *Sacerdotibus ea suppeditanda sunt, quæ ad vitæ usum necessaria requiruntur.* Tertiò, ait ex Apostolo, *illis obediendum esse etiamsi improbi essent, quia Christus ita docuit, de Scribis & Pharisæis.*

Num. 13.

Num. 14.

Quid erga Reges, Principes, magistratus, & alios, quorum potestati subiicimur, ut domini, magistri, tutores, facere opus est? Resp. Ait Cat. Primò honor, cultus & observantia illis exhibenda est. Secundò, pro illis ex Apostolo orandum: Tertiò, illis subditi esse debent etiam si mali, & animo inimico & infenso erga nos sint: Quartò, Cum aliquid injustum præcipiunt non sunt audiendi, qui non ex potestate, sed ex animi perversitate id faciunt: Quintò, subditi debent considerare, quod Magistratus sunt à Deo missi, ideo illius ministri, à Deo habent potestatem, Deus utitur illis tanquam potestatis suæ ministris. A Dei providentia, propter bonum regimen populorum dati sunt. Ideo propter Deum sunt diligendi, honorandi, & illis obedire justum est.

Num. 15.

De observantia, & inobservantia quinti præcepti.

Cap. VI.

QVid est observare hoc præceptum? Resp. est facere quod ab illo præceptum est, nempe ut superiores, & inferiores inter se faciant, quod supra præscriptum fuit.

Num. 1.

Quot modis peccatur contra hoc præceptum? R. Tribus: Primus est excessus amoris, vel timoris; secundus, Defectus amoris: Tertius, injusta offensa, ut dictum est.

Prac. 3

Parochi quibus motivis possunt inducere populos ad observantiam hujus præcepti? Resp. Multis & præcipuè sequentibus, quæ ex utilitate, dignitate, justitia, & facilitate procedunt.

Num. 20. num. 2. 17. &c.

1. Quia magnum præmium appositum est observanti, & magna pœna transgredienti.

Nu. 17. 18.

2. Quia justum est, ut Dei authoritas in suis ministris honoretur.

Nu. 15. 16.

Num. 14.

3. Quia Deus ita vult, ita jubet, & præcipit, ut fiat

4. quia honor datur magis Deo, quàm superioribus, qui propter Deum honorantur.

Num. 4.

5. Justum est, ut filij retribuant parentibus honorem pro beneficiis sibi collatis.

Nu. 9. 10.

6. Justissimum est ut superiores bene utantur authoritate sibi à Deo data.

Nu. 6. 16.

7. Si magistratus boni essent populi maxima pace, & quiete fruerentur.

Nu. 15. 16.

8. Innumeræ utilitates ex bonis magistratibus proficiscuntur.

Ibidem.

9. Bonum publicum in bona dispositione superiorum, & inferiorum positum est.

Ibidem.

10. Infinita mala in domibus, familiis, ac populis, ex inobservantia hujus præcepti proficiscuntur.

Num. 8.

11. Superiores, & inferiores, qui malè se habent in officiis suis quantum est ipsis providentiam Dei perturbant, atque confundunt.

Nu. 11. 24

12. Exemplum Christi debet maximè movere, qui fuit subditus Patri, & Matri, Sacerdotibus Annæ & Caiphæ Judici Pilato, Regi Herodi, & aliis.

Ex nu. 25

DOCTRINA CATECHISMI ROMANI.

In quintum Decalogi Præceptum.

De utilitate hujus præcepti, & doctrinæ illius.

QVænam est materia hujus Tractationis? Resp. Num. 1
quintum præceptum.

quinam debent hoc præceptum populis explicare? Resp. Parochi, & hoc ait Catech. maxima diligentia facere debent. Ibidem.

Ibidem. Cur tanta diligentia? Respondeo. Ait Catech. Quia ex eius cognitione, & observantia maximæ utilitates proficiscuntur.

Ibidem. Quæ sunt istæ utilitates? Resp. Ait Cat. Ad efficiendum ut homines inter se pacifice vivant, & unus alterum non offendat, nulla est melior ratio, quàm si hoc præceptum recte explicatum, ab omnibus sicut oporteret, servetur.

Quid tractandum de hoc præcepto? Respon. Duo, nempe de ipso præcepto, necnon de illius observantia, & inobservantia.

In quos capita hæc tractatio dividi potest? Respond. in sequentia.

Primum de homine, & illius anima, & corpore.

Secundum, De dilectione erga animam, & corpus suum, & proximorum.

Tertium, De quinto præcepto, ejusque explicatione, & divisione.

Quartum, De odio, maledictione, & homicidio.

Quintum, De scandalo, & occasione peccandi.

Sextum, De operibus misericordiæ corporibus, & spiritualibus.

Septimum, De dilectione inimicorum, & remissione injuriarum.

Octavum, De observantia, & inobservantia hujus præcepti.

De homine, & illius anima, ac corpore. Cap. I.

Ex num. 15. CUr homo sit excellentissimum ens?

Num. 15. Ex num. 15 & ex art. 1 Num. 19. prae. 3. Resp. Ex quatuor causis hominis, forma, efficiente, ac fine.

Quomodo cognoscitur ex materia? Resp. Corpus hominis est illius materia, hoc autem, quàm sit excellens jam supra dictum est.

Quænam est hominis forma? Resp. Anima.

Art. 1. n. 19 Hæc est nobilissima? Respondeo est. Quis explicat? Ad imaginem, & similitudinem Dei facta fuit, est immortalis, immaterialis, intellectualis, pretiosior, ut ait Christus, toto mundo: à Christo vocatur soror, amica, sponsa dilecta: Christus propter salutem animarum incarnatus & mortuus est, & sanguinem suum in pretium illarum dedit: Huic animæ Deus confert suam gratiam, dona Spiritus sancti, virtutes infusas. Hanc animam Deus sibi in Christo hypostatice unitur: Hæc ad altissimas actiones, meditationes, contemplationes destinata est: Demum Deum in cœlesti patria fruendum est ordinata. *Matt. 8. vers. 36.*

Quænam excellentia ex parte finis? Respond. Hæc duplici modo se habet. Primò, omnes exili, & elementa, & arbores, & animalia propter hominem facta sunt. Item omnia Sacramenta, sacræ Scripturæ, mysteria incarnationis & vitæ Christi, virtutes, & alia multa ad hominis vel vitam, vel salutem sunt ordinata: Secundò ipse homo ad maximum omnium finem nempe Deum, & vitam beatam, & ad cultum ipsius Dei destinatus est, ad plutimas etiam, & nobilissimas actiones tum sacras, tum sæculares habilis factus est. *Num. 15. & artic. 1. Num. 19. in præf. Num. 1.*

Quid dicendum de efficiente? Ref. Non potest explicari. Deus formavit hominem, Creavit animam, Dedit illi dominium super omnia animalia, Curam, & providentiam particularem illius habet: Summoperè diligit illum: inexplicabilia beneficia illi confert; Deus Pater Unigenitum suum Filium homini donavit: Imo & ipsummet Spiritum, & amorem suum illi dedit: Demum, in Paradiso homini Deus totum tradet seipsum: Quis ergo hominem esse excellentissimum Dei opus non affirmabit?

De dilectione sui, & proximorum. Cap. II.

HOmo tenetúrne diligere seipsum, & proximum? Resp. Ita præcepit Christus. *Matth. 22. prae. 7. n. 4. Luc. 10.*

Quid est proximus? & Ait Cat. Ex Christi doctrina proximus ille est, qui eget opera nostra sive ille propinquus, sive alienus, sive civis, sive advena, sive amicus, sive inimicus.

Quænam est materia hujus dilectionis? Ref. Bona animæ, & corporis. *Num. 2. prae. 4. n. 5. praef. nu. 1. art. 11. n. 5*

Quæ forma? Ref. Diligere bona, & odisse mala juxta ordinem charitatis.

Quis finis? Ref. Fœlicitas temporalis & aterna, sui, & omnium hominum.

Quomodo est hoc? Resp. Fœlicitas non est aliud, quàm carentia miseriarum, & abundantia bonorum: cùm ergo charitas inducat singulos homines, ut invicem studeant arcere mala, & conferre bona, patet quod finis charitatis fœlicitas hominis est.

1 Ioan. 3. vers. 18. Hæc dilectio debet esse in corde, in ore, & in opere? Res. Ita ait S. Ioannes.

Ex Catec. Præc. 4. n. 5. quot modis peccatur circa dilectionem sui, & proximorum? Res. Tribus, Primus, est excessus amoris. Secundus, Defectus amoris, Tertius, Injusta offensa.

De quinto præcepto. Cap. III.

Num. 1. 2. 9. &c. QVænam est materia quinti præcepti? Resp. Remota est homo ipse, & omnes proximi illius, nullo penitus excepto, sive extraneo, sive inimico, Minus remota sunt animæ, & corpora dictorum: adhuc minus remota sunt bona, & mala corporum, & animarum, Proxima verò sunt omnes actus tum cordis, tum oris, tum operis, tam virtuosi, quàm vitiosi in bona, quæ dicta sunt.

Nu. 15. 16. &c. quare Deus ab hac dilectione nullum excipit proximum? Resp. quia omnes sunt filij ejusdem, patris nempe Dei: ideo omnes fratres, & conjuncti, & proximi seu propinqui esse dicuntur, unde iure optimo se mutuò diligere debent.

Num. 2. quid præcipitur hoc loco? Resp. Dilectio bonorum, & odio malorum sui, & proximorum.

Nu. 12. 16. 17. &c. quis finis hujus præcepti? Res. Est primò auferre omnes injurias, & offensas, & inimicitias ab hominibus: secundò concordiam, pacem, amicitiam, benevolentiam, charitatem inter homines stabilire, tertiò mutua officia & opera misericordiæ inter homines introducere: quartò demum inducere illos ad omnia incommoda, injurias, & offensas patienter ferendas.

De divisione hujus præcepti in affirmativum, & negativum. Num. 2.

Num. 2. QVintum præceptum dividitur in affirmativum, & negativum? Resp. Ita est.

Quodnam est negativum? Res. Non occides.

Ibidem. Ibidem. Quod affirmativum? Resp. Diliges animam, & corpus tuum, & proximi tui.

Quare data sunt duo præcepta? Resp. Quia unum debet

prohibere vitia seu offensas, aliud debet præcipere virtutes, ut beneficia, & dilectionem. Ibidem.

Explicatio præcepti negativi. Num. 3.

PRæceptum negativum prohibet omnes offensas contra animam, & corpus Resp. Prohibet omnes illas quæ injustæ, & indebitæ sunt. Num. 3. &c.

Prohibet omnes offensas cordis, oris, operis? Respond. Ita est. Num. 11.

Exprimitur hoc verbis quinti præcepti? Resp. Ex illis deduci potest. Num. 11.

Quæ sunt dicta verba? Resp. *Non occides.*

Quid est occidere? Resp. Est cædem seu mortem dare, Anima, & corpus possunt occidi? Res. Possunt. Præc. 5.

Quid est mors animæ? Res. Est separatio illius à gratia Dei, quæ animæ vita est. Num. 2. &c.

Quomodo occiditur anima? Resp. Per peccatum mortale, per quodcunque enim peccatum mortale, ut docet Concilium, amittitur gratia Dei. ar. 6. 26. Ibidem. Sess. 6. c. 15.

Quid est mors corporis? Res. Separatio animæ ab illo.

Quomodo occiditur corpus? Resp. Corpus occiditur odio: lingua, maledictione: manu seu opere, homicidio. Arg. 4. Num. 16.

Cur Deus simpliciter dixit, *Non occides?* Res. Ut si prohiberet omnem injustam occisionem, tum animæ, tum corporis, tum sui, tum proximorum, tum cordis, tum oris, tum operis. Nu. 15. 16. Num. 10. &c.

Nonne multi intelligunt hoc præceptum tantùm de corporis occisione? Res. Ita est, sed revera etiam de cæde animæ est intelligendum. Arg. n. 10.

Quare hoc? Respond. Primò, quia cædes animæ majus peccatum est, quàm cædes corporis, ideo iustum erat, ut à lege Dei prohiberetur: non prohibetur autem in aliis præceptis, ergo in isto prohibita erit: Secundò, Ad literam apparet debere sic intelligi: si enim Deus dixisset, *Ne occidas corpus*, suam ad corporis cædem locutionem determinasset; sed absolutè dixit, *Ne occidas*, ergo de animæ occisione dictum intelligi debet. Tertiò si Deus prohibet minorem cædem, debet intelligi prohibita major: hoc enim est argumentum Catechismi, qui ita in septimo præcepto argumentatur: Si Deus prohibet Arg. n. 10. Præ. 7. n. 4.

furtum, multò magis rapinam.

Anima, & corpus possunt absque cæde offendi? Respondeo possunt veluti anima potest induci ad peccata venialia, corpori potest inferri vulnus vel percussio non lethalis.

Cædes potest fieri multis modis? Resp. Ait D. Ambrosius, fit tum privativè, tum positivè.

quomodo positivè, Resp. Afferendo causam mortis positivam, veluti jugulationem.

quo pacto privativè? Resp. Negando illa, quæ ad conservationem vitæ necessaria sunt: ideo si quis videat fame morientem, & non det panem, causa privativa mortis illius est.

Quænam sunt causæ positivæ mortis animæ? Resp. Scandalum & occasio mortaliter peccandi.

quæ sunt causæ privativæ? Resp. Omissio operum misericordiæ spiritualium in casu extremæ necessitatis.

Quænam causa privativa mortis corporis? Resp. Omissio operum misericordiæ corporaliam.

Quænam positiva? Resp. Ipsa actualis occisio, veluti jugulatio.

quomodo colligitur ex hoc præcepto, quod omnes offensæ animæ, & corporis prohibitæ sint? Resp. Colligitur sic, Deus prohibet occisionem, quia est offensa animæ & corporis: & prohibet specialim quia est summa offensa, ergo prohibet omnem offensam, sed maiorem magis, minorem minus.

Ar. in Cat. nu. 1. & 2. pr. 7. n. 4.

Explicatio præcepti affirmativi.

Num. 4.

nu. 8. 16. 17. &c.

QVænam est materia præcepti affirmativi? Resp. Proxima materia est actus dilectionis bonorum animæ & corporis juxta ordinem charitatis.

quæ sunt bona animæ? Resp. Sunt plurima, veluti habere potentias animæ excellentes, ut intellectum elevatum secundò virtutes, artes, facultates scientiæ acquisitæ: tertiò virtutes, & dona supernaturalia: quartò Gratia Dei quintò Vita æterna.

quæ sunt bona corporis? Resp. Sanitas, & bona corporis dispositio, item quod habeat virtutes ut castitatem, subiectionem animæ, laborum sufferentiam, vel artes, veluti sciat scribere, pingere, & alia hujusmodi.

Quomodo quis diligit animam? Resp. Faciendo illi opera misericordiæ spiritualia. *Nu. 17. 19.*

Quomodo diligitur corpus? Resp. Faciendo illi opera misericordiæ corporalia. *Num. 17.*

Quomodo peccatur contra hoc præceptum? Resp. Primò per excessum. Secundò per defectum amoris. *Prac. 4. n. 5*

Omnis excessus amoris est peccatum mortale? Resp. Si sit excessus gravis, veluti qui diligit corpus, vel animam plusquam Deum, vel æquè ac Deum, mortalis est: si levis sit excessus, veniale tantum erit. *Prac. 4. n. 5*

Quando defectus amoris est mortale? Resp. Quando quis præcepto tenetur diligere, veluti subvenire constituto in extrema necessitate, si omittit facere, tunc peccati mortalis reus est

De ira, odio, maledictione, & homicidio. Cap. IV.

QVomodo peccatur contra præceptum, *Non occides*? Resp. Inferendo offensam corpori, vel animæ. *Nu. 1. & 2.*

Quot modis fit hæc offensa? Resp. Tribus, corde, ore, & opere. *Nu. 11. 16.*

Quæ nomina dictis offensis posita sunt? Resp. Ita est nomen omnibus offensis commune: Odium offensas cordis, Maledictio oris, Homicidium operis dicuntur. *Nu. 11. 12.*

Quid est ira? Respon. Est commotio unius hominis contra alium. *Num. 12.*

Ira semper est peccatum? Respon. Non. Cùm enim est secundùm rectam rationem, est virtus, cùm contra illam est, vitium erit. *Ibidem.*

Quid est odium? Respon. Est velle malum: veluti quis vult offendere alium, vel cupit, ut aliquod malum illi contingat. *Num. 12.*

Quid est maledictio? Resp. Est mali dictio, seu imprecatio: veluti quis ore dicit, *veniat tibi mors*, vel *rabies*, vel quid simile.

Maledictio, & odium suntne mortalia? Resp. Odium est mortale si sit de re gravi, & cum consensu rationis, Maledictio si sit de re gravi, & ex corde mortale dicitur.

Est peccatum occidere bestiam? Resp. Non, Deus enim permittit, ut illis vescamur. *Num. 4.*

Ibidem. Magistratus possunt ex delicto occidere homines facinorosos? Res. Possunt.

Ibidem. Quare hoc? Res. Quia talis occasio fit, ut repressa malorũ hominum audacia, vitæ, salutique hominum innocentium consulatur: ideo talis occasio ministra vitæ est.

Num. 5. Qui in bello justo non cupiditate, aut crudelitate impulsi, sed solo publicæ utilitatis studio vitam hostibus adimunt, peccantne? Res. Non.

Num. 6. Si quis non voluntate, neque de industria, sed fortuitò occidat, peccatne? Resp. Non, nisi fortè daret operam rei illicitæ, veluti si percutiat mulierem gravidam, ex qua percussione sequutus sit abortus, vel non omnibus circunspectis aliquid negligenter, & incautè actum sit, unde quis sit occisus.

Num. 7. Si prædo, vel alius aggrediatur aliquem, ut illum occidat, & aggressus non potest evadere mortè, nisi occidat aggressorem, potestne illum occidere sine peccato? Respondeo Potest.

Privati homines, veluti potentes, Domini, Patres possuntne privata authoritate occidere alios? Res. Non.

Licet homini occidere seipsum Res. Non.

Num. 9. Hoc præcepto prohiberútne quocunque modo facta sive ense, sive veneno, sive ope, aut consilio, aut auxilio, aut alia ratione? Res. Prohibetur.

Num. 10. Licet Patribus, & Dominis illos afficere pœna, qui eorũ imperio potestatique parent, si in eis sit culpa? Respondeo. Licet.

Num. 11. Homicidium estne grave peccatum? Res. Gravissimum.

Quomodo hæc gravitas potest declarari? Res. Catech. Ita declarat. Primò ait, Deus ut gravitatem hujus criminis declaret, in hoc præcepto specialem, de homicidio mentionem fecit. Secundò, A bestiis cædis hominum pœnam Deus se reperiturum dixit, ac bellum, quæ hominem lædi & occidi jubet. Tertiò; Prohibuit homini in lege veteri manducare sanguinem, ut sic homo à cæde animum, & manum cum horrore prohiberet. Quartò, quia qui hominem occidunt universum Dei opus, *id est*, mundum, evertunt, cum hominis causâ omnia quæ facta sunt, Deus se fecisse testetur. Quintò, Quia homicida hominem, qui excellentissimum Dei opus est, destruit

Num. 12. Num. 15.

& evertit, quod maximam Dei, & ejus operi injuriam facit. Sextò, Quia Deus hominem ad imaginem, & similitudinem suam creavit, ideo qui occidit hominem, quasi violentas manus in Deum inicit, cujus imaginem de medio tollit. Septimò, Quia homo sub speciali tutela, cura, providentia, & protectione Dei est, & ideo, qui illum offendit, gravem Deo injuriam affert.

De scandalo, & occasione peccandi.
Cap. V.

QVod est præcipuum bonum animæ? Resp. Gratia Dei, quæ est vita illius.

Quod est præcipuum malum? Res. Peccatum, præsertim mortale. Sess. 6. c. 7.

Quomodo offenditur anima? Resp. Efficiendo, ut amitat gratiam Dei, & incidat in peccatum, quod potissimùm sit scandalo, & occasione peccandi. Sess. 6. c. 11

Quæ differentia est inter scandalum, & occasionem peccandi? Res. Scandalum dicitur respectu alterius, occasio respectu sui ipsius. Ibidem. 22. qu. 34.

Quid est scandalum? Resp. Est dictum, vel factum minus rectum præbens alteri occasionem ruinæ, *id est peccati.* Ibidem

Quomodo dictum est occasio ruinæ? Res. Si quis det consilium alteri, ut fornicetur, vel occidat, tunc illud consiliũ est verbum dans peccandi occasionem. Ibidem. artic. 1. D. Th.

Quale factum est occasio peccandi? Res. qui scribit libros obscœnos, vel ducit choreas, vel injuria afficit aliquem, vel malum præbet exemplum, & similia, iste facto suo dat occasionem peccandi. Ibidem. Cat. proc. 6 Num. 11.

Secandalum estne peccatum mortale? Resp. Si inducat ad peccandum mortaliter, potest esse mortale. 2. 2. qu. 43. art. 4.

Scandalum est grave peccatum? Respon. Gravissimum: Ideo Christus dixit, *si quis scandilazaverit unũ de pusillis istis minimis, qui in me credunt, expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo ejus & demergatur in profũdum maris.* Et dixit adhuc *Væ mundo à scandalis.*

Cur tam grave peccatum est? Respondeo, Primò, quia inducit ad offendendum Deum: Secundò, quia per ipsum occiditur anima, quæ corpore multò nobilior est. Tertiò,

sit maxima injuria Christo, qui animas redemit proprio sanguine, per scandalum autem animæ Christo quasi furto ablatæ sunt.

Quæ sunt præcipua scandala? Resp. Mala exempla choreæ, comediæ, & libri obscœni, mala consilia, turpes sermones, lascivus ornatus, & aspectus mulierum, offensæ injustæ, ut lites, injuriæ, inimicitiæ, furta rapinæ, & similia: hæc enim aliis ruinæ, & peccandi occasionem præbere possunt.

Quid est occasio peccandi? Resp. Est illud, quod inducit ad peccandum, sive mortaliter, sive venialiter.

Quotuplex occasio? Resp. Duplex, proxima, & remota.

Quænam est proxima? Resp. Illa, quæ semper, vel quasi semper inducit ad mortale peccatum: veluti quis ludit, & semper, vel quasi semper in ludo blasphemat, tunc ludus, dicitur illi occasio proxima mortaliter peccandi.

Quæ dicitur remota? Resp. Illa, quæ nec semper, nec quasi semper, sed raro inducit ad peccatum mortale, veluti quis aliquando, sed raro in ludo blasphemat, hoc est, si ludit decies, blasphemat semel, vel bis.

Quænam possunt esse occasiones proximæ vel remotæ peccandi? Resp. Tales possunt esse, choreæ, comediæ, ludus otium, crapula, malæ societates, libri impudici, sermones turpes, impensæ superfluæ, concubinatus, cohabitatio in eadem domo cum personis, quæ peccati occasio fit, & alia hujusmodi.

Quare choreæ, & comediæ & libri impudici dicuntur scandalum, & occasio peccati? Resp. Illi qui sunt authores dictorum, dicuntur dare scandalum aliis, quia illis præbent occasionem ruinæ, & peccati: qui verò non sunt authores: sed accedunt ad choreas, vel legunt libros ab aliis oblatos, dicuntur ex illis sumere occasionem peccandi, ideo respectu diversorum sunt scandalum, & occasio peccati.

Potest absolvi, qui habet occasionem proximam peccandi, veluti concubinam, vel aliam, si non habet propositum dimittendi, & si non dimittit, in quantum potest? Resp. Non potest.

Idemne dicendum de occasione? Resp. Non potest enim absolvi etiam, si non proponat dimittere illam.

De operibus misericordiæ corporalibus, & spiritualibus.
Cap. VII.

QUid est miseria? Resp. Est carentia bonorum, quæ juvant; & præsentia malorum, quæ nocent: miseria enim contrariatur felicitati.

Quid est misericordia? Resp. Est compassio miseriæ alterius, *id est*, si quis videns miseriam alterius aliquo modo patitur cum illo, dicetur misericors.

Quid est opus misericordiæ? Resp. Est illud opus, quo subvenitur miseriæ alterius.

Quæ differentia est inter misericordiam, & opus misericordiæ? Resp. Misericordia est in corde, vel affectu, opus est in manu, seu executione, & effectu.

Quotuplex miseria? Resp. Duplex: animæ & corporis.

Quænam est miseria animæ? Resp. Est carentia virtutum, gratiæ, donorum, spiritualium, scientiæ, experientiæ, & similium: Item præsentia malorum, ut vitiorum, ignorantiæ, tristitiæ defectuum, & similium.

Quænam opera subveniunt huic miseriæ? Resp. Exempla bona, Doctrina sana, Consolatio, oratio, correctio, & similia.

Quænam est miseria corporis? Resp. Infirmitas, fames, sitis, nuditas, & alia.

Quæ opera hanc tollunt miseriam? Resp. Cibus, potus, vestis, visitatio, & alia.

Homo tenenturne subvenire miseriæ animæ & corporis sui? Resp. Tenentur, hoc enim est diligere seipsum.

Si quis nollet bibere, vel manducare, vel sumere necessaria ad corporis sustentationem, peccaret? Resp. Ita. Occideret enim seipsum.

Si quis corpori suo dat moderatè cibum, potum, vestes, habitationem, & alia ad vitam necessaria, & hoc non ex voluptate facit, sed ne contra hoc præceptum peccet, imò ut obediat illi, diligendo corpus suum, faciène actum virtutis? Resp. Facit, & ita Christus, Beata Virgo, & alij Sancti fecerunt.

Subvenire miseriæ alterius est opus Deo gratum? Resp. Gratissimum.

Non subvenire erine peccatum? Respon. Erit, si recta ratio dictet esse subveniendum, nempe cum quis potest,

& debet, & necessitas, seu miseria adest.

Erit peccatum mortale non subvenire? Resp. Potest esse mortale, & veniale.

Quando erit mortale? Ref. Si quis non subveniat extremæ necessitati cum possit.

Quando erit veniale? Resp. Cùm non subvenitur necessitati non extremæ, cùm recta ratio dictet id esse faciendum.

Quænam est extrema necessitas? Resp. Primò talis est, ea quæ ducit ad extremum, *id est*, ad mortem animæ vel corporis: hæc enim summa, & maxima necessitas. Secundò dicitur extrema necessitas, quæ nullo modo absque operibus misericordiæ potest evitari; Veluti si non detur panis huic esurienti, & moritur, est necessitas extrema ex parte esurientis: si verò quis patiatur sitis gravem, & longam infirmitatem, non tamen mortem, nisi detur illi vel panis, vel medicina, tunc dicetur extrema respectu operis.

Quæ dicitur non extrema? Resp. Illa, quæ vel non est ad mortem, vel potest evitari.

Quare opera misericordiæ à Deo præcepta sunt? Resp. Quia, cùm homo, nec non ejus anima, & corpus opera Dei excellentissima sint, & speciali illius providentiæ subjecta, ideirco erat, ut non solum quis non destrueret dicta opera occidendo: sed etiam, ut ille conservaret diligendo: Si enim quis uno pane potest impedire, ne tantum Dei opus destruatur, & eamdem dare, aliquo modo videtur præponere panem dicto operi, quod iniustissimum est: Si enim Deus totum mundum corporeum propter conservationem humani corporis creavit, certè nimis dedecet, ut quis pro conservatione dicti corporis deneget pacem.

De dilectione inimicorum. Cap. VI.

QUid debet considerari circa dilectionem inimicorum? Ref. Ex Catechismo præcipuè tria. Primò, inimicos esse diligendos. Secundò, inimicitias esse tollendas, & conciliandas. Tertiò, injurias, & offensas contra se illatas patienter esse sufferendas.

Quis dicitur inimicus? R. Ille qui habet animum offendendi, vel qui fecit offensam.

Quis amicus? Ref. Qui habet animum benefaciendi.

Quid est amicitia? Ref. Mutua voluntas benefaciendi. Est enim inter duos.

Quid inimicitia? Ref. Mutuus animus offendendi: & hæc est completa: incompleta erit, si unus tantum habeat animum offendendi.

Christianus tenetúrne diligere inimicos? Ref. Ita Christus præcepit.

Quæ dilectionis? Ref. Illa, quæ ad omnes proximos communis est.

Quænam est hæc dilectio? Resp. Talis, ut non excludat eum ab orationibus communibus, quæ facit, & paratus sit subvenire illi saltem in extrema necessitate, si casus ita contingat.

Quare Deus præcipit hanc dilectionem? Ref. Primò ex parte Dei, ad gloriam enim illius spectat, ut inimicus, sed ut eximium Dei opus diligatur. Secundò, ex parte charitatis, non enim esset completa, si aliquis proximus ab illa excluderetur: Tertiò, ob utilitatem, & salutem hominis: Veilissimum enim est illi, si Deus etiam inimicis præcipiat ut benefaciant.

De tollendis inimicitiis. Num. 2.

INimicitiæ quomodo possunt tolli? Ref. Conciliatione.

Quid est conciliatio? Resp. Est hominum inter se dissidentium charitativa conjunctio.

Quænam est causa inimicitiarum? Ref. Causa ordinaria est offensa, inimicitia enim provenit ab offensa, & tendit ad vindictam, seu offensam.

Sublata offensa tollitur inimicitia? Ref. Ita est, quia cessat causa vindictæ.

Quomodo tollitur offensa? R. Duplici modo. Primus est ex parte offendentis, & dicitur satisfactio. Alter est ex parte offensi, & dicitur remissio.

Quid est satisfactio? R. Ait Catec. Est injuriæ alteri illatæ compensatio.

Quid est remissio? R. Est satisfactionis sibi ob injuriam illatam debitæ relaxatio.

Qui fecit iniuriam vel offensam ad quid tenetur? R. Primò, tenetur petere pacem, seu reconciliationem, ab offenso: Secundò, offerre illi debitam satisfactionem.

Ad quid tenetur offensus? Resp. De rigore non tenetur petere pacem, sed si illam primus procuret, opus Deo gratissimum faciet. Non tenetur etiam offerre satisfactionem, quia ipse nihil debet offensori. Duo autem debet facere, primum est deponere omne odium, & voluntatem vindictæ: secundò, reconciliari inimico pacem petenti, & debitam satisfactionem offerenti. Et si tenuit hoc facere, à confessore non debet absolvi.

Si inimici invicem se offenderint, quid faciendum? Resp. Videndum an dictæ offensæ fuerint æquales, vel offensa unus major sit offensa alterius.

Si offensa unius sit major, ad quid tenetur? Resp. Tenetur primus petere pacem, & offerre satisfactionem.

Si offensa sit æqualis? Resp. Ille qui primus fecit offensam tenetur primus procurare reconciliationem.

Si offensor offerat parvam satisfactionem, & offensus petat excessivam, quid agendum? Resp. Standum est iudicio peritorum.

Reconciliatio inimicitiarum placetne Deo? Resp. Res illi gratissima est.

Quid de remissione injuriarum Cat. Ait? Resp. Ita ait, Longè omnium præstantissimum officium, quod charitatis plenissimum est, in quo nos maximè exercere convenit illud est, ut injurias, quas accepimus, æquo animo remittamus, atque condonemus.

Quæ merces reposita est ei, qui injuriam remittit? Resp. Remissio suorum peccatorum.

Quis finis reconciliationis? Resp. Vt pacem habeamus cum omnibus.

Christiani debentne patienter ferre omnia incommoda, & adversantia? Resp. Debent.

Est actus perfectionis æquo animo ferre injurias. Resp. Ita docuit Christus dicens. *Si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram: et qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei, & pallium: & quicunque te angariaverit mille passus, vade cum illo & alia duo.*

Pari æquo animo injurias ferre actus charitatis? Respond. Est actus perfectæ charitatis: ex hoc enim sequitur concordia, pax, patientia, æquanimitas, & tolluntur odia, inimicitiæ, vindictæ, & alia multa, quæ charitati contraria sunt.

De motivis ad injurias perferendas, & remittendas. Num. 3.

QVibus motivis fideles possunt induci ad injurias perferendas, & remittendas? Resp. Ait Catec. multis, & præcipuè sequentibus.

Primò, Qui patitur iniuriam vel offensam, debet sibi persuadere sicut fecit Iob, quod omnia, quæcunque adversa in hac vita patimur; à Deo, qui iustitiæ, & misericordiæ fons est, proficiscantur; & qui nos, non ut inimicos, sed ut filios corrigit, & castigat.

2. Confert cogitare, quod homines vel creaturæ, quæ nos offendunt nihil aliud omnino sunt, nisi ministri, & quasi satellites Dei, & quamquam homo potest malè aliquem odisse, pessimèque illi cupere, tamen, nisi permissu Dei, nocere nullo modo potest. Ideo homo debet sibi persuadere, sicut Ioseph, & David fecerunt, quod Deus non autem inimici, nobis pœnas inferat.

3. D. Chrysost. ait, prodesse, si consideretur, quod homo tantum lædatur à seipso. Et si enim potest esse, ut quis ab inimico, vel alia creatura aliquid molestum patiatur, tamen si bene consideret, pati molesta non est offensa, aliàs homo diceretur à molestia hyemis offensus; sed bene tunc dicitur offensus si animus odio, ita, invidia nefariè afficiatur; hoc autem ab homine tantùm pervenire perspicuum est.

4. Expedit considerare, quàm Deo gratissima sit remissio injuriarum, quod ex eo apparebit, quia Deo remittenti iniurias, promittit & ipse peccatorum veniam condonare.

5. Confert intueri, quanta dignitas, atque perfectio sit in remissione iniuriarum, quando per eam, ut dixit Christus quodammodo Dei similes efficimur, qui Solem suum facit *oriri super bonos, & malos, & pluit super iustos, & iniustos*, & demum est actus perfectissimæ charitatis.

6. Exemplum Christi est maximum motivum ad omne odium & inimicitiam dimittendam: ipse enim pro cru-

DOCTRINA CATECHISMI ROMANI

In octavum Decalogi Præceptum.

De necessitate explicandi octavum Præceptum.

Num. 4. QVænam est materia hujus tractationis? Respondeo. Octavum præceptum, à quo lingua hominis erga proximos regulatur.

quis est finis illius? Respondeo Dirigere Parochos ad congruam, & opportunam hujus præcepti explicationem.

Ibidem. Hæc explicatio est necessaria? Respondeo. Omnino, quia directio linguæ summè necessaria.

Ibidem. Quæ tanta necessitas? Ref. Primò, quia peccata linguæ latissimè patent: Secundo, quia ex illis mala innumerabilia, ut dicetur, proficiscuntur.

Ibidem. Hoc præceptum magnam confert hominibus utilitatem Resp. Ait Catech. Maximam, ideo fideles quantas possunt maximas gratias Deo agere debent.

Hæc tractatio in quot capita dividi debet? Potest dividi in sequentia.

Primum erit. De fama, & de usu linguæ.

2. De octavo præcepto.

3. De actibus vitiosis linguæ in proximum.

4. De actibus virtuosis linguæ erga proximum.

5. De motivis pro observantia octavi præcepti.

De fama, & de usu lingua erga proximos. Cap. I.

QVemodo de fama, & de usu linguæ erga proximos est dicendum? Ref. Quia circa hoc potissimum versatur octavum præceptum. *Nu.* 1. & 2.

Quid dicendum de fama? Resp. Explicandum nomen, Definitio, Quatuor causæ, Usus, Divisio, virtutes, & vitia ad illam pertinentes.

Hoc nomen *fama* unde derivatur? Ref. A fando, *id est*, loquendo; quia fama, in eo quod homines de aliquo sentiunt, & loquuntur, fama consistit. *Ibid.* & 3.

Gloria, & honor sunt idem quod fama? Ref. Pertinent ad illam, quia circa idem versantur. *Arg. ibid.*

Quid est fama? Ref. *Est divulgatio facta de aliquo*, vel sic. *Est existimatio vel opinio, quæ ab omnibus de aliquo habetur.* *Num.* 1. 2. 5. & 6.

Fama potest ne accipi in bonam, & in malam partem? Resp. Potest. Sæpe tamen fama accipitur pro bona hominum opinione, infamia verò pro mala. *Num.* 2.

Quid est honor? Ref. *Honor est testimonium excellentiæ quæ est in homine.* 2. 2. q. 1. 3. 2.

Quid est gloria? Ref. *Est clara cum laude notitia.*

Quænam est materia famæ honoris, & gloriæ? Resp. Omnia cogitata, dicta, & facta hominum, præcipuè quæ pertinent ad vitia, vel virtutes. *Ibid.* & 3. *Arg.* 1. 2. 3. & 6.

Quæ forma? Resp. Opinio, vel existimatio, vel loquutio, vel testimonium vel laus, vel notitia hominum de aliqua persona particulari. *Ibidem.*

Quomodo est hoc? Resp. homines considerantes actiones, verba, cogitationes, qualitates alicujus, concipiunt vel bonam, vel malam opinionem de illo, ex quo postea vel bene, vel malè loquuntur de eodem, vel honore, aut ignominia afficiunt, & in hoc vel fama, vel honor, vel gloria posita sunt.

Quod est efficiens, vel author horum? Resp. Deus, qui virtuti dedit quasi lucem, ac pulchritudinem, ut per eas homines ad ejus amorem, ac laudem allicerentur: Vitiis verò dedit tenebras, & turpitudinem, ut per eas homines vitia odio haberent, atque vituperarent. *Num.* 3.

DOCTRINA CATECHISMI ROMANI

In Sextum Decalogi Præceptum.

De necessitate tradendi Doctrinam sexti præcepti.

Num.1. EST necessarium tradere doctrinam de sexto præcepto? Resp. Est, sed tamen recta ratione opus est id præstare.

Quare est necessarium? Resp. Quia à multis contra hoc præceptum peccatur.

Ibidem. Quomodo potest fieri recta ratione? Resp. De hoc ita ait Catech. In hac re explicanda cautus admodum sit Parochus & prudens, & rectis verbis rem commemoret quæ moderationem potius desiderat, quàm orationis copiam: Verendum est enim ne dum is latè, atque copiosè nimis explicare studet, quibus modis homines ab hujus legis præscripto discedant, in illarum rerum sermonem forte incidat, unde excitandæ potius libidinis materia, quàm restringendæ illius ratio emanare solet.

In hoc præcepto Catec. omnem de concupiscentia tractationem complet: nec? Resp. Non, quia in duobus ultimis præceptis de illa multa dicenda erant.

Quid hoc loco tractandum est? Resp. Dicendum

Prol.9.10. Primò, De voluptate:

Secundò, De virtutibus, & vitiis circa voluptatem:

Tertiò, De sexto præcepto, & de observantia & inobservantia illius.

Quartò

Quartò, de his, quæ inducunt ad observantiam ejusdem præcepti.

De voluptate. Cap. 1.

QVid considerandum de voluptate? Resp. Tria. Definitio, Causæ, Usus illius. *Ex Pr. 9. Num. 2. & seq. art. 19. n.6. ibid.*

Quid est voluptas? Resp. est quædam animi vel corporis delectatio.

Bruta habent-ne voluptates? Resp. Habent veluti in cibo, & potu. *2.6.9.*

Quid est objectum voluptatis? Resp. Illud, quod potest in sensu, vel ratione efficere voluptatem, veluti objecta sensuum, item rationis aliquo modo voluptatis materia sunt.

Actio dicitur-ne materia voluptatis? Resp. Dicitur, quia in illa voluptas sæpè fundata est. *Ibid. nn.7.*

Usus alicujus rei est subjectum voluptatis? Resp. Est, ut patet in usu cibi, ac potus. *Ibid.N.6. Præc.9.n. 2.& 6. & 9. Ex ibid.n. 2.6.& Prz.6.n.6. 7.9.*

Quodnam est præcipua causa, & fundamentum voluptatis? Resp. Convenientia sive naturalis, sive accidentalis inter rem, & appetitum alicujus.

quomodo est hæc? Resp. Convenientia, & amica, grata, & jucunda sunt: contraria verò, & inimica, molestiæ, & tristitiæ causæ esse solent.

quis est finis voluptatis? Resp. Finis est incitare homines, & animalia. Primò, ad appetendas res, veluti ex jucunditate, quæ ex cibo, & potu percipitur: animalia incitantur ad appetendum cibum, & potum. Secundò ad utendum rebus, veluti animalia incitantur non solùm ad appetendum cibum, sed etiam ad utendum illo propter delectationem, quam habent in usu. Tertiò, Ad perficiendam operationem, illa enim operatio, quæ fit cum delectatione, perficitur per illam, quia delectatio perficit opus, quarto, Ad amorem conciliandum, veluti voluptas, quam mutuò habent maritus, & uxor, ordinatur ad causandam inter illos dilectionem: ita voluptas quæ percipitur ex usu beneficiorum Dei ordinatur ad impellendum hominem, ut diligat Deum. Idem in aliis multis erit.

quodnam est efficiens voluptatis? Resp. Deus per naturam duplici modo: Primò inter res ordinavit convenientiam, & conformitatem: veluti inter sensum, & sensibile, *Cat.pra.9. Num.6.*

intellectum & intelligibile, appetitum, & appetibile, & alia: Secundò, quia dedit homini, & animalibus cognitionem, & sensum iam dictæ conformitatis, ob fines qui modò dicti sunt.

Prat. 9. nu. 6. 9. 10. Quotuplex est voluptas? Resp. Duplex, Spiritualis, quæ ad animam spectat, & Carnalis, quæ ad corpus referri debet.

Pr 9. num. 9. & 10. Ibid. num. 22. Quæ sunt delectationes carnales? Respondeo. Aliæ dicuntur pertinere ad tactum, ut manducare, bibere & libertis operam dare. Aliæ ad alios sensus, ut sunt choreæ, ludus, venatio, pompæ, vanitas, conversatio, alia huiusmodi.

Prat. 9. nu. 10. Vsus harum voluptatum potest esse bonus, & malus? Resp. Ita est.

Ibidem. Quando usus erit bonus? Resp. Quando à lege Dei, & à recta ratione regulatur.

Quando erit malus? Resp. Cùm contra legem Dei qui voluptates admittit.

Ibidem. Quare modo tot homines contra legem Dei appetunt voluptatem? Resp. Quia post peccatum natura hominis est

Pr 9. nu. 6. depravata, ideo appetitus factus est deordinatus.

De virtutibus, & vitijs circa voluptatem. Cap. III.

Pr 9. 8. 10. IN quo consistit bonus usus voluptatis? Resp. In hoc ut homo iuxta præscriptum legis Dei, & rectæ, rationis admittat illam.

Hic nu. 12. & 13. Quænam virtutes moderantur usum voluptatis? Respondeo: Temperantia regulat dictum usum in omnibus voluptatibus; Castitas, sobrietas, abstinentia, innocuum & alia moderantur hominem circa voluptates particulares.

Num. 10. &c. Quænam vitia deordinant hominem circa voluptatem? Resp. Intemperantia est vitium generale circa illicitas voluptates, Luxuria, Crapula, Ebrietas, Vanitas, & alia deordinant hominem circa particulares voluptates.

Pr. 7. 6. nu. 10. & 11. Quænam est regula ad cognoscendas virtutes, & vitia circa usum voluptatis? Resp. Prima lex Dei, secunda recta hominis ratio: Cùm enim homo vel appetit, vel admittit, vel respuit voluptates, iuxta præscriptum legis

Dei, & rectæ rationi, veluti manducat, bibit, dat operam liberis, prout à Deo permissum est, tunc actus illi secundum virtutem esse dicentur: Si verò contra legem Dei, & rectam rationem fiant non virtuti, sed vitio adscribendum.

De sexto præcepto. Cap. III.

QVodnam est sextum Præceptum? Respond. *Non mœchaberis.*

Quare post præceptum de homicidio datum est? Resp. Ait Cat. Recto ordine factum est, ut post præceptum quo hominum vita à cæde tuetur, illud præceptum daretur, quo sanctum matrimonii vinculum adulterij scelere violari prohibetur. *Num. 1.*

quis est finis huius præcepti? R. Regulare hominem circa corporis, & animi voluptates. *Nu. 2. &c.*

quæ materia? R. Remota, sunt corpora, & animæ hominum, Minus remota sunt corpora, & animi in quibus voluptas reperitur: & in quibus exercendis homines supinius excessu amoris graviter peccant. Proxima sunt virtutes, & vitia quæ paulo ante dicta sunt. *Nu. 2. &c.*

Hoc præceptum dividitur in affirmativum, & negativum; Resp. Ita est. *Num. 2.*

quodnam est negativum? Resp. *Non mœchaberis.* *Ibidem.*

quod affirmativum? Resp. Hoc. Vt animi, corporisque castitatem colamus. *Ibidem.*

Explicatio præcepti negativi. Num. 2.

PRæceptum negativum quid prohibet? Respon. Expressè prohibet adulterium, ex consequenti autem sancti Ambrosius, & Augustinus aiunt, omnia inhonesta, & impudica prohiberi. *Num. 3.*

Omnes species luxuriæ hoc præcepto prohibitæ sunt? R. Omnes. *Ibidem.*

Omnes illicitæ voluptates, ut Crapula, Ebrietas, Cantus obsceni, Lectio librorum turpium, Tactus impudici, prohibitæ sunt? Resp. Omnes. *Num. 11.*

Possunt probari ita esse? Respon. Possunt tum authoritate Scripturæ, quæ frequenter omnes turpitudines libidinis detestatur: tum ratione, quia omnes impuræ, & illicitæ voluptates deturpant corpus, maculant animam, obscurant *Nu. 4. 5.*

intellectum, retrahunt à Deo effectum, totumque hominem ut filium prodigum, faciunt à Deo apostatare; post meretrices, & voluptates ire, & in porcis pascendis se occupare, ideo jure optimo sunt prohibitæ. *Num.5.*

Quare potissimum adulterium prohibitum est? Respond. Quia maximum scelus est, tum quia conjunctionem marti, & uxoris violat, tum quia sacramento matrimonii, injuriam facit, ut ex his quæ de matrimonio dicta sunt apparet. *Num.3.*

Quid est adulterium? Respond. Est legitimi thori injuria, sive thorus sit proprius, sive alienus. Cum enim quis uxoratus peccat cum alia muliere, facit injuriam proprio thoro: Cum solutus peccat cum uxorata, facit injuriam alieno thoro. Cum uxoratus peccat cum conjugata: tum proprio, tum alieno thoro injuriam facit.

Explicatio præcepti affirmativi. Num.3.

Num.4.6. Num.10. &c. QVid præcipitur in præcepto affirmativo? Resp. Temperantia, castitas animi, & corporis, Continentia, & sobrietas, carnis mortificatio, & alia, quæ regulant hominem ne nimium erga voluptates affectus sit.

Num.6. Fideles sunt adhortandi ut pudicitiam, & continentiam omni studio colant, mundentque se ab omni inquinamento carnis, & spiritus? Resp. ait Cat. Magna diligentia hoc est præstandum.

Num.4. Debent admoneri quod virtus castitatis non reperitur solùm in iis, qui virginitatem servant, sed etiam in his qui cælibem vitam etiam in matrimonio agunt, dum se à vetita libidine puros, & integros servant? Respon. Sunt admonendi.

De iis, quæ inducunt ad observantiam hujus præcepti. Cap. IV.

Num.7. QVid præcipuè Parochi circa hoc præceptum debent populos edocere? &c. Debent remedia explicare quibus homines docentur domitas habere libidines, & coercere voluntates, & in hac tractatione, ait Cat. debent diligentissimè versari.

Ibidem. Quæ sunt ista remedia, seu motiva? Resp. Ait Cat. Alia in cognitione, alia in actione posita sunt.

Quænam in cognitione versantur? Respond. Sequentia.

Primò, Considerate, quod luxuria, & notabilis intemperantia voluptatis, seu excessus amoris corporis sui, vel alieni, qui obstrua charitatem sit, hominem privat regno Dei, quod malorum omnium ultimum est. *Ibidem.*

Secundò Considerate, Quod fornicator, immundus & luxuriosus peccat in corpus suum, illudque injuriosè tractat, quia ejus violat sanctitatem: Et hoc faciunt, quæ de excellentia corporis humani antea dicta sunt. *Ibidem.*

Tertiò, Cogitate, quòd Luxuriosus magnam injuriam facit Christo, quia corpus suum quod est Christi, tollit Christo, & turpiter dat meretrici, voluptati, & turpitudini. *Ibidem.*

Quartò, Ita Spiritui sancto injuriam facit, quia ejicit dictum Spiritum sanctum à corpore suo, quod templum illius est. *Ibidem.*

Quintò, In adulterio fit injustitia, & injuria alteri conjugum, & in veteri Testamento adulteri lege à Deo data lapidibus obruebantur. *Num. 8.*

Sextò, In lege veteri maximæ pœnæ luxuriosis datæ sunt, ita ut interdum ob peccatum luxuriæ ab uno perpetratum universa civitas, ut de Sichimitis legimus, delicta sit: Idem de Sodomitis & aliis populis apparet. *Num.9.*

Septimò, Luxuriosi excitatem mentis quæ gravissima pœna est, incurrunt, ita ut ad omnia bona peragenda inutiles, & minimè apti reddi ti sint: veluti David post Adulterium ex mitissimo factus est crudelis homicida: Et Salomon ob amorem mulierum idololatra effectus sit. *Ibidem.*

Octavò, Corpus hominis adeo excellens ob luxuriam fit immundum, impurum, inhonestum, detrapatur, maculatur, contaminatur. *Num.7.*

Nonò, Dictum corpus divino cultui est destinatum: est autem summè indignum ut corpus ita dehonestatum, Deo qui est spiritus purissimus, debeat deservire. Dedecet enim mulcum, ut quis magno Regi, inquinatis & sordidis vestibus, deserviat. *Arg. ibid. & pt. 3.*

Decimò Cogitare utilitatem carnis, quæ cibus vermium est ex limo, & pulvere producta, ad quid ergo tanta solicitudo in voluptatibus illis præparandis?

Memoria mortis maximè docet voluptates fugiendas esse.

Cogitare quod corporis turpitudines in die judicij omnibus manifestæ cum dedecore sint.

Num.10. Tertiò decimò. Quis explicabit, quanta sit dementia pro ulissima, momentanea voluptate, æterna gloria, atque fælicitate se privare?

Ibidem. Quarto decimò. Quid dementius quàm momentanea voluptate se ad æternas pœnas destinare?

Arg.3.num. 7.&13. Quinto-decimò, Cogitare, quòd Sancti, Beata Virgo, & Christus has contempserit voluptates.

Ibidem. Sexto decimò, quòs non fugiat voluptates, purissimam B. Virginis, & Christi virginitatem contemplando.

Cat.art.4. Num.16. Quid dicam de memoria passionis Christi, qui non solùm voluptates contempsit, sed inexplicabiles labores, dolores, ignominias, & cruciatus subire voluit, unde meditatio passionis Christi ad coercendas voluptates valde deseruit.

Nu.10.11. 12.13. Remedia contra voluptates posita in actione præcipuè exteriori quænam sunt? ix. Hæc sunt in duplici differentia, quædam removent libidinis incitamenta: quædam adiuvantia castitatem proponunt.

quænam tollunt libidinis materiam? Respondeo. Sequentia.

Num.10. Primò. Quia Sodomitæ, & alij propter otium in nefarias libidines præcipites lapsi sunt, hoc est præcipuè fugiendum, & honesto labori assiduè incumbendum.

Ibidem. Secundò. Crapula, & ebrietas libidinis causa sunt, ideo Scriptura maximè hortatur, ut fideles, illas fugientes, jejunijs, vigilijs, & corporis afflictionibus maximè incumbat.

Ibidem. Tertiò, Animus ad libidinosè oculis maximè inflammari solet, ut pater de David, & de fœmibus, qui Susannam calumniatur: ideo oculos à vanitate avertere opus est, ixta illud Salvatoris. *Si oculus tuus scandalizat te, erue eum & projice abs te.*

Num.11. Quartò. Elegantiori ornatus, sive capillorum, sive faciei, sive vestimentorum occasionem libidini non parvam sæpè præbet. Ideo mulieres, & viri sunt monendi, & obiurgandi ne his vanitatibus detineantur.

Ibidem. Quintò, Obscœnus, turpisque sermo quasi quædam ignita fax hominum, & præcipuè adolescentium animos ad libidinem incendit, ideo maximè vitandus.

Sextò, Cantus delicatiores, & molliores hoc idem præstant, ideo dimittendi.

Septimò, Idem de saltationibus, & choreis, & comœdijs. *Ibidem.*

Octavò, Idem de libris obscœnis, & amatoriè scriptis. *Ibidem.*

Nonò, Simile est de imaginibus, quæ aliquam turpitudinis speciem præ se ferunt, ideo sacrum Concilium Tridentinum aliqua circa illas decrevit, quæ observare justum est. *Ibidem.* *Num.12.*

Quænam sunt, quæ adiuvant castitatem? Respondeo. Sequentia maximam vim habent ad vim libidinis opprimendam. *Ibidem.*

Primò, Frequens peccatorum confessio, per quam homo ad omni inquinamento carnis virtute sanguinis Christi mundatur, & ad coercendas voluptates corroboratur. *Ibidem.*

Secundò, Frequens & devotus Sanctissimæ Eucharistiæ usus, per quam Christus omnis castitatis, & puritatis fons in homine, & carne recipitur, unde ad coercendam castitatem, & sectandam temperantiam habilitatur. *Ibidem.*

Tertiò, Piæ ad Deum preces, ut continentiam nobis largiatur, dèque virtutem omnes tentationes superandi, optimum medium est ad hanc virtutem obtinendam.

Quartò, Eleemosynæ, preces dictas apud Deum magis efficaces reddunt. *Ibidem.*

Quintò, Admodum prodest ad virtutem temperantiæ, & castitatis obtinendam castigare corpus suum & in servitutem redigere, quod fit per ea quæ sequuntur. *Num.13.*

Sextò, Jejunia ab Ecclesia instituta, vel propria devotione suscepta libidinem compescunt. *Ibidem.*

Septimò, Vigiliæ ad idem deserviunt. *Ibidem.*

Octavò, Piæ peregrinationes idem faciunt. *Ibidem.*

Nonò Omnia quæ carnem affligunt: ut labor, asperitas vestium, perpessio frigoris, & caloris, & alia eatenus domant, & libidines coërcent. *Ibidem.*

Decimò, Mortificatio sensuum, & affectuum passionum cordis, oculorum sensuumque diligens custodia mirificè castitatem, temperantiam, & continentiam juvant. *Ibidem.*

His & alijs hujusmodi populi ad observantiam hujus præcepti sunt incitandi.

DOCTRINA CATECHISMI ROMANI

In septimum Præceptum.

De necessitate hujus tractationis.

QVOD NAM est subjectum hujus tractationis? Resp. Septimum.

Quis finis? Resp. Dirigere parochos, ut opportunam hujus præcepti explicationem populis tradant.

Num. 1. QUOMODO? Resp. Vera hujus præcepti explicatio ad finem dictum accommodata.

Vis, & ratio hujus præcepti deber-ne populis inculcari? Resp. Ait Catech. Vetus fuit mos in Ecclesia hoc faciendi.

Num. 1. CUR hoc fiebat? Resp. Quia tali Doctrina non solùm frequentia illorum temporum contra hoc præceptum peccata corrigebantsed etiam turbas, ac lites sedabant, aliasque malorum causas, quæ furto comoveri solent, extirpabant.

Ibidem. His temporibus dicta peccatorum incommoda, & calamitates apud hominens sunt? Resp. Sunt.

Nunc eodem remedio Doctrinæ opus est? Resp. Ita, ait Catechismus.

Quid præcipuè Parochi explicabunt? &c. Ait Cat. Parochi primum officium, & diligentiam suam conferent ad declarandum infinitum Dei amorem erga genus humanum, qui non solùm quinto, & sexto præcepto vitam, corpus, famam, & existimationem nostram tuetur, sed

etiam hoc septimo bona externa, ac facultates munit, atque defendit.

In quot capita dividitur hæc tractatio? Respondeo, In sequentia.

Primum, Est de facultatibus, & bonis temporalibus.
Secundum, De septimo præcepto.
Tertium, De furto.
Quartum, De rapina.
Quintum, De restitutione.
Sextum, De observantia præcepti negativi.
Septimum, De eleemosyna, & de observantia præcepti affirmativi.

De bonis temporalibus. Cap. 1.

Num. 1. CVr dicendum de bonis temporalibus? Resp. Quia Septimum præceptum datum est de illis.

Prac. 5. Num. 15. Quæ sunt ista bona? Ráf. Illa omnia quæ ad utilitatem corporis humani facta sunt, Cœlum, Sol, Luna, Stellæ, Aër, Aqua, Terra, Aurum, Argentum, herbæ, arbores, animalia, demùm omnia corpora ad utilitatem corporis humani destinata sunt.

Quid de illis considerandum? Respond. Primò finis, Secundò, possessio, seu dominium. Tertiò. Vsus, Quartò Virtutes, & vitia circa usum. Quintò, Providentia Dei circa illa.

Ista bona à quo facta sunt? Ref. A Deo.

Art. 1. Ibid. nu. 15 Deus eget-ne, vel utitur istis bonis? Resp: Non, Deus enim intra se ipsum ditissimus & beatissimus est, nullâque re extra seipsum eget.

Ibidem. Quid ergo ad horum productionem induxit Deum? Resp. Ait Catech. Deus nulla vi, aut necessitate coactus, sed sua sponte, & voluntate ob nullam aliam causam, ut rebus, quæ ab ipso effectæ sunt suam bonitatem impertiret, omnia creavit.

ubi infra. Quis est finis horum bonorum? Resp. Gloria Dei, & utilitas hominum.

Art. 1. n. 16 Quomodo gloria Dei? Respond. Quia Deus per dicta bona suam infinitam bonitatem ostendit, suam declarat paternam providentiam. Deinde per dicta bona homines qui illis utuntur, ad Dei laudes celebrandas merito impelluntur.

Prac.4. Quomodo adest utilitas hominum? Resp. Homines sive Sole, aere, arboribus, herbis, animalibus, & aliis nec vivere, nec bene se habere, nec esse possunt, cum illis autem & sunt, & vitam jucundam ducunt.

Pr.5.n.15. Ex prac.7. Omnia corpora à Deo in gratiam corporis humani facta sunt? Resp. Ita est.

Cen.c.1. Homo habet ne dominium bonorum temporalium? Resp. Habet aliquorum, ut animalium, agrorum, & similium, cæli verò, aeris non dominium sed usum habet.

A quo habet dominium? Respond. A Deo, qui in Gen. cap 1. Dixit hominis: Dominamini piscibus maris, &c. In septimo etiam præcepto hoc dominium concedit, atque confirmat: dum prohibet, ne quis rem alienam accipiat: illa enim dicitur res aliena, cujus dominium habet: Hoc igitur dominium à Deo est confirmatum.

Ex prac.8. Ibidem. Homo potest-ne uti rebus propriis? Resp. Potest.

Potest uti alienis? Resp. Absque consensu dominorum non potest, cum illo potest.

Prac.9.n. 4. & 10. Prac.7.9. & 19. Hic usus potest esse bonus & malus? Resp. Ita est, Alius enim vitiosus alius virtuosus est

Quænam virtutes circa usum reperiuntur? Resp. Multæ, veluti Gratitudo erga Deum horum bonorum datorem, Laus & gratiarum actio; Eleemosyna, Misericordia, benignitas, liberalitas, magnificentia, justitia, temperantia, paupertas voluntaria, contemptus horum bonorum ad gloriam Dei, & alia hujusmodi.

Ibidem. quæ vitia sunt circa hæc bona? Resp. Multa. Iniustitia, avaritia, prodigalitas, crapula, cluteras, vanitas, otiositas, pompæ, lites, furta, rapinæ, & alia hujusmodi.

His num.1 & 2. Num.1. Deus habet providentiam horum bonorum? Resp. Omnia subsunt divinæ providentiæ.

Deus circa possessionem, dominium, & usum horum bonorum dedit aliquam legem? Resp. Dedit septimum præceptum, de quo modo dicendum est.

De septimo præcepto. Cap. 11.

Num.2. QVid explicandum de septimo præcepto? Respond. Nomen, definitio, quatuor causæ, Divisio, & litteralis explicatio.

Cur dicitur septimum præceptum? Resp. quia septimum locum in Decalogo habet.

Quare talem locum habet? Resp. Prius præcepta de Deo, de magistratibus, de anima, de vita hominis, postea de facultatibus danda erant. *Ibidem. 12.qu.100. art.5. Hic per totum, nu.1 &c*

Quid est septimum præceptum? Resp. Est prima regula omnium actuum humanorum circa bona, quæ temporalia sunt, sive sint propria, sive aliena.

Quænam est materia hujus præcepti? Resp. Omnia bona temporalia, & illorum dominium, vel possessio, vel usus sunt materia remota; minus remota sunt omnes actus hominum circa bona dictæ proxima sunt virtutes & vitia in eisdem. *Ibidem.*

Quis finis? Resp. Gloria, Dei utilitas hominum, ut dictum est. *Ibidem.*

quis effectus? Resp. Dirigere hominem, ut circa temporalia bona rectè se gerat. *Num.13.*

In quot partes divisum est hoc præceptum? Resp. Dividitur in affirmativum & negativum. *Ibidem.*

Quod est negativum? Resp. *Non furtum facies.* *Ibidem.*

Quod affirmativum? Resp. Ait Cat. Hoc *Estote benigni ac liberales.* *Ibid. &c.*

Quid præcipit affirmativum? Resp. Omnes actus virtutum circa facultates, & bona temporalia.

Qui sunt isti actus virtutum? Resp. Sequentes sunt principales.

Primus, Est gratitudinis, laudis, & gratiarum actionis, erga Deum talium bonorum datorem. *Pra. 9.n.1. & 7.*

Secundus, Dilectio horum bonorum moderata & juxta ordinem charitatis regulata, *id est*, ut non diligantur plus quàm oporteat, neque minus quàm opus sit. *Pra.4.n.5. Hic n.18.*

Tertius, Bonus & moderatus usus illorum tam respectu sui, & propinquorum quàm omnium hominum, & proximorum, & pertinet ad liberalitatem. *&c. Prac.9.n. 21.*

Quartus, Est patientiæ, *id est*, pati virtuosè defectus facultatum, si qui sint. *Hic n.18*

quintus, Est fortitudinis, nempe ut quis laboret, & operetur manibus, ut obtineat facultates ad victum suum propinquorum, & proximorum necessarias. *Num.16. &c.*

Sextus, Est misericordiæ in pauperes, eleemosynis illorum miseriam subleuando.

Pr.9.per. totum ib. & Hic n. 16.&c. Septimus: est temperantiæ, ut temperatè utantur dictis bonis.

Octauus: Est paupertatis, nempe, ut renunciet propter Deum iis, quæ dicta sunt & illa omnia contemnat, quò liber u , & vehementius Deum diligere possit: Hæcque omnia ad imitationem Christi facere majoris virtutis erit. *Nu.2.&c.*

Quid prohibet negatiuum? Resp. Omnes actus vitiorum circa bona, quæ dicta sunt.

Quid sunt isti actus? Resp. Omnes ad quatuor capita reduci possunt.

P.4.num.5 Hic & Pr. 9.per totũ. Primum est excessus amoris, nempe cùm quis nimis diligit hæc bona, & hic excessus appellatur avaritia, cupiditas, intemperantia, amor inordinatus: Hunc sequuntur plurima mala, anxietates, timores, inquietudines, sollicitudines, lites, contentiones, rixæ, invidiæ, odia, homicidia, furta, rapinæ, aliáque multa. *Ex præc.4. Num.5.*

Hic nu.18 &c. Secundum est defectus amoris: nempe cùm quis non diligit facultates, quantum diligere debet, & hoc tam respectu proximorum, quam sui, veluti cùm quis potest impedire damnum iniustum in aliena facultate & non facit: Ita cùm quis habens familiam non curat obtinere necessarias facultates ad illius sustentationem, vel facultates quas habent prodigaliter consumit: Iste defectus consistit in otio, prodigalitate, crapula, ebrietate, pompa, vanitate, & huiusmodi.

Num.3. Tertium est injusta offensa, hæc fit duobus potissimùm modis, nempe furto, & rapina, contingitque in emptione, venditione, & aliis, ut dicetur. *Num.8. & nu.15.*

Quartum: Est defectus iustæ satisfactionis, seu restitutionis, nempe cùm quis rem accepit, vel habet alienam, & non curat restituere illam, ut infra dicetur.

Initio Decal.nu.12. q.10.art.5. Quomodo probari potest, quod dicta præcepta hæc præcipiant, vel prohibeant? Respondeo. Sic. Lex Decalogi ex Catechismo, Divo Augustino & D. Ambrosio est summa omnium legum: secundùm D. Thomam præcipit omnes actus virtutum, & prohibet omnia vitia: Cùm ergo clarum sit, quòd dicti actus sint vel virtuosi, vel vitiosi, omnino in Decalogo debent præcipi, & prohiberi, at in nullo alio præcepto fit, rectè autem in hoc fiet, igitur res se habebit, ut dictum est.

De furto. Cap. III.

QVid considerandum de furto? Respondeo, Nomen, Deffinitio, Quatuor causæ, divisio, Damna illius.

Quid significat furtum? ℟. Quasi *Fert, seu Aufert tuum*, sic dictum quia tollit alienum. *Num.3.*

Quomodo deffinitur? ℟. Sic *Furtum est occulta contrectatio rei alienæ invito domino.*

Estne bona deffinitio? Resp. est, quia explicat materiam & formam furti. *Ibidem.*

Quænam est materia? Respondeo. Res aliena, per rem autem alienam debent intelligi tum ipsæ res, tum dominium, seu possessio, seu ius, seu fructus illarum: Per alienum intelligitur omne illud, quod non est suum, sed alterius.

Quænam est forma? Respondeo. Hæc explicatur tribus verbis: primum est contrectatio, quæ significat omnem iniustam usurpationem, sive damnificando, ut comburendo, sive accipiendo, ut auferendo, sive utendo, ut alienum equum equitando, sive retinendo, ut si non restituatur, quod debitum est: Secundum est, occulta, ut distinguatur à rapina, quæ palam rem usurpat alienam: Tertium est, invito domino, quia de consensu domini quis potest uti aliena re. *Ibidem.*

Quis est efficiens furti? Respondeo. Primò fur, *id est* ille qui aufert. Secundò omnes cooperatores, de quibus infra dicetur. *Num.15.*

Quis finis furti? Resp. Fures possunt habere varios fines ut luxuriam, crapulam, ludum, pompam, & alia huiusmodi.

Quis effectus furti? ℟. Duo præcipuæ consequuntur furtum, nempe peccatum, & obligatio restituendi. *Num.21. 22.24.&c.*

Quomodo dividitur furtum? Respond. Primò sic. Furtum aliud est reale, & est contrectatio iam dicta, & hoc sequitur peccatum & obligatio restituendi: Aliud est mentale, & est non realis contrectatio, seu desiderium contrectandi rem alienam, hoc sequitur peccatum, sed non obligatio restituendi. Et hæc divisio est ex parte efficientis, *id est*, furantis. Alia est divisio ex parte materiæ; Furtum enim dicitur cùm privatum aliquid aufertur priva- *Num.8. Num.6.*

to. Dicitur Peculatus, si publico quid surripiatur, quod si homo liber, vel servus alienus in servitutem adducatur Plagium vocatur. Si verò res sacra eripitur, nominatur sacrilegium, quod facinus maximum, ac nefarium, & scelestum est, cum res ad pios usus dicatas, in privatas cupiditates perniciosásque libidines convertuntur.

Num. 20. & 7. Furtum est ne peccatum? Resp. Grave, & valde perniciosum.

Num. 7. Vnde potest hoc cognosci? Resp. Primò, ex ipso furto: Secundò, ex iis quæ illud consequuntur.

Ibidem. Quomodo ex furto? Resp. quia furtum ex sui natura est: iustitiæ contrarium, quæ suum unicuique reddit.

Ibidem. Quænam mala furtum consequuntur? Resp. Tria potissimum, primum contra humanam omnium hominum societatem, secundum contra proximos particulares, tertium contra seipsum.

Ibidem. Quomodo furtum lædit humanam societatem? Respondeo. Ait Catechismus, bonorum distributiones, iam inde ab initio iure gentium constitutas, divinis etiam & humanis legibus confirmatas, tutas esse oportet, ut unusquisque, nisi humanam societatem tollere velimus, ea teneat, quæ ei iure obtigerunt. Hoc autem per furtum in humana societate permissum non est.

Ibidem. Quæ incommoda ex furto sequuntur in proximis? Resp. Ait Catechismus, Illi quibus occultæ res ablatæ sunt, multa faciunt iudicia temeraria, cogitantes quod ille, vel ille abstulerit, ex quo erumpunt odia, suscitantur inimicitiæ, existunt interdum acerbissimæ innocentium hominum damnationes.

Ibidem. Quæ mala sequuntur respectu sui? Respondeo. Primò: homo per furtum se reddit reum æternæ damnationis: Secundò in ipso manet obligatio restituendi ablatam rem: Hæc autem restitutio, quàm difficilis sit, experientia docet: Ideo Abacuc ait, *Væ ei qui multiplicat non sua usquequo aggravat contra se densum lutum*: Lutum, ait Catechismus, appellat densum, rerum alienarum possessionem, unde emergere, & expedire se homines difficilè possunt.

De præcipuis furtorum generibus. Num. 1.

Num. 8. QVæ sunt præcipua furtorum genera? Resp. Catechismus enumeras sequentia.

Ibidem. Primò fures, ait sunt qui furto sublatas res emunt.

Secundò: qui res occuparas, aut ademptas contra ius retinent.

Num. 9. Tertiò qui res aliquo modo inventas non restituunt, iuxta illud S. Augusti. *Si invenisti & non reddidisti, rapuisti.* Quod si rerum dominus nulla ratione inveniri potest, illa bona sunt in usus pauperum conferenda.

Num. 9. Quartò, qui in emendis, & vendendis rebus dolos, & fraudes adhibent.

Ibidem. Quintò, qui fallaces, & corruptas merces vendunt pro veris, & integris.

Ibidem. Sextò, qui pondere, mensura, numero, & regula decipiunt emptores & venditores.

Ibidem. Septimò, operarii? & artifices, qui totam, & integram mercedem exigunt, cum ipsi iustam & debitam, operam non præstarint.

Ibidem. Octavò, servi facultates dominorum non fideliter tractantes, fures dicendi sunt.

Ibidem. Nonò, idem de rerum custodibus, qui infidi sunt. Isti, ait Catechismus, sunt detestabiliores quàm reliqui fures, qui clavibus excluduntur, quia ipsis nihil occlusum esse potest.

Ibidem. Decimò, qui fictis, simulatisque verbis, quive fallaci mendicitate pecuniam extorquent.

Ibidem. Vndecimò, qui ad privatum aliquod, vel publicum officium conducti nullam, vel parvam operam adhiberent, munus negligunt, mercede tamen, & præmio contenti.

Ibidem. Duodecimò, alii plurimi fures, & rerum alienarum usurpatores sunt appellandi.

De rapina. Cap. IV.

Num. 3. & 4. RApina prohibetur in septimo præcepto? Resp. Omnino quia furto gravius peccatum est, utrumque autem contra bona temporalia peccatum est.

Num. 3. Quare est gravius peccatum? Respondeo, quia in furto offenditur sola res. In rapina cum re, fama quoque offensa est.

Num. 3. Quomodo est hoc? Respon. Furto occulte auferitur res,

Rapina furripitur sciente domino, auferte autem res alicuius ipso sciente, & videante sine contemptu illius esse non potest.

Num.14. Cur Deus volens prohibere tum furtum, tam rapinam, minus peccatum, quod est furtum, expressit, & maius, quod est rapina, non explicavit? Resp. Ait Catechismus. Summa ratione id factum est, quia furtum latius patet, & ad plura pertinet, quàm rapinæ, quas tantummodo illi facere possunt, qui potentia, & viribus præstant. Sed ideo etiam factum est, ut sciatur quod si levius peccatum prohibitum est, multo magis graviora facinora prohiberi.

Rapina quomodo definiatur? & Sic: *Est aperta contrectatio rei alienæ invito domino.*

In quo distinguitur à furto? Resp. In hoc quod furtum occulte, rapina palam res auferat alienas, in reliquis eodem modo se habent, ut de furto dictum est.

Num.3. Quænam sunt genera, seu modi rapinarum? & Cat. enumerat sequentia.

Num.10. Primo qui debitam operarijs mercedem non persoluunt, sunt rapaces, & pessimi.

Num.10. Secundò. Qui Ecclesiæ Præsidibus, & Magistratibus debita vestigalia, tributa, decimas, & reliqua hujus generis non persoluunt, vel intervertunt, & ad se transferunt.

Num.11. Tertiò. Fœneratores sunt rapaces acerrimi, & acerbissimi, qui miseram plebem compilant, ac truncidant usuris: Est autem usura, ait Catechismus, quidquid æstimabile pecunia præter capitale acceptum est: Sic enim communiter definitur. *Usura est lucrum ex mutuo.* Hoc factum, ait Catechismus etiam apud gentes & gravissimum, & maxime odiosum est, ita ut fœnerari idem dicatur esse quod occidere. Fœneratores enim vel bis eandem rem vendunt, vel certè illud quod non est, vendunt. Cùm enim res quæ mutuo datur, sit usu consumptibilis, sit ut res ab usu separari non possit, suntque idem usus, & res, cum ergo fœnerator distinguat rem ab usu, quia hoc pro re, illud pro usu restitui vult, sequitur quod vel bis vendit rem, vel vendit usum rei distinctum à re, cùm tamen talis distinctio esse non possit.

Quartò

quartò. Iudices, qui venalia habent iudicia & pretio, muneribusque acceptis causas optimas pauperum erectant, contra illos iniustam sententiam ferentes. *Num.12.*

Quintò. Fraudatores creditorum, qui statuto tempore promissa non solvunt. Hoc ait delictum gravius esse, quod mercatores ob damnum illis inde sequutum, cum magno detrimento populorum cariùs vendant omnia. Ideo Propheta ait. *Maranabitur peccator, & non solvet.* *Num.12.*

Sextò. Divite qui pauperes debitores acerbius molestant, illa etiam pignora contra Dei iussum auferentes, quæ ad eorum corpus tuendum sunt necessaria, veluti lectus, ac vestimentum. *Num.13.*

Septimò: qui dant operam ut fruges, & omnia ad victum, & victui necessaria cariora fiant, veluti frumentum, vinum, & alia hujusmodi. *Num.14.*

His dictis modis, & aliis multis rapina committi potest.

De restitutione. Cap. V.

REstitutio ad quod præceptum reducitur? Resp. Ait Catechismus, Ad affirmativum, quia præcipit ut res sua unicuique tribuatur. Item ad negativum, quia prohibet rem alienam apud se retineri. *Num.14.*

Quid de restitutione considerandum? Respon. Nomen, Definitio, quatuor causæ, Radices & Circumstantiæ,

Quid significat restituere? Resp. In pristinum statum statuere.

Quid est restitutio? Ref. Rei prius debitæ compensatio. *Et num.8.*

Quænam in ea illius? Resp. Quatuor bona hominis, nempe bona animæ, bona corporis, bona famæ, & bona facultatum. Hæc enim cum sint vel offensa, vel iniuste retenta, vel aliquo modo alienata, restitutioni subiecta sunt. *arg. ibid. Arg. ibid.*

Quæ forma? Resp. Illa iusta compensatio, qua satisfit vel offensæ, vel indebitæ retentioni. *Ibidem.*

Quis finis? Ref. Iustitia, nempe, ut unicuique quod suum est tribuatur? Secundò ut inter homines unio, pax & charitas adsit: Tertiò, ut tollantur lites, inimicitiæ, iudicia temeraria, & alia mala, quæ retentionem rei alienæ consequi solent. *Num.1. 2.4.*

Quis est auctor restitutionis? Resp. Deus, qui de illa præceptum dedit. *Num.14.*

Num. 15. Quinam tenentur ad restitutionem? &. Primò, acceptores iniusti, ut fures, & rapaces: Secundò, acceptores iusti, veluti qui ab alio rem accipiunt, ut suo tempore reddant, vel pretium, vel rem: Tertiò, Cooperatores iniustæ acceptationis, ut furti, vel rapinæ: Quartò, possessores rerum alienarum; inscio, vel invito domino.

Ibidem. Quibus modis aliquis dicitur cooperator iniustæ acceptionis? Resp. Duobus, commissione adiuvando ipsam acceptionem, & omissione non impediendo illam.

Ibidem Quomodo quis adiuvat iniustam acceptionem? Ref. Ait Catech. Primò, Imperantes furtum vel rapinam, vel aliam iniustam offensam: Secundò, Suasores illius, seu dantes consilium: Tertiò, qui consentiunt furtis: Quartò, Participes furtorum: Sextò, Omnes furtorum adiutores custodes, patroni, quique illis receptaculum præbent, & domicilium.

Ibidem. Hi omnes tenentur ad restitutionem? Resp. Si iussione, suasione, consensu, approbatione, laude, auxilio vel receptione fuerunt causa furti, vel conditio sine qua furtum non fuisset factum, vel in toto, vel in parte, tunc ad restitutionem tenentur, quatenus furti causa, & occasio fuerunt.

Ibidem. Qui dicuntur cooperatores omissione? Resp. Primò, qui possunt furta non impedire: Secundò, qui cum & furtum factum, & ubi factum sit certò sciant, non incidant illud, sed dissimulant se illud scire.

Isti tenenturne ad restitutionem? &. Tunc tenentur, cùm habent officium custodiendi rem, ut sunt custodes, custodes agrorum, negotiorum gestores, & similes.

Quinam dicuntur possessores? Ref. Illi, qui penes se habent rem furto sublatam, & aliqui dicuntur possessores bonæ fidei, alii malæ fidei.

Quinam sunt bonæ fidei? Ref. Illi, qui habent rem alienam nescientes esse alienam.

Num. 15. Qui sunt malæ? &. Qui habent rem alienam scientes esse alienam.

Tenenturne dicti ad restitutionem? &. Possessor bonæ fidei statim ac cognoscit rem esse alienam, tenetur restituere rem si habet, si non habet illud in quo factus est dior ab illa re; Possessor malæ fidei, si habet rem tenetur restituere illam, si non habet, æquivalentem, & damna, quæ domino ob suam retentionem sequuta sunt.

quænam sunt causa, seu radices omnis restitutionis? Ref. Duæ, una acceptio, alia, Res, *id est*, omnis, qui tenetur ad restitutionem, omnino tenetur ex una harum causarum, nempe vel quis accepit rem, vel quia habet rem seu est possessor rei, modo jam dicto.

Filii familias & uxores qui pecunias à patribus, & viris surripiunt, tenenturne ad restitutionem? Ref. Ait Catec. *Ibidem.* tenentur.

Qui tenentur restituere si non restituunt, possunt *Num.* 8. salvari? Ref. Catech. cum S. Augustino, Non remittitur peccatum nisi restituatur male ablatum; Si tamen quis veré, & realiter esset impotens ad restituendum, salvari posset.

De eleemosyna, & de observantia præcepti affirmativi. Cap. VI.

QVid debet facere homo, ut observet septimum præceptum affirmativum? Ref. Sequentia.

Primò, A Deo omnia sua bona accepta habere debet, *Num.* 2. illi que debitas agere gratias.

Secundò, Qui bona non habent studere debent, ut licitis modis acquirant victui opportuna juxta illud, *in sudore vultus tui vesceris pane tuo*, erit autem virtus si id fa- *Gen.* 3. 2. ciant, ne contra præceptum Dei cogantur furtivè alienas *Hieron.* 18 accipere res, unde operarii, artifices, mercatores, & alii cum virtute possunt operari.

Tertiò, Qui habent bona, possunt illa possidere, curam *Num.* 1. & illorum habere, & erit virtus, si tale dominum à Deo re- 2. cognoscant, & curam habeant illa ordinate ad finem, ad quem Deus, ut dictum est, ordinavit: Vnde & Patres familias possunt multum mereri.

Quartò, Aliena sunt restituenda. *Num.* 8.

Quintò, Bonis propriis virtuosè, moderatè, temperanter, discretè utendum est, pro sua suorumque sustentatione. *Num.* 19.

Sextò, Eleemosyna pauperibus tribuenda. *Num.* 16.

Septimò, Damna quæ immineut bonis aliorum, sunt impedienda. *Num.* 15.

Prae 10. Octavò, contemptus divitiarum, actus magnæ virtutis est.
Num. 20.

Ibidem. Nonò, patienter pati omnia adversa circa facultates suas, item defectus illarum, ob amorem Dei, res Deo gratissima est.

Ibidem. Decimò, Paupertas voluntaria præcipuè, quæ voto solemni à religiosis suscipitur, ut Deo liberiùs serviant, consilium Christi est, & in se continet perfectionem.

De Eleemosyna. Num. 1.

HOc præceptum quid iubet circa eleemosynam? Res. Ait Catech. Vt pauperum, & inopum misereamur, illorumque difficultates, & angustias nostris facultatibus & officiis subleuemus.

Num. 16. Parochi debentne sæpius de illa loqui? Res. ait Catec. De illa sæpissimè & copiosissimè tractandum est.

Num. 16. Parochus ad quem finem, suum de illa diriget sermonem? Resp. ait Catech. Vt instan mer fideles ad studium & alacritatem opitulandi iis, quibus aliena misericordia viuendum est.

Ibidem. Quid debent potissimum docere? Resp. Necessitatem, utilitatem, & modum.

Ibidem. Quid circa necessitatem? Res. Explicare præceptum datum à Deo de eleemosyna.

Ibidem. Vnde patet, quod Deus dederit hoc præceptum? Res. Ex eo, quod Christus dixit, se in die iudicii perpetuis ignibus addicturum, qui eleemosynæ officia prætermiserint: nemo enim æterna pœna damnatur, nisi qui in re graui aliquod præceptum transgressus sit.

Ibidem. Quinam præcipuè ad eleemosynam tenentur? Respon. qui superfluas habent facultates.

Quibus potissimum est facienda? Respond. Iis, qui in extrema necessitate sunt constituti.

Si quis habens superfluum non det eleemosynam constituto in extrema necessitate, peccabit ut mortaliter? Res. Ita est, ut supra dictum fuit.

Num. 16. Parochus quas utilitates eleemosynæ proponet? Resp. Præcipuè sequentes.

Num. 17. Prima, quod Christus eleemosynariis benedicet in die iudicii, & hæredes cæli constituet.

Secunda, In hac vita Christus promisit, *Quod dauti dabitur.* Item ait, *Accipiet centies tantum nunc in tempore hoc, & in futuro sæculo vitam æternam.* Item dixit, *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cùm defeceritis recipiant vos in æterna tabernacula.*

Quid docebit circa modum? Res. Proponet.

Primò, Vt illi, qui non possunt largiri, saltem mutuo dent juxta illud Christi, Mutuum date nihil inde sperantes: David *jucundus homo, qui miseretur & commodat.* Ibidem.

Secundò, qui divites sunt abundè possunt dare, qui non sunt divites hortandi sunt, ut manibus laborent, tum ut otium fugiant, tum ut pauperibus subveniant, & sic in tali labore magnum meritum poterunt habere, & Diuus Paulus ad hoc maximè hortatur tum verbo, tum exemplo. Num. 18.

Tertiò, Vt parcè vivant, abstineantque ab inutilibus, & superfluis impensis, ut pauperibus possint subuenire, sicut Beatus Paulus docet esse faciendum. Num. 19.

De Observantia præcepti negativi Cap. VII.

QVod studium debent Parochi adhibere, ut inducant populos ad observantiam præcepti negativi? Respon. Maximum. Num. 20.

Quomodo hoc præstabunt? Resp. Primò, debent dictum præceptum explicare: Secundò, Proponenda sunt motiva, quibus ad illius observantiam inducantur; Tertio, Excusationes furtorum sunt refellendæ. Ibidem.

Quænam motiva sunt proponenda? Resp. Sequentia proponi possunt. Nu. 1 & 2.

Primò, Quod bona temporalia à Deo creata sunt, & illius divinæ providentiæ subsunt.

Secundò, Quod distributiones, & assignationes bonorum, dominia, & possessiones illorum à jure gentium constitutæ, & à divinis, humanisque legibus confirmatæ sunt. Num. 7.

Tertiò, Quod non permittere, ut quisque quod suum est possideat, est humanam societatem de mundo tollere & omnia replere confusione, litibus, contentione atque perturbatione. Ibidem.

Quartò, Quod facultates hominum per septimum præceptum sub tutela atque custodia Dei repositæ sunt Num. 1.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ideo qui furto, aut rapina tollit, magnam iniuriam Deo facit.

Num.19. Quintò, Nemo vult bona sua ab aliis auferri, ideo nec ipse aliis debet auferre.

Num.16. Sextò, Si Christus in infernum non facientes eleemosynam detrudet, quid fures, & rapaces faciet.

Num.17. Ibidem. Prov.10. Septimò, In morte, vi, & necessitate propria relinquuntur, ut quid ergo surripere aliena? Octavò Qui volunt divites fieri incidunt in tentationem & laqueum diaboli.

Num.22. Nonò, Divitiæ à Christo comparantur spinis.

Decimò, Apostolus Avaritiam appellat idolorum servitutem.

Hier.21. Undecimò, Sæpe Deus facit ut hæredes furum & rapaces eum sint personæ infimæ, vel quæ illi summo odio fuerunt.

Ibid. aug. Ibidem. Duodecimò, Injustæ divitiæ diu subsistere non possunt.

Terdecimò, Facultates, quibus res furtivæ commixtæ sunt, aliquo modo in diaboli sunt potestate.

Num.22. Quartodecimò, Sapiens ait, *Super furem est confusio & pœnitentia.*

Quintodecimò, Altissima Christi paupertas debet Christianum à furto, & rapina removere.

Quænam à furibus excusationes afferuntur? Respond. Multæ, quæ ait Catech. à Parochis sunt confutandæ.

Num.10. Quæ sunt? Resp. Sequentes.

Primò, Quidam excusant furta, quia sine illis amplitudo, dignitas, & existimatio familiæ & majorum suorum, dicunt, non posset conservari: Quibus opponendum, Nullam facultatem esse justitia licere. Magnam gloriam esse Deo obedire: Divites, & potentes justo Dei judicio ob sua, vel majorum rapinas in paupertatem & miseriam deduci? Sæpe ob furta majorum hæredes pauperes & infimos factos esse: Incredibile est quantopere his succenseat Deus ait Catech. ex Isaia Propheta.

Num.22. Secundò, Alij excusant furta, quia non splendoris, & gloriæ, sed victus & commodioris vitæ causa fieri dicunt. Quibus dicendum: Quod nulla commoditas Dei voluntati est anteponenda. Quod furtum omnino plura sequuntur incommoda, quàm commoda: Quod nimis

amara est illa commoditas, quæ Deo odiosa est? & quàm necesse est sequi confusionem, & pœnitentiam: Quod commoditas esse non potest, ubi est injustitia, indignitas, turpitudo, ignominia, atque peccatum.

Num.23. Tertiò. Nonnulli excusant furta, quia divitibus, & locupletibus, qui nihil damni sentiant, surripiunt: Quibus dicendum, Deum hisce furtis gravissimè offendi.

Quartò, Alij dicunt ex occasione fures factos fuisse.

Num.24. Quibus opponendum: Turpissimam esse defensionem, si quis dicat illum excusari à peccato, qui peccat ex occasione: Cùm enim mundus dictis occasionibus plenus sit, nullum peccatum excusatione carebit: Occasiones igitur peccati sunt evitandæ.

Num.24. Quintò, Aliqui se excusant dicentes, se furari res alienas, quia & alij furati sunt res suas, quibus dicendum, Nemini licere injurias persequi, & nullam esse justum judicem in causa sua; Et non licere, ut quis sumat pœnam ab innocente de peccato, quod ab alio commissum est.

Num 25. Sextò. Denique nonnulli dicunt, se furta facere, ut creditoribus satisfaciant, debitaque sua persolvant: quibus dicendum: Homines maximè esse: debitores erga Deum, juxta illud, *Dimitte nobis debita nostra.* Est autem insanissimi hominis, ut velit augere debita erga Deum, ut minuat æs alienum erga homines: Multo præstat conjici in carcerem, quàm in infernum detrudi. Et gravius est condemnari à Deo, quàm ab hominibus? Et non licere ut injustè res auferantur ab uno, quæ dentur alteri. Hæc de septimo præcepto.

cifixoribus sic Patrem rogavit, *Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt.*

7. Odium maxima damna, & molestias infert cordi, cui insidet; cor enim ab ipso occupatum, sanguinis, & vindictæ sitibundum dies noctesque in continua, molesta mentis agitatione versatur: semper cædes, injurias offensas machinatur, ideo odium vulneri comparatur, cui telum infixum hæret.

7. Plurima peccata, & incommoda ex odio proficiscuntur, illique tanquam vinculo quodam conjuncta sunt, & præcipuè illud comitantur, ambulare in tenebris, seu cæcitas mentis ut nesciat quò vadat, ut ait D. Ioannes, ideo necesse erit, ut sæpiùs labatur in deteriora, veluti condemnare omnia facta, & dicta inimici: temeraria, & iniqua iudicia facere: Omnia in deteriorem partem suspicari: Affici ira & invidia: Murmurare, maledicere, obtrectari: Ideo odium à Christo diabolicum peccatum est appellatum.

9. Qui cogitat, quàm excellens opus Dei sit homo, necnon anima, & corpus illius, facilè perspiciet non odio, sed amore esse prosequendum.

10. Qui considerat quanta fiat Deo injuria si ejus præcipuum opus despiciatur, facillimè ab odio se abstinebit.

11. Qui meditatur, quàm graves offensas, & injurias passus est Christus & qua patientia atque mansuetudine, concludet omnia adversa à Christiano æquo animo tolerari debere.

12. Confert memoria mortis atque iudicij, in quibus omnis homo, quàm maximè cupit misericordiam à Deo impetrare. Cum autem certum sit, quod ad illam obtinendam nullum aptius, majúsve remedium inveniatur, quàm oblivio injuriarum, & amor in eos, qui nos, verbo, aut facto offenderint, ex tali consideratione mortis, homo ad omne odium deponendum inducetur.

De observantia, & inobservantia quinti præcepti. Cap. VIII.

QVæ utilitates sequuntur ex observantia hujus præcepti? Resp. Innumeræ, si enim observaretur in familia, domo, civitate, regno, demum in toto mundo, omnia

essent pacifica, homines inter se essent concordes, unanimes, amici, non essent inimicitiæ, iræ, rixæ, contentiones, vindictæ, odia, homicidia offensæ, injuriæ, iudicia temeraria, scandala, mala consilia, prava exempla, demum nullus offenderet animam, vel corpus alterius, sed neque suam, vita cujusque esse tuta. Sed quod maius est, non solum ab hominibus removerentur offensæ, & mala, sed etiam omnibus bonis per observantiam hujus præcepti in mundo abundarent; miseris ut nudis, famelicis, infirmis, ignorantibus, errantibus, subveniretur. Vnus homo ab omnibus iuvaretur, defenderetur, custoditetur: Omnia bona aliquo modo essent communia: Senes consilium, iuvenes auxilium præberent: Demum per observantiam hujus præcepti omnia mala animæ, & corporis de mundo tollerentur, omnia bona introducerentur: quod est quandam toti mundo communicare fælicitatem. Quid hac re utilius poterit cogitari?

Quæ damna sequuntur ex inobservantia hujus præcepti? Resp. Inexplicabilia, nempè summa miseria & infælicitas. Transgressiones enim hujus præcepti afferunt omnia mala animæ & corporis, vitam quoque ipsam eripiunt, mortem præbent, non liberant à miseriis, sed miseros faciunt, occidunt percutiunt, vulnerant, injuria afficiunt: inimicitias exercent odio prosequuntur: Demum quid mali potest cogitari quod ab omnibus superbis, injustis, facinorosis in alios non perpetretur?

Deus maximè curat, ut hoc præceptum observetur? Resp. Ita est.

Qua ratione? Resp. Per iudices. Magistratus, ac Principes, ad quos spectat homines facinorosos ab offensis prohibere, & cùm offenderint, illos debita afficere pœna.

Quare Deus hoc facit? Res. Quia vult homines quietam & fælicem ducere vitam.

Parochi debent ista explicare? Resp. Aliquo modo necessarium est.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Quis finis famæ ? Resp. Gloria Dei, & utilitas hominum.

Quomodo gloria Dei ? Ref. Dat gloriam Deo, quod ab honoratis, & bonæ famæ viris illi seruitur.

Quare utilitas hominum ? Ref. Maximè Prodest hominibus bona fama, & existimatio.

Ad quid prodest ? Ref. Primò reddit hominem idoneum ad officia humana, veluti, Prælatus, Princeps, Magistratus, Doctor, Confessor, Concionator, Medicus, Paterfamilias, & alij maximè adiuvantur bona fama ob sua munera rectè obeunda : Secundò, Inter homines amorem conciliat ; de facili enim illos diligimus, quibus bene opinamur : Tertiò stimulus honoris famæ, & gloriæ incitat hominem ad virtutes : Quartò, Stimulus ignominiæ retrahit illum à peccatis : Quintò, per famam efficitur, ut actus virtuosi aliis ædificationi, atque bono exemplo sint : Sextò, Detestatio vitiorum, quæ fit per infamiam, & ignominiam reddit homines cautos ut in scipsis fugiant, quod in alijs reprehendunt.

Num. 1. Fama inter bona hominis numeratur ? Ref. Numeratur, & post bona corporis collocatur.

Num. 8. Sef. c. 1. 11. & 16. Homo potest-ne diligere famam suam, & proximorum ? Resp. Ex præcepto Dei id facere tenetur.

In tali amore potest-ne meteri ? Ref. Si diligat, ut Deo, obediat, & ordinem charitatis in hac dilectione observet, cum merito esse potest.

Pet. 4. n. 5. Hic. n. 20. Ad quot capita possunt reduci actus virtutum circa famam ? a resp. Ad Duo, Charitatis, & justitiæ.

Ad quot capita possunt reduci omnes actus vitiorum circa illam ? Ref. Ad quatuor, nempe. 1. Ad excessum amoris ; 2. Ad defectum amoris ; 3. Ad injustam offensam ; 4. Ad defectum justæ satisfactionis, ut supra dictum est.

Quid est usus famæ ? Ref. Est applicatio illius ad finem, ad quem Deus illam ordinavit.

Potest esse bonus, & malus ? Resp. potest.

Quis est bonus usus ? Resp. Est ille, qui à virtute applicatur ad debitum finem, nempe ad gloriam Dei, & ad virtuosam sui, & proximorum utilitatem.

Quis malus usus ? Ref., qui iam dicto bono cõtrarius est.

Quænam virtutes regulãe bonum usum famæ ? Ref. Tres Theologicæ, & quatuor Cardinales.

Quomodo Theologicæ ? Ref. Demonstrant omnem bonam famam ad Dei gloriam referendam : Charitas, verò in particulari dirigit, ne plus æquo, néve minus iusto famam diligamus.

Quomodo Cardinales ? Ref. iustitia docet, nullius famam esse lædendam, quòd si læsa fuit, lesionis satisfaciendum : Unicuique debitum honorem tribuendum. De nullo temerè iudicandum. Temperantia docet, superbiam, vanámque gloriam esse vitandam : De se humiliter sentiendum : Ab excessu amoris famæ abstinendum. Fortitudo dirigit ad fortiter injurias, calumnias que perferendas, illasque amore Dei remittendas, Prudentia docet, quomodo, & qua ratione famæ, & existimationi suæ & proximorum sit consulendum.

Lingua deservit-ne ad famam ? Resp. Est quasi artifex illius.

Quomodo est hoc ? Resp. Ex eo, quod homines benè, vel, malè loquantur de aliquo, sequitur bona, vel mala fama illius.

A quo dirigitur lingua ad bene loquendum ? Resp. Primò à præcepto Dei : Secundò à virtutibus, quæ dictæ sunt.

De octavo præcepto. Cap. II.

QVid de hoc præcepto considerandum ? Ref. Nomen, Definitio, Causæ, divisio, Necessitas, utilitas.

Cur dicitur octauum ? Ref. Quia octavo loco positum est.

Cur ibi positum ? Resp. Ob rationi superius dictam nempe : Primò, quia prius de bonis animæ, & corporis, *12. qu. 100 art. 5.* postea de bonis famæ tradenda præcepta erant. Secundò quia prius de operibus, postea de verbis in ordine ad proximos præcipiendum erat.

Quomodo potest definiri octauum præceptum ? Ref. Sic *Est prima regula omnium verborum, & locutionum respectu sui, & proximorum.* *Ex un. 1. &c.*

Quænam est materia octavi præcepti ? Respondeo. Remota sunt homo ipse, & proximi illius : Minus remota sunt fama, honor, & gloria illorum : Minus adhuc remota sunt actus, seu verba, seu loquutiones linguæ de ipso- *Ibidem.*

& de proximis? Proxima sunt virtutes & vitia circa illa.

Num.4. Quinam dicuntur proximi? Resp. ait Catec. Primo homo ipsiusmet aliquo modo proximus esse dici potest: Secundò. Omnes qui egent opera nostra, quicunque illi sint proximi nostri sunt appellandi. Et omnes homines viatores, & existentes, in purgatorio tales sunt.

quis finis? Resp. Gloria Dei & utilitas hominum, ut dictum est.

Nu.1.3.4. & 6. quis est finis hujus præcepti? Resp. Regulare linguam & verba, & locutionem, & usum illius in ordine ad seipsum, & ad proximos suos.

In quot partes dividunt? Resp. In affirmativum, qua præcipiuntur virtutes, & in negativum, qua vitia prohibita sunt.

Num.2. quodnam est præceptum negativum? Resp. Hoc, *non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium.*

Ibidem. quis est sensus hujus præcepti? Ref. Talis. Ne malè vitiose loquaris contra te, & proximum tuum.

N.2.3 & 6. quod est affirmativum? Resp. Ex Apostolo est hoc: *Veritatem facite in charitate*, id est, Deposita omni simulatione, atque fallacia, dicta & facta vestra simplici veritate perdita sint; quod est dicere, Benè, & verè, & virtuosè loquimur cum proximis vestris.

De testimonio erga seipsum, & proximum.
Num. 2.

Num.16. QVid de testimonio considerandum? Resp. Nomen, Definitio, Cautæ, Divisio, Necessitas, Usus.

quid significat testimonium? Ref. Idem, quod testium munus, seu officium.

Ibidem. quid est testimonium dare? Resp. Est facere fidem de veritate, vel falsitate alicujus rei.

Nu.3. & 16 quæ materia? Resp. Cogitationes, verba, dicta, facta, affirmationes, negationes, promissiones, res, & alia ad homines pertinentia sunt materia illius, quia de dictis

Num.3. quis potest testimonium perhibere.

quæ forma? Ref. Est constans, & firma locutio de veritate vel falsitate alicujus rei.

Nu.3. & 16 quis finis? Respondeo, Facere fidem de veritate, vel falsitate.

Quis introduxit illud? Resp. Lex naturæ ad hominum *Ibidem.* utilitatem, seu necessitatem.

quænam est necessitas? Resp. ait Catec. Innumerabiles res à nobis ignorari necesse est, nisi eas ex testium fide cognoscamus. *Num.16.*

quotuplex testimonium? Ref. Aliud est in judicio, aliud extra judicium.

Octavum præceptum quodnam horum prohibet? Resp. *Num.3.* Utrumque, sed præcipuè illud quod in judicio cum juramento proferri solet. *Ibidem.*

Cur magis hoc? Resp. Quia hoc habet plurimum fidei, & ponderis, ita ut ne judices quidem sine causa possint illud rejicere, ideo plurimum nocumenti afferre potest. *Ibidem.*

Hoc præceptum prohibet tantum falsum testimonium, cum est contra proximum, an etiam cum est contra seipsum? Respondeo. Etiam cum est contra seipsum. *Num.4.*

Nonne dicitur, quod homo est dominus suæ famæ, & hoc præceptum sit contra proximum? Resp. Homo tenetur *Ibidem.* diligere seipsum, & bona fama est illi necessaria ad bene vivendum & est membrum Ecclesiæ, ideo non potest falso testimonio ledere famam suam.

Falsum testimonium quando non est contra seipsum, ant proximum, sed potius illius utilitatem, & commodum affert, prohibitum erit? Resp. Absque dubio prohibitum *Num.5* est.

quæ mala sequuntur ex falso testimonio in judicio pro- *Num.6.* lato? Resp. Si est contra proximum, vel seipsum nocet illius. Si favet uni, nocebit alteri: Judici affertur causa errandi in judicando: Nonnunquam fit, ut qui tali falso testimonio causam vicit, fiat insolens ex tali victoria, unde maiora committat delicta, sperans per falsos testes omnia sua crimina posse celare? Ipse testis à teo pessimus agnoscitur, & ob hoc ad alia falsa testimonia, vel similia mala ab eodem, vel aliis requiritur.

Hoc præcepto prohibita sunt tantùm falsa testimonia? *Nu.1. & 2.* Ref. Prohibita sunt omnia mendacia, simulationes, fraudes, deceptiones, detractiones: Demum omnia verba, quæ malè prolata sunt.

De actibus vitiosis linguæ in proximum. Cap. III.

QVinam sunt actus linguæ in proximum vitiosi? resp. Alij sunt in iudicio, alij extra iudicium.

Num.2. qui extra iudicium? resp. Ait Cat. sequentia.

Primò, Omne mendacium quodcunque illud sit, item nimia loquacitas, verba quoque otiosa.

Num.2.3. &c. Secundò, Omnis simulatio, & fictio, quæ contra rectam rationem fiunt.

Nu.2. &c. Tertiò, Fallaciæ, & doli, & fraudes, & acceptiones verborum.

Nu.2. &c. Quartò, Maledictiones, & imprecationes malorum.

Nu.2. &c. Quintò, Detractiones, murmurationes, contumeliæ, convitia, imprioperia, injuriæ, & alia.

Num.8. Sextò, Assentatores, qui etiam de peccatis, & vitiis

Num.8. homines laudant.

Septimò, Amici, qui mortifero morbo laboranti negant

Num.11. esse periculum, cum sint, ita cognati, & propinqui.

Octavò, Libellorum famosorum auctores.

Num.12. Nonò, Mendacium iocosum, vel officiosum, item hypocrisis.

Num.13. Decimò, Supra omnia est grave peccatum, Obtrectatio, & impugnatio Catholicæ fidei item malè loqui de Doctoribus Ecclesiasticis, & magistros malarum doctrinarum,

Num.9. & errorum extollere laudibus.

Num.10. Undecimò, Qui seminant inter cives, & amicos discordias.

Num.10. Duodecimò, Qui audiunt dictas malas loquutiones,

nec impediunt eas si possint, atque debeant.

Num.12. Quænam mendacia sunt graviora? Resp. Illa quæ cum damno alterius sunt, sed maximè illa quibus de religione, vel in religionem mentitur.

Nu.7. &c. Quinam possunt in iudicio lingua peccare? resp. Ait Catech. Primò Accusatores, & rei in criminalibus: Secundò peritores, & actores, & debitores in civilibus: Tertiò, Testes.

Num.14. Quartò Advocati, Patroni, Procuratores, Notarij.

Quintò, Iudices; & Magistratus.

Quæ sunt prohibita iudicibus? Resp. Ne contra iustitiam; & leges iudicia exerceant, sententiámve ferant,

Ne incognita re, & causa iudicent: Ne condemnent innocentes, & absolvant nocentes: Ne pretio, aut gratia, ne odio, aut amore moveantur. Ne apud illos sit acceptio personarum, sed ita patiuntur, ut magnum audiant.

Quid de reis dicendum? Resp. Volt eos Deus verum confiteri, cum ex iudicij formula interrogatur, mendacium enim tunc illis prohibitum est. *Num.15.*

Quid de testibus? Ref. Ait Cat. his à Parocho diligenter agendum ei illis Deus non prohibet falsum testimonium solum, sed inoperat etiam, ut verum dicant: De hoc ait S. Aug. Qui veritatem occultat, & qui dicit mendacium, uterque reus est. Ille quia prodesse non vult: Hic quia nocere desiderat. Extra iudicium interdum licet rerum tacere: In iudicio testis à iudice legitimè interrogatus verum omnino fateri debet: Cavendum tamen illi est, ne suæ memoriæ nimium confidat, affirmétque pro certo, quod exploratum non habet. *Num.16.*

Quid Deus prohibet patronis, Advocatis, & aliis causarum actoribus? Resp. Vt benignè superveniant agentibus. Vt opera, & patrocinio suo non desint necessariis hominum temporibus: ut iniustas causas non defendant, ne calumnias, lites promtent: ne alant avaritiam ut mercedem laboris & operæ suæ iure & æquo metiantur. *Num.17.*

Quid monendum accusatoribus, actoribus, & petitoribus? Ref. Ne contra iustitiam aut passione aliqua, ut amore, vel odio, aut avaritia adducti, lites, seu accusationes tentent: Vt verum semper dicant, & ex animo loquantur: Numquam contra alicujus famam loquantur, etiam si ab illis contra iustitiam læsi arbitrentur, cogitantes inter ipsos talem esse conjunctionem, ut ejusdem corporis, quod est Ecclesia membra sint. *Num.18.*

De actibus virtuosis linguæ in proximum. Cap. IV.

PRæceptum affirmativum præcipit, omnes actus virtutum linguæ ergà seipsum, & proximum? Resp. Ita est. *2.2. qu. 100. art.7*

Ad quot capita illi actus reduci possunt? Resp. Ad duo, nempe ad illos, qui fiunt in iudicio, & ad illos qui fiunt extra iudicium.

Quomodo quis virtuosè se gerat in iudicio? Respon. Si *Nu.7. &c.*

fiant quæ in præcedenti capite dicta sunt.

Qui sunt linguæ actus virtuosi extra iudicium? Resp. Multi, veluti sequentes.

Num.1. Primò. Diligens custodia linguæ, ne labatur in sermone.

Nu.1.2.9. &c. Secundò. Perpendere tempus, locum, circunstantias loquendi, atque tacendi.

Ibid. arg. Tertiò. Exercere se in silentio, exemplo Christi, qui illud usque ad trigesimum annum servavit.

Num. 1. & 20. Quartò. Fugere omnia vitia, & peccata linguæ, quæ dicta sunt.

Num.20. Quintò. Recognoscere linguam, ut maximum Dei beneficium, de illóque gratias illi agere.

Ex nu. 20. Sextò. Vti lingua iuxta finem à Deo illi datum.

Num.20. Septimò. Vsum linguæ subdere legi Dei, rectæque rationi.

Num. 20. Octavò. Dei laudes frequentissimè, devotéque celebrare.

Nonò. Verbis consolari afflictos, docere ignorantes, corrigere delinquentes, & similia præstare.

Decimò. Concionatores Confessores, Senes, Patres, & superiores lingua erudire inferiores.

Vndecimò. Semper loqui cum veritate, & ex animo, & sincerè proximis.

Num.1.2. &c. Duodecimò. Non uti clamarosa, aut indecora locutione.

Ex num.1. Decimo-tertiò. Bene loqui de proximis, in quantum veritati consonum est.

Ex n. 20. Decimo quartò. Aliarum delicta excusare, sua accusare.

Decimoquintò. Res à proximis bene gestas opportune laudare, suas opportunè tacere.

Arg. ibid. Decimo-sextò. Honore in loquendo afficere majores, superiores: Aliàque huiusmodi.

Quanam intentione isti actus sunt eliciendi? Respon. Primò, ut legi Dei pareamus: Secundò, ut rectæ rationi nostras locutiones conformemus: Tertiò. Vt lingua utamur iuxta finem à Deo illi datum: quartò. Vt nostra locutio secundum virtutem sit: quintò. Vt Deo gloriam, nobis ac proximis utilitatem exhibeamus.

De

De motivis pro observantia octavi præcepti. Cap. V.

QValis doctrina à Parochis de hoc præcepto tradenda est? Resp. Primò debent explicare hoc præceptum, quod pertinet ad intellectum: & Secundò proponere motiva, quibus populi ad observantiam illius inducantur, quod pertinet ad voluntatem.

Quænam sunt ista motiva? Resp. Generaliter loquendo sunt: Necessitas, utilitas, facilitas, damna, incommoda, iustitia, honestas, & similia in particulari, sequentia talia dici possunt.

Nu.2. &c. Necessitas, quia Deus præcipit virtutes, & prohibuit vitia, quæ dicta sunt: Homini autem parendi legi Dei necessitas, sub maximis pœnis data est.

Num. 23. In die iudicii, ait Christus, De omni verbo otioso, multo magis vitioso rationem reddere opus est.

Num.19. Impossibile est vitare pœnas, quas Deus peccatis linguæ daturum se dixit.

Nu.1. &c. Damna inexplicabilia abusum linguæ sequuntur, tam respectu Dei, quam sui & proximorum.

Deus gravissima pœnas illi apposuit: *Maledici regnum Dei non possidebunt: Vir linguosus non dirigetur in terra: Perdes omnes qui loquuntur mendacium*: & alia huiusmodi.

1.Cor.6. Qui abutitur lingua, Deo iniuriam facit, abutendo tam nobili instrumento ab illo cum maxima hominis utilitate dato: & maxima injuria Dei est, pervertere finem, quem ipse linguæ dedit.

Ex n.1.20 *Num.1.7.* Qui loquitur, contra proximum, illum offendit: Qui malè loquitur, illum scandalisat: Ex peccatis linguæ mundus repletur malis, Facultates, fama, vita, animæ salus periclitatur: Qui læditur sæpè offensas patienter ferre non potest: ideo vult illas persequi, & se vindicare, hinc lites contentiones, rixæ, inimicitiæ, iniuriæ, cædes, aliàque mala proficiscuntur: Quod si sermones malam contineant doctrinam, vel vitiosi sint, replent mundum mendaciis, atque peccatis? Ecce quàm modicus ignis linguæ, mundum veluti magnam sylvam incendit.

Num.13. 19. 20. Damnum infert sibi, qui malè loquitur; deturpat, dehonestat linguam suam: Famam suam lædit declarando, in animo suo vitia residere: Reddit se aliis odiosum, & mi-

aus gratum: Multos sibi inimicos facit; Dat occasionem
Prov. 20. aliis ut sibi maledicant.

Utilitates multæ ex bono usu linguæ sequuntur: Homo sic Deum honorat: Potest mereri tali usu vitam æternam, & fugere infernum, Vitat damna, quæ dicta sunt; Reddit se benevolum, & amabilem, & gratum aliis: Prodest proximis: Seipsum virtutibus decorat.

Num. 1. 2. &c. Iustum est Deo obedire, Neminem lædere: Linguam ad propium finem destinate: Vnicuique quod suum est tribuere.

Bonus linguæ usus res digna, honesta, excellens, laudabilis est: Vbi enim est virtus, ibi etiam ista sunt. Hoc bono usu Confessores, Concionatores, Scriptores, Doctores, Prælati, Magistratus, Poëtæ, Oratores, & alii famam, honorem, & gloriam sibi comparant.

Num. 12. Facilitas, Non est difficile uti lingua ad finem, qui illi connaturalis est. Facere alteri quod quis vult fieri sibi, difficile videri non debet. Natura ad bene loquendum inclinat: Si natura corrupta, ut infirma, habet difficultatem, famata à gratia, & divinis auxiliis confirmata omnia posse sperare debet: Nihil difficile volenti.

Iucundus: Nihil iucundius, quàm bona conscientia, & operari secundum virtutem. Efficax recti sermonis iucunditas est: In abusu linguæ molestiæ maximæ reperiuntur.

Difficultates in abusu: Qui proximum lædit verbis in maxima se constituit difficultate salutis: Cùm enim peccatum sine satisfactione sanè non remittatur: Hæc autem satisfactio fiat vel partis offensæ remissione, vel partis, quæ facit offensam, humiliatione: Verumque autem difficillimè fiat, sequitur difficultas magna salutis, ut dictum est.

Nu. 12. 10. Ait propterea Catechismus: Gravitas abusus linguæ ex multis cognosci potest: Diabolus dicitur mendacii pater: Mendaces in grave odium Dei incurrunt: Impium est eadem lingua benedicere Deum, & maledicere proximos. Vanitate & mendacio fides, ac veritas de mundo tolluntur, quæ humanæ societatis arctissima vincula sunt: unde illis sublatis, summa confusio in hominibus, sicut in Dæmonibus, quod sequatur necesse est.

Nu. 11. 32. 23. Excusationes Catechismus sic confutat: Si quis dicat, Prudentis est mentiri in tempore? Respondendum, prudentiam carnis mortem esse: Et non esse magis mirandum suæ præstantiæ, quàm Dei providentiæ: Si alius dicat, Mendacium mendacio compensari posse, Dicendum, Vindictam esse prohibitam, & nullum suo detrimento debere se vindicare. Si opponant difficultatem, & fragilitatem naturæ: proponenda auxilia gratiæ: Si quis dicat se ex consuetudine peccare linguâ: Dicendum, aliam procurandam esse consuetudinem bene loquendi: Si dicatur plerumque lingua peccatrendici debent malos, & peccatores non esse imitandos: Si dicant sæpe vera dicendo mala passos esse, dicendum, Christianum potius debere omnia mala pati quàm peccare, qui dicunt se joco mentiri, vel utilitatem dicendum: De omni verbo otioso in die judicii rationem esse reddendam; & Quærenti primò regnum Dei, cæteras esse illi adjicienda. His & similibus populi ad observantiam hujus præcepti adduci possunt.

DOCTRINA CATECHISMI ROMANI

In Nonum & Decimum Præceptum.

Non concupisces domum proximi tui; nec desiderabis uxorem ejus, non servum, non ancillam, non bovem, non asinum, nec omnia quæ illius sunt.

QVænam est materia huius tractationis? Resp. Nonum & decimum præceptum.

Quis finis? Ref. Dirigere Parochos ad congruam illorum explicationem.

Quid hoc loco tractandum? Resp. Primò de præcepto. Secundò, De observantia illorum: Tertiò, De Motivis pro dicta observantia.

In quot capita dividenda tractatio? Resp. In quatuor. Primum erit de corde & de concupiscentia.

Secundum, De nono & decimo præcepto.

Tertium, De actibus virtuosis & vitiosis cordis erga proximos.

4. De motivis pro observantia dictorum præceptorum.

De corde, & eius concupiscentia. Cap. 1.

HOmo habet cor? Resp. Habet, & est principalis illius pars.

Quæ sunt partes hominis principales? Resp. Cor, lingua, & manus, seu membra exteriora, sed cor primum inter omnes partes locum habet.

Quid est cor? Resp. Est primus fons, vel prima sedes cognitionis, & amoris.

Quæ sunt principales illius operationes? Resp. Cognitio, & dilectio.

Quis finis? Resp. Primò, Deus ut cognoscendus & amandus propter seipsum: Secundò, proximus, & bona ipsius ut cognoscendus & diligendus, non propter seipsum, sed propter Deum.

In corde adest vis cognoscendi, & amandi? Respondeo. Adest.

Quænam illarum est principalis? Resp. Vis amandi; Cognitio enim in gratiam amoris data est.

Quomodo appellatur vis amandi? Resp. Voluntas, seu appetitus.

Quomodo vis cognoscendi? Resp. Intellectus seu ratio.

Quomodo hæc duo ad invicem sunt ordinata? Respondeo. Intellectus, & ratio indicant voluntati, quæ res sint bonæ, vel malæ, quæ diligendæ, vel odio habendæ: voluntas debet juxta præscriptum rationis diligere, & amare.

In corde adest-ne vis concupiscendi res quæ sunt extra se? Resp. Adest. *Num. 6.*

Quomodo appellatur hæc vis? Respondeo. Concupiscentia. *Ibidem.*

Quis dedit illam cordi? Resp. Ait Catech. Deo authore à natura nobis insita est. *Ibidem.*

Hæc vis bona, an mala est? Resp. A Deo bona, & recta, & rationi obtemperans data est, sed primorum parentum posterorum peccato, factum est, ut illa naturæ fines transiliens, usque adeo depravata sit, ut ad ea concupiscenda sæpe excitetur, quæ spiritui, & rationi repugnant. *Nu. 6. 7. 9. &c.*

Quid est hæc concupiscentia? Resp. Ait Catec. Est commotio quædam ac vis animi qua impulsi homines, quas non habent res iucundas appetunt. *Num. 6. Ibidem.*

Quænam materia illius? R. Res iucundæ non habitæ. *Ibidem.*

Quæ forma? Resp. Ille impulsus vel commotio appetitus. *Ibidem.*

Quod efficiens? Resp. Illa vis à natura in corde hominis radicata. *Ibidem.*

Quis finis? Ref. Ve homo extrinseca, seu non habita opportunè apperat & obtineat. *Ibidem.*

Hæc concupiscentia potest-ne esse bona, & mala? Resp. Distinguendum est de vi concupiscendi, & de ipsa concupiscentia, illa dicit potentiam, hæc usum potentiæ: Illa quatenus à Deo est, bona existit, potest verò à peccato corrupta est, non mala, sed infirma, & depravata dicitur, quatenus verò dicit usum, & exercitium concupiscentiæ tunc bona & mala esse potest. *Num. 6. Sess. 5. De prac. orig.*

Nonne D. Paulus hanc concupiscentiam appellat peccatum? Ref. Appellat, non quia sit peccatum, sed quia est à peccato, & inclinat ad peccatum. *Hic nu. 8. Nu. 7 &c*

Quænam concupiscentia est bona? Resp. Illa, quæ à lege Dei & rectâ ratione regulatur. *Num. 10.*

Quæ mala Ref. Illa, quæ contra legem Dei, & rectam rationem concupiscit. *Num. 20.*

Hæc mala quomodo vocatur? Ref. Concupiscentia carnis & fomes peccatrisic dicta quia in concupiscendo quis non sequitur rationem, sed carnis appetitum. *Num. 6.*

Si quis fomes cæcat appetat cibum, vel sitiens porum, vel frigescens ignem, aut vestem, dicetur-ne malè concupiscere? Resp. Non, nisi contra legem Dei aut rectam rationem concupiscat.

Quænam virtutes moderantur hanc cordis concupiscentiam? Resp. Primò charitas, quæ determinat ordinem & fines dilectionis; ita ut nec plus, nec minus di- *Prac. 4. Num. 6.*

Hic n. 11. 14. &c. ligere permissum sit: Secundò, Iustitia, quæ vetat aliena concupiscere; Tertiò, temperantia, humilitas, sobrietas, modestia, castitas, & similes, quæ temperant excessum dilectionis; Quartò, Fortitudo, patientia, magnanimitas & similes, quæ docent concupiscere etiam ardua & difficilia, & laboriosa, & injucunda, & molesta propter virtutem: Quinto, Prudentia docet modum res opportunè appetendi.

Cat. Ibid. Quæ vitia deordinant usum concupiscentiæ? Res. Primò amor sui, amor mundi, carnis, & voluptatis. Secundò, Injustitia, quæ facit concupiscere res alienas. Tertiò, Intemperantia, quæ permittit excessum appetendi, & quod non debet, & plus quam debet; ad hanc luxuria, gula, superbia, & similia reducuntur. Quartò, Timor mundi, vel carnis & sanguinis, pigritia, acedia, otiositas, & similia, quæ faciunt, ut quis laboriosa non concupiscat. Quintò, Imprudentia, & inconsideratio, quæ inordinatam admittunt concupiscentiam.

De nono, & decimo præcepto. Cap. II.

QUæ consideranda, ultimis præceptis? Resp. Nomen, Deffinitio, Causæ, Distinctio, Divisio, Necessitas, Vtilitas.

Quomodo vocantur hæc præcepta? Resp. Nonum dicitur penultimum. Decimum ultimum appellatur.

2. 2. qu. 100. art. 5. Cur tali loco sunt posita? Res. Ratione jam dicta, quia respectu proximorum primò de operibus, secundò de verbis, ultimò de cogitationibus danda præcepta erant.

Quænam est illorum deffinitio? Respondeo. Hæc. *Sunt prima regula actuum cordis humani erga seipsum, & proximos.*

Ex n. 1. &c. Quæ materia? Resp. Remota est cor hominis. Minus remota concupiscentia illius. Proxima virtutes, & vitia, Ibidem. quæ circa dictam concupiscentiam reperiuntur.

Quæ forma? Resp. Modus, quo hoc præceptum regulat concupiscentiam.

Num. 1. Quis finis? Resp. Primò, Gloria Dei: Secundò, Observantia totius legis: Tertiò utilitas hominum.

Nu. 4. n. 1. Quomodo gloria Dei? Resp. Cor hominis, si amore terrenorum valde sit occupatum, & plenum dilectionis

Dei capax non erit, vt ergo habilis reddatur ad Deum toto corde diligendum, præscribitur illi, vt non concupiscat, vel certè vt sit parcus in concupiscendo.

Quomodo utilitas hominum? Resp. Primò homo qui suas moderatur concupiscentias, maxima perfruitur jucunditate, & fœlix poterit appellari; Secundò, Vtile est homini, quod nemo possit res suas non solum auferre, sed neque concupiscere. Nu. 1. n. 4.

Quomodo observantia legis? Respondeo: Ait Catechismus in duobus ultimis præceptis ratio ferè constituitur qua cætera præcepta serventur: Qui enim non concupiscit suis contentus, aliena non appetet, aliorum commodis gaudebit, Deo immortali gloriam tribuet, Gratias eidem maximas aget, Sabbatum colet, *id est*, quiete perpetua fruetur, majoresque venerabitur, neminem denique neque re, neque verbis, neque ullo, alio modo lædet. Ratio est, quia prava concupiscentia stirps ac semen omnium malorum est. Ideo carere illa, via ad omnes virtutes est. Num. 6.

Mala concupiscentia nónne fuit prohibita in quinto, sexto, & septimo præcepto? Resp. Fuit. Num. 3.

Quænam ergo erit necessitas hæc ultima dandi præcepta? Respondeo. Ait Catechismus. Duplex fuit necessitas: prima, quia moderatio cordis in concupiscendo super omnia ad virtutem sectandam necessaria erat, ideo ad hanc necessitatem magis explicandam, expressè de illa non unum tantùm, sed duo præcepta data sunt. Hoc quoque faciendi majorem reddebat necessitatem ignorantia aliorum, qui, ut testatur Christus, sibi persuadebant licitam, vel non prohibitam esse quamcumque cordis concupiscentiam. Altera necessitas fuit, quia his præceptis plus prohibetur, quàm in prædictis: In illis enim prohibitum est, ne quis injustè concupiscat aliena, aut eripere conetur. In his vetatur, ne ullo modo quis concupiscat, etsi jure id assequi possit, cum ex eius adeptione proximo damnum importari videat. Ibidem.

Hæc præcepta quam afferunt utilitatem? Resp. Illam quæ modò dicta est. Num. 2.

Quomodo hæc præcepta inter se conveniunt, & di-

stinguuntur ? ref. Conveniunt, quia utrumque de concupiscentia datum est : Distinguuntur, quia cum concupiscentia alia sit voluptatis, alia utilitatis, nonum de prima, decimum de secunda datum est.

Num. 1. Quænam est concupiscentia voluptatis ? Resp. Illa, qua homo concupiscit libidines, illicitaque voluptates.

Num 2. quæ est utilitas ? Resp. Illa, quæ concupiscit utilia, veluti pecuniam, agrum, vel domum.

Hæc præcepta, sicut & cætera habent ne partem affirmativam, & negativam ? Resp. Habent.

Num. 6. Quid prohibet negativa ? Resp. Hoc, Ne malè concupiscas.

Ibidem. Quid continet affirmativa ? Ref. Hoc, Permittitur benè concupiscere.

Ibidem. Quare legis humanæ non dant præcepta cordi, solus autem Deus in sua lege illa præbet ? Ref. Homines dant præcepta eorum, quæ cognoscunt, & vident : Cur ergo cor hominis ignotum hominibus sit, de illo præcepta dare non possunt : Deus autem cui cor patet, præcepta cordis dat. Deinde Deus hoc fecit, ut suæ legis excellentiam demonstraret, quæ non solum sensibus, & rebus externis, sed etiam animæ, & corde servanda sit : Est enim quasi speculum quoddam, in quo tum animæ, tum corporis nostri virtutes, & vitia intuemur.

Explicatio præcepti negativi. Num. 2.

PRæceptum negativum prohibet ne vim, seu facultatem concupiscendi Resp. Non, sed usum illius.

Prohibet omnem usum ? Resp. Non, sed malum tantùm.

Prohibet-ne malam concupiscentiam tum voluptatis, tum utilitatis ? Resp. utramque.

Ex quo cognoscitur, quænam concupiscentia mala sit ? Ref. Ex duabus, nempe ex parte rei concupitæ, & ex parte modi concupiscendi.

Quomodo ex re concupita ? Resp. qui concupiscit rem alienam, seu malam, seu à Deo prohibitam, malam habet concupiscentiam ex parte rei.

Quomodo ex parte modi ? Respondeo. Qui appetit licitè, veluti lucrum licitum, vel emere domum,

aut agrum alienum : sed modo illicito, nempe immoderatè, & cum excessu, veluti vel multa nimis, vel pauca nimio affectu appetit, malam habet ex parte modi concupiscentiam. *Num. 14.*

Hoc verbum Domus, quid significat in hoc loco ? Ref. Universam proximi hæreditatem, vel substantiam, item nobilitatem, dignitatem, statum, famam, gloriam, & alia : Hæc enim appetere, illisque invidere prohibitum est. *Num. 19.*

Cur Deus bovem, & asinum explicavit ? Resp. Ait Catechismus. Ut declararet prohiberi concupiscentiam alienorum non tantùm, quæ magna sunt, ut domus, nobilitas, gloria, sed etiam parva, sive animata, sive inanimata. *Num. 16.*

De quibusnam servis in præcepto hoc mentio facta est ? Ref. Ait. Catechismus. Non tantùm de servis captivis, sed etiam de liberis intelligi debet, ideo dicti servi nullo modo debent sollicitari, ut recedant à dominis : Imò si ante debitum tempus recesserint, admonendi sunt, ut redeant. *Num. 17.*

Quid hoc loco nomine proximi significatur ? Resp. Accipitur non tantùm largo modo pro omni proximo, sed pro vicinis, & propinquis habentibus res suas, intelligi debet : Rectè enim & personarū propinquarum specialis prohibitio de non concupiscendo facienda erat. *Num. 19.*

Quæ prohibitio facta est de non concupiscenda aliena uxore ? Ref. Ait Catechismus. Primò, prohibitum est, ne quis adulterio affectu illam concupiscat : Secundò, Ne concupiscat in uxorem, dum ejus maritus vivit, imò, ut neque post mortem viri velit accipere, debet sibi proponere, ne aut cupiat virum illius mori, aut in adulterandi incidat tentationem : Tertiò, Mulieres alii desponsatas concupiscere in matrimonium non licet quia contra fidem datam est. Quartò multo minus, quæ Deo cultui voto consecratæ sunt : Quintò, Qui verò, ut contigit Pharaoni & Abimelech, cupit matrimonio conjungi cum muliere, quæ maritum habet, sed nescit illam habere, & si sciret non cuperet, non facit contra hoc præceptum. *& 20.*

Explicatio præcepti affirmativi. Num. 3.

Num. 6. PRæceptum affirmativum quid præcipit? Resp. Vt concupiscentias carnis compescamus, illâsque legi Dei rectæque rationi subdamus, ut ea quæ spiritus adversus earum concupiscit, appetamus: ut virtuosas affectiones accipiamus & alia hujusmodi, veluti odium, & contemptus sui ipsius, abnegatio propriæ voluntatis, contemptus mundi, voluntaria paupertas, humilitas, obedientia, aliæque similes virtutes.

Num. 7. Concupiscentia bene regulata prodest ad virtutes? Resp. Ait Catechismus, Prodest. Primò, quia efficit, ut licitè concupita assiduis precibus à Deo petamus: Si enim hæc concupiscentia rerum non esset: neque tam multæ preces fierent in Ecclesia Dei: Secundò, Ipsa facit ut charissima sint nobis Dei munera, nempe cùm à Deo accipimus concupita: Tertiò, Ex jucunditate, quam homo accipit à concupitis, provocatur ut devotius Deo gratias agat.

De actibus virtuosis, & vitiosis cordis circa concupiscentiam. Cap. III.

Num. 1. QUinam actus cordis sunt virtuosi circa concupiscentiam? Resp. Sunt multi, & præcipuè sequentes.

Ibidem. Primò, Odium, contemptus, & abnegatio sui, suæque voluntatis.

Ibidem. Secundò, Carnis mortificatio, sensuum item atque passionum.

Tertiò, Contemptus mundi, honoris, vanitatis, ac divitiarum.

Num. 21. Quartò, Captivare suum intellectum in obsequium Christi, non innixi prudentiæ suæ.

Ibidem. Quintò, In omnibus conformare se divinæ voluntati; Velle quod Deus vult: Demum obedientia, resignatio, indifferentia voluntatis erga Deum, & superiores ab illo datos.

Sextò, omni custia custodire cor, ne illicitas sequatur voluptates.

Septimò. Puritas cordis ab inquinamentis voluptatis. *Ibidem.*

Ibidem. Octavò. Actus temperantiæ, veluti humilitas, sobrietas, castitas, continentia.

Num. 1. Nonò. Suis facultatibus, statu, qualitate contentum esse, aliena non appetere: Aliis non invidere, Gaudere de commodis, & bonis aliorum.

Ibidem. Decimò. Non appetere vindictam: non honores: Neminem lædere. *Nu. 1. 8. 9. n. 10. & 11.*

Undecimò. Concupiscere mandata Dei: In illius beneficiis delectari: De illis gratias agere. *Ibidem.*

Duodecimò. Omnes cordis petitiones, & concupiscentias subdere legi Dei, rectæque rationi. *Ibidem.*

Decimotertiò. Cibum, potum, vestes, domum, somnum, & alia juxta præscriptum rectæ rationis appetere. *Num. 1.*

Decimoquartò. Eodem modo diligere filios, uxorem, parentes, amicos, atque propinquos. *Nu. 1 &c.*

Decimoquintò Egestatem, & defectus rerum temporalium, & res adversas patienter ferre. Hæc & similia concupiscendi vim continent in virtute.

Qui sunt actus vitiosi? Respondeo. Contrarij iam dictis. Veluti Luxuria, Gula, Ebrietas, Intemperantia. Superbia, Amor sui, mundi, carnis, voluptatis inordinatus? Item talis amor propinquorum, amicorum, facultatum, fama; invidere aliis. Aliena appetere: Vindictam concupiscere, inde ortio erga Deum, Ingratitudo, Tædium spirituale, Acedia, Otium, Pigritia, aliique huiusmodi multa.

Peccare etiam in hoc præceptum ait Catec.

qui lusionibus non honestis delectantur. *Num. 22.*

qui ludis immoderatè abuntur. *Ibidem.*

qui Choreis, Pompis, Concertibus, Venationibus: & aliis nimis delectantur. *Ibidem.*

qui rerum penuriam, annonæque caritatem expetunt, ac cupiant, ut nullus vendat aut emat, quod ipsi carius aut vilius vendere, aut emere possint. *Ibidem.*

Item qui alios egere cupiunt, ut ipsi vendendo, aut emendo lucrentur. *Ibidem.*

Milites qui bellum expetunt, ut furentur. *Ibidem.*

Medici, qui morbos desiderant. *Ibidem.*

Ibidem. turiſe conſulti, qui cauſas, & lites multiplicari, & augeri concupiſcunt.

Ibidem. Artifices, qui ob quæſtum penuriam omnium ad victum & veſtitum exoptant.

Ibidem. Qui alienam laudem gloriamque appetunt: præcipuè ſi illis obtrectent, ipſique ſint ignavi, nulliuſque virtutis: His, & aliis modis concupiſcendo peccatur.

Num. 10. Qui commovetur, & incitatur ad malè concupiſcendum peccat. Reſp. Peccat ſi adſit conſenſus.

Num. 10. & 12. Si ſenſui placet illa commotio, ſenſuſque in illa delectatur, ſed diſplicet rationi quæ nollet illam habere, dicetur conſenſiſſe? Reſp. Non quia nobilior pars hominis quæ eſt ratio, non conſentit.

Ibidem. Si Ratio advertit tali commotioni, & non curat illam impedire, & permittit ſenſum in illa immorari, & delectari, homo dicetur conſenſiſſe, atque peccaſſe? Reſp. Ira eſt, quia etiam ratio tacitum præbet conſenſum.

Num. 4. & *Ex n.* 10. 11. Omnis mala concupiſcentia, cui homo conſentit, erit peccatum mortale? Reſp. Non omnis erit.

Quænam erit talis? Reſp. Poteſt eſſe talis, vel ex parte rei concupitæ, vel ex parte modi concupiſcendi, ut dictum eſt.

Ibidem, &c. Quomodo ex parte rei concupitæ? Reſ. Cùm Deus ſub pœna peccati mortalis prohibuit concupiſcentiam alicujus rei veluti furti, vindictæ, fornicationis, tunc qui conſentit ad dicta concupiſcenda, mortaliter peccat.

Quomodo ex parte modi? Reſp. Si quis diligat, vel concupiſcat ea, quæ Deus concupiſcere permittit, veluti ſanitatem filij: ſed adeo inordinatè id faciat, ut etiam per ſuperſtitiones, & incantationes velit procurare, tunc talis concupiſcentia mortale eſt: quia etiam per peccatum mortale paratus eſt obtinere: & Theologi dicunt quod in tali caſu homo ponit ultimum finem ſui in illa re; & illam diligit plusquam Deum. Idem erit de ludo, lucro, amicitia, aliiſque multis.

Præ. q. 5. Hic n. 10. &c.

De motivis pro obſervantia hujus præcepti. Cap. IV.

Nu. & 2. & n. 23. QVid debet Parochus circa hoc præceptum præſtare? Duo, nempe, Primo, explicare præceptum, & obſervantiam illius: Secundò, Dirigere, & incitare populos ad dictam illius obſervantiam.

Quomodo hoc ſecundum præſtabit? Reſp. Motivis, & remediis. *Num. 1. 2.*

Quomodo motivis? Reſp. Explicando neceſſitatem, utilitatem, facilitatem, dignitatem, honeſtatem, juſtitiam, jucunditatem talis obſervantiæ *Num. 1. & 2. &c.*

Qua ratione explicanda neceſſitas? Reſp. Proponendo eſſe præceptum & eſſe de neceſſitate ſalutis, *Ibidem. n. 1. 4. &c.*

quid de utilitate dicendum? Reſp. Primò, hæc obſervantia quis poteſt meteri vitam æternam: & pœnas evadere inferni: Secundò, Rem Deo gratiſſimam facit: Tertiò, Proximo maximè conſulit: quartò, Sibi ipſi divitias, & felicitatem parat: quintò, Hæc obſervantia totum cor hominis, totuſque homo tam exterior quàm interior ordinatur: Sextò, per illam obſervantia totius legis adjuvatur.

Quæ damna ſequuntur ex inobſervantia? Reſp. Contraria jam dictis, nempe amiſſio Paradiſi, demerſum ad infernum, Deum offendere, ſeipſum, & proximum. Pauperta tem, miſeriam, infelicitatem ſibi parare. Totum ſeipſum deordinare. Difficilem ſibi reddere totius legis obſervantiam. Ad omnia peccata præcipitem ſe dare; Tenebris obcæcari. *Nu. 1. 10. 11. & 21. 22. 23.* *Num. 1. n. 14. & 21. 22.*

Quomodo hæc obſervantia hominem divitem, inobſervantia pauperem facit? Reſp. Ille qui habet plura bona, quàm illi opus ſit, dives eſt: Ille, qui minus habet quàm oportet, pauper erit. Abundantia enim divitem, defectus pauperem facit. At ille, qui contentus eſt ſuis, & non cupit aliena, omne illud habet quod cupit, ideò nihil illi deeſt, & dives dici poteſt. qui verò ſuis non eſt contentus, ſed alia appetit, omnia illi deſunt, quæ veller habere, & non habet; ideo ille dives, hic pauper erit.

Quomodo faciunt fœlicem, & infœlicem? Reſpondeo. Ille eſt felix, cujus deſideria ſatiata ſunt. Ille infelix, qui non habet, quod cupit: ideo Seneca dixit *Qui oſtium deſideriis clauſit, quaſi cum Deo de felicitate contendit*; volens aſſerere quod fœlicitas ſit idem, quod deſideriorum ſatietas: Hæc autem ſine dubio per dictam obſervan- *Ibidem.*

tiam obtinetur? Sicut de inobservantia contrarium dicendum erit.

Ibidem. Quomodo jucunditas explicando? Respondeo. Primò fœlicitate, & divitiis, id est jucunditas: Secundò, Ait S. Aug. *Summa jucunditas, & fœlicitas posita est in hac, quod homo in se ipso sit ordinatus, & summa miseria est sui desordinatio.* Cum ergo observantia hujus præcepti ordinet totum hominem cum lege, & voluntate Dei, item cum recta ipsius hominis ratione; inobservantia verò contrarium faciat, manifestum erit, quod jucunditas in illa miseria in ista repereitur. Tertiò, qui multa desiderat, quæ non habet, nec potest habere plurimum contristari, inquietari, & affligi necesse est.

Num. 13. Quid de facilitate dicendum? Respon. Multo facilius est, pauca, quàm multa, & sua quàm aliena obtinere: qui ergo multa & aliena, & à Deo prohibita concupiscit, incidit in varios labores, difficultates, tentationes, aliaque incommoda, quæ fugit, qui suis contentus, est.

Psal. 3. Quid de justitia explicandum? Resp. Ait S. Aug. *Voluntas Dei recta est, hominis curva: Nihil ita curvanda est ad nostram, sed nostra corrigenda ad illam. Ideo justum est, ut nos dicamus, Fiat voluntas Dei, non autem, Fiat voluntas nostra, vel quod nos concupiscimus.*

Num. 22. Quid de dignitate, & honestate? Respondeo. Servire Deo illiusque legi, ac voluntati obtemperare summa dignitas est. Hominem quoque à vanis, illicitisque concupiscentiis abdicari res dignissima, purissima, & honestissima est.

Num. 2. & 22. Quæ sunt remedia contra malam concupiscentiam? Resp.

Num. 13. Alia sunt in cogitatione, alia in actione.

quæ in cogitatione? Respondeo. Cogitare quæ dicta sunt, item memoria mortis declarat unitatem concupiscentiæ: Infernus & illius pœnæ declarant pessimum finem illius: juxta illud, *Extrema gaudii luctus occupat:* Considerare, quod mala cupiditas omnium malorum & peccatorum origo, fons, & sedes est & quod sectatores illius in barathrum omnium miseriarum deducuntur: & quod nunquam voluptate satiantur: imò semper illius sitis crescit, & exardescit. Memoria & meditatio passionis Christi supra quam dici potest hujus concupiscentiæ declarat miseriam, & vanitatem, cogitare quod animalia brutâ sensum, homo, verò rationem, & virtutem sequi debeat, & alia hujusmodi.

Quæ sunt in actione? Ref. Frequens peccatorum confessio: Nec non usus Eucharistiæ: Abnegatio sui propter Christum: Amor & imitatio Christi, jejunium, Carnis mortificatio, passionumque illius: Devotio, & amor erga Deum Coelis custodia: Labor & occupatio. Lectio librorum spiritualium. Fugere occasiones concupiscendi, ut videre, alloqui, malas habere societates & alia, quæ in sexto & septimo præcepto sunt explicata: Hicque sit finis hujus tractationis. *Ex Prat. 7. n. 12. & 13 His per totum.*

quomodo quis poterit uti hac in totum Decalogum tractatione? Ref. Primò, ex illa poterit explicare singula præcepta: Secundò, Declarare illorum observantiam. Tertiò, accipere motiva ad persuadendum: Sicque lex Decalogi erit veluti Speculum quoddam, in quo possumus omnia nostra peccata, & vitia, necnon virtutes intueri, eademque aliis opportunè manifestare. Et ideo talis usus illius erit.

tiam obtinetur? Sicut de inobservantia contrarium dicendum erit.

Ibidem. Quomodo jucunditas explicando? Respondeo. Primò fœlicitate, & divitiis, id est jucunditas: Secundò, Ait S. Aug. *Summa jucunditas, & fœlicitas posita est in hac, quod homo in se ipso sit ordinatus, & summa miseria est sui desordinatio.* Cum ergo observantia hujus præcepti ordinet totum hominem cum lege, & voluntate Dei, item cum recta ipsius hominis ratione; inobservantia verò contrarium faciat, manifestum erit, quod jucunditas in illa miseria in ista repereitur. Tertiò, qui multa desiderat, quæ non habet, nec potest habere plurimum contristari, inquietari, & affligi necesse est.

Num. 13. Quid de facilitate dicendum? Respon. Multo facilius est, pauca, quàm multa, & sua quàm aliena obtinere: qui ergo multa & aliena, & à Deo prohibita concupiscit, incidit in varios labores, difficultates, tentationes, aliaque incommoda, quæ fugit, qui suis contentus, est.

Psal. 3. Quid de justitia explicandum? Resp. Ait S. Aug. *Voluntas Dei recta est, hominis curva: Non illa curvanda est ad istam: Ideo justum est, ut nos dicamur, Fiat voluntas Dei, non autem, Fiat voluntas nostra, vel quod nos concupiscimus.*

Num. 22. Quid de dignitate, & honestate? Respondeo. Servire Deo illiusque legi, ac voluntati obtemperare summa dignitas est. Hominem quoque à vanis, illicitisque concupiscentiis abdicari res dignissima, purissima, & honestissima est.

Num. 2. & 22. Quæ sunt remedia contra malam concupiscentiam? Ref. Alia sunt in cogitatione, alia in actione.

Num. 13. quæ in cogitatione? Respondeo. Cogitare quæ dicta sunt, item memoria mortis declarat unitatem concupiscentiæ: Infernus & illius pœnæ declarant pessimum finem illius: juxta illud, *Extrema gaudii luctus occupat:* Considerare, quod mala cupiditas omnium malorum & peccatorum origo, fons, & sedes est & quod sectatores illius in barathrum omnium miseriarum deducuntur: & quod nunquam voluptate satiantur: imò semper illius sitis crescit, & exardescit. Memoria & meditatio passionis Christi supra quam dici potest hujus concupiscentiæ declarat miseriam, & vanitatem, cogitare quod animalia brutâ sensum, homo, verò rationem, & virtutem sequi debeat, & alia hujusmodi.

Quæ sunt in actione? Ref. Frequens peccatorum confessio: Nec non usus Eucharistiæ: Abnegatio sui propter Christum: Amor & imitatio Christi, jejunium, Carnis mortificatio, passionumque illius: Devotio, & amor erga Deum Cordis custodia: Labor & occupatio. Lectio librorum spiritualium. Fugere occasiones concupiscendi, ut videre, alloqui, malas habere societates & alia, quæ in sexto & septimo præcepto sunt explicata: Hicque sit finis hujus tractationis. *Ex Prat. 7. n. 12. & 13 His per tot tum.*

quomodo quis poterit uti hac in totum Decalogum tractatione? Ref. Primò, ex illa poterit explicare singula præcepta: Secundò, Declarare illorum observantiam. Tertiò, accipere motiva ad persuadendum: Sicque lex Decalogi erit veluti Speculum quoddam, in quo possumus omnia nostra peccata, & vitia, necnon virtutes intueri, eademque aliis opportunè manifestare. Et ideo talis usus illius erit.

INDEX TITVLORVM

In Orationem Dominicalem.

De ordine, materia, & fine huius Tractationis, pag. 443
de oratione in generali, cap. 1. 444
de definitione orationis, n. 2. ibid.
de divisione orat. n. 3. ibid.
de fine orationis, cap. 2. 445
Quis sit orandus n. 2. ibid.
Pro quib. orandum sit, n. 3. 447
de necess. orandi, n. 4. 448
de effectib. oration. n. 5. 449
de utilitate, & de fructibus orationis, n. 6. 451
de materia & obiecto orationis, cap. 3. 452
de partib. orationis, n. 2. 453
de obiecto orationis. n. 3. ibid.
Pro quibus gratia agenda sint, n. 4. 454
de iis qua petenda sunt, n. 5. 455
de forma orat. cap. 4. 456
de virtutibus ad orandum requisitis, num. 2. 457
de gradibus orat. nu. 3. 459
de causa efficienti orationis, cap. 5. 461.
de vocali orat. num. 2. ibid.
de adiuvantib. orat. n. 3. ibid.
de motivis ad orandum, num. 4 464
de usu orationis, cap. 6. 465
de virtutibus ad usum orationis acquisitis, n. 2. ibid.
de bono, & malo usu orationis, n. 3. 466
de preparatione ad orationem, num. 4. 467
de oratione domin. & salut. Angelica cap. 7. 469
de causa finali orationis dominical, nu. 2. ibid.
de causa materiali orationis dominicalis, num. 3. ibid.
de forma, & efficiente orationis Domin. n. 4. 470
de perfectione, & usu huius orationis, n. 5. ib.
de salutatione Angelica, & de illius usu, n. 6. 476
de virtute spei in oratione Domin. considerata, num. 7. pag. 472
de motivis ad usum orat. Domin. n. 8. 473

In Proœmium Orationis Dominicalis.

De fine, utilitate, & divisione huius tract. 474
de Proœmio orat. Do. c. 1. 475
de fine huius proœm. n. 3. ibid.
de mater. huius proœ. n. 3. ibid.
de for. huius proœm. n. 4. 476

In primam Orationis Dominicæ petitionem.

De petitionibus in generali, cap. 1. 465

de explicat. prima particulæ, Pater, n. 1. ibid.
de providentia Dei n. 2 477
de proœ. Dei in creat. n. 3. ib.
de provident. Dei in hominis gubern. n. 4. 478
de custodia An. n. 5. ibid.
de maxima Dei erga homines cura, & prov. nu. 6. 480
de argumento provid. Dei ex redemptione, n. 7 481
de proœ. Dei n. cast. n. 8. 482.
de explicat. secundæ particulæ, Noster cap. 3. pag. 484
de gradi. filior. Dei, n. 2. 485
de grad. fraternit n. 3. ibi.
de triplici Christianorum necessitudine. nu. 4. ibid.
de effectibus Christianæ necessitudinis, nu. 5. 486
Considerationes circa particulam, Noster, num. 6. ibid.
de explicatione tertiæ particulæ, qui es, cap. 4. 488
de perf. divina exist. n. 289
de æternit. div. exist. n. 3. ib.
de ævo & temp. n. 4. 499
de imperfectione humanæ existentiæ, n. 5. ibid.
Considerationes circa particulam, Qui es, nu. 6. 491
de explicatione quartæ particulæ, In Cœlis, cap. 5. ibid.
de usu huius proœmij, cap. 6. 492

In primam Orationis Dominicæ petitionem.

De petitionibus in generali, cap. 1. 465
de numero, & causis petitionum, num. 2. ibid.
de convenientia, divisione, & ordine petitionum, n. 3. 496
de prima petitione, cap. 2. 497
de perfectione Christianæ pœnitentiæ, n. 2. 498
de explicatione verborum huius petitionis, cap. 3. 500
de usu huius petitionis cap. 4. 502

In secundam petitionem.

De regno Dei, cap. 1. 503
de regno Christi, num. 2. 504
de regno naturæ, numero, 3. ibid.
de Evangelio Christi, num. 4. 505
de regno Ecclesiæ Militantis, num. 5. 506
de regno gloriæ, num. 7. 507
de miseriis hominum, cap. 2. 508
de causis miseriarum, num. 2. 506
de remedio humanæ miseriæ. num. 3. 510
de secunda petitione, caput 3. ibid.
Explicatio materiæ, secundæ petitionis, n. 2. 511
de explicatione verborum secundæ petitionis, cap. 4. 513
de usu huius petit. cap. 5. 515.

In tertiam petitionem.

De volunt. Dei, ca. 1. 517
De volunt. Dei beneplat.

Explicatur prima, & secunda particula Credo in, n. 2. ib.
Explicatio tertiæ particulæ, Deum, num. 3. 318
de unitate Dei, n. 4. 319
de Trinit. divin. pers. n. 5. ib.
Exp. 4. part. Patrem, n. 6. 320
de persona Patris, num. 7. ibid.
de diffinct. person. n. 8. 321
Explicat. in verbi Omnipotentem, num. 9. 322
Expl. verb. Creatorem cæli, & terræ, num. 10. 324
Expl. partic. Cæli, n. 11. 326
Expl. part. Terræ, n. 12. 327
de utilitate dict. sic explicatæ num. 13. 328
Explicat. 2. partis Symboli, Num. 1. ibid.
Articulus secundus, n. 1. 328
de necessitate. In c. n. 2. 329
Explic. 2. Art. n. 3. ib.
de util. dict. sic exp. n. 4. 331
de duplici Christi Nat. divina, & humana, n. 5. ibid.
de æterna Chr. gen. n. 6. 332
Explicatio 3. Articuli. Num. 1. 332
de Myst. Incarn. n. 2. ibid.
de persona Christi, n. 3. 333
de duplici natura in Christo. divina & hum. n. 4. 334
de unione naturarum in Christo n. 5. ib.
de proprietatibus naturarum in Christo, n. 6. 335
de communicatio. proprietatum in persona Chr. n. 7. ib.
de hac Incarn. n. 8. 336
de Christi concept. num. 9. ibid.
de Chr. nativ. temp. n. 10. 337
Meditanda circa mysterium Incarnationis, num. 11. 338
Explicatio 4. Articuli. Num. 1. 339
de triplici officio Ch. n. 2. ibid.
de opere Redempt. n. 3. ibid.
diviso tractationis de passione, num. 4. 340
Explic. verb. art. 4. n. 5. ibid.
de Ch. crucifixione, n. 6. ibid.
de morte, & sep. Ch. n. 7. 341
de materia passio. Christi. ib.
de eo in qua passio effecta est, num. 8. 342
de efficiente pass. Ch. n. 9. 343
de forma, seu modo passionis Christi, nu. 10. ibid.
de acerbit. pass. Ch. n. 11. ibid.
de circumstantiis, quæ passionis acerbitatem augebant, n. 12. 343
Quomodo pass. Christi omnium virtutum magistra sit, n. 13. ibid.
de valore pass. Ch. n. 14. ibid.
de fine passionis Ch. n. 15. 344
de fructu passionis Christi erga homines, n. 19. ibid.
de applicatione pass. Chr. & ejus necessitate, nu. 17. ibid.
de modo obtinendi applicationem passionis, n. 18. 345
de exercitatione circa passionem Christi, n. 19. ibid.
Explicat. Articuli 5.
de descens. Christi ad inferos, n. 1. 346
de Resur. Christi, nu. 2. 348
Explicat. Articuli 6.

de Ascens. Christi, n. 1. 349
de sessione Christi ad dexteram Patris, n. 2. 351
Explicat. Artic. vij.
de judicio Christi, nu. 1. 352
Explicat. 3. partis. 355
Explic. Artic. viij.
de nomine Spiritus S. n. 1. 355
de persona Spiritus S. n. 2. ibid.
de proces. Spiritus S. n. 3. 356
de effectib. Spiritus S. n. 4. 357
Explicat. Articuli x.
de S. Ecclesia Cath. num. 1. 358
de necessitate cognoscendi Ecclesiam, n. 2. ibid.
de significatione hujus nominis Ecclesia. nu. 3. ibid.
de variis nominibus Ecclesiæ Catholicæ, n. 4. 359
de partibus Ecclesiæ, n. 5. ibid.
Quid sit Eccl. Milit. n. 6. 360
de membris Ecclesiæ, n. 7. ibid.
de Capite Ecclesiæ, n. 8. ibid.
de proprietatibus Ecclesiæ, n. 9. 361
de unitate Eccl. n. 10. ibid.
de sanctitate Eccl. n. 11. ibid.
Quomodo Ecclesia sit Cat. nu. 12. 362
Quomodo Ecclesia sit Apost. n. 13. ibid.
Quod Ecclesia errare non possit, n. 14. ibid.
de obligatione fidelium erga Ecclesiam, n. 15. 363
de figuris, & Prophetiis Ecclesiæ, n. 16. ibid.
de Communione sanctorum, n. 17. 364
Explic. Artic. xj.
de remiss. peccatorum, n. 1. 365
de peccato, seu materia remissionis, nu. 2. 366
de remissione, n. 3. ibid.
de causa efficiente remissionis peccatorum, n. 4. 367
de potestate remittendi peccata, num. 5. ibid.
de hac hujus potestatis, seu remissione pec. n. 6. 368
de usu dictæ potest. n. 7. 369
de Indulgentiis, n. 8. 369
de Thesauro Ecclesiæ, n. 9. 370
Quid sit Indulgentia, n. 10. ib.
de efficience Indulgentiarum, num. 11. ibid.
de consequutione Indulgentiarum, nu. 12. 371
Explicat. Artic. xij.
de Resurrectione carnis, nu. 1. 371
Explic. Artic. xiij.
de vita æterna, seu de Beatitudine, n. 1. 374
de nomine Beatitud. n. 2. 373
de Beatitudine quid, & quotuplex sit, n. 3. ibid.
de Beatitudine essent. n. 4. 374
de visione div. essent. n. 5. ibid.
de fruitione divina essentiæ, num. 6. 376
de Beatitudine accidentali, num. 4. ibid.
de merito, num. 8. 377

INDEX
TITVLORVM
INOPVSCVLVM
DE EXAMINE.

De fine huius opuſculi 385
De neceſſitate, & utilitate examinis, num. 2. 386
De neceſſitate tradendi doctrinam de examine, num. 3. 387
Diviſio tractationis, num. 4. 388
De examine in generali, cap. 1. ibid.
De definitione examinis, nu. 2. ibid.
De fine examinis nu 3. ibid.
De materia examinis, nu. 4. 389
De forma examinis, num. 5. ibidem.
De effitiente examinis, num. 6. ibid.
De regula generali ad quodlibet examen diſtinguendum, num. 7. ib.
De diviſione exam. n. 8. 390
De examine ad ordines, cap. 2. ibid.
De examine ad ordines in generali, nu 1. ibid.
Notanda pro intelligentia eorum, quæ de quocunque examine ſunt dicenda, n. 2. 391
Nota eorum, quæ in ſingulis ordinibus ſunt inquirenda, Num. 3. 392
Nota eorum, quæ debent ſciri ab examinandis ad primam tenſuram. num. 4 394
Nota eorum, quæ debent ſciri ab examinandis ad minores, num. 5. 395
Nota eorum, quæ ab examinandis, ad Subdiaconatum, & Diaconatum ſunt inquirenda. n. 6. ibid.
De ſcientia & examine Sacerdotum. n. 7. 397
Concluſio de congruentia examinis conſtituti. num. 8. 400
De examine ad confeſſiones cap. 3. 401
De numero confeſſ. n. 2. 402
De ſcientia confeſſ. n. 3. 403
Sententia Navarri de ſcientia confeſſarij, n. 4. ibid.
Sententia D. Th. de ſcientia confeſſarij, n. 5. 404
Doctrina Catech. de ſcientia confeſſarij, n. 6. ibid.
Doctrina ſacri Conc. Trident. de ſcientia confeſſarij. n. 7. ibid.
Decretum Concil. Provinc. Med. de ſcientia, & examine Confeſſarij, n. 8. 405
Concluſio de ſcientia confeſſ. num. 9. 410
De ſcientia, qua requiritur, in confeſſario circa Sacramentum matrim. n. 10. 411
De ſcientia, qua requiritur in confeſſario circa Sacrament. pœnitentiæ, n. 11. 415
De ſcientia, qua requiritur in confeſſario circa modos peccandi contra legem Dei, nu. 12. ibid.
De ſcientia, qua requiritur in confeſſario pro examine conſcientiæ, n. 13. 418
De ratione examinandi ad confeſſionem. n. 14. 419
De modo ſtudendi ad confeſſiones accommodate. n. 15. 420
De examine ad cream aliarum, cap. 4. 421
De officio & ſcientia Parochi n. 1. ib.
De examine pro officio ſacerdotis, num. 3. 422
De examine pro adminiſtratione Sacram. n. 4. ibid.
De examine pro ſermone ad populos habendo, n. 5. 423
De examine ad beneficia, c. 5. 425
De quadruplici genere beneficiorum, n. 1. ibid.
De examine ad beneficia, n. 3. 426
De examine ad coniones, c. 6. 427
De regula conſtituendi examen concionatorij, n. 2. ibid.
De examine circa ea in quibus poſſet errare, n. 3. 428
De examine circa ea, quæ debent deſcrij, n. 4. ibid.
De examine circa modum concionandi, n. 5. 429
Conc. de uſu hujus opuſc. 430
Appendix.
Ad probandum quod examen hic propoſitum in ſacr. Conc. Tr. & Cat. Rom. ſund. ſit. 432
Quomodo exam. ad ord. hic propoſitum in ſacr. Concil. Trid. fund. ſit n. 1. 434
Quomodo exam. ad confeſſ. à Concil. Trid. acceptum habeatur, n. 3. 437
Quomodo examen ad curam animarum à Conc. deſumptum ſit, n. 4. 438
Quomodo examen ad benefic. à Conc. de ſumptũ ſit. 443
De examine concionatorum, n. 6. ibid.
Concluſio. 440

PERMISSIONS.

IE consens pour le Roy qu'il soit permis à Benoist Vignieu de reimprimer le livre intitulé, *Doctrina S. Concilij Tridentini, & Catechismi Romani, &c.* per R. D. Joannem Bellarinum. A Lyon le 17. Mars 1682.

VAGINAY.

SOit fait suivant les conclusions du Procureur du Roy. A Lyon ce 20. Juillet 1682.

DVLIEV.

INDEX TITULORUM
IN SYMBOLVM.

De editione, & inscriptione Catechismi, 298
De Præfat. in Catech. 299
de doctrina divinitùs revelata.num.1. ibid.
Quid sit revelatio, & doctrina revelata.n.2. ibid.
De necessitate doctr. revelatæ. num.3. 300
De modo quo à Deo doctrina revelata est.n.4. 301
De verbo Dei.n.5. ib.
de veteri & novo testamento. num.6. ib.
de Evangelio.n.7. 302
De verbo Dei scripto, & non scripto seu de scriptura, & tradit. n.8. 302
De sacra Scriptura.n.9. 303
De traditione divina, nn. 10. ibidem.
De divisione doctrinæ revelatæ.n.11. 304
De doctore doctrinæ revelatæ, n.12. 305
De necessitate doctr.n. 13. ib.
De qualitate doct.n.14. 306
De regula cognoscendi legit. & non-legitimum doctorem num.15. ibid.
De fideli spera doctrin. legit. num.16. 307
De libris sanam doctrinam continentibus.n.17. ibid.
De modo docendi Evangelicam doctrinam.n.18. 308
De fine doctoris legitimi, seu Parochi,n.19. ibid.
de scientia, qua ab homine Christiano haberi debet.nu. 20. ibid.
de intentione Ecclesiastici doctoris.nu.21. 309
De modo quo doct. revelata tradenda sit n. 22. ibid.
de modo doctrinam Evangelicam explicandi.n.23. 310
De Tract. Catech.
In Symb. Apost. 311
De fide doct. Cat.n.1. ibid.
Quot modis acc. fides.n.2. ib.
Quid sit fides divina, n.3. 312
de necessitate fidei, n. 4. ibid.
de certitudine fidei, n.5. ibid.
de gradibus fidei, n.6. ibid.
de actibus fidei, seu de fine illius,n.7. ibid.
De objecto fidei.n.8. 314
De Symb. Apostol.
De nomine Symb.n.1 314
de definitione Symb. n. 2. 315
de causis Symb.n.3. ibid
de unitate & divisione doct. in Symb. contenta, n.4. 316
Explicatio 1. Articuli. Numero 8. 317

& Signi, num. 518
De voluntate homin. c. 2. 518
De fine hominis, n. 3. 520
de medijs ad dictum finem ob-tinendum, n. 3. ibid.
De libero hominis ar. n. 4. 521
De proclivitate humani arbi-trij ad malum, n. 5. 522
De obedientia, cap. 3. 524
De gradib. obedientiæ, n. 2. 525
De tertia petitione, c. 4. ibid.
De explicatione verborum ter-tiæ petitionis, cap. 5. 528
De usu hujus petit. c. 6. 530
Motiva ad obediendum Deo, num. 1. 532

In quartam petitionem.

DE vita corporis humani cap. 732
De fine, & vita corporis hu-mani, n. 2. 733
De bonis externis ad vitam corporis necessarijs, n. 3. ibid.
De indigentia corporis, ante peccatum, & post peccatum, num. 4. 534
De difficultate acquirendi bo-na corpori necessaria, n. 535
De causa tantæ difficultatis, & de illius remedijs, n. 6. ibid.
De bono usu temperatum, n. 7. 536
De vita animæ, cap. 2. 537
De bono animæ ad operandum nec offendis, num. 2. 538
De usu horum bonorum, n. 3. 539
De quarta petitione, c. 3. 540
De explicatione verborum, c. 4. 541
De usu, & fructu hujus pe-titionis. 545

In quintam petitionem.

DE peccato, cap. 2. 546
De turpitudine peccati, num. 2. ibid.
De malis, quæ peccatum con-sequuntur, n. 3. 547
De peccato veniali, n. 4. 549
De remissione peccat. c. 2. 550
De requisitis ad remissionem peccatorum, c. 3. ibid.
De remiss. injuriarum, c. 4. 552
De motivis ad remissionem in-juriarum, n. 2. 555
De explicatione quintæ petitio-nis, cap. 5. 555
De explicatione verborum, n. 2. ibid.
de usu hujus petit. c. 6. 557

In sextam petitionem.

DE tentatione, cap. 1. 559
de tentatione ad exqui-sitionem, n. 2. ibid.
de tentatione ad manifestatio-nem, num. 3. ibid.
de tentatione impulsiva, n. 4. 460
Quod Deus non tentet ad ma-lum, num. 5. ibid.
de diabolo tentatore, num. 6. 561
de aliis tentationibus ad ma-lum, num. 7. 562
de iis, qui tentantur, & de mo-de, quo tentantur, num. 8. 563
de permissione tentationis, cap. 2. 564
de victoria tentationis, cap. 3. 565

De imbecillitate hominis ad tentationibus resistendum, num. 2. ibid.
De causa, & inductione in ten-tationem, n. 3. 586
De victoria tentationum, n. 4. 567
De perseverantia in virtute, num. 5. 570
De explicatione, & usu sex-tæ petitionis, cap. 4. 571
De usu hujus petit. nu. 2. 572

In septimam petitionem.

DE malo, cap. 1. 573
De multiplici malo pœ-næ, num. 2. 574
De his, qui in hac vita mala patiuntur, n. 3. 475
De utilitate tribulationum, n. 4. ibid.
De remedio malorum pœnæ, c. 2. 577
De remedio medicinarum, & usu illius, n. 2. ibid.
De usu medicinario, n. 3. 578
De remedio virtuosa perfe-rentiæ, num. 4. 579
De patientia in adversis, & conformitate cum Dei vo-luntate, n. 5. 581
De pœnitentijs sponte suscep-tis, n. 6. ibid.
De explicatione septimæ peti-tionis, cap. 3. 582
De explicatione verborum, n. 2. 583
De usu hujus petit. n. 3. ibid.

De Conclusione Dominicæ Orationis.

De causa, & fine hujus con-clusionis, num. 1. 584
De explicatione particulæ, Amen. n. 2. 585
De utilitate hujus conclusionis, n. 3. 586
De usu hujus conclusionis, n. 4. 587

In Symbolum Apostol.

DE Catechismo, & de caus-sis illius. 587
De Evangelio, & de verb. Dei, & de ejus causis illorum, cap. 2. 588
De fide ejusque causis, cap. 3. 589
De Symbolo Apostolorum, & illius causis, cap. 4. 590
De Deo, & vita illius, cap. 5. 591
De unitate, & Trinitate Dei, cap. 6. 562
De mysterio sanctissimæ In-carnationis, cap. 7. 593
De explicatione primi articuli cap. 8. ib.
De Creatione, cap. 9. 594
De explicatione secundi arti-culi, cap. 10. 695
De explicatione tertii articu-li, cap. 11. 596
De explicatione quarti articu-li, cap. 12. ibid.
De passione Christi, cap. 13. 597
De explicatione quinti arti-culi, cap. 14. 598
De resurrectione, cap. 15. 599
De explicatione sexti articu-li, seu de Christi Ascensione, ibid.

De sessione Christi ad dexteram Patris, cap. 17. 600
De explicatione articuli septimi, seu de iudicio Christi, cap. 18. ibid.
De explicatione octavi articuli, seu de Spiritu sancto, cap. 19. 601
De explicatione noni articuli seu de Ecclesia, cap. 20. 620.
De communione Sanctorum, cap. 21. 603
De inclusura Ecclesiæ, & de indulgentiis, cap. 22. 604
De explicatione decimi articuli, seu de remissione peccatorum cap. 23. 605
De explicatione undecimi articuli, seu de carnis resurrectione, c. 24. 606
De explicatione duodecimi articuli, seu de Beatitudine, cap. 25. ibid.
Compendium Doctrinæ Catechismi, in Decalogum.
Caput 1. 607
De explicatione primi præcepti, cap. 2. 609
De explicatione secundi præcepti, cap. 3. 610
De explicatione tertij præcepti, cap. 4 613
de explicatione quarti præcepti, cap. 5. 612
de explicatione quinti præcepti, cap. 6. 614
de explicatione sexti præcepti, cap. 7. 616
de explicatione septimi præcepti, c. 8. 617
de explicatione octavi præcepti. 618
de explicatione noni, & decimi præc. 619
Compendium Doctrinæ Catechismi, in Orationem Dominicalem.
Caput 1.
DE nomine, deffinitione & divisione Orationis. 621
de fine orationis, caput 2. ibid.
de materia, & partibus, & obiecto orationis, caput 3. 622.
de forma orationis, caput 4. 623.
de efficiente orationis, cap. 5. ibid.
de usu orationis, & de præparatione ad illam, cap. 6. 624
de oratione Dominicali, cap. 7. ibid.
de proœmio orationis Dominicalis, c. 8. 625
de providentia Dei erga homines, seu explicatio particulæ, Pater, cap. 9. ibid.
de explicatione particulæ, Noster, cap. 10. 626
de explicatione particulæ, Qui es in cœlis, caput. 11. 627
de explicatione prima petitionis, cap. 12. 628

de explicatione secunda petitionis, cap. 13. 629
de explicatione tertia petitionis, cap. 14. 630
de explicatione quarta petitionis, cap. 15. 630
de explicatione quinta petitionis, cap. 16. 631
de explicatione sexta petitionis, cap. 17. 635
de explicatione septima petitionis & de particula, Amen.
Opusculum de sancto Evangelio.
DE nomine, & deffinitione sancti Evangelii, p. 635
de quatuor causis sancti Evangelii. 637
de divisione sancti Evangelii, 638
de verbo Dei scripto, & non scripto. ibid.
de summa, seu compendio sancti Evangelii. 636
De explicatione sancti Evangelii, & summa illius, 641
De materia, fine, & usu huius libri.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

INDEX TITVLORVM IN DECALOGVM.

De materia, forma, efficiente, fine, necessitate, atque utilitate huius doctr. 655.
divisio tractationis. 656
de legibus in communi, c. 1. 657
de nomine, & definitione legis, num. 2. ibid.
de materia & forma legis, n. 3. 658
de efficiente, & fine legis, num. 4. 659
de divisione, & differentia legum, n. 5. ibid.
de nomine & definitione Decalogi, cap. 2. 660
Prima definitio Dec. n. 2. 661
Secunda Dec. definit. n. 3. 662
de materia & forma Decalogi, cap. 3. 663
de efficiente, & fine Decalogi, cap 4. 665
de divisione Decal. 5. 666
de observatione mandatorum, cap. 6. 668
de possibilitate observandi divinam legem, n. 2. 669
de necessitate observandi mandatum Dei, n. 3. 670
de fructu, & utilitate observantiæ Legis Dei, n. 4. 672
de transgressione mandatorum Dei, n. 5. 674
de peccato originali, mortali, & veniali, n. 6. ibid.
de consensu, & usu rationis, cap. 7. 676
de Synderesi quid sit, num. 2. 677
de conscientia, eiusque definitione, & causis n. 2. ibid.
de ratione practica, n. 4. 679
de usu rationis, n. 5. 680
de consensu rationis, n. 6. 681
de modo inducendi ad observantiam divinæ legis, n. 7. ib.
de motivis inducentibus ad observantiam divinæ legis, cap. 8. 682
de modo ampliandi dicta motiva, num. 2. 683
Doctrina Cat. in primum Præceptum. 687
de exordio in Decal. 1. 688
de primo præcepto, eiusque definitione, & divisione, cap. 2 689
de causis primi præcepti, num. 2. 690
de divisione primi præcepti, num. 3. 691
de præcepto affirmativo, eiusque explicatione, c. 3. 692
de fide, spe, & charit. n. 2. 693
de religionis virtute, n. 3. 695
de observantia huius præcepti, n. 4. ibid.
de præcepto negativo, cap. 4. 696
de observantia huius præcepti, num. 2. 697
de cultu, & invocatione Sanctorum, cap. 5. ibid.
de invocatione & veneratione SS. Angel. n. 2. 699
de cultu, & invocatione Beatorum, n. 3. 700
de cultu Sanctarum reliquiarum, ca. 6. 701
de cultu imaginum, n. 2. 702
de præmio, & pœna appositis legi Dei, Cap. 7. 704
de præmio observantiæ legis Dei, n. 2. 707
de fructibus Appendicis primi præcepti, n. 3. 709
Doctrina Catech. in secundum Præceptum. 721
Quare datum sit secundum præceptum, cap. 1. 717
de secundo præcepto, c. 2. 713
de lingua, & eius usu, n. 2. ib.
de virtutibus, & vitiis linguæ in ordine ad Deum, n. 3. 717
de præcepto affirmativo, & negativo, n. 4. 715
de observantia præcepti affirmativi cap. 3. 716
de observantia præcepti negativi, cap 4. 719
de iuramento, cap. 5. 720
de divisione iuram. n. 2. 721
de usu iuramenti, cap. 6. 723
de bono usu iuramenti, nu. 2. 724
de veritate in iur. n. 3. 725
de Iustitia, & iudicio iura menti, n. 4. 726
Dubitationes circa usum iuramenti, n. 5. 727
de malo usu iuramenti, n. 6. 728
de voto & de blasphemia, cap. 7. 730
de blasphemia, nu. 2. 732
de explicatione Appendicis, cap. 8. 732
de usu huius Appendicis, n. 2. 734
Doctrina Catech. in tertium Præceptum. 734
de divisione huius Tract. c. 3. ibid.
de excellentia corporis humani, cap. 1. ibid.
de externo cultu debito Deo cap. 2. 737
de divisione divini cultus, n. 2. ibid.
de cultu private, & publico, num. 3. 738
de diebus festis, cap. 3. ibid
de diebus festis veteris legis, num. 2. 739
de diebus festis in nova lege, n. 3. 740
de præceptis datis de externo cultu, & de diebus festis, cap. 4. 741
de tertio Dec. præcep. c. 5. 744
de explicatione verborum tertii præcepti, c. 6. 746
de observantia & inobservantia tertii præcepti, c. 7. 748
Doctrina Catech. in secundam partem Decal. 750
de divisione Decalogi in duas

partes, cap. 1. 750
De charitate, cap. 2. 751
De ordine charitatis, cap. 2. 752
De modis bene, & male diligendi se, & proximum, cap. 4. 753
De virtutibus, quibus dilectio regulatur, cap. 5. 755
De vitiis, qua dictis virtutibus opposita sunt, caput 6. 757
De ordine præceptorum secunda tabulæ, cap. 7. ib.
De modo explicandi præcepta secunda tabulæ, caput 8. 758
Doctrina Catech. In quintum præceptum. 760
De necessitate tradendi decē, quarti præcepti. 760
De divisione huius tractat. 761
De superioribus, & inferioribus, cap. 1. ibid.
De divisione superiorum, & inferiorum in quinque comminationes, n. 2. 762
De gradu amoris inter superiores, & inferiores, cap. 2. 763
De quarto præcepto, cap. 3. 765
De præmio appositio huic præcepto, num. 1. 766
De officio superiorum in inferiores, cap. 4. 767
De officiis inferiorum erga superiores, cap. 5. 768
De observantia quarti præcepti, cap. 6. 670
Doctrina Catech. In quintum Præceptum. 771
de homine & illius anima ac corpore, cap. 1. 772
De dilectione sui & proximorum, cap. 2. 773
De quinto præcepto, c. 3. 774
De divisione huius præcepti in affirmativum, & negativum nu. 2. ibid.
Explicatio præcepti negativi, nu. 3. 775
Explicatio præcepti affirmativi, n. 4. 776
de ira, odio, maledictione, & homicidio, cap. 4. 777
de scandalo, & occasione peccandi, cap. 5. 779
de operibus misericordiæ, corporalibus, & spiritualibus, cap. 6. 781
de dilectione inimicorum, c. 7 781
de tollendis inimicitiis, nu. 2 783
de motivis ad injurias perferendas, & remittendas, nu. 785
de observantia & inobservantia quinti præcepti, cap. 8. 786
Doctrina Catech. In sextum Præceptum. 787
de voluptate c. 1. 789
de virtutibus, & vitiis circa voluptatem, cap. 2. 798
de sexto præcepto c. 3. 791

Explicatio præcepti negativi, num. 2. ib.
Explicatio præcepti affirmativi, n. 3. 792
De iis, qua inducunt ad observantiam sexti præcepti, cap. 4. ibid.
Doctrina Catec. In Septimum Præceptum. 796
De bonis temporalibus, cap. 1. 797.
De septimo præcepto, cap. 2. 798
De furto, cap. 3. 801
De præceptis furtorum generibus, nu. 2. ibid.
De rapina, cap. 4. ibid.
De restitutione, cap. 5. 803
De Eleemosyna, & de observantia præcepti affirmativi. cap. 6. 807
De Eleemosyna, n. 2. 808
De observantia præcepti negativi. 809
Doctrina Catech. In octavū Præceptum. 812
De fama, & usu linguæ erga proximū, cap. 1. 813
De octavo præcepto, cap. 2. 815
De testimonio erga se, & proximum, n. 2. 816
De actibus vitiosis linguæ in proximum, cap. 3. 818
De actibus virtuosis linguæ erga proximum, c. 4. 819
De motivis pro observantia octavi præcepti, c. 5. 821
Doctrina Catec. In nonum & decimum præceptū. 823
De corde, & eius concupiscentia, c. 1. 824
De nono, & decimo præcepto, cap. 2. 826
Explicatio præcepti negativi, num. 2. 828
Explicatio præcepti affirmativi, num. 3. 829
De actibus virtuosis, & vitiosis circa concupiscentiam cap. 3. 830
De motivis pro observantia horum præceptorum, c. 4. 832

FINIS.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS